Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

# PLOTINI

## DIVINI ILLIVS E' PLATONICA FAMILIA PHILOSOPHI, de rebus philoſophicis libri LIIII. in enneades ſex diſtributi,

A'

## MARSILIO FICINO FLORENTINO E GRAECA LINGVA IN LATINAM VERSI, ET AB EODEM doctiſſimis commentarijs illuſtrati.

Muretus emi Romae ix kal. Sept. 1573.




BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Apud Salingiacum IOANNES SOTER excudebat,
Anno M. D. XL.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali in ſexennium

# MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLOTINVM AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM PATRIAE SERVATOREM,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## PROOEMIVM.

MAGNVS COSMVS SENATVSCONſulto patriæ pater, quo tempore concilium inter Græcos atq; Latinos ſub Eugenio Pontifice Florentiæ tractabatur, philoſophum Græcum nomine Gemiſtum, cognomine Plethonem, quaſi Platonẽ alterum de myſterijs Platonicis diſputantem frequenter audiuit. E cuius ore feruenti ſic afflatus eſt protinus, ſic animatus, vt inde academiam quandam alta mente conceperit: hanc opportuno primũ tempore pariturus. Deinde dum conceptum tantum magnus ille Medices quodã modo parturiret, me electiſſimi Medici ſui Ficini filium, adhuc puerum, tanto operi deſtinauit: ad hoc ipſum educauit indies. Operam præterea dedit, vt omnes non ſolum Platonis, ſed etiã Plotini libros Græcos haberem. Poſt hæc aũt anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimotertio, quo ego trigeſimum agebam ætatis annum, mihi Mercurium primo Termaximum, mox Platonem mandauit interpretandum. Mercurium paucis menſibus eo viuente peregi. Platonem tunc etiam ſum aggreſſus. Etſi Plotinum quoq; deſiderabat, nullum tamẽ de hoc interpretando fecit verbum: ne grauiore me pondere ſemel premere videretur. Tanta erat viri tanti erga ſuos clementia, in omnes tanta modeſtia: itaq; nec ego quidem quaſi nec vates aggredi Plotinum aliquando cogitaui. Verum interea Coſmus, quod viuens olim in terra reticuit, tandẽ expreſſit, vel potius impreſſit ex alto. Quo enim tempore Platonem Latinis dedi legendũ, heroicus ille Coſmi animus heroicam Ioannis Pici Mirandulæ mentem neſcio quomodo inſtigauit, vt Florentiam, & ipſe quaſi neſciens quomodo, perueniret. Hic ſane quo anno Platonem aggreſſus fueram natus, deinde quo die, & ferme qua hora Platonem edidi, Florentiam veniens, me ſtatim poſt primam ſalutationem de Platone rogat: huic equidem Plato noſter inquam hodie liminibus noſtris eſt egreſſus. Tunc ille, & hoc ipſo vehementer congratulatus eſt: & mox neſcio quibus verbis, ac ille neſcit quibus, ad Plotinum interpretandum me non adduxit quidem, ſed potius concitauit. Diuinitus profecto videtur effectum, vt dum Plato quaſi renaſceretur, natus Picus heros ſub Saturno ſuo aquariũ poſſidente, ſub quo & ego ſimiliter anno prius trigeſimo natus fueram, ac perueniens Florentiam quo die Plato noſter eſt editus, antiquum illud de Plotino herois Coſmi votum mihi prorſus occultum, ſed ſibi cælitus inſpiratum, idem & mihi mirabiliter inſpirauerit. Quoniam vero nunc circa philoſophandi officiũ, diuinam attigimus prouidẽtiam, operæpretium videtur, vt eum paulo latius proſequamur. Non eſt profecto putandum acuta & quodammodo philoſophica hominum ingenia vnquam alia quadam eſca, præterquam philoſophica ad perfectam religionem allici poſſe paulatim, atq; perduci. Acuta enim ingenia plerunq; ſoli ſe rationi cõmittunt, cumq; à religioſo quodam philoſopho hanc accipiunt, religionem ſubito communem libenter admittunt. Qua quidem imbuti ad meliorẽ religionis ſpeciem ſub genere comprehenſam facilius traducuntur. Itaq; non abſq; diuina prouidentia, volente videlicet, omnes pro ſingulorum ingenio ad ſe mirabiliter reuocare, factum eſt, vt

pia quædam philoſophia quondam & apud Perſas ſub Zoroaſtre, & apud Aegyptios ſub Mercurio naſceretur, vtrobiq; ſibimet cõſona. Nutriretur deinde apud Thraces ſub Orpheo atq; Aglaophemo. Adoleſceret quoq; mox ſub Pythagora apud Gręcos & Italos, tandem vero à diuo Platone conſummaretur Athenis. Vetus autem Theologorum mos erat, diuina myſteria cum mathematicis numeris & figuris, tum poeticis figmentis obtegere: ne temere cuilibet communia forẽt. Plotinus tandem his Theologiam velaminibus enudauit, primusq; & ſolus vt Porphyrius Proclusq; teſtantur, arcana veterum diuinitus penetrauit: ſed ob incredibilem cum verborum breuitatem, tum ſententiarum copiã, ſenſusq; profunditatem, non translatione tantũ linguæ, ſed commẽtarijs indiget. Nos ergo in Theologis ſuperioribus apud Platonem atq; Plotinum traducendis & explanandis elaborauimus, vt hac Theologia in lucem prodeunte, & poetæ deſinant geſta myſteriaq; pietatis impie fabulis ſuis annumerare: & Peripatetici quamplurimi, id eſt philoſophi pene omnes admoneãtur, non eſſe de religione ſaltem communi, tanquam de anilibus fabulis ſentiendum. Totus enim ferme terrarum orbis à Peripateticis occupatus in duas plurimum ſectas diuiſus eſt Alexandrinam & Auerroicam. Illi quidem intellectum noſtrum eſſe mortalem exiſtimant, hi vero vnicum eſſe contẽdunt: vtriq; religionem omnem funditus æque tollunt. præſertim quia diuinam circa homines prouidentiam negare videntur, & vtrobiq; à ſuo etiam Ariſtotele defeciſſe. Cuius mentem hodie pauci præter ſublimem Picum Complatonicũ noſtrum ea pietate qua Theophraſtus olim & Themiſtius, Porphyrius, Simplicius, Auicenna, & nuper Plethon interpretantur. Si quis autem putet tam diuulgatam impietatem, tamq; acribus munitam ingenijs ſola quadam ſimplici prædicatione fidei apud homines poſſe deleri, is à vero longius aberrare, palam re ipſa proculdubio cõuincetur: maiore hic admodum opus eſt poteſtate: id autem eſt vel diuinis miraculis vbiq; patẽtibus, vel ſaltem philoſophica quadã religione philoſophis eam libentius audituris, quandoq; perſuaſura. Placet autem diuinæ prouidentiæ his ſeculis ipſum religionis ſuæ genus autoritate rationeq; philoſophica confirmare, quoad ſtatuto quodam tempore veriſſimam religionis ſpeciem, vt olim quandoq; fecit, manifeſtis per omnes gentes confirmet miraculis. Diuina igitur prouidẽtia ducti diuinum Platonem & magnum Plotinum interpretati ſumus. Platonem quidem ipſum miſimus ad te iandiu, vt apud eum aliquando reuiuiſceret, in quo reuixit Coſmus, atq; renatus adoleuit ad votum, & feliciter floret adultus. Plotinum vero nunc & ſi iure miſſuri ſumus, non tam mittimus quidem quàm ſpectamus ad tuas ædes vltro & alacriter properantem, tanquam ab ipſo Platone, velut ferrum à lapide quodam Herculeo raptum, vt penes te Magnanime Laurenti vnice literatorum Patrone vnà cum Platone ſuo feliciſſime viuat. Audi ergo feliciter Plotinum de omnibus philoſophiæ myſterijs apud te cum Platone loquentem: ſed antequàm hunc auſcultes, Porphyrius pius eius diſcipulus tibi auſcultandus erit, vitã, mores, geſta magiſtri, & breuiſſime ſimul & veriſſime narrans. Cuius hiſtoriam Angelus Politianus noſter alumnus tuus, acerrimo vir iudicio tam oratoriam quàm philoſophicam eſſe cenſet: propterea tibi admodum placituram. Deniq; non ſolum audi feliciter, ſed etiam feliciſſime viue. Et quantum nos amas dilectiſſime Laurenti, tantum precor noſtrum ama Valorem, Philippum inquam Egregium Virum, & Platonicæ ſapientiæ ſtudioſum, & te ardenter amantem.

# PLOTINI VITA COMPOSITA A PORPHYRIO DISCIPVLO SVO, TRADVcta uerò à Marſilio Ficino Florentino.

## Plotinus delicias & inanem gloriam uitamq; contemnebat, obiit angina, apparuit draco.

PLOTINVS PHILOSOPHVS NOSTRO SECVLO SINgularis, pudore quodam affici videbatur, quòd anima eius in corpore eſſet. Cum igitur ſic eſſet affectus, nimirum neq; vnde genus duceret, neq; quibus eſſet ortus parentibus, neq; etiam qua patria oriundus, æquo animo narrabat. Idem tantopere indignabatur effigiem corporis tradere pictoribus & plaſtis exprimendam, vt cum Amelius obſecraret, vt imaginem ſuam permitteret effingi: quaſi vero inquit, non ſatis hanc imaginem ferre ſit, quam naturam nobis ab initio circũdedit, etiam cenſes imaginis huius imaginem diuturniorem inſuper poſteris, vt opus ſpectaculo dignum relinquendum. Cum igitur id ſedulo denegaret, renueretq; ſedendo pictoris operam expectare: Amelius amicum nomine Carterium pictorem ſuis temporibus optimum Plotini ſcholas ingredi iuſſit, licebat enim cuilibet cœtibus ibi diſputantium intereſſe. Pictorem igitur aſſuefecit Amelius longa quadam attentione concitatiores ex intuitu imagines mente concipere. Deinde dum & Carterius ex imagine memoriæ cõmendata ſimilitudinem rite referret, & Amelius ſimul lineamenta ad conſequendam ſimilitudinem emendaret, pictoris huius ingenio ſimulacrum reddidit Plotino neſcientè ſimillimum. Proinde cum ſæpe colico vexaretur morbo, ſemper clyſteres renuit, negans decere ſenem curationes eiuſmodi: neq; theriaca antidota vnquam accepit, cum nec ex animalium quoq; manſuetorum corporibus capere eſcam ſe diceret. Abſtinebat & balneis, frictionibus autem domi quotidie vtebatur. Cum vero ingraueſcente ſupra modum peſtilentia qui perfricabat eum, è vita iam deceſſiſſent, ipſe autem curationes id genus omnino neglexiſſet, paulatim in anginam incidit: quod ſane malum olim me præſente nullum ſui vnquam dedit indicium. Cum vero diſceſſiſſem vſq; adeo morbi huius peſtis inualuit, quemadmodum poſtea redeunti mihi amicus Euſtochius retulit, qui Plotinum vſq; ad obitum non deſeruit, vt rauſcedine nimia clarus atq; canorus ille vocis rotundę vigor omnis abiret, caligaret & viſus, manusq; & pedes vlcerarentur. Quamobrem cum amici eum non amplius ſalutarent, propterea quòd ipſe omnes ore proprio appellare conſueuerat, ex vrbe diſceſſit. Profectusq; in Campaniam, deductus eſt in agrũ Zethi veteris amici ſui vita iam functi. Neceſſaria vero illi ex rebus hæredibusq; Zethi ſuppeditabantur, atq; etiam ex Minturnis à Caſtricij agris afferebantur: Caſtricius enim prædia Minturnis habebat. Cum vero morti Plotinus appropinquaret, quemadmodum nobis Euſtochius retulit qui Puteolis habitabat, ac fermè tardius ad eum acceſſerat: adhuc te inquit expecto, atq; equidem iam annitor, quod in nobis diuinum eſt, ad diuinum ipſum quod viget in vniuerſo, redigere: ſpiritumq; his verbis emiſit. Interea draco ſub lecto in quo iacebat ille pererrans, mox in parietis foramen ſe prorſus occuluit. Agebat vero tunc Plotinus annos, vt retulit Euſtochius, ſex atq; ſexaginta, ſecundo Claudij imperatoris anno iam peracto. Quo vero tempore Plotinus ex hac vita migrauit, ego quidem Porphyrius in Lilybæo verſabar: Amelius autem in Apamea Syriæ, ſed Caſtricius erat Romæ: ſolus deniq; Euſtochius aderat. Iam vero ſi computemus à ſecundo Claudij imperatoris anno, exactos iam annos ſex atq; ſexaginta, natiuitatis illius tempus cum tertiodecimo Seueri imperatoris anno concurrit: ipſe vero neq; quo menſe neq; q̃ die natus eſſet cuiquã declarauit. Quippe cum nequaquã decere putaret, natalem eius ſacrificijs conuiuijsq; celebrari: quamuis ipſe in Platonis Socratisq; quæ traduntur natalibus, & ſacris operaretur, & conuiuio amicos exciperet, vbi ſane oportebat amicos omnes, quicunq; poſſent, orationem quandam rite conſcriptam in cœtu omnium qui concurrerant, recitare. Quæ vero de vita ſua ipſemet in confabulationibus noſtris ſæpe narrauit, talia ſunt.

## De educatione Plotini & diſciplina ſub Ammonio & condiſcipulis eius, & quo tempore.

REferebat igitur ſe dum octauum ageret ætatis annum, ac iam ad literas accederet præceptorem: adhuc tamen ſolitum ad nutricem diuertere, ſugendiq; lactis auiditate nutricis nudare papillas. Cum vero quandoq; ſibi obijceretur, quòd puer eſſet moleſtus, pudore cohibitum deſtitiſſe. Poſt hæc cum octauum atq; vigeſimum ætatis annum iam impleret, ſe philoſophię amore vehemẽter accenſum, commẽdatum fuiſſe ijs qui tunc Alexandriæ

mmonius Plotinj preceptor.

excellentiores habebantur: ſed tandem ex eorum ſcholis triſtem admodũ mœſtumq́; diſceſſiſſe, & amico cuidam mœroris ſui cauſam declaraſſe. Qui ſuæ mẽtis affectum plane cognoſcens, ad Ammonium, cum nullum adhuc periculum feciſſet adduxerit. Deinde cum Ammonij ſcholas ingreſſus audiſſet illum, amico dixiſſe: Hunc ipſum ô amice quærebam. Ex eo igitur die annos vndecim ſedulus audiuit Ammonium, tantumq́; in ea philoſophia profecit, vt philoſophiæ inſuper in qua Perſæ ſe exercebant, facere periculum ſe affectauerit: atq; etiã ſapientiam præcipue apud Indos probatam proſequi conſtituerit. Igitur cum Gordianus imperator profecturus eſſet in Perſidem, bellum populis illaturus: Plotinus exercitui ſe adiunxit, quaſi annos iam ætatis agens nouem atq; triginta. Sed poſtquam Gordianus circa Meſopotamiam interemptus eſſet, Plotinus vix aufugiens in Antiochiam ſoſpes euaſit. Deinde imperante Philippo Romam venit quadrageſimum iam natus ætatis annũ: cum vero Erennius & Origenes & Plotinus olim inter ſe conſtituiſſet, ne Ammonij dogmata ederent, quæ audita ab eo tanquam in primis purgata præcipue comprobauerãt: Plotinus quidem ſtetit promiſſis familiariter quidem nonnullos excipiens ſalutantes. Inſtituta vero Ammonij ſecreta integraq́; conſeruans: Eremnius autem primus pacta diſſoluit, & Origenes anticipantem Eremnium eſt deinde ſequutus. Scripſit vero nihil, præter quendam de dæmonibus librum: atq; ſub Galeno librum, in quo Regem ſolum effectorem eſſe probabat. Plotinus autem à ſcribẽdi ſtudio diutius ſe continuit, ſolum vero quæ ex Ammonij cõſuetudine olim acceperat ſuis colloquijs inſerebat: atq; ita integros annos decẽ perſeuerauit: colloquio quidẽ nonnullos admittens, ſcribens vero nihil. Sed quoniã permiſerat vel inuitauerat familiares ſuos pro arbitrio eum interrogare, idcirco Amelius ait: Ludum illum confuſionis cuiuſdam fuiſſe plenum, atq; nugatum. Hic ſane Amelius acceſſit ad eum, Romæ trienniũ iam agentem, anno Philippi imperatoris tertio, perſeuerauitq́; apud illum vſq; ad primum Claudij imperatoris annum. Atq; ita integros cum eo vixit annos quatuor atq; viginti. Hic cum primum ſe contulit ad Plotinũ, eo duntaxat habitu prędictus erat, quem ex Lyſimachi familiaritate conceperat, tolerãtia vero laboris omnes condiſcipulos ſuperabat: propterea quod omnia ferme Numenij dogmata ſcripſerit & attulerit, plurimaq́; memoriæ commendauerit. Qui ex ipſo audiendi ſtudio commentariola quædam ſcholaſtica congerens, centum fermè ex his libros compoſuit, quæ Iuſtiliano cuidam Heſychio Apamenſi adoptiuo filio dono dedit. Decimo autem Galeni imperatoris anno ego Porphyrius è Græcia vnà cum Antonio Rhodio Romam veniens Amelium reperi, octo & decem iam annos Plotino familiariter vſum: nihil tamen adhuc auſum ſcribere, præter quædam vt dixi commentariola, quæ nondum in numerum creuerant centenariũ. Proinde Plotinus decimo Galeni imperatoris anno, fermè iam nouẽ & quinquaginta annos agebat. Ego vero Porphyrius cũ primum huic adhæſi, triginta tũc annos impleuerã. Plotinus quidem primo Galeni imperatoris anno ſe ad ſcribẽdas conuertit, qualeſcunq; inciderint quæſtiones, ac decimo eiuſdem anno, quando ego Porphyrius Plotino ſum cognitus, ſcripſerat iam vnum vigintiq́; libros: quos quidem traditos paucis deprehendi, nondũ enim facilis erat editio, neq; quiuis eius conſcius erat: neq; enim facile neq; temere aliquid edebatur: ſed illi duntaxat accipiebant, qui eſſent maturo quodam iudicio comprobati. Scripta vero hæc iam erant, quæ dicam: quæ cum ipſe nequaquam certis titulis inſcripſiſſet, alius àliter libros inſcripſerat. Inſcriptiones igitur quæ magis obtinuerunt, eiuſmodi ſunt.

## Quæ Plotinus ſcripſerit, quo ordine, quo tempore.

*De pulchro.*
*De animi immortalitate.*
*De fato.*
*De eſſentia animæ.*
*De intellectu & ideis & ente.*
*De animæ deſcenſu in corpora.*
*Quomõ à primo ſit quod eſt poſt primum, atq́; de uno.*
*Vtrum omnes animæ una ſint.*
*De ipſo bono uel uno.*
*De tribus principalibus ſubſtantijs.*
*De generatione & ordine eorũ quæ ſunt poſt primum.*
*De duabus materijs.*
*Conſiderationes uariæ.*
*De circulari motu cæli.*
*De ſuo cuiuſq; noſtrum dæmone.*
*De rationali exitu.*
*De qualitate.*
*Vtrum ſingularium etiam ſint ideæ.*
*De uirtutibus.*
*De dialectica.*
*Quomodo anima inter eſſentiam indiuiduam, & diuiduam media eſſe dicatur.*

Hi ergo libri vnus atq; viginti, quando cum primo conueni, ſcripti iam erant: quãdo & Plotinus nonum & quinquageſimum annum ætatis agebat. Ego autem & hunc ipſum annum, & inſuper quinq; deinceps cum Plotino verſatus ſum. Quinetiam aliâs paulo ſupra decennium Romam veneram, quo tempore Plotinus otioſus ducebat æſtates. Quamuis confabulantium conſuetudinem minime deuitaret, In his autẽ ſex quos modo dicebã annis quęſtiones mul

nes multæ in diſputando diſcuſſæ ſunt diligēter. Ideoq; Amelio meq́ſimul hortantibus, ſcripſit libros de eadem quæſtione duos, probans vnū & idem vbiq; totum ſimul adeſſe. Scripſit deinceps duos inſuper alios, quorum alterū quidem aſſerit, quod eſt ſuperius ente non intelligere. Alter vero diſtinguit quid primo intelligat, quid've ſecundo. Scripſit etiam librum:

*De eo quod eſt in potentia, quod've exiſtit in actu.*
*Item quomodo incorporea minime patiantur.*
*Primum de anima.*
*Rurſus de anima ſecundum.*
*Denique de anima tertium, uel quomodo uideamus.*
*De contemplatione.*
*De intelligibili pulchritudine.*
*Quod intelligibilia non ſint extra intellectum, & de intellectu atq; bono.*
*Contra Gnoſticos.*
*De numeris.*
*Cur quæ procul uidentur exigua uideantur.*
*Vtrum in longitudine temporis felicitas conſiſtat.*
*De mixtione per omnia.*
*Quomodo idearum extitit multitudo atq; de bono.*
*De uoluntario.*
*De mundo.*
*De ſenſu atq; memoria.*
*De generibus entis primum.*
*Secundum de generibus entis.*
*De generibus entis tertium.*
*De æternitate & tempore.*

Hi ergo libri quatuor & viginti quos in ſex illis annis quos cum eo vixi conſcripſit, aſſumens videlicet ex occurrentibus quæſtionibus occaſionē opportunitatemq; ſcribendi, quemadmodum ex capitibus vniuſcuiuſq; libri ſignificauimus. Hi inquam libri vnà cū viginti & vno, quos antequam accederem compoſuerat: ſummatim quinq; ſuper quadraginta conſiſtunt. Quo vero tempore in Sicilia vitā agebam, quo perueneram circa quintum decimumq́ Galeni imperatoris annum, Plotinus libros quinq; compoſuit, & ad me in Siciliam miſit:

*De beatitudine.*
*De prouidentia primum.*
*De prouidentia ſecundum.*
*De ſubſtantijs cognoſcentibus, atq; illis ſuperiore.*
*De amore.*

Hos itaq; libros miſit ad me primo Claudij imperatoris anno. Inter initia vero anni ſecundi, quando & paulo poſt ex hac vita migrauit, hos præterea miſit:

*Quæ ſint mala.*
*Vtrum ſtellæ aliquid agant.*
*Quid homo, Quid animal.*
*De primo bono, cæteriſq; bonis.*

Hi vero libri vnà cum quinq; & quadraginta primo tempore ſcriptis, atq; ſecundo quinquaginta & quatuor computantur. Quemadmodum vero conſcripti ſunt, alij quidē in ætate prima, alij vero in ipſo vigore vitæ, alij deniq; defeſſo iam corpore: ſic fermè libri vim ſimilem ipſi declarant. Primi nanq; vnus atq; viginti, ſi cum proximè ſequentibus conferantur, leuiorem vim habere videntur, nondum ſatis conſtans robur habētem. Qui vero medio tempore compoſiti ſunt, virtutis florem præferunt ad ſummum vſq; vigentem. Taleſq; ſunt quatuor & viginti: exceptis quibuſdam paucis, perfectiſſimi. Vltimi deniq; nouem remiſſiorem iam referunt facultatem, idq; poſtremi quatuor magis quàm antecedentes quinq; declarant.

## Auditores Plotini. Et quantum ſit ſalubris abſtinentia.

AVditores quidem multos habuit, imitatores autem & gratia philoſophiæ valde familiares, Amelium Tuſcum, & alios. Sed Amelio huic proprium nomen Gentilianus extiterat. Ipſe vero ſe per literam R. Amerium nominari maluit, ab Ameria, quàm Amelium ab Amelia. Item Paulinum Scythopoliten medicinæ admodū ſtudioſum, quem diſciplinarum, & vt ita dixerim auditionum plenum Amelius Miccallum appellabat. Præterea Euſtochium Alexandrinum etiam medicum, qui ſane prope poſtremum ætatis tempus Plotino notus perſeuerauit, diligenterq́; Plotinum ad mortem vſq; curauit: ſoliſq; Plotini inſtitutis incumbēs legitimi philoſophi habitum induit. Verſabatur quoq; cum eo Zothicus criticus homo & poeticus, qui & Antimachi opera emendauit: Atlāticamq; hiſtoriam ritu valde poetico in carmina tranſtulit. Poſt hæc in caliginem incidit oculorum, & paulo ante Plotini obitum deceſſit è vita. Paulinus quoq; diem obijt ante Plotinum. Prçterea familiaris admodum Plotino Zethus erat, genus ex Arabia ducens: qui & vxorem duxerat filiam Theodoxij, quondam familiaris Ammonij. Erat & hic medicinæ peritus, Plotinoq; dilectiſſimus: quem Plotinus ciuilium gubernaculorum momenta gerentem inde reuocare admodum contendebat, eoq; familiariter vtebatur: adeo vt in agros eius ſecederet ad ſextum lapidem ante Minturnas, quos Caſtricius poſſederat cognominatus Phirmus, vir profecto omnium ætatis noſtræ bonarum artium ſtudioſiſſimus, obſeruatorq; Plotini & Amelij ſeruili etiam obſequio cultor: mihiq; Porphyrio cunctis in rebus non aliter quàm legitimo fratri deditus. Hic & ſi ciuilem elegit vitam, Plotinum tamen in primis venerabatur. Senatores quinetiam non pauci Plotinum ſedulo audiebant: inter quos Marcellus Orontius philoſophię diligentiſſime incubuit, maximeq; profecit.

ſimiliterq́; Sabinillus, ac pariter ex eodem ſenatu Rogatianus: qui vſque adeo ab hac vita animum ſegregauit, vt & bonorum ſuorum curam neglexerit, & ſeruos omnes expulerit, reſpueritq́; dignitates. Iam vero prætor proditurus lictoribus iam aſtantibus, neq; prodit, neq; vllam habuit publici muneris ratiõem, neq; lares proprios habitabat: ſed quoſdam amicorum familiariumq́; conueniens, apud eos cœnabat & dormiebat, cibumq́; indies vnicum aſſumebat. Qua quidem negligentia vitæ extremaq́; incuria factum eſt, vt cum acriter podagris antea vexaretur, neq; progredi poſſet, niſi vectus ſella, robur tandem inde reſumpſerit. Itẽ cum manus ante extendere non valeret, tamen adeo conualuerit, vt his expeditius vteretur, q̃ qui artificiã manibus quotidie tractãt. Hunc ergo Plotinus imprimis complectebatur, miriſq́; laudibus extollebat, proponebatq́; tanquam inſigne philoſophaturis exemplum. Aderat & Alexandrinus Serapion, hactenus quidem rhetor, deinde vero diſputationibus quoque deditus philoſophicis: nec dum tamen auaritiæ fœnoris'que vitio ſe abſoluens. Habuit præterea me Porphyrium patria Tyrium inter amiciſſimos numeratum, quem inſtituit ſua ſcripta corrigere.

## Mira componendi celeritas in Plotino, nunquã interrupta mentis intentio, negligentia characterum.

CVm enim aliquid ille ſcripſiſſet, quod ſcripſerat reſpicere bis minime tolerabat: ſed neq; etiam ſemel legere atq; percurrere, propterea quod viſus ei nõ ſatis ſufficeret ad legendum. Dum vero ſcribebat, neq; belle quidem literas figurabat, neq; exacte ſyllabas diſtinguebat, neq; vllam orthographiæ diligentiam adhibebat: ſoli videlicet intelligentię ſtudens, atq; ob id quod omnes admirabamur id agere ad finem vſq; vitæ perſeuerauit. Cum enim totam quandam a principio ad finem diſpoſitionem intelligentiæ, ſemel penes ſe concepiſſet, deinde ſcriptis quæ conceperat iam mandaret, connectebat prorſus ita ſcribẽs quæ in animo diſpoſuerat, vt ex libro quodam ante oculos poſito ſcripta traducere videretur: nempe nonnunquam cum ſuorum quopiam verba faciens, & quæ ad commercia pertinẽt humana componens, interea tamen ab inſtituto mentis actu minime diſcedebat, vt ſimul & neceſſarium curaret amici negotium, & cunctorum quæ in excogitatione conceperat intelligentiam perpetuam conſeruaret. Cum igitur qui allocutus eum fuerat iam abijſſet, non repetebat ſcripta, quoniam ad repetendum viſus (vt diximus) minime ſuppetebat: ſic tamen deinceps ſequentia contexebat, quaſi ne minimum quidem temporis inſtitutum prius intermiſiſſet, dum audiret & tractaret humana. Simul igitur ſecum erat atq; cum alijs, intentionemq́; mentis ad ſe conuerſæ nunquam intermittebat, niſi forſan dum dormiret: quamuis & ſomnũ ab eo procul excuſſerit, tum cibi parcitas, ſæpe enim pane etiam abſtinebat, tũ aſſidua quædam conuerſio ipſius ad mentem.

## Mulieres quoq; diſcipulæ Plotini eius ſanctimonia fretæ. Hic & pupillorum tutor diligens & iuſtus arbiter cauſarum.

AVdiebant Plotinum etiam mulieres nonnullæ admodum ſuæ ſapiẽtiæ deditæ, quarum in numero erat Gemina, in cuius etiam laribus habitabat. Item Geminæ huius filia nomine ſimiliter Gemma. Amphiclia quoq; Ariſtonis filia, & filij Iablichi vxor: multi quinetiam viri, multæ & mulieres generis nobilitate pollentes cum morti iam propinquarent, filios ſuos tum mares tum fœminas vnà cum omni eorum ſubſtantia Plotino tanquam ſacro cuidam diuinoq; cuſtodi tradebant atq; commendabant. Quocirca Plotini domum plenam iam puerorum virginumq́; videres. Inter quos erat & Potamon, quẽ Plotinus diligenter educans etiam quoties aliquid foret commutaturus, auſcultabat attentus. Neq; tædebat eum pupillorum procuratorem audire adminiſtrationis rationes ſæpe reddentes, diligentemq́; adhibebat parſimoniæ curam, affirmans quandiu nondum philoſopharentur, ſua illos bona poſſidere & prouentus accipere abſq; detrimento debere. Et quamuis tot pupillis neceſſaria vitæ ſumma cum diligentia procuraret, nunquam tamen dum vigilaret, intentionem animi in mentem conuerſi vel paululum remittebat. Erat & manſuetus admodum, & omnibus pro arbitrio qui ei quoquo modo adhærerent, expoſitus. Quamobrem cum Romæ annos ſex & viginti integros habitaſſet, plurimorumq́; arbiter mutuas controuerſias diremiſſet, nullum tamen ciuium vnquam habuit inimicum.

## Plotinus magorum maleficia ſuperauit. Dæmonem ſuum diuinum uidit. Paucis indiciis mirabiliter diuinabat.

EX eorum vero numero qui ſibi philoſophiæ ſtudium vendicabant, Alexãdrinus Olympius Ammonij ad breue diſcipulus, vtpote qui principatum philoſophiæ ſibi cuperet ar-

ret arrogare, & ipſe deſpiciebat Plotinum & deſpectum reddere apud omnes moliebatur, animoq; tam infenſo maleficijs Plotinum inuaſit, vt magicis quibuſdam machinamentis ſiderare illum contenderet. At poſtquam ſuos in ſeipſum conatus reflecti perſenſit, contubernalibus inquit, Plotini animam tam ingentem habere potentiam, vt ictus directos in eum, ſtatim in maleficos retorqueret. Iam vero Plotinus cum primum maleficia Olympius ille machinaretur, animaduertit, aitq; ſuis: Nunc Olympio corpus marſupiorum more contrahitur, membraq; inter ſe corporis omnia conteruntur. Quamobrem poſtquam Olympius ſæpe ſuo diſcrimine eſſet expertus, ſe ictus ſuos, Plotino in eum repellente recipere, tandem à maleficio deſtitit: & profecto Plotinus ipſa quoque natura ab initio maius aliquid præter cæteros poſſidebat. Aegyptius enim quidam ſacerdos Romam profectus, perq; amicum quendam Plotino ſubito notus, cum exoptaret ſuam Romæ ſapientiam oſtentare, ſuaſit Plotino vt ſecum accederet familiarem ſibi dæmonem eo aduocante protinus inſpecturus, cui facile Plotinus eſt obſecutus. Acta vero eſt in æde Iſidis dæmonis inuocatio, ſolum nanque hunc locum Romæ purum ait Aegyptium inueniſſe. Sed cum in aſpectum proprium ipſe dæmon acceſſeretur, pro dæmone deus acceſſit, qui ſane non eſſet in genere dæmonum: ſic ergo repente Aegyptius exclamauit: Beatus es ô Plotine, qui habeas pro dæmone deum, neque ex inferiori genere ſis ducem ſortitus familiarem. Narrabat vero non licuiſſe tunc quicquam interrogare, neque diutius videre præſentem: quippe cum communis quidam ibi contemplator amicus, aues quas manu tenebat, cuſtodiæ gratia ſuffocaſſet, ſiue inuidia ductus, ſiue metu perterritus. Cum igitur ex diuinorum ordine dæmonum familiarem ſibi Plotinus haberet, merito & ipſe ſemper diuinum ſuæ mentis oculum ad illum ſublimius erigebat. Quam etiam ob cauſam de ſuo cuiuſque familiari dæmone librum deinde compoſuit, vbi ſanè conatur cauſas de familiarium numinum differentia diligenter afferre. Præterea cum Amelius ſacrorum obſeruator eſſet, atque per calendas ſacra faceret, & quandoque Plotinum rogaret illuc ſecum accedere: illos inquit Plotinus decet ad me, non me ad illos accedere: Qua vero mente tam excelſa de ſe loqueretur, neque intelligere ipſi potuimus, neque auſi ſumus interrogare. Erat in cognoſcendis moribus ſagaciſſimus. Itaque cum mulieri nomine Chione penes ipſum vna cum filijs habitanti, caſtamq; agenti viduitatem, precioſum monile furto ſubreptum fuiſſet, omneſq; ſerui atque domeſtici in Plotini aſpectum accerſiti veniſſent, ſingulos Plotinus intuitus ſelegit quendam, aitq;: Hic monile ſubripuit. Verberatus ille diu quidem negat, ſed denique confitetur, furtumq; reſtituit. Similiter quales ſinguli apud illum verſati pueri futuri eſſent, mirifice prædicebat: velut de Polemone prædixit, ad amorē hic procliuior erit, nec ad ætatem maturam perueniet, atque ita contigit. Ego quandoque me ipſum interimere cogitabam, quod mirabiliter ille perſenſit, mihiq; domi deambulanti protinus adſtitit, aitq;: ſtudium nunc iſtud ô Porphyri tuum, non ſanæ mentis eſt, ſed animi potius atra bile furentis: itaque Roma abire me iuſſit. Huic ergo parens in Siciliam ſum profectus, præcipue cum audirem Probum quendam elegantem virum circa Lilybeum habitare. Quod quidem factum eſt, vt hac perturbatione animi liberarer, ſed interea impedirer vna cum Plotino vſque ad eius obitum vitam ducere.

Platonopolim ædificare uoluit, diſputator acer, formoſus, amabilis, in dictionibus negligens, ſenſu profundus, Platonica cum Peripateticis abunde coniunxit.

PRoinde Galenus imperator vxor'que eius Salonina Plotinum honorabant, maximeq; colebant. Hic igitur eorū beneuolentia fretus orauit, vt dirutā quandā olim in Campania ciuitatem philoſophis aptam inſtaurarent, regionem'que circumfuſam cultæ ciuitati donarent, concederent'que ciuitatem habitaturis Platonis legibus gubernari, atque ipſam ciuitatem Platonopolim appellari: Pollicebatur ſe illuc habitatum vnà cum amicis omnibus profecturum, quod facile philoſophus ad votum impetrauiſſet, niſi quidam imperatoris familiares inuidia, vel indignatione, vel alia quadā iniqua de cauſa acriter obſtitiſſent: Erat in diſputationibus ſtrenuus ad dicendum, ad inuentionē ſolers, ad opportuna percipienda promptiſſimus, ſed forte in nonnullis dictionibus aberrabat: non enim pronuntiabat meminiſſe, ſed mentiniſſe, ſimiliterq; alijs quibuſdam dictionibus abutebatur: quod quidem vitium in ſcribendo etiam ſequebatur. Præterea inter loquendum mens emicabat foras, lumen intimum ad vultum vſq; diffundens, amabilis quidem erat aſpectu, ſed dum diſputaret pulchrior admodum videbatur. Tūc ſane tenuis quidam ſudor, velut ros è facie diſtillabat, tunc benigna manſuetudo fulgebat, tunc ad quæſtiones & excipiendas placida lenitas apparebat, & diſſoluendas robuſtus admodum vigor demonſtrabatur: Iam vero cum



Familiaris Plotini Deus.

Ego Porphyrius triduo eum interrogarem, qua condicione potiſſimum anima cum corpore coniungatur, ille in demonſtrando perſeuerauit. Quando etiam quidam nomine Thaumaſius ſcholas ingreſſus communia tractaturus, præfatus eſt optare ſe Plotini ſententias in ſcriptis exponendis audire: Porphyrio vero interrogante atque reſpondēte diſputationem eiuſmodi minime tolerare. Sed Plotinus obiecit, niſi dubitationes interrogante Porphyrio diſſoluamus, commentari oratione perpetua quicquam in librum aliquem non valebimus. Scribit autem intentiſſimo quodam acumine, ɛ intellectu multiplici: eſt quidem breuis, ſed ſenſibus vbique pluribus quàm verbis abundans. Multa numine afflatus effundit, ſæpe ex ipſa re qua de agit mirifice patitur: neque tam ſimplici diſciplina loquitur, quàm animo ad rem ipſam ardenter affecto. Inſerta ſunt libris eius latentia dogmata Stoicorum Peripateticorumq́; ſimiliter: præſertim vero ſententiæ Ariſtotelis poſt phyſica congeſtæ illic frequentius inſunt. Latuit eum nihil omnino quod ad geometriam, arithmeticam, machinariam, perſpectiuam, muſicam pertineret, quàmuis nunquam ſe promptum ad hæc opere exequenda reddiderit. Legebantur in ſcholis ipſi commentaria Seueri, Chronij, Numenij, Caij, Attici philoſophorum Platonicorum: item Peripateticorum, Aſpaſij, Alexandri, Adraſti, ɛ quotcunq; forte inciderint commentaria, ſed nihil ex his tractu continuo dicebatur. Erat enim proprius ſuiq; iuris, ɛ ab his in contemplatione diuerſus: in rebus vero diſcutiendis intellectum ferebat Ammonij. Lectione quàmprimum euadebat imbutus, paucisq; profundæ contemplationis intelligentiam afferens exſurgebat. Cum liber Longini ex Phylartheide principijs lectus eſſet: Literarū quidem ſtudioſus, ait, eſt Longinus, philoſophus vero nequaquam. Cum Origenes aliquando veniſſet in ſcholas, Plotinus ſtatim genas rubore ſuffuſus aſſurgere voluit, ſermonem vero ab Origene continuare rogatus, reſpondit, ſtudium loquendi ceſſare, quando qui loquitur animaduertit ſe ad illos qui idem ipſi nouerint verba facturum: atque ita cum pauca quædam diſſeruiſſet, inde ſurrexit.

## Celebrabat Platonis natalem, erat omnium pudiciſſimus.

CVM in Platonis natalibus poema de connubio ſacro recenſuiſſem, ɛ quidam præſens obijceret Porphyrium inſanire: quippe cum multa illic diuino quodam afflatu ſecretoq́ue myſterio dicta fuiſſent, Plotinus palàm cunctis audientibus ait: Demonſtraſti ſimul poetam, philoſophum, ſacerdotem. Legit quandoque ibidem orator Diophanes defenſionem pro Alcibiade, in Platonis Sympoſio debacchante, decere probans virtutis addiſcendæ gratia amatori ſeipſum exponere, hanc ipſam demonſtraturo, etiamſi congreſſum Venereum affectauerit. Inter legendum vero Plotinus ſurrexit ſæpius tanquàm ex eo cœtu ſubito diſceſſurus, veruntamen ſe continuit: mox vero cœtu ſoluto, mihi mandauit imprimis, vt refellerem oratorem. At cum Diophanes ille librum mihi legendum concedere nollet, memoriæ viribus argumenta recolui. Scripſi contra, eiſdem mox audientibus retuli, tanta Plotinum affeci lætitia, vt in ipſo conuentu continuo ſæpe repeteret: ſic feri, ſiquidem ita viris lumen eris. Eubulus Platonis ſectator ſcripſit Athenis, ſcriptaq; miſit Romam de quibuſdam Platonicis quæſtionibus. Plotinus autem hæc mihi tradi iuſſit, meq; conſiderare ſingula, [illegible]eferre. Operam dedit aſtronomiæ regulis, quàmuis more non admodum mathematico [illegible]orū vero iudicijs incubuit diligētius. Cumq; illorum prædictiones non eſſe fide dig[illegible]ehendiſſet, non piguit eum ſæpe in ſcriptis ſuis illorum præſagia confutare.

Iudiciariam Aſtrologiam paſſim à Plotino tanquam minus fide dignam confutari [illegible]

## Scripſit contra quoſdā Chriſtianos hæreticos, & ſuis contra eoſdem ſcribi mandauit.

ERant Chriſtiani eo tempore multi, cum alij, tum ex antiqua philoſophia egreſſi hęretici, Adelphij, Acyliniq; ſectatores, qui Alexandri Lybici, Phylocomi, Demoſtrati Lydi, plurimos libros circunferebant, ɛ reuelationes quaſdam Zoroaſtris, Zoſtriani, Nichotei, Allogenis, Meſſi, aliorumq́; eiuſmodi palam oſtendentes, ɛ deceperunt multos, ɛ ipſi decepti iam fuerant: aſſerentes Platonem intelligibilis eſſentiæ profundum minime penetraſſe. Quamobrem Plotinus multas in diſputationibus ſuis in eos argumentationes intulit, ſcripſitq́; contra eos librum, quem contra Gnoſticos nos inſcripſimus, nobisq́; reliqua diſcutere ɛ iudicare commiſit. Amelius autem libros quadraginta compoſuit, contra librum Zoſtriani. Ego vero Porphyrius argumentationibus multis oſtendi librum Zoroaſtri ab illis inſcriptum, adulterinum, nouumq́; eſſe, ɛ ab eis confictum, qui ſtruebant hæreſim: vt inſtitutiōes ſuæ, eſſe Zoroaſtris veteris crederentur.

## Plotini ſenſa pauci admodum penetrabant, teſtimonia Amelii unà cum Porphyrio de excellentia librorum Plotini.

PLerique Græcorum Plotinum falſo criminabantur, quaſi inuenta Numenij ſibi clam vſurparet: quam ſane calumniam Tryphon Stoicus & Platonicus Amelio nũciauit. Hinc librum ſcripſit Amelius, quem nos inſcripſimus de differentia doctrinæ Plotini ad Numenij diſciplinam, Amelius autem librum mihi dicauit, meq́; in ipſa inſcriptione Baſilea, ideſt regem cognominauit, id enim mihi nomen erat. Et patria quidẽ lingua nominabar Malchus, quo nomine vocabatur & pater, Malchus autẽ in græcam tranſlatus linguam rex appellatur. Quocirca Lõginus vbi dicauit ſcripta de conatu Cleodamo mihiq́; Porphyrio ſic eſt exorſus: ô Cleodame atque Malche. Amelius autẽ nomẽ ipſum interpretatus, ſicut Numenius Maximum appellauit Megalum, ſic Malchum cognominauit regẽ. Amelius Baſileo, ideſt regi ſalutem. Certe ſcio me nunquam vocem fuiſſe emiſſurum inclytorum virorum cauſa, qui vt iam diuulgatum eſſe ais, amici noſtra dogmata in Apameum Numenium referunt. Conſtat enim id ex dicendi loquendiq́; propria apud ipſos & qua gloriantur, modeſtia proficiſci, nũc quidem meras nugas, nunc vero ſuppoſiticium vocantibus. Rurſus quaſi viliſſima quędam ſupponat, accuſant: & mendaci duntaxat dicacitate in eum perperam inuehuntur. Cum vero tu occaſione hac vtendum cenſeas, cum videlicet vt quæ nobis videntur ad reminiſcendum promptiora reddamus, tum etiam vt in amici gloriã: præſertim qualis eſt magnus admirandusq́; Plotinus, quàmuis nolim decantata myſteria plenius cognoſcantur, morem tibi gerendum exiſtimaui, iamq́; tibi reddo promiſſa, triduo quod ſcis à nobis elaborata. Decet vero ſcriptis te noſtris ignoſcere, vtpote quæ non ſint compoſitionum illarum comparatione vel compoſita vel electa: ſed ex veteri congreſſu repetita, & vt quæque prima ſuccurrebãt, ſic impræſentia diſpoſita ſunt. Eoq́; magis danda mihi venia eſt, quòd viri illius conſiliũ; quià nonnullis in iudicij noſtri conſenſionem eſt adductus, haud facile deprehendi poteſt, propterea quòd aliàs aliter de rebus eiſdem, vtcunque placuerit, verba faciat. Ego autẽ certo ſcio, te benigne prorſus emendaturum, ſiquid præter familiarem Plotini noſtri characterem hic à nobis fuerit obſignatum. Iam vero compulſus videor, vt eſt in Tragœdijs tanquàm negotioſus homo, ideoq́; ab ipſa noſtri ducis doctrina diſtantior, emendatoris ſubire iudicium atq́; retractare. Tantum videlicet apud me potuit ardens tibi gratificandi voluntas. Vale.

Malcus, Porphyrij verum nomen.

## Confirmatio ſuperiorum.

HAnc equidem epiſtolam afferre ſum adductus, non ſolum vt fidem faciam, nonnullos illius temporis illo etiam viuente ſuſpicatos fuiſſe, Plotinum inuentis Numenij ſuperbiſſe, verumetiam quia nugatorem amplum exiſtimauerint atq́; contempſerint: Ob eam ſcilicet cauſam, quoniam eiũ dicta nequaq̃ intelligebant. Ipſeq́; Plotinus ab omni ſophiſtica oſtentatione, faſtuq́; erat alienus: in ipſiſq́; diſputantium cœtibus non aliter q̃ in familiaribus colloquijs ſe gerere videbatur, neque propere cuiquam neceſſarias argumentationum vires aperiebat in eius ſermone latentes. Mihi quoque Porphyrio idem contigit, cum primum audiui Plotinum. Quapropter eum contra ſcribendo prouocare tentaui, conatus oſtendere, ea quæ intelliguntur extra intellectũ exiſtere. Ille vero cum Amelio mea ſcripta legere præcepiſſet, illeq́; iam perlegiſſet, ſubridens ait: Tuum eſſet Ameli dubitationes iſtas diſſoluere, in quas ille ob quandã noſtræ ſentẽtiæ ignorantiã incidit. Poſtq̃ igitur Amelius librũ non paruum aduerſus obiectiones meas compoſuit, egoq́; ſcriptis eius iterum contradixi: Rurſusq́; mihi reſcripſit Amelius, tertio iam gradu vix tandem Plotini mentem auſpicatus; mutaui ſententiam: ideoq́; palinodiã reſcribens in conuentu omnium recitaui. Atq́; in poſterũ Plotini libros fide digniſſimos iudicaui, & præceptorẽ ipſum omni ſtudio prouocaui, vt ſententiam ſuam articulatim diſtingueret, latiusq́; deſcriberet: quinetiã hinc factũ eſt, vt ille Amelium quoque ad conſcribendum valde propẽſum effecerit. Quid vero Longinus ſenſerit de Plotino per ea maxime quæ ego ad eum ſcribens ſignificauerã, declarabit pars epiſtolæ hoc ad me tenore perſcriptæ. Cum enim operæpretium iudicaret, me è Sicilia ad eum in Phœniciam proficiſci, librosq́; Plotini mecum afferre, ſic ait.

## Teſtimonia Longini de excellentia librorum Plotini.

TV quidẽ iſta quã tibi placuerit ad nos mittito, imò vero ferto rectũ. Equidẽ nõ facile obſecrare te deſinã, vt iter ad nos omni prorſus itineri anteponas: etſi nõ ob aliã cauſam, quidem nouæ apud nos ſapiẽtiæ ſperãs venias neſcio, ſaltẽ propter antiquã conſuetudinẽ, aerisq́; ſalubritatẽ imbecillitati corporis de qua quereris cõferentẽ. Quod ſi forte aliud quiddam putes aſſequi, apud me tamen ne noua quidẽ ſperes, nedũ antiqua, quæ plurimum pe-

riſſe

riſſe dicis. Iam vero tranſcriptorum tanta hic eſt penuria, vt per deos totum id tempus, quæ deerant Plotini inſtaurans, vix horum inuenerim ſubſcriptorem, dum à miniſterijs eum conſuetis abduco, huic autem vni incumbere iubeo. Tot equidem libros illius iam habeo, vt videar iam omnes habere, poſtq̃ nunc abs te miſſos accepi, ſed non perfecte me habere profiteor. Hi nanque libri non mediocriter ſunt mendoſi, etſi Amelium amicum noſtrum putaui iam errata paſſim exſcriptorum emendauiſſe: illi tamen alia magis curæ fuerunt, quàm ſedulitas emendandi. Quamobrem qua ratione his libris vtar minime habeo, quàmuis ſupra modum affectem, quæ Plotinus de anima atque de ente ſcribit conſiderare: ſed hi potiſſimum libri ſunt exſcriptorum vitio deprauati. Quocirca percupio libros abs te eoſdem ſumma diligentia ſcriptos accipere, vt tantum perlegam, inde meos emendẽ, mox vero reſtituam. Sed rurſus idem, quod dixi ab initio, repetam. Ne mittas quidem, ſed ipſe tecum afferens, huc accedas: neque hos tantum afferas, ſed ſiquid inſuper reliquum eſt, quod Amelium aufugerit: quæ enim ille huc aduexit, ſummo ſtudio exquiſita poſſideo. Cur enim non ſumma cum diligẽtia viri illius ſcripta omni prorſus honore ac veneratione digna perquiram? Hoc equidẽ tibi tum præſenti, tum procul abſenti, cum habitanti Tyrum ſemper ſignificaui: me ſcilicet non multa admodum Plotini librorum argumenta capere. Ipſam vero ſcribendi formam, intelligentiarumq́; frequentiam, & quæſtionum diſpoſitionem admodum philoſophicam me amare ſupra modum atque venerari: atque equidem iudico debere veritatis indagatores Plotini libros cum præſtantiſſimorum duntaxat operibus comparandos adducere.

## Confirmatio ſuperiorum.

IN ſuperioribus enarrandis iccirco fui prolixior, vt demõſtrarem quid iudicauerit de Plotino vir ille iudicio ſeculis noſtris acerrimo, qui fermè ſui temporis omnia ſcriptorũ operà diſcuſſit atque redarguit: quàmuis & hic ab initio aliorum adductus inſcitia Plotinum diu contempſerit. Putauit autem Plotini opera quæ acceperat ab Amelio fuiſſe tranſcriptorum vitio deprauata, propterea quòd conſuetam viri illius elocutionem nequaquàm intelligebat: ſiqua enim alia, certe quæ penes Amelium erant, emendatiſſima erant. Quippe cum ex libris ipſa Plotini manu ſcriptis exſcripta fuiſſent. Proinde operæpretium eſt referre quę in opere ipſo Longinus ſcripſit de Plotino Amelioq́; & cęteris ſua tempeſtate philoſophis. Vt certius nobis conſtet quam potiſſimum de illis ſententiam tulerit vir elegantiſſimus atq; ad ingenia arguẽda promptiſſimus. Inſcribitur ſane liber, De fine ad Plotinum Gentilianumq́; cognomento Amelium, cuius quidem proœmium eſt eiuſmodi.

## Teſtimonia Longini ad idem.

CVm multi temporibus philoſophi noſtris extiterint ô Marcelle, maior profecto eorum numerus in primis extitit noſtræ ætatis annis: præſens nanque tempus quàm paucos habeat dicere minime licet. Sed dum eſſemus adoleſcentuli, non pauci philoſophiæ ſtudijs excellebant, quos quidem omnes videre nobis contigit, quoniam à teneris annis multas paſſim regiones vnà cum parentibus peragrauimus. Vbi profecto data mihi occaſio fuit, qua illos quia adhuc in vita ſupererant, conuenirem, cum apud multas gentes & vrbes in eundem cum illis locum ſæpe concurrerem: ſed ex eorum numero alij quidem ſententias ſuas literis commendarunt, ſcribendo poſteris profuturi. Alij vero ſatis ſibi factum exiſtimarunt, ſi præſentes familiareſq́; conſilij ſui participes effeciſſent. In primo igitur genere fuerunt Platonici quidem Euclides & Democritus, & Proclinus, qui in Troade habitauit. Præterea & qui etiam nunc Romæ viuunt, Plotinus & Gentilianus Amelius Plotini familiaris. Stoicorum vero Themiſtocles atque Phebion: & qui vſque ad externum diem florebant Amnius atque Medius. Ex Peripateticis autem, Heliodorus Alexandrinus. Sed in ſecundo genere Platonici quidem Ammonius atque Origenes, quibus cum nos diu verſati ſumus, viris profecto interuallo non paruo ſui ſeculi philoſophos intelligentia ſuperantibus: item qui Athenis ſucceſſores, Theodotus atque Eubulus. Iam vero ſiquid ab aliquo eorũ ſcriptum eſt, quemadmodum ab Origene liber aliquis de dæmonibus, atque ab Eubulo expoſitio quædã in Pilebum atque Gorgiam: atque de his quæ Ariſtoteles Reip. Platonis opponit, & quibus hæc rationibus confutentur, hæc ſane parui momenti ſunt, ſi cum rationibus, quas illi voce exactius aſſignare ſolebant, conferre volueris. Neque enim ſerio quodam ſtudio ſcripſiſſe videntur, neque ſcribendi munus tanquàm præcipuum apud ſe officium elegiſſe. Præterea è Stoicorum numero Herminus atque Lyſimachus, & qui Athenis egerunt, Athenæus atque Muſonius. Sed inter Peripateticos Ammonius atque Ptolemæus, diſciplinarum ambo profecto maxime omnium ſuo tempore pleni, prȩſertim Ammonius: nullus enim ad diſciplinarum illius copiam prope acceſſiſſe videtur. Nihil tamen artificioſum admodum cõſtruxerunt, ſed poemata quædam, demonſtratiuoſq́; ſermones. Quæ quidem ſcripta nolentibus autoribus

ſeruata apud poſteros arbitror: neq; em̃ exiſtimo illos exoptauiſſe per libros eiuſmodi poſteris innoteſcere, cum neglexerint ſcriptis exactioribus ſuã commendare ſententiã. Eorũ igit̃ qui ſcripſerunt, alij quidẽ nihil vlterius cõpoſuerunt, q̃ collectionẽ aut tranſcriptionẽ quandã eorũ quæ antiquiores iã cõpoſuerũt. Sicut Euclides, & Democritus, & Proclinus. Alij vero exigua valde ex antiquorũ hiſtoria memoriæ cõmendantes, ſecundũ eoſdẽ locos, atq; illi libros cõponere ſunt aggreſſi, velut Amnius, & Medius, atq; Phebion. Hic ſane ex ipſa orationis diſpoſitione magis q̃ ex ſolo mentis conceptu gloriã ſibi cenſuit comparandã. Quibus Heliodorũ quoq; adnumerare licet, qui & ipſe prẽter illa quæ ab antiquioribus audita fuerãt, nihil plus omnino ad diſtinctã orationis ſtructurã contuliſſe videtur. Plotinus aũt & Gentilianus Amelius propoſitionum copia referti ſunt, quas ſtudioſe pertractant, ſcribendiq; munus ſerio elegerunt, proprio quodã more contẽplationis vtentes. Et Plotinus quidẽ vt videtur, principia Pythagorica ſimul atq; Platonica, tertius q̃ priores expoſuit. Et profecto Numenij, Chronij, Moderati, Thraſylli ſcripta, vbi Plotinus de eiſdem ſcribit, nulla ex parte prope ad exactã diligentiã eius accedunt. Amelius aũt veſtigia quidẽ Plotini obſeruare conſtituit, multaq; illius inuenta ſectat̃. Verũ dum in rebus explicãdis prolixior eſt, & interpretationis ambitu latiõe vagat̃, contrariã Plotini induit formã: horũ vero dũtaxat libros cõſideratione dignos exiſtimamus. Cur em̃ cæteros quiſpiã ſectari contẽdat, dimittẽs interea illos inueſtigare à quibus hĩ accipiẽtes hæc ſuis literis mãdauerũt, ipſiq; nihil his adiũxerunt, ac nedũ præcipua rerũ capita, ſed nec argumentũ quidẽ vllũ: nihil igit̃ vlterius curauerũt, q̃ quæ plurimorũ fuerãt cõgregare, vel multa diſcutiẽdo eligere meliora. Iã vero per alia etiã effecimus idẽ, quemadmodũ vbi Gẽtiliano quidẽ de iuſtitia apud Platonẽ poſita cõtradiximus. Et vbi Plotini librũ de ideis tractantẽ cõſiderauimus: communẽ ꝓfecto noſtri illorũq; amicũ Tyriũ dico Baſiliũ, qui & ipſe nõ pauca Plotinũ imitãdo tractauit, atq; Plotinũ ipſum magis q̃ viã regulãq; noſtrã probãs, libri cuiuſdã cõpoſitione conatus eſt opinionẽ de ideis Platonicã veriorẽ eſſe q̃ noſtrã: hũc in quã reſcriptiõe quadã oppoſita, mediocriter arguiſſe videmur, vt qui nõ recte ſ. recãtauerat. Nos ꝓfecto in his opiniões horũ virorũ nõ paucas agitauimus. Sicut in epiſtola etiã ad Ameliũ, in magnitudinẽ libri producta, reſpondẽte vero ad nonnulla, quæ ille Roma ad nos miſerat atq; ſcripſerat: quã ipſe epiſtolã de more Plotinicæ philoſophiæ inſcripſit. Nos aũt cõmunis tantũ duntaxat inſcriptione libri contẽti fuimus, librum ipſum ad Amelij epiſtolam inſcribẽtes.

## Longinus iterum de præſtantia Plotini.

IN his ergo Longinus confeſſus eſt omnibus ſui ſeculi ſapientibus, Plotinũ Ameliũq; propoſitionũ quæſtionũq; copia prẽponendos: rationẽq; contẽplationis ſibi ꝓpria poſſidẽtiũ eos vti. Neq; inſtituta Numenij vindicare ſibi, ea'ue colere, ſed Pythagoreorũ myſteria Plotinũ ſectari cõſtituiſſe, ſed opera Numenij, Chronij, Moderati, Thraſylli operibus de rebus eiſdẽ Plotini quantũ ad abſolutã pertinet rationẽ, inferiora eſſe cenſenda. Proinde cũ dixiſſet Ameliũ per Plotini quidẽ veſtigia ꝓgredi, ſed nimia quadã expoſitionis ꝓlixitate in oppoſitũ Plotini deduci, mox mei memoriã fecit, Plotini familiaritatẽ nuper adepti, atq;: Cõmunis aũt nr̃i illorũq; amicus Tyrius ille Baſilius, nec ipſe quidẽ pauca ad exemplar Plotini tractauit, atq; cõpoſuit. In his ſanẽ verbis reuera Lõginus indicat percepiſſe, me diligẽtiſſime deuitaſſe Amelianas ambages à philoſopho nimiũ alienas, atq; in ſcribẽdo Plotini formã fuiſſe cõplexum. Satis eſt ergo vir tãtus, iudicioq; primus, hactenus in teſtimoniũ nobis adductus ſcribẽs talia de Plotino. Iã vero ſi tũc ad eũ q̃n me aduocauit accedere potuiſſẽ, ꝓfecto nunq̃ cõtra reſcribere ꝓſuiſſet illa, quæ ſcribere prius eſt aggreſſus, q̃ doctrinã ipſam diligẽter examinaſſet. Sed quid nam mihi nũc expedit, vt Heſiodi more loquar circa quercũ petrãq; loqui? Nempe ſi oportet ſapientũ teſtimonijs vti, quis nã deo ſapiẽtior eſſe poteſt? Deo inquã qui vere de ſeipſo dixit: Noui equidem arenæ numerum, mariſq; menſuram: intelligo mutum, audio non loquentẽ. Apollo ſane, cum interrogaſſet Amelius, quo nam Plotini animus emigraſſet, qui & Socratem virorũ omnium ſapientiſſimũ iudicauerat, quanta rurſus & qualia de Plotino cecinit audi;

## Teſtimonium Apollinis de diuinitate Plotini.

IMmortalẽ aggredior reſonare carminis hymnũ, ob amicũ ſuauẽ, mellitiſſimos contexẽs vocalis cytharæ modos, aureo pectine: ſed & Muſas aduoco, vt cõmuni voce concinant Omniſonis modis, & omnifarijs harmoniæ viribus: qualẽ ſtatuiſſe chorũ ob Aeaciden ferunt immortalibus furoribus, & Homericis cãtibus. Sed eia Muſarũ ſacer chorus, cãnamus in vnũ conſpirãtes, vniuerſi terminos cãtus, in medio aũt veſtrũ ego Phœbus intõſus. Genie, vir prius, at nũc genij conſortio diuiniori accedẽs, ſolutus humanæ iã neceſſitatis vinculo, & ex mẽbrorũ ꝓcelloſo turbine, mẽte robuſt' ad exors alluuionis litt' enatas feſtinãs, ꝓcul à nefariorũ turba, vt inſiſtas aĩ puri rectiſſimã viã, vbi dei reſplẽdet fulgor, vbi fas puro in loco, ꝓcul à nefaſto ſcelere. Et olim quidẽ ſaliẽti vt amarã deuitares vndã ſanguiſugæ vitæ, triſtiũq; vertiginum,

ginum, fluctibus in medijs ſurdoq́; tumultu frequenter à dijs apparuit tibi ex proximo ſignū, frequenter tuæ mentis conlectus obliquis tramitibus ferri cupientes, ſuis immortales viribus ad recti curſus gyros, æternamq́; viam ſuſtulerunt: crebros ſcilicet luminum radios tuis oculis inter obſcuriſſimas tenebras oſtendentes. Nec oculos plane tuos fallax occupabat ſopor, ſed à palpebris excuſſa graui macula caliginis, dum fluctibus ferebaris, multa oculis & venuſta contemplatus es, quæ nemo facile vidit eorū hominum, qui ſapientiæ fuerunt indagatores. At nunc vbi ſolutus inuolucro es, & animę genialis ſignum deſeruiſti, ad concilium geniale contendis, quod amœnis interſpirat auris. Vbi amicitia eſt, vbi cupido viſu mollis, puræ plenus lætitiæ, & ſemper riuis ambroſijs irrigatus adeò, vnde ſunt amorum retinacula, & dulcis ſpiritus, & tranquillus æther aurei generis magni Iouis, vbi agitāt Minos & Rhadamāthus fratres: vbi iuſtus Aeacus: vbi Plato, ſacra vis: vbi pulcher Pythagoras, & quicūq; chorum ſtatuerunt amoris immortalis, quicunq; genus commune cum beatiſſimis genijs ſortiti ſunt: vbi animus inter menſas lætitia ſemper hilareſcit. Ah beate q̃ multis exantlatis laboribus ad caſtos genios abiſti, ad vitam ſtabiliſſimam prouectus. Siſtamus carmen, & orbem chori volubilem, Plotini Muſæ gaudentes: at aurea mea cythara hæc habuit quæ diceret, auſi bene agenti.

## Summa ſuperioris oraculi.

IN hoc oraculo continetur, Plotinum fuiſſe bonum & mitem, & manſuetū imprimis atq; ſuauem: qualem & nos extitiſſe vera experientia comprobauimus. Rurſus vigilem extitiſſe, puroq; ſemper animo ad diuinum ipſum ſurſum erecto: quod quidem animo toto ardenter amauit. Item cūctis viribus ſtuduiſſe ex amara cruētæ huius vitæ vnda prorſus emergere. Hac igitur ratione hoc beato lumine cum ſępe ſeipſum attolleret tota mente ad primum deum mente ſuperiorem, perq́; gradus omnes in Sympoſio à Platone diſpoſitos aſcēderet ad diuina, ipſi protinus coruſcauit deus ille, nec formam nec ideam aliquam habens, ſed ſuper intellectum vniuerſumq́; intelligibile in ſeipſo conſiſtēs. Cui & ego Porphyrius ſemel appropinquaui, fuiq; cōiunctus, cum annum ætatis octauum & ſexageſimum iam implerem. Apparuit ergo Plotino finis ille q̃ proximus, finis nanq; Plotino ſignūq; erat, quò acie mentis incederet propinquare, coniungiq; ipſi deo, omnibus vbiq; præſenti. Quater autem dum cum ipſo verſaretur, hunc finem eſt aſſecutus, non potentia dūtaxat inquam, ſed actu quodā ineffabili cōſecutus. Præterea ſubdit oraculum, deos ſæpe Plotinum circunuagantem apprehendentes, in tramitem rectū direxiſſe, dum vberrimos luminis diuini radios, oculorum eius luminibus benigne porrigerent, vt vere dictum ſit Plotinum cōtemplatione intuituq; diuinitus rutilante libros ſuos compoſuiſſe. Iam vero ex intuitu intrinſecus vigilante inſpexiſſe dicitur ab oraculo multa ſuis oculis atque pulcherrima: quæ quidem non facile vllus philoſophiæ profeſſor inſpexerit. Contemplatio nanque hominum humana quidem rurſum contemplatione præſtantior eſſe poteſt, ſed ad diuinam comparata notitiam, gratioſa quidem eſſe poteſt: non tamen valet penetrare profundum, quo ſuperi penetrant. Hactenus oſtendit oraculum, qualia Plotinus dum eſſet corpore circunſeptus peregerit, & quæ fuerit cōſecutus. Poſt hæc vaticinatur Plotinum ſolutum corpore ad cœtum perueniſſe beatum, vbi regnat charitas, ſuaue deſiderium, lætitiaq́; & amor deo coniunctus. Præterea conſtitutos eſſe iudices animorum, Minoen, Rhadamanthum, Aeacum, dei filios, ad quos ire Plotinum nō quidem vt iudicaretur, ſed vt conuerſaretur: quibus cum alij quoque dij optimi conuerſantur. Vbi etiam Plato & Pythagoras cæteriq; vitam agunt, quicunq; firmiter immortalis amoris chorū cōſtituerunt: ibidem dæmones feliciſſimos ſuam habere progeniē. Item vitam illic agere feſtiua viriditate, gaudioq; pleniſſimā, talemq́; perſeuerare factum diuina largitate beatum.

## Diſpoſitio librorum Plotini per materias digeſtas ordine.

HActenus hiſtorico more de vita Plotini ſit dictum. Quoniam vero Plotinus nobis cōmiſit, vt ordinem emendationemq́; librorum ſuorum curaremus: ego aūt & illi viuēti promiſi, & cæteris pollicitus ſum efficere. Imprimis quidem operæpretium fore cenſui, ne libros permitterem ita iacere permixtim, ſicut deinceps ſunt temporis ſucceſſione cōpoſiti: ſed quemadmodum Apollodorus Athenienſis Epicharmi comœdias in volumina decē collegit. Et Andronicos Peripateticus Ariſtotelis & Theophraſti libros diſtribuit in tractatus, ſuppoſitiōes in vnū proprias colligēs: ſic & ego quatuor & quinquaginta Plotini libros in ſex enneades ſum partitus, occaſione perfecti numeri ſenarij, ſcilicet & nouenarij gaudēs. Vnicuique vero enneadi, i. nouenario, propria tribuens, ita ſimul cognata cōgeſſi, priora ſemper in ordine numeri, propoſita quæ ſunt leuiora conſtituens.

Prima igitur Enneas materias præcipue morales continet.

*Quid animal, quid homo.* *De pulchro.*

*De uirtutibus.*
*De dialectica.*
*De beatitudine.*
*Vtrum beatitudo in temporis productione conſiſtat.*
*De primo bono cæteriſq; bonis.*
*Vnde mala.*
*De rationali exitu ex hac uita.*

Prima igitur vt dixi enneas hæc continet, morales poſitiones potius comprehendens. Secunda vero naturalia colligit, quæ mundi ſunt, quæ'ue ad mundum attinēt in ſe complectēs, hæc vero ſunt:

*De mundo.*
*De circulari motu.*
*Vtrum ſtellæ aliquid agant.*
*De duabus materijs.*
*De eo quod in potentia eſt, & quod in actu.*
*De qualitate & ſpecie.*
*De mixtione per omnia.*
*Cur quæ uidentur procul, exigua uideantur.*
*Contra putantes mundi opificem eſſe malum, mundũq; malum.*

Tertia quoq; enneas, quæ mūdi ſunt continēs, cōprehendit ea q̃ circa mundū cōſiderantur:

*De fato.*
*De prouidentia primum.*
*De prouidentia ſecundum.*
*De eo qui nos ſortitus eſt dæmone.*
*De amore.*
*Quòd incorporea minime patiantur.*
*De æternitate ac tempore.*
*De natura contemplationeq; & uno.*
*De diuerſis conſiderationibus.*

Has vtiq; tres enneades in vno corpore nobis placuit collocare. Iā vero in tertia enneade cōnumerauimus materiā de dæmone nos ſortito, quoniā de eo cōmuniter pertractatur. Atq; eſt eiuſmodi propoſitio ſiue quæſtio illi cōſiderationi conueniēs, quæ hominū genituras inquirit: ſimiliter & de amore locus hic quoq; patet. Tractatū vero de æternitate ac tēpore propter illa quæ de tēpore diſputantur hic rite poſuimus. Præterea diſputationē de natura & cōtemplatione & vno, propter ipſam de natura inſcriptionē hic placuit numerare. Quarta poſt hæc enneas poſt libros de mundo, libros de anima comprehendit, hi vero ſunt:

*De eſſentia animæ primus.*
*De animæ eſſentia ſecundus.*
*De dubijs animæ primus.*
*De dubijs animæ ſecundus.*
*De dubijs animæ tertius, uel de uiſu.*
*De ſenſu atq; memoria.*
*De immortalitate animæ.*
*De animæ deſcenſu in corpora.*
*Vtrum omnes animæ una ſint.*

Quarta igitur enneas omnes de anima ſuas materias habuit. Quinta vero habet quidem de intellectu, habet etiam vnuſquiſq; liber nonnihil de eo quod eſt intellectu ſuperius, ac etiā de intellectu qui animæ ineſt, atq; de ideis. Hæc igitur habet:

*De tribus ſubſtantijs principalibus, ſiue principij rationem habentibus.*
*De generatiōe & ordine eorū quæ ſunt poſt primum.*
*De ſubſtantijs cognoſcentibus atq; ſuperiore.*
*Quō à primo fiat quod eſt poſt primum, atq; de uno.*
*Quòd intelligibilia non ſint extra intellectum, atque de bono.*
*Quomodo quod eſt ſuperius ente nō intelligat, quid'ue primo ſit intelligens, quid'ue ſecundo.*
*Vtrum ſingularium etiam ſint ideæ.*
*De intelligibili pulchritudine.*
*De intellectu ideiſq; & ente.*

Quartam igitur enneadem atq; quintam in corpus vnum redegimus, ſextam verò enneadem in vnum aliud corpus cogere placuit, vt ſcripta Plotini omnia in tria corpora redigantur. Quorum primum quidem tres continet enneadas. Secūdum verò duas. Tertium deniq; vnā. Libri vero tertij corporis, ſed enneados ſextæ ita ſequuntur:

*De generibus entis primus.*
*De generibus entis ſecundus.*
*De generibus entis tertius.*
*Quod unum idemq; ſimul ubiq; ſit totum, primus.*
*Quòd unum idemq; ſimul ubiq; ſit totum, ſecundus.*
*De numeris.*
*Quomodo idearum extitit multitudo, atq; de bono.*
*De libertate uoluntateq; unius.*
*De bono uel uno.*

Libros igitur quatuor & quinquaginta in ſex nouenarios ita diſpoſuimus, inſeruimus autem in libros quoſdam abſq; certo ordine commentaria, quoniam amici qui nos vrgebant ad commentandum, ea potiſſimū exigebant à nobis exponi, quæ maxime declaratione apud illos egebant. Quin etiam capitula omnium ſecundum editionis librorum tempora fecimus; præterquā de pulchro, quoniam deerat hic nobis notitia temporis. Verum in hoc non capitula ſolum, ſecundum vniuſcuiuſq; libri modum expoſita ſunt, verumetiam argumenta quæ ſunt capitulorū more connumerata. Nunc vero libros ſingulos percurrentes, puncta etiā ſignaq; adhibere conabimur: & ſiquid vſquam in dictionibus erratum fuerit emendare, ac ſiquid aliud nos moueat, opus ipſum ſignificare, poteſt.

## MARSILII FICINI FLORENTINI AD AVDITORES IN LECTIONEM PLOTINI ET SIMILITER AD LECTORES EXHORTATIO.

PRINCIPIO uos omnes admoneo qui diuinum audi
turi Plotinum huc acceditis, ut Platonē ipſum ſub Ploti
ni perſona loquentem uos audituros exiſtimetis. Siue
enim Plato quondam in Plotino reuixit, quod facile no
bis Pythagorici dabunt: ſiue dæmon idem Platonē qui-
dem prius afflauit, deinde uero Plotinum, quod Platoni
ci nulli negabunt, omnino aſpirator idem os Platonicum afflat atq; Plotini
cum. Sed in Platone quidem afflando ſpiritum effundit uberiorem, in Ploti
no autem flatum anguſtiorem, ac ne auguſtiorem dixerim, ſaltem non mi-
nus auguſtum, nonnunq̃ fermè profundiorem. Idem itaq; numen per os u-
trunq; humano generi diuina fundit oracula, utrobiq; ſagaciſſimo quodam
interprete digna, qui ibi quidem in euoluendis figmētorum incumbat inuo-
lucris: hic uero tum in exprimēdis ſecretiſſimis ubiq; ſenſibus, tum in expla
nandis uerbis quàm breuiſſimis diligentius elaboret. Mementote præterea
uos haudquaquàm uel ſenſu comite, uel humana ratione duce, ſed mente
quadam ſublimiore excelſam Plotini mentem penetraturos. Profecto (ut
Platonicè loquar) cæteros homines rationales animos appellamus, Plotinū
uero non animum, ſed intellectum. Sic omnes eum philoſophi ſuo ſeculo
præſertim Platonici nominabant. Atq; utinam in myſteriis huius interpre-
tandis adminiculum Porphyrii, aut Euſtochii, aut Procli, qui Plotini libros
diſpoſuerunt atq; expoſuerunt, nobis adeſſet. Spero tamen, id quod admo-
dum felicius eſt, diuinum auxilium in traducendis explicandisq; diuinis Plo
tini libris Marſilio Ficino non defuturum. Sed iam cęleſtibus hinc auſpiciis
& nos ad transferendum primum Plotini librū, & argumento bre
uiter exponendum, reliquosq; deinceps feliciter acceda
mus. Et uos Platonem ipſum exclamare ſic er
ga Plotinū exiſtimetis: Hic eſt filius
meus dilectus, in quo mi-
hi undique
placeo, ipſum audite.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

gitatio proficiſcitur. In ſecūda vires quoq; tres præcipuæ ſunt, imaginatio .i. cōmunis quidā ſenſus: deinde ſenſus exterior in partes quinq; diuiſus: poſtremo potentia genitalis, quæ & natura vocatur, generationis, augmenti, nutritionis origo. Imaginatio quidem in anima ſecunda atq; animali: ex ea enim & corpore animal fit humanū, repręſentat primæ animæ intellectum: ſenſus exterior, rationem: natura deniq; vegetalis, imaginationem primę animę refert. Imaginatio rurſus quæ animæ prioris eſt infimū, diſcreta dicitur phantaſia, & nonnihil de particulari ſubſtantia iudicat, ac propius ſequitur rationem. Imaginatio vero quæ ſequentis animæ animalisq; tenet ſummū, confuſa dici phantaſia ſolet, & accidētia ſolum percipit, plurimumq; inſtinctu ducitur naturali. Proinde ſenſus omnis in hoc animali, & ad externa ſenſibilia pertinet, & ad paſſiones corpori ab externis illatas: quas perſentit proxime, propriéq; corpore patiēte compatitur. Senſus autem .i. imaginatio ſuperioris animæ, non ad ſenſibilia, ſed ad ſubiecti animalis ſenſus ſeſe dirigit: nō paſſiones corporis proxime ſentit, ſed tū paſſiones ſenſuum ſtatim animaduertit, & omnino circa imagines, actiōes, paſſiones ſenſus inferioris verſari ſolet: neque pernicioſam inde ſuſcipit paſſionem, ſed affectu quodam erga filiū paterno ſæpiſſime tangitur. Hactenus cōmunis quædā in totū librū argumēti ſit forma.

*Diuiſio libri in partes XIII.*

Diuidimus autem librum totum in capita vel capitula tredecim: ſed vſq; ad ſeptimū inquirit tantum: in ſeptimo quæſtiones incipit definire: ſed deinceps inueſtigat pariter & definit. In primo igitur capitulo vbi perturbationes ſint, primum inſtituit indagandum. ſecūdo, vbi actiōes effectusq; eas præcipue comitātes. Tertio, vbi cogitatio & opinio. Quarto, vbi intelligentia. Quinto, quid ſit hoc ipſum quod de his cōſiderat. Sexto, quod & primū eſſe vult, vbi ſit ſenſus. Quærens autem vbi hæc & cuius ſint, interrogat, nūquid animæ ſimplicis, an animæ vtentis corpore, an cuiuſdam ex vtriſq; commixti, an forte miſturæ. Inquiſitio vero hęc & ſequentes eo tendunt, vt quid homo ſit, quid animal, tandem inueniatur. Hoc igitur eſt libri propoſitum, hic & ordo.

# PLOTINI ENNEADIS . I. LIBER I.

## QVID ANIMAL, QVID HOMO

Marſilio Ficino Florentino interprete.

*Quærit utrum perturbationes, ſenſus, opiniones, cogitatio, intelligentia, ſint animæ ſolius, an animæ utentis corpore, an compoſiti, an miſturæ.* CAP. I.

VOLVPTATES ET DOLORES, TIMORES item atq; audaciæ, cupiditates & fugæ atq; cruciatus cuius nam ſunt? Nunquid ipſius animæ tantum, an animæ potius utētis corpore, an tertii cuiuſdam ex utriſq; compoſiti? Dupliciter autem & hoc accipi poteſt. Aut .n. ipſum quod eſt mixtū ſiue miſtura, aut aliud quiddam ex ipſa mixtione proueniens. Similiter & de illis quæ ex his paſſionibus fiunt & aguntur atq; putant. Rurſus de cogitatione & opinione quærendum eſt, utrum eorundem ſint quorū & paſſiones: an alia quidem ſic, alia uero ſe aliter habeant. Præterea de intelligentia perſcrutandum eſt, cuius ſit & qua rōne ſe habeat. Atqui & de hoc ipſo quod conſiderat præſtatq; circa hęc inquiſitionem atq; iudicium, quid nam ſit. Et primum quidem ſentire cuius ſit potiſſimum. Hinc .n. uidetur exordiendum, quādoquidem paſſiones ipſę uel ſenſus quidam ſunt, uel ſaltē abſq; ſenſu non fiunt.

*Idem eſt anima rationalis, atq; ipſa natura rationalis animæ: quæ et ſi ſeparata eſt ſecundum eſſe à corpore producit tamen uitam coniunctam corpori in uno animali eſſe. Ideo Plotini opinio inter Alexandri & Auerrois opinionem media eſt.* Cap. II.

In ſecun-

IN ſecundo libri capite ſic exorditur: Si anima ſit forma ſimplex in ſe conſiſtens, eam neq; paſſiones vllas, neq; ea quæ paſſiones vel antecedunt vel ſequūtur, ſuſcipere. Sin autem ſit vel quiddam ex materia formaq; compoſitum, vel forma quædam propria pars compoſiti, eam facile talia ſuſcepturam. Vbi notabis quod ait: Si aliud anima ſit, aliud ipſum eſſe animæ: legi poſſe, non ſolum ipſum eſſe animæ, ſed etiam ipſum eſſe animam: atq; idem prorſus apud Plotinum ſignificare. Anima quidem ſignificat animā hanc quodammodo demonſtratā vel euentu compertā: quę qualiſcunq; ſit, alicubi vel aliquādo præſens adeſt. At ipſum eſſe animæ, vel ipſum quod eſt eſſe animā, ſignificat animę naturā, vt ita dixerim, ſpecialem: in qua quidem nec vlla ad integrā animæ eſſentiā neceſſaria deſint, neq; ſit aliquid ſuperuacuum. Vult autem eſſe idem, quod in libro de voluntate dei declarat, dicens: Idem eſt anima, atq; ipſum quod eſt eſſe animā. Siquidē anima eſt forma ſimplex, neq; de alio dicitur. Quaſi dicat: neq; circa compoſitum, neq; circa formā compoſiti propriā, quę & ipſa quodammodo compoſitum quiddā eſſe videtur: dici debere, idem eſſe rem hanc, ipſumq; rei eſſe, vel ipſam rei huius eſſentiā. Aliud enim eſt hic homo, aliud ipſa humana natura: ipſi nāq; naturæ neq; quicq̄ deeſt perfectionis humanæ, neq; ſuperuacuū aliquid accidit: ſed in hoc homine & ſunt quædā homini minime neceſſaria, & (vt Platonice loquar) quia inſunt quædā ab homine nimium aliena, idcirco hic homo ab ipſa idealis rationis integritate degenerat. Formę autem à materia ſeparatę quæ & ſimplices ſunt, & in ſeipſis exiſtunt, nihil idealis rationis amittunt, nihil ſubeunt alienum. Talem eſſe rationalis animę ſubſtantiā arbitratur: quod in libro de animæ immortalitate demonſtrat, & in libro de beatitudine ſignificat, dicens: Animā non eſſe compoſiti partem, teſtatur ipſa eius à corpore ſeparatio. Tu verò ſeparationem intellige duplicem: Vnam per moralem philoſophiā, qua ſe à perturbationibus corpori ſeruientibus ſegregat: alteram per contemplatiuā, qua ſe à ſenſibus & imaginatione ſeiungit. Profecto anima quia non ſit pars compoſiti, ideo in ſeipſam primaſq; cauſas conuerti poteſt: & compoſita quælibet vſq; ad partes ſimplices, & illas iterum ad ſimplices formas in ſeipſis iam exiſtētes ratione reſoluere. Hanc Plotini ſententiā inter Alexandrum & Auerroem eſſe mediā, eſt compertum. Alexander enim intellectualem naturā eſſe poſſe vitam corporis propriam confitetur. Auerrois autem neq; vitā corporis eſſe concedit, neq; vllam corpori vitā infundere. Plotinus deniq; intellectualem naturā eſſe quidem vitā corporis familiarem negat: concedit tamen, familiarem quandā ſua præſentia vitam in corpore propagare, ex qua & corpore non homo, ſed animal conficiatur humanum. Tu verò quid homo, quid animal, non in hoc tantū libro, ſed in libro etiā, Quomodo idearum extitit multitudo, inueſtigare memento. Vbi dicit: Senſus vel ſpeciem, vel corpus impaſſibile percipit: vtranq; opinionem de ſenſu complectitur: Nam alij ſenſum accipere volunt incorporeas duntaxat imagines: alij res quaſdam corporeas quidem, tales tamē, vt vbi ſuſcipiunt à ſenſu, modo ſit recte iudicaturus, neq; ipſæ interim patianẗ, id eſt, ex eo quod ſunt tranſmittenẗ à ſenſu, neq; ſenſus ab illis ſimiliter patiaẗ.

*Si anima non eſt forma ſimplex in ſe exiſtens, ſuſcipit paſſiones: ſi autem eſt talis forma, non ſuſcipit.* CAP. II.

PRimum aūt de anima cogitādum eſt, utrum aliud quidē ſit animā, aliud uero animę eſſe. Si enim aliud ſit, compoſitū quiddā eſt anima: neq; abſurdū erit ipſam ſpecies iā aliaq; ſuſcipe & talia quędā paſſiones eius exiſtere, ſi modo ratio id permiſerit, & omnino habitus affectionesq; meliores atq; peiores. Si uero idē eſt anima & animę eſſe, ſpecies utiq; quædā erit anima actiones eiuſmodi nō ſuſcipiens, quas ipſa alteri infert: In ſeipſa uero actionē habēt ſibi cognatā, quamcūq; ratio demonſtrauerit. Sic enim uerum erit dicere eam immortalē. Siquidē oportet quod immortale & incorruptibile eſt impatibile quoq; eſſe: alteri quidem ſibi ipſius nonnihil impertiens, ipſum uero ab alio nihil accipiens, niſi quantum à ſuperioribus acceperit quicquam à quibus profecto præſtantioribus minime ſegregatur. Quid igitur tale quiddam metuat, quippe cum exteriorū nihil accipiat: illud certe metuat quod & poteſt pati. Neq; rurſus audebit. His enim adeſt audacia, quibus quæ ſibi forent metuenda, nondū acciduntr. Cupiditates præterea quę per corpus explentur, euacuato uideli-

eet corpore uel impleto non huius eſſentię ſunt, ſed alterius quod euacuari impleriq; poſſit. Quo autẽ pacto appetet miſtionem? Nonne quod eſſentiale eſt permanet ſemper immixtum? Rurſus quonam modo introducere ſibi aliud affectabit? Sic enim nõ eſſe ſtuderet. Cruciatus quoq; procul abeſt. Dolor uero atq; triſtitia qua ratiõe & qua de re ibi eſſe poteſt? Sufficiens enim id quod ſimplex in eſſentia, quale eſt in ſua eſſentia permanẽs: Num delectatur nuper aliquo accedente? nullo profecto, neq; etiã accedente bono. Quod enim eſt, eſt & ſemper: quin etiam neq; ſentiet. Rurſus neq; circa ipſum cogitatio erit neq; opinio: ſenſus enim uel ſpeciei uel impatibilis corporis perceptio eſt: cogitatio aũt & opinio ad ſenſum uergunt. De intelligentia uero conſiderandum quodammodo, nunquid hanc ipſi concedere debeamus: ac de uoluptate pura, num circa ipſam quatenus permaneat ſola, contingat.

*Anima rationalis et ſi in ſeipſa conſiſtit, quodammodo tamen uergit ad corpus: quod intellectuali ſubſtantiæ minime conuenit.* Cap. III.

QVoniam vero animã ſignificauerat in ſeipſa conſiſtere, ne quis putet propterea nihilo à mente differre: adiungit, animã etſi exiſtit in ſe ſicut & mens, tamen fouere corpus, & fouendo formare atq; vita replere, quod ſané mens ipſa non efficit. Deinde animã ait viuificato iam corpore vti velut inſtrumento quodã, naturali ſcilicet & coniuncto. Poſt hæc inueſtigat, nunquid dum corpore vtitur vt inſtrumento, inde ſenſus paſſionesq; ſuſcipiat: paulatimq; eo declinat, vt non ſuſcipiat: quia videlicet vtatur corpore non tanq̃ innitens corpori, ſed tanq̃ regens. Tum vero ſignificat animã & natura eſſe à corpore ſeparabilem, & per philoſophiã id re ipſa potiſſimũ comprobari. Demum quærit, Si quo modo coniuncta ſit corpori, quomodo coniungatur: Nunquid tanq̃ quędã corporis temperatio: an, quia ipſamet per corpus totũ ſeſe propaget: aut, quia ſit forma in corpore iacens: aut ſpecies illi pręſidẽs. Aut partim quidem ſeparata quatenus vtentis vicem gerit: vt rationalis anima: partim coniuncta, quatenus eſt inſtrumentũ viuum vtenti ſubiectum, id eſt vita ratione carens, animalq; ex ipſa ſimul & corpore conſtitutum. Debet vero philoſophus & inſtrumẽtum hoc ad vtentem conuertere rationem, vt ei libentiſſime pareat, & rationem ipſam etiã ab hoc vſu reuocare, quoad fieri poteſt ad contemplandum.

*Anima & in ſe uiuit, et uiuificat corpus: eoq; utens ut inſtrumento, non ſubditur corporis paſſionibus.* CAP. III.

VEruntamen in corpore ponere eam oportet, cum ſit anima, ſiue ſuper hoc, ſiue in hoc eſſe dicatur, ex quo ſimul atq; ex ipſa animal totum eſt appellatum. Vtens itaq; corpore ut inſtrumento, non cogetur corporeas ſuſcipere paſſiones, ſicut neq; artifices paſſiones inſtrumentorum. Senſuum autem forte neceſſario: ſiquidem inſtrumento oportet uti animam, per ſenſum paſſiones illatas extrinſecus cognoſcentem: uti namq; oculis, uidere eſt. Sed & offenſiones quæ circa uiſionẽ fiũt, illi accident. Igitur & moleſtiæ atq; dolores, & omnino quodcunq; accidit circa corpus: quapropter & cupiditates, anima uidelicet curante proprium inſtrumẽtum. Verum quonã pacto à corpore in ipſam paſſiones ingredientur? corpus quidem alteri corpori tradere ſui aliquid poterit: at corpus animæ quomodo? Hoc enim perinde ſe haberet, ac ſi patiẽte alio aliud pateretur. Quatenus enim hoc quidẽ eſt utens, illud uero quo utitur, eſt utrunq; ſeorſum. Separat itaq; ille qui utentem tradiderit animã. At uero antequam per philoſophiã ſeparet ipſam, quomodo ſe habebat? An forte miſcebatur? Quod ſi miſcebatur, uel permixtio & temperatio quædam

erat,

erat,uel tanquàm diffuſa & explicata per corpus , uel tanquàm ſpecies mini
me ſeparata,uel tanquàm ſpecies attingens ut gubernator : uel partim qui-
dem ſeparatum,quod uidelicet eſt utens , partim uero mixtum quodcunq;
ipſum eſt in ordine eius quo illud utitur , ut philoſophia & hoc cõuertat ad
utens,& utens abigat inde,niſi quantũ ſumma cogat neceſſitas,adeo ut quo
ad fieri poteſt ita ſe habeat,ac ſi non ſemper utatur.

*Animam non commiſceri corpori, ratio duplex oſtendit.* Cap. IIII.

IN quarto libri capite hos modos exequitur,dicens:Si anima ſit miſtura quędã vel forma
in corpore iacens, ſicut non ipſa erit proprie, ſed compoſitum ipſum erit: ita neq; ſentiet;
vel aget,vel patietur,ſed compoſitum:ipſa vero, vt ita loquar, compatietur. Sin autem ſit eſ-
ſentia,ſuum in ſe eſſe poſſidens,non mixta, non iacens, ſed & ſua tantum largitate explicãs
ſe per corpus,& præſentia ſola viuificans,nullas vnq̃ corporis paſſiones admittet:fermè ſi
cut neq; lumen aeris paſſiones. Iam vero non eſſe commixtã corpori,& ideo neq; iacentem,
duplici ratione demonſtrat. Prima: Si anima quæ eſt ipſum corporis,viuificãdi principium,
corpori miſceretur,prorſus inficeretur tanq̃ deteriori permixta,caderetq; à vita eo ipſo tẽ-
pore,quo viuificatura foret:quãobrem non perfecte viuificaret atq; formaret. Vita ſanè cor
pori iam viuenti permixta,non tam vita q̃ viuificatio quædã eſt,in eo per modum paſſiõis
accepta:per modũ vero actionis ad vitã ipſam pertinet ſeparabilẽ : Sicut forma quælibet in
materia formatio quædã eſt paſſioq; materiæ ex efficaci quadã formæ ſeparatæ actiõe depẽ
dens:& lumen in aere potius illuminatio quædã eſt q̃ lumen: Igitur perfecte viuificare for
mareq; corpus,neq; eſt officium imperfectæ huius vitę iacentis in corpore,neq; puri inſuper
intellectus: eſt igitur animæ intellectualis rationaliſq; officium. Secunda ratio: Non commi
ſcentur in vnum niſi quæ & in communi materia inter ſe conueniunt,& genere congruũt:
anima vero,præſertim intellectualis,magis à corpore diſtat,q̃ ab albedine linea : at hęc duo
minime commiſcentur: ergo neque anima corpori permiſcetur.

*Anima non miſcetur,neq; ineſt corpori,ſed adeſt toti,ideo non ſuſcipit paſſiones. Atq; etiã ſi mi
ſceretur uel ineſſet,non ipſa proprie ſentiret uel pateretur, ſed compoſitum.* CAP. IIII.

POnamus ergo animam eſſe mixtã. At ſi mixta fuerit,illud qui-
dem quod deterius eſt,id eſt corpus,euadet melius:Illud uero
quod melius,ſcilicet anima,euadet deterius. Et corpus fiet me
lius,uitam participando :anima autẽ peior , participando mor
tem cõditionemq; irrationalem. Quod autem quoquo modo orbatum eſt
uita,quonam pacto interim pro additamento ſuſcipit ſenſum? Cõtra uero
ipſum corpus uitam nanciſcens,ſenſum eiuſq; paſſiones accipiet: hoc ergo
& appetet. Hoc enim & his quæ appetit,potietur,ſibiq; metuet: hoc etiã in-
terdum non adipiſcetur iocunda atq; diſſoluetur. Quærendum uero de mi
xtionis modo,ne forte id fieri nequeat:perinde ac ſi quis dixerit, miſceri al-
bedini lineam,naturã diuerſam ualde diuerſæ. Quod ſi dicatur anima diffu
ſa & explicans ſe per corpus,non ex hoc eueniet,ut anima ſimul cum corpo
re patiatur? Sed poteſt quod diffuſum eſt per aliud , impatibile permanere?
Atq; fieri poteſt,ut anima corpori ſe inſinuans, eius nõ ſuſcipiat paſſiones?
ſicut & lumẽ,præſertim ſi ita ſit per totũ , quaſi ſe paſſim porrexerit atq; pro
tẽderit. Nõ igiṫ ex eo accipiet corporis paſſiones , quod diffundiṫ atq; expli
catur in corpus. Sed nunquid ita eſt in corpore,ut forma eſt in materia? At
uero ut forma ſeparata erit:ſiquidem eſſentia eſt,atq; potius erit uelut utẽs.
Sin autem ſicut figura eſt in ſecuri,figura inquam in ferro, & utrũque ſimul
coniunctum,id eſt ſecuris faciet quæcunq; faciet , ſcilicet ferrum ſic figura-
tum,per figuram tamen. Magis utiq; corpori communes dabimus paſſio-
nes:corpori inquam tali,ſcilicet naturali,inſtrumentis prædito,potentia ui

tam habenti. Etenim abſurdum ait dicere animã texere, ſic & appetere atq; dolere: ſed animal potius hæc pati uel agere, dicendum putat.

*Niſi cognoſcatur quomodo anima coniungitur corpori, non cognoſcetur quæ actiones uel paſſiones ſint animæ propriæ, & quæ compoſiti.* Cap. V.

Quoniã opinionem Ariſtotelicã tetigit, dicentem: paſſiones & affectus non tam eſſe animæ q̃ animalis: curſim oſtendit, eſſe difficile dictu, quomodo hæc coniuncti vel communis, ideſt totius ſint animalis. Siue enim dixeris, per ſenſum hæc à corpore in animam atq; in totum progredi, nondum patuit quid cuius'ue ſit ſenſus: Siue ab anima per opinionem vel iudicium quoddã in corpus totumq; deſcendere, nondum conſtitit, quid nam cuius'ue opinio ſit. Item appetitus boni communis, ſcientiæq; & gloriæ ſempiternæ, animæ ſolius eſſe poteſt. Rurſus opinio mali non neceſſario dolorem agit, ſcilicet in corpore tali atq; viuente: Sic neq; opinio vel contemptus, iram vel alicuius boni concupiſcentiã in tali corpore neceſſario prouocat. Proinde ſi dicantur perturbationes eſſe ipſius concupiſcendi & iraſcendi potentiæ: hanc vero vim in compoſito eſſe fundatã, atq; ita perturbationes eſſe compoſiti: hoc inſuper Plotinus ſimiliter agitat. Deniq; ſi afferãt Peripatetici, Affectus eiuſmodi tum ad vim concupiſcendi & iraſcendi, tum ad coniunctum, ſed aliter atq; aliter pertinere: hoc ſimiliter adducit in dubium, ſignificans ambiguitatem eiuſmodi ex eo potiſſimum nobis accidere, quia nondum quomodo anima corpori coniungatur, & quomodo animal compoſitum fiat, compertum ſatis habemus.

*Difficile dictu eſt, quomodo perturbationes ad compoſitum potius quàm ad partem alteram referantur. Quia nondum quomodo compoſitum fiat, eſt manifeſtum.* CAP. V.

ANimal aũt dicendum eſt uel corpus tale uel cõmune, uel aliud quiddam tertium ex ambobus confectũ. Quomodocunq; uero ſe habeat, uel impaſſibilem oportet animã cuſtodire, cũ ſit ipſa alteri cauſa paſſionis, uel ipſam quoq; compatientẽ. Ac ſi ita, aut eandem paſſionem, aut quãdam ſimilem ſuſtinere. Veluti aliter animal quidem appetere, aliter uero concupiſcendi naturam, operari uel pati. Corpus quidem tale in ſequentibus uidetur conſiderandum. Coniunctum uero quomodo accidit moleſtia affici? Nunquid corpore quidem ſic affecto & uſq; ad ſenſum paſſione progrediente, ſenſu uero in animam deſinente? At nondũ manifeſtum quomodo fiat ſenſus. Sed num quando dolor principium accipit ab opinione atq; iudicio, quaſi aliquod malum adſit uel ſibi uel ſuorum alicui? Deinde hinc permutatio moleſta in corpus, & omnino in totum animal ſe propagat. Veruntamen neq; dum conſtat cuiuſnam ſit opinio: num animæ, an coniuncti. Item opinio circa malum non habet doloris neceſſario paſſionem. Fieri enim poteſt, ut præſente opinione mali nõ accidat dolor: neque ira, præſente opinione contemptus, neq; appetitus ipſa boni opinione præſente. Quonam igitur modo hæc communia ſunt? Num quoniã concupiſcentia eſt ipſius concupiſcendi naturę: Et ira ſimiliter iraſcendi: Et omnino ipſius appetendi uirtutis eſt omnis ad aliquid impetus? Sed neque adhuc ita communia erũt: ſed ſolius animę, aut corporis potius: quia oporteat ſanguinem uel bilem inflammari: & corpus certa ratione affectum concupiſcentiam incitare: ut in Venereis accidit. Appetitio uero boni non eſt communis paſſio: ſed animæ ſit, ſicut & alia, neq; omnia eſſe ipſius communis permittit ratio. Sed quando quis cupit Venerea, erit quidem homo appetens, erit & alio modo appetens etiam uis appetendi. Sed quomodo? nunquid homo quidem dabit principium appetendi, comitabitur uero concupiſcendi potentia? Verum quonam pacto appeteret homo, non excitata concupiſcendi potentia? Nunquid uero exordietur appetendi natura? Verum

quomodo

quomodo incipiet, corpore non prius ſic affecto?

*Si dicatur, animam rationalem eſſe compoſiti animalis partem, dubia non ſoluuntur.* Cap. VI.

IN ſexto capitulo ſolutionē ad præcedentia dubia Peripateticā adducit in medium. Aiunt enim: Cum in animali ipſum eſſe ſit non partis, ſed totius: merito ad totum actiones paſſionesq́ proprie pertinere: Ita videlicet, vt anima quidem & animalis potentia id ſit, quo animal agit: animal autem ſit præcipue quod agit & patitur. Plotinus id forte manifeſtum in actionibus paſſionibusq́ in externā materiā tranſeuntibus eſſe concedet: At vero circa ſenſum qui intrinſecus eſt, & circa vitam quæ eſt intima, dubitādum ait, cur non anima ſentiat atq́ viuat. Tota vero eiuſmodi controuerſia, vt dicebā, eo tendit, vt intelligamus ambigua declarari non poſſe, niſi conſtet prius, quomodo anima ſe habet ad corpus, corpusq́ ad animā: quid'ue perſeueret ſimplex: quid autem & quomodo componatur. Hactenus, vt in principio dixi, quæritur tantum, nihil autem interea definitur.

*In dubiū trahitur, uerū ne uerū ſit quod fertur: Animā & uim animæ eſſe qua animal ſentit, & agit, & patitur. Animal uero non animā uel eius uim hoc ipſum eſſe, quod ſentit agitq́ uel patitur.* CAP. VI.

SEd forte præſtat dicere uniuerſaliter, ex eo quod adſint potentiæ, illa quæ eas habent per ipſas agere: ipſas uero immobiles eſſe, poſſeſſoribusq́ ſuis uim agendi præbere. At ſi ita eſt, patiente animali, neceſſe eſt cauſam uiuendi coniuncto dantem uiuere atq́ pati, impaſſibilem eſſe: cum paſſiones & actiones ſint habentis. Sed ſi ita, uiuere quoq́ omnino non erit animæ, ſed coniuncti: aut uiuere coniuncti non erit animæ. Item neq́ ſentiendi potentia, ſed id quod eam poſſidet, ſentiet. Verum ſi ſenſus qui motus eſt per corpus ad animam uſque peruenit atq́ deſinit, quomodo non ſentiet anima? An uirtute ſenſuali præſente, ex eo quod adſit ſentiet? Sed quidnam ſentiet? num coniunctum? Sed ſi potentia non mouebitur, quomodo iam coniunctum, ſi neq́ anima neq́ uis animæ ad hoc ipſum connumeretur?

*Anima rationalis in ſe conſiſtit, actionesq́ rationales proprias habet, & ſenſum quendā paſſionis expertem. Producit aūt in corpore uitā irrationalē, cuius ſenſus circa corporis paſſiones uerſatur.* Cap. VII.

IN ſeptimo capite paulatim incipit definire, ſententiāq́ propriā affert. Quam eſſe præcipue veram ex eo patere vult, ꝙ non aliter ꝗ hac poſita, dubitationes de anima ſolui poſſint. Et profecto niſi quis ita diſtinguat, difficillime aſſignare poterit rationes, partim diuinitatis noſtræ, partim eorum quę à diuinitate in nobis aliena videntur. Neq́ Platonis tātum & Pythagoræ hæc ſententia eſt, vt ex Timæo patet, atque Aegyptiorum, quod docet Iamblichus: Verum etiā Ariſtotelem ita ſenſiſſe Themiſtius aſſerit. Hæc autem ſententia eſt: Duas in nobis eſſe vitas, quarum ſecunda ſit à prima, eiusq́ imago: ſed prima in ſe ſubſiſtens, ſecunda inhærens corpori: prima ſit totum in ſe quiddā, ſecunda ſit pars compoſiti, ſcilicet animalis huius, quod primæ ſubeſt vitæ. Eſſe quandā inhærentem corpori vitā nemo dubitat: preeſſe vero alterā huic in ſe ſubſiſtentem, ratio probat, vitā aſſerens in alio iacentem, velut imperfectā à perfecta vita pendere. Sic & intellectum in anima ſitum, ab intellectu in ſeipſo vigente: ac bonum in intellectu, ab ipſo bono in ſe conſiſtēte, manare. Proinde intellectuale bonum ab ipſo ſimpliciter bono non tantum fieri, ſed etiā conſeruari, neque inde ſecerni. Similiter intelligentiā infuſam animæ ab intellectu puro & fieri & ſeruari, neq́ inde diſiungi. Eadem ratione vitam ſiue animā corpori mancipatā produci ſeruariq́ à vita, id eſt anima ſemper in ſe manente, eiq́ contiguā permanere, ac velut ſolis radium inde quidem ſuo ſoli continuari, hinc vero contingere ſubiectum atq́ formare. Quāobrem vita prima quaſi forma quædam eſt animalis: ſecunda vero forma corporis naturalis inſtrumentis præditi ad animalis vſum accōmodatis, quod & Ariſtoteles ait. Et poſtꝗ animā appellauit formā ſiue actū, ſubiunxit, aliter eſſe actum intellectualem animā, aliter vero aliam. Sed vt redeamus ad noſtra: Hac Plotinus diſtinctione propoſita, ſenſum quidem cū paſſione tribuit animali: ſenſum vero animæ accommodat paſſionis expertem. Rurſus eidem animæ, rationis diſcurſiones aſſignat, ſiue declinent ad ſenſum, ſiue ſurgant ad intellectum. Reliqua vero huius capituli per ſe diligenter conſideranti patebunt.

*Duas in nobis eſſe uitas.*

*Vita p̄a forma oīs animalis, ſecūda corporis.*

*Anima rationalis in ſe exiſtens, præſidet animali humano ab ipſa genito. In illa eſt ſenſus ſine paſſione atq́ ratio: in hoc autem ſenſus cum paſſione.* CAP. VII.

SEd ipſum coniunctum eſto ipſius animę, ex eo uidelicet quod illic adeſt: ipſa anima cũ ſit talis nõ tradente ſeipſam in coniunctum uel in alterã eius partẽ, ſed cõficiente ex corpore tali, atq; quodã uelut lumine ab ipſa tradito, animalis naturã, aliud aliquid exiſtentẽ: cuius quidem ſit ſentire, & cæteræ animalis quas narrauimus paſſiones. Sed quomodo nos ſentimus? Forte quoniam à tali uiuente non ſegregamur. Etſi alia præſtantiora ad totam hominis eſſentiam ex multis cõſtitutam nobis adſunt. Vim aũt animę ſenſualẽ, nõ ſenſibilia quidẽ, ſed eorũ imagines per ſenſum aĩali impreſſas oportet percipere. Intelligibiles. n. quodãmodo hæ ſunt ſpecies. Quapropter ſenſus exterior huius ſenſus ſimulacrũ eſt, hic uero in eſſentia uerior eſt: quippe cũ imaginũ tantũ ſit abſq; paſſione perceptio. Ab his utiq; ſpeciebus, à quibus anima iam accipit ſola uiuẽtis imperium, opiniones & cogitationes intelligentiæq; proueniũt. Vbi maxime nos ſumus. Quæ uero ante hæc noſtra ſunt. Nos autem ſumus quod eſt deinceps, animali deſuper præſidentes. Prohibebit tamen nihil, uniuerſum hoc, animal appellare. Sed quod inferius eſt, dicere mixtum: quod reliquum eſt, homo eſt uerus. Quantum uero inferius eſt, partim leoninũ, partim brutũ, omnino multiplex nominatur. Concurrente enim homine unà cum anima rationali, quãdo ratiocinamur, nos certe ratiocinamur: propterea quod rationis diſcurſus animæ ſunt actiones.

*Anima rationalis copulatur per intellectum ſuum menti diuinæ, per illam deo: Sic & irrationalis uita animæ rationali ſubnectitur. Intellectus autem & proprius eſt, & communis.* Cap. VIII.

OCtauum vero caput inquirit, quomodo anima ad omnia tum ſuperiora tum inferiora ſe habeat: ſed primo, quo pacto ad intellectum diuinum, animarum rationaliũ patrem, qui ſic fermè præſidet animæ, ſicut hæc animali. Scito autem ipſum vnum ſiue ipſum bonum, quod & ſummus eſt deus, nullum habere reſpectum: Intellectum vero boni filium, apud Plotinum duos ſaltem reſpectus habere. Primum, prout eſt ab vno, atque ita & ipſum eſſe vnum: Secundum, prout exiſtit in ſe: itaq; in multitudinem idearum deriuat, quas tamen omnes actu vnico ſimul habet & conſpicit. Animã deinde tres iam habere reſpectus: Ab intellectu enim cognoſcendi vim habet: ſed hæc ipſa vis vt proxime ex intellectu pẽdet, ipſa quoq; eſt intellectus, ſemperq; patri continua: ſub illius forma actuq; ſemper cũcta ſimul intelligit. Vt autem pro natura animæ capitur, iam tempore quodam, & à potentia in actum ſucceſſione diſcurrit, Ratioq; & cogitatio nũcupat: ſicq; rerũ ſpecies videt inter ſe diſtinctas habere. Deniq; vt vergit ad animal, ex vniuerſalium ratione ad particularium imaginationẽ iam deſcendit. Sed hæc animalis vita quatuor reſpectus ſubire videtur: Prout enim ab anima, velut imago à ſubſtantia pendet, imaginationem habet: prout in ſe aliquid eſt, in ſenſuum multitudinem deriuatur: quantum regit corpus, vitalem vim exercet: quantum adhæret corpori parsq; animalis euadit, paſſionibus obnoxia redditur. Vita igitur hæc eſt forma corporis, anima vero potius animalis eſt forma: intellectus forma animæ: deus quodammodo ipſius intellectus eſt forma: ſemperq; deinceps gradus inferior ſub actu ſupioris gradus, quaſi formæ conſiſtit & agit. Proinde intellectus ipſe diuinus tum communis aliter, quantum ipſe indiuiduus totusq; eſt vbique: tum proprius, quãtum à ſingulis animabus ſingulis quoq; proprijsq; modis accipitur. Vnde & diuerſi apud alias animas modi ratiocinãdi ſequũtur: modi quoq; imaginãdi diuerſi. Intellectum vero qui iam eſt forma quædã in anima, non ſolum præſidens ſed & inſita, nemo dixerit eſſe communem. Oculi ſane multi multas referũt animas. Multi prçterea viſuales radij oculis naturaliter inſiti, varios intellectus animabus naturaliter inſitos repræſentant. Vnum vero commune ſolis lumen vbiq; præſens intellectum præfert diuinum, animarũ intellectuumq; patrẽ. Lux tãdem vna ſolis in ipſo ſole conſiſtẽs, ipſum bonum mentis patrem nobis oſtendit. Intellectus igitur animabus ingeniti, etſi non vnus ſunt intellectus, ſunt tamen vnum, ſcilicet vnum ſecundum eſſe intellectuale, redduntur actu intelligens ab vno mentis illius lumine: in quo velut in communi forma obiectoq; ſunt vnum, quãuis etiã ſint pro animarũ multitudine multi, ſicut etiã & viſuales radij ſeu viſus pro

numero

[Handwritten marginalia: "iā tris reſpectus hēt un̄"; "tellectus diuinus tum cōmu[n]is, tum unicuiq; [illegible]"]

uere, vt minus temere properaret, animalq́; domare: ipſaq́; ſeipſam ad intellectum direxiſſe prius ac formauiſſe: Qui ſanè intellectus circa ſingula quæ aguntur ſe minime verſat: ideoq́; omnino eſt procul à culpa. Sed nos, ideſt per rationalem vim actioneq́; definiri aliquãdo peruenimus ad intelligibiles idealesq́; rationes ſpecieſq́; rerum: quę prius in mente diuina ſunt, deinde ſunt & in noſtra, plurimũ vero ad eas minime ſurgimus: tunc aũt in ratione noſtra tã tum potentia ſunt, ſed in vtraq; mente ſunt ſemper in actu. Dixit rationis diſcurſiones nobis ideſt animæ, eſſe maxime proprias: Quoniã cum media ſit inter diuina quæ ſemper manent, atq; naturalia quæ lapſu quodã motuq; recto à ſeipſis quaſi digrediuntur, merito motum diſcurſionemq́; circularem habet inter motum rectum ſtatumq́; proprie medium. Intelligentia etiã animæ propria dicitur, non tam q̀ ex natura ſua ſit, q̃ q̀ intelligat abſq; corporis inſtrumento: Sic anima etiã ſine illo ratione diſcurrit. Sed hoc ſaltem intereſt, quod diſcurſio argumentatioq́; etſi non fit per corporis inſtrumentum, imagines tñ ſenſibilium aliquas ferè ſemper ante oculos habet: motus enim naturaliter ad talia labitur. Intelligentia vero neq̃ corporis vtitur inſtrumentis, neque tales ſpectat imagines. Ratio quinetiam quando ad intellectum penitus ſe conuertit, vniuerſalia ſine particularium imaginibus intuetur. Sed de his in Theologia noſtra latius diſputamus. Dum vero hic verbis Ariſtotelis vtit, ſignificat Ariſtotelem in his à Platone minime diſſidere. Addit, rationis diſcurſum inter intellectũ imáginationemq́; verſari, neque corporis paſſiones attingere, ſed quaſdã imagines paſſionũ ſuo quodã ſenſu, ideſt prima imaginatione verſare. Item rationem ſiue cogitationem eſſe quendam intelligentiæ actum. Eſt enim cogitatio vera, intelligentia quædã latius explicata, & modo intellectum attingens, vniuerſales ſpecies intuet: modo ad imaginationem vergens, perq; ipſam ad animal vniuerſales ſpecies ad particulares vſque deriuat: modo has cum illis comparans, quo conſentiant quo'ue diſſentiant, diſcernit & iudicat. Ac ſi exordiatur ab intellectu, atque inde diſcedat, tunc ab vniuerſalibus deſcendit ad ſingula componendo: Sin autem ab imaginatione ſumat occaſionem altiusq́; reſurgat, à ſingulis aſcendit ad vniuerſalia reſoluendo. Hunc denique ordinem obſeruabis in anima, vt eam habere memineris ſpecies in mẽte & vniuerſales & ſtabiles: at in ratione ſpecies quidem vniuerſales, ſed quodammodo mobiles: in imaginatione vero particulares iam atque mutabiles. Concludit, paſſiones perturbationesq́; & cauſas peccatorum proprie in animali conſiſtere: in anima vero hor animaduerſionem & quandã ſæpe conſenſionem. Tu autem in Plotini verbis allegoriam animaduerte Moſaycã, perſonas videlicet duas, ideſt hominem ipſum quaſi Adam, & humanum animal inde tractum atque degenerans quaſi Euam. Adde & tractum ex anima dormiente: hęc enim tunc animal ex ſe propagat, quãdo ex priſtina penes deum vigilia ad naturalia labens diuinorumq́; oblita iam dormit & ſomniat. Itaque tunc vitã corporeã generat quaſi Euam. Conſidera & hanc primo peccantem, illum deinde conſentientem: ſed intellectum illi quaſi angelum præſidentem & mox increpantem, & angelo deum. Ac denique duo in carne vna conſidera, ideſt duas quaſi in eodem corpore animas. Sed ita Moyſen Plotinus Origeneſq́; & Ammonius intellexerint. Pergamus ad reliqua.

*Cauſa peccatorum eſt in animali, in anima uero conſenſio: cuius propria eſt intelligentia quædã; præcipue cogitatio, quæ non agunt per corporis inſtrumentum.* CAP. IX.

ERit igitur nobis natura illius animæ extra malorum cauſam; quodcũq; homo facit & patitur: circa enim ipſum animal commune hæc ſunt, cõmune inquam ut eſt dictum. Verum ſi opinio cogitatioq; ipſius animæ ſunt, quonã modo erit extra peccati culpam? Falſa enim opinio ſæpe eſt, multaq; per ipſam aguntur mala. Forſitan aguntur à nobis mala, à deteriore noſtro uidelicet ſuperatis. Multa enim nos cupiditati, uel iræ, uel malo ſimulacro concedere cõlueuimus. Ipſa uero quæ falſorum cogitatio dicitur, quæ & phãtaſia eſt, ſæpe deliberãtis iudicium non expectat, ſed proſequimur peioribus obſequẽtes: ſicut ſenſui accidit, priuſquã cõſiderandi uirtute diſcernas falſò uidere, per communem uidelicet ſenſum. Intellectus uero an attigit? Fortè nõ: quapropter innocẽs remanet. Fortè uero ſic dicendũ, nos uel attigiſſe intelligibile ipſum, quod in intellectu eſt, aut non: uel id quod in nobis: poſſibile enim eſt habere, neq; habere, præcipuum atq; promptum. Diſtinximus utiq; communia

atq;

atq; propria ex eo, quòd alia quidem corporea ſunt, neq; ſine corpore fiunt, alia uero non indigent corpore ad agendum, ideoq; animæ propria iudicamus. Et cogitationem quę diſcretionem iudiciumq; imaginum à ſenſu prouenientium agit, ſpecies iam ſpectare, & quodam quaſi ſenſu proſpicere: Cogitationem inquam præcipuè ipſius ueræ animę propriam. Intellectionum enim actus eſt cogitatio uera, ac ſæpe externorũ ad interna ſimilitudo quædam atq; communio. Nihilo igitur minus anima in ſeipſa ad ſeipſam inconcuſſa manebit: permutationes autem perturbationesq; in nobis fient ab his quæ ſubiuncta ſunt, & ab his paſſionibus, quæ pertinent ad commune, quodcunq; id ſit, ut dictum eſt.

*Quomodo animal in nobis ad animam ſe habeat: & utrum uita illa pereat.* Cap. X.

CAput libri decimũ docet, quæ animalis noſtri propria ſunt, ad nos quodammodo etiã pertinere. Item, in anima rationali eſſe virtutes ratione quæſitas: in animali, virtutes conſuetudine comparatas. Rurſus, vitam ab anima rationali tributam corpori, diſſoluto corpore non extingui: ſed animam ſuam fermè ita ſequi, ſicut lumen ſuam videtur ſequi candelam. Idem ſenſerat & Numenius.

*Quæ animalis noſtri propria ſunt, quodammodo etiam ad nos pertinent: & uita animalis non extinguitur, ſed animam ſui cauſam comitatur. Item uirtutes intellectuales ſunt in anima, morales in animali.* CAP. X.

VErum ſi nos anima ipſa ſumus, hæc uero nos patimur, hęc certè anima patietur, & rurſus faciet quæ nos facimus. Forte & cõmune diximus eſſe noſtrum, præſertim antequàm ſeparemur: quoniam & quę patitur corpus noſtrum, nos perpeti dicimus. Duobus ergo modis nos dicimur, uel bruto nobis annumerato, uel quod ſuper hoc extat. Brutum uero eſt uiuificatum corpus: Verus autẽ homo eſt alius ab his purus, uirtutes quæ ſunt in intelligentia poſſidens, quæ in ipſa anima ſeparata fundantur: Separata inquam, & ſeparabili etiam quatenus hic eſt: ſiquidem & quãdo ipſa omnino abeſt, illa etiã quæ ab ipſa emicat, abit eam comitans. Virtutes aũt quæ non prudentia, ſed conſuetudine quadã exercitationeq; prouenerunt, communis ipſius eſſe uidentur. Huius enim ſunt & uitia: quoniam & inuidiæ, & æmulationes atq; miſericordiæ. Amicitiæ autem cuius nam ſunt? Forte partim ad id commune, partim ad interiorem hominem pertinent.

*Quomodo anima ſe ad intellectum habeat, per quem ſcilicet ſemper intelligit, quamuis ratio id non ſemper animaduertat. Item de pueris atq; brutis.* Cap. XI.

POſtquàm in ſuperioribus diſſeruit quomodo nos ad animal, quod infra nos eſt, habeamus: nunc in vndecimo capite quomodo ad intellectum, nobis, id eſt ratione ſuperiorem. Ait ergo, intellectum quidem noſtrum agere ſemper in ſe circa diuinũ, & intellectione perpetua intelligibilia ſemper omnia contueri: quod quidem Aegyptiorum inuentum fuiſſe, Iamblichus aſſerit: quamobrem in pueris etiã idem agere. Arbitror vero Plotinum illud ſic accepiſſe: Paruulorum angeli ſemper vident cæleſtis patris faciem: nam & Ammonius atq; Origenes more Platonico ſacras literas interpretari ſolebant. Inquit autem, in pueris animales vires idemq; miniſterium ſuperioris etiam animæ imaginationem plurimum occupari: minimas autem rationis ſcintillas in hæc emicare, vtpote quæ ad oppoſita conuertantur: Subdit, rationis actum ab his vacãtem circa intellectum interim operari: quippe cum vis adeò efficax omnino vacare non poſſit. Veruntamen neque actum intellectus circa intelligibilia, neque rationis actum circa intellectum tunc à nobis agnoſci: Quoniã imaginatio ſuperioris animæ propria, cuius miniſterio fit in nobis animaduerſio, cum ſit cõuerſa penitus ad oppoſitum, non ſuſcipit intelligentiarum vllas imagines, quas ad rationis oculos ſpeculi more reflectat.

flectat: quibus ita reflexis ratio ſolet, ideoq; & nos ſolemus actiones intelligentiæ atque rationis animaduertere. Appellat autem imaginationem hãc in nobis medium: Eſt enim inter rationalia noſtra & irrationalia medium, & quaſi medium vtriuſque imagines accipit. Quandoque etiam rationem nuncupat medium, eſt enim animę medium: imaginatio vero eſt medium aggregati, quãdo ſcilicet aliquid ex homine animaliq; fingimus congregatum. Per hęc autẽ duo media fieri animaduerſio ſolet. Imaginatio enim quaſi reflectit imagines, ratio vero reflexionem ſagaciter apprehendit. Proinde poſt quæſtionem de pueris, merito de brutis inquirit, quaſi de rebus quantum apparet propẽ ſimilibus. Vult ſanè, vbicunque eſt vita ſic vnita corpori, vt ex ea & corpore vnum cõmune animalis eſſe reſultet, adeſſe inſuper oportere vitam in ſeipſa manentem, cuius virtute altera vita quaſi viuificatio quædã ſuppeditetur continueq; ſeruetur, ſicut motio à motore, lumenq; ſemper à luce ſubgeritur. Quoniam in vnoquoque genere imperfectum continue à perfecto dependet. In brutis igitur minus ſagacibus vitam ab ipſa ſphæræ anima, ſicut & plantis opinatur infundi. Beſtijs vero perfectioribus & nonnihil præferentibus rationis, non ab anima tantum ſphęræ q̃uis rationali, ſed & ab alia quadam etiam rationali magisq; propinqua vitam ſuppeditari. Quę quidem anima cum ab intelligibili mundo longius iam cogitatiõe affectuq; quaſi diſceſſerit, atque ita deliquerit multumq; rationis amiſerit, accommodata iam dicitur ad vitam animali minus rationali ſubminiſtrandã. Sed ipſa interim dicitur eſſe præſens, neque tamen adeſſe. præſens quidem, quantum præſtat vitam: adeſſe vero nequaq̃, quia non exequitur ibi conſuetum rationis officium, q̃uis in ſupernis intelligẽtiam exequatur: atq; ipſa animæ rationalis ſubſtãtia in ſe conſiſtit, neq; fit pars compoſiti. Quod videtur & Proclo placuit, & ante Porphyrio, neganti rationalem hominis animã fieri propriã bruti animã: concedenti tamen, ſagacium animalium animas nonnihil rationis habere, ſemperq; viuere. Idem quoque tentauit & Origenes. Nempe cum audiret dæmones tum hominibus frequẽter inſinuari, tum in porcos aliquãdo mitti, auſus eſt & animas hominum in animalia mittere fortè purgandas. Sed hæc ipſi viderint. Animaduertendum vero, Plotinum hic ſuum hac in re iudicium temperare, cum dicit: Si ſunt animæ noſtræ in brutis. Item vbi dicit: Vt fertur, ſcilicet ab Aegyptijs. Rurſus dum addit, quæ peccauerunt: quaſi dicat, purgatorij loco. Denique cum negat eam fieri propriam bruti formam, partemq; compoſiti. Sed opinionem hanc in ſequentibus emendabimus: & omnino quomodo Platonica dicta purganda ſint, in libris Theologiæ noſtræ, præſertim vltimis, declarauimus.

*In pueris regnat animal & imaginatio animæ. Intellectus & ratio altius occupantur. Item uita brutorum propria ex anima pendet rationali, uel noſtra uel alia.* CAP. XI.

QVandiu autem pueri ſumus, operantur quidem quæ in compoſito ſunt, pauca uero à ſuperioribus ad ipſum uſq; refulgẽt: quãdo autem ociantur quo ad nos, ad ſuperiora interim operãtur: in nos ſane agunt, quando ad medium uſq; procedũt. Quid ergo? nonne id etiam quod ante hoc eſt nos ſumus? Veruntamen aduerſionem oportet fieri. Non enim quęcũq; habemus, his aſſidue utimur. Sed quãdo medium uel ad ſuperiora, uel ad contraria uertimus, uel quodcunq; à potentia uel habitu in actum producimus. Bruta uero quomodo animal habent? Forte ſi in ipſis animæ ſint humanæ (ut fertur) quæ peccauerunt, non brutorum fit hoc, quantum ſeparabile eſt, ſed præſens illis nõ adeſt: ſed ſenſus ipſius communio ſimulacrum animæ habet unà cum corpore. Corpus inquam tale, ueluti quale factum ipſius animæ ſimulacro. Sin autem anima hominis nõ eſt ingreſſa, illuſtratione quadam ab ipſa totius anima, animal tale producitur.

Medium.

[illegible]

*In anima rationali neq; proprie peccatũ eſt, neq; pœna, ſed in uita irrationali, quæ eſt imago animæ: quæ etſi anima hinc abeũte q̃uis nõ ſit ulterius imago, eſt tamẽ quidã uitalis actus animæ radicitus inſitus.* Cap. XII.

CApitulum duodecimum circa dicta dubitationes mouet, ſoluitq; dicẽdo, in ipſa animæ eſſentia propria, neque peccatum eſſe, neque pœnam: quia ſit forma ſimplex in ſeipſa conſiſtens, è proprio ſtatu minime cadens: ſed in vita potius inde manãte, & in animali proprie, quod ex hac vita corporeq; componitur. Ait vero, alibi peccare animam, alibi non peccare. Peccare quidem, id eſt intentionem ad ſuperiora prius conuerſam aliquanto retinere

ſere non peccare autem, ideſt neque amittere naturalia, neque aliena iniuſta admittere. Tum vero declarat, quomodo animalis generatio fiat, ideſt quando in corpus certa conditione iam affectum vita quædam reſultat ab anima, adeſſe naturale aliquid, neq; peccatum. Neq; ſic animā proprie cadere, ſed annuere atque fouere. Præterea vitam hanc quæ eſt & actus & imago quædam animæ, quando hinc abit anima, non perire, quantum eſt actus animæ, ſed deſinere ulterius imaginem eſſe. Perinde ac ſi à uultu imago fiat in ſpeculo, atq; diſcedente uultu reſtet quidem actus quidam in uultu, uigorq; emicans imaginis efficax, ſed non reſtet imago. Tunc vero hic actus animæ deſinit eſſe imago, quando & deeſt præparatum corpus ad imaginem reſultandam, & anima ad intelligibile tota conuertitur: neq; tñ actus eiuſmodi ceſſat quantum eſt vitæ vigor, ſicut & amputata manu non deſinit ipſe uiuificus actus, qui & manum iterum ſi inſtauretur, eſt neque rediturus, ſicut in repullulantibus capillis apparet. Memento Numenium Plotinumq; putauiſſe, nihil vnquam vitæ perire: quia vita ſit quidam æternitatis, ideſt primæ intelligentiæ ſplendor, & indiſſolubile vinculum vniuerſi.

Vitam abeunte hinc aīa nō perire sed desinere imaginem esse

*In eſſentia animæ neq; peccatum eſt neq; pœna ſed in animali ab ea genito. Generatur autem per uitalem actum animæ uergentis ad corpus: Qui actus ſuam animam comitatur aſſidue, tanquam uigor: etiam quando nulla eius imago apparet in corpore.* CAP. XIII.

S Ed ſi anima non eſt peccatrix, quomodo iudicia atq; pœnæ? At hic ſermo ab omni ſermone diſſentit, dicēte ipſam peccare & purgari, pœnasq; apud inferos pendere, atq; per corpora trāſmigrare. Adhærendū ergo utri libet ſermoni. Forte uero quiſpiā reperiat, quomodo inuicē non repugnent. Qui enim tradit animam nō peccare unum quiddam ſimplex omnino ponit, idem accipiens animā atq; animā eſſe. Qui uero eam peccare dicit, cōniungit ipſi & cōſtat alterā inſuper animæ ſpeciē, paſſiones graues habentē. Compoſitū igitur quiddā ex omnibus anima ipſa fit, & patitur utiq; ſecundum totum, peccatq; compoſitum: Atq; id eſt quod pœnas dat ipſi, nō illud. Hinc ait Plato: Videmus enim eā, quemadmodū enim qui marinum aſpiciunt Glaucū. Oportet aūt ſiquis uelit naturā eius inſpicere, adiuncta ſecernere, atq; philoſophiā eius cōſiderare, quæ attingat, & quibus cognata exiſtens, id quod ipſa eſt, exiſtat. Alia ergo uita, & actiōes aliæ, & quod punitur, aliud. Seuocatio uero & ſeparatio nō ſolum ab hoc corpore, ſed ab omni adiūcto eſſe debet. Etenim in generatione fit adiunctio, uel omnino generatio alterius animæ ſpeciei eſſe uidetur. Quod uero quæritur, quo'nam modo generatio fiat: Reſponſum fuerit, quãdo uidelicet anima deſcendens, atq; tunc alio quodam ab animo facto atq; deueniente in ipſa animæ ad corpus inclinatione quaſi quodam nutu. Nunquid ergo dimittit ſimulacrum? Item ipſa inclinatio ſiue nutus quo pacto non eſt peccatum? Sed ſi annuere eſt illuſtrare id quod eſt inferius, certe nō eſt peccatum, ſicut neq; umbra: cauſa uero eius id eſt quod illuſtratur: niſi enim hoc eſſet, quo illuſtraret anima, non haberet. Deſcendere igitur & inclinari ſiue annuere dicitur ex eo, quòd illuminatum ab ea ipſi connectitur. Dimittit ergo ſimulacrum niſi ſit proximum quod ſuſcipiat. Dimittit uero non ex eo quòd diſcindatur, ſed ex eo quòd hic non ſit amplius. Non amplius autem eſt hic, ſi illuc ſurſum totā reſpiciat. Separare uero uidetur pœta hoc in Hercule, demittens ſimulacrum eius ad inferos, ipſum uero inter deos annumerans. Vtrūq; ergo uerbis obſeruat, & quòd inter deos, & quòd apud inferos diuerſetur. Diuiſit igitur. Forte uero ſic ſermo probabilis erit: Quoniam uirtutem actiuā habens Hercules, atq; exiſtimatus propter pro-

Nō aīa sed compositum ex omnibus peccat et poenas dat.

Quamobrem totum herculis simulacrum apud inferos esse dicat, ipsum vero inter deos.

 bitatem

bitatem eſſe deus: quippe cum actiuus eſſet, non autem contēplatiuus: alioquin totus apud ſuperos eſſet, nimirum & apud ſuperos quidem eſt, & aliquid eius interim eſt apud inferos.

*Anima rationalis per ſe ratiocinatur, nō per corporis instrumentū. Intelligit quoq; per intellectū proprium, intelligit etiā per communē, qui quaſi forma quædam eſt proprij cuiuslibet intellectus.* Cap. XIII.

CApitulum XIII. declarat quod vltimum penè fuerat in quęſtione propoſitum ſcilicet quidnam ſit quod de his conſiderat in pręſentia. Aſſerit autem non compoſitum quiddam de his in præſenti conſiderare per animā quaſi partem, ſed animā ipſam in ſe exiſtentem talia meditari. Ergo neque mutatō corpore ſimiliter permutari, ſed motum eius eſſe ſuum eſſentialisq; vitę actum, vel vitalem & perennem eſſentiæ actum. Subdit: ſicut conſideratio rationalis eſt noſtra, id eſt animę propria, neque per corpus exacta: ſic intelligentiā eſſe animę propriam: quoniā videlicet anima intellectualis ſit, adeo vt intelligentia in anima ſit vita, vitęq; animæ ſummitas, quæ quidem ipſa eſt pars noſtri, agitq; in nos, id eſt in rationem nobis maxime propriam, ſicut communis intellectus agit in noſtrum. Hic nota vitam in rebus vbiq; mentis ſplendorem penè vltimum eſſe: ſummā vero mentem eſſe gradum vitæ ſupremum. Hinc propheticum illud: Intellectum da mihi & viuā. Addit, animā tum per intellectum proprium intelligere, tum per communem atq; diuinum, rationemq; anniti ad intellectū noſtrum, noſtrum denique ad diuinum: & vtrunq; quidem eſſe noſtri partem, ſed aliter atq; aliter. Noſtrum quidem eſſe noſtri partem, quia quodammodo ſit apex animæ: diuinum vero quodammodo videri partem, quoniā intellectus noſter diuino tanq̃ formæ velut quædā materia ſubditur, perq; ipſum intelligit atque ipſum: per quā ſanè communem omnibus formā, intellectus ſinguli etſi non vnus, ſunt tamen aliquid vnum: atque ita ille pars noſtri eſſe videtur tanq̃ forma, forma inquā noſtris intellectibus exhibens eſſe ipſum intellectuale, intelligens'que in actu. Huc tendit propheticum illud: Dominus pars hæreditatis meæ. Quæcunque in hoc commentario prętermiſimus, partim per ſe ipſa patere diligenter conſiderātibus poſſunt, partim in ſequentibus latius exponētur, partim in Theologia noſtra, & in argumētis in totum Platonem iam editis explanauimus. Tum vero de intellectu quo modo noſter ſit, & vtrum ſit pars noſtri nec ne, in libro tertio enneádos quintæ, cognoſces.

[in]tellectus nr̃ subdĩ diuino tã[quam] mã formæ.

*Non compoſitum, ſed anima ipſa ratiocinatur atque intelligit, tum per intellectum propriū, tum etiam per communem.* CAP. XIII.

QVod uero de his cōſiderat, nos'ne ſumus an anima? Forte nos: ſed per animam. Per animam uero quo pacto? Nūquid aliquis eam habendo conſiderauit: an anima ipſa potius. Nō ergo mouebitur. Vel motum concedere & oportet talem, qualis non eſt corporum, ſed eſt ipſius uita. Præterea intelligentia ſic eſt noſtra, quoniam intellectualis eſt anima: Atq; hęc ipſa intelligētia uita melior extat, tum quādo anima intelligit, tum quando intellectus in nos agit: pars enim & hic eſt noſtrum, ad ipſumq; aſcendimus.

## In librum de Virtute, ARGVMENTVM.

*Summa totius libri: S[illegible] eſt, hinc fugiendo per uirtutem deo ſimilem fieri.*

Libri huius, Finis quidem eſt, animum deo fieri ſimilem. Materia vero virtus, per quam ſimilitudo eiuſmodi comparatur. Forma denique libri eſt, diſtributio eius in ſeptem capita: in primo, exercitatio quaedam ad virtutem [illegible] piendam: in ſequentibus, inuentio eius, & definitio atque diſtributio. Caput primum ab aurea Platonis noſtri ſententia exorditur in libro de Scientia, id eſt Theaeteto poſita. Videlicet [illegible] mala, hinc protinus fugiendum. Fugere vero hinc, eſt deo ſimilem fieri. Deo ſimilis animus fit virtute. Sed ne quis erret circa finis cognitionem, diſputat non ex eo animū deo per virtutem fore ſimilem: quia videlicet ſicut in animo, ſic in deo ſit virtus: ſed quia deus eſt virtutis principium & exemplar, & ipſa virtus: deus [illegible] diuina, mundi artifex, ipſiq; mundo & eius animae praeſidens. Et quāuis inter principia diſputandi annuat animum virtute fieri ſimilem mundi animae eiuſque menti, quod & verum eſt: tamen progrediente diſputatione aſſerit, finem ſimilitudinis huius altius [illegible], ad [illegible] ſcilicet intellectum. atque ad hunc finem velut quartum gradum, vbi [illegible] contemplaris, tribus gradibus animum peruenire: Virtutibus primo ciuilibus, ſecundo purgatorijs: tertio, animi iam purgati. Atque haec libri totius eſt ſumma.

*Quamuis animus per uirtutes deo fiat ſimilis, tamen deus non habet uirtutem, ſed eſt uirtutis exemplar: & [illegible] in anima eſt qualitas, penes deum eſſe [illegible] hic ideae.* Cap. I.

In primo capite primum quidem ait: Siquae ex humanis virtutibus inſit deo, probabilius adfore prudentiam & iuſtitiam, quam caeteras quae circa perturbationes verſantur. Deinde nullas ineſſe humanas ait atque ciuiles, earumq; interim definitiones à Platone in libris de Republica poſitas affert. [illegible] tamen per illas nos diuinā quandā conſequi ſimilitudinem confitetur. Negat tamen conſequentiā illā, qua forte quiſpiā niteretur, ſcilicet: Animus per virtutes deo fit ſimilis, ergo deus virtutem habet. Negat quoque diſtinctionem illā, quā quis deum dicat virtutes quidem habere, ſed in quadā ſuperioris ſpecie. Obijcit enim: Si animus [illegible] aſſimilari deo, & ſi non virtutes ſimiles, ſed longe diſſimiles in deo ſint, concedi etiam poſſe, aſſimilari deo nullas habenti virtutes. Profecto quāuis per praeſentiā luminis aer calorem ſuſcipiat, tamen ſol vnde manat lumen, calorem nullum accipit nouum: neque ignis caleſcit propterea, quod ex eo aliquid calefiat: & tamē haec illis ſimilia fiunt. Sic animus à deo virtutem habet, per quā deo fit ſimilis: neque tamen deus virtutem habet. Neque obijciat quiſpiā: Sicut in aqua calor eſt aduenticius, in igne natiuus: ſic in anima peregrinā eſſe virtutem, ſed in deo naturaliter inſitā: adeo vt virtus quidē vtrobique ſit, ſed in deo praeſtantior. Virtus enim neceſſario & alicuius eſt, & in aliquo, in quo quaſi ſubiecto ipſa ſit quaſi forma: nihil autem eiuſmodi eſt in deo. [illegible] quod à deo animus accipit, nihil eiuſdē naturae ſeruat in animo cuius eſt apud deum: ibi enim eſt ipſa dei eſſentia, hic autem quaedā quaſi qualitas in eſſentia. Illic igitur eſt exemplar atque principium, hic effectus quidā imaginis [illegible] imago vero [illegible] officio fungitur, nihil tū eiuſdem naturae conſeruare [illegible] virtus diſpoſitio & compoſitio quaedā eſt: ibi nihil eſt tale, ſed certa quadā diſpoſitione animus refert ideam, ſicut domus intelligentiā architecti. Multorum ſane philoſophorum ſententia eſt, quae in ordine corporum alicubi ſunt accidentia, nuſquā in eodem ordine [illegible] corporali, eſſe poſſe ſubſtantias. Itaque calorem & lumen quae in aqua ſunt accidentia, non eſſe vel in ſphaera ignis vel in caelo ſubſtantias: ſed hic quidem qualitates mobiliter contingentes, illic autem qualitates, vt ita dicā, eſſentiales penituſq; immobiles. Hinc argumentabuntur Platonici: Quae ab imperfecto proficiunt ad perfectius, tādem eadem virtute perficietque [illegible], atq; ad perfectiſſimum peruenire: cuius videlicet virtute quicquid non eſt perfectiſſimum, quaſi indigens regatur ac penitus abſoluatur. Formarum ergo conditionem quę à qualitate mobiliter contingente ad immobilem qualitatem proprietatemq; prorſus eſſentialem perducta eſt, tandem ad formas quae iam eſſentiae non in eſſentia ſint, perducere [illegible] tantum eſſe poſſe, nihilq; aliud quā naturalium formarum ideas exiſtere. Vbi calor & lumē, & reliquae formae eſſentia ſint & eſſe, ipſeq; actus eſſendi: ibidem animae eſt idea, & animae perfectae idea perfecta. Igitur & idea uirtutum, quibus [illegible] ipſa perficitur, virtute videlicet diuinae & naturaliter inſita & continue [illegible] alio modo ibi ſint ideae virtutum, quemadmodum in ſequentibus apparebit. Eſt autem virtutis quidem exemplar in deo, ipſe ſcilicet deus: forma vero quędā virtutis in ipſa rationali animae ſubſtantia: imago autem virtutis in anima rationis experte. Praeterea [illegible] in animabus ſuperioribus ingenita qualitas & immobilis [illegible] virtus eſt [illegible] eſſentia, actuſq; eſſendi.

# PLOTINI ENNEADIS I. LIBER II. DE VIRTVTIBVS.

*Anima per uirtutem quaſi per imaginem fit ſimilis deo exemplari uirtutum.* CAP. I.

CVM mala hic ſint, & circa hunc locum neceſſario in- uoluantur, uelit autē anima fugere mala, hinc eſt procul dubio fugiendum. Quæ nam igitur fuga? Deo inquit Plato ſimilem fieri, Hoc autem fiet, ſi iuſti & ſancti cum prudentia efficiamur, & omnino cum uirtute uiuamus. Si itaq; uirtute aſſimilamur, num ergo uirtutē habenti? Atqui cui'nā deo? Sed nunquid illi deo, qui magis uideať hæc habere? Nēpe animæ mūdi & intimo ipſius duci, cui mirabilis ineſt prudentia. Sanè probabile eſt nos hic uiuentes, huic ſimiles fieri. Forte uero primo ambiguum eſt, num huic omnes adſint, ueluti temperatum atq; fortem eſſe, cui nihil terribile eſt. Nihil enim ab externis accidit, neq; accedit iocundum quicquàm: cuius cupiditas laceſſat abſente illo ad hoc ut habeat uel apprehendat. Si autem & ipſe intelligibilia ſic appetit, ut & animæ noſtræ, patet nobis quoq; inde decus uirtuteſq; contingere. Nunquid & ipſe has habet? Forte non probabile eſt uirtutes ciuiles habere, uidelicet prudentiam circa uim conſultandi, & fortitudinem circa iracundiæ impetum: Temperantiam uero in conſenſione quadam & concordia naturæ concupiſcentis ad rationem: Iuſtitiam prȩterea propriam uniuſcuiuſq; horum actionem, in eo quod eſt ducere atq; duci, conſentientem. An forte non ſecundum ciuiles aſſimilamur, ſed ſecundum maiores eodem nomine præditas? Verum ſi ſecundum alias, num ſecundum ciuiles nullo modo? Vel forte à ratione alienum eſt, nullo modo per has aſſimilari? Hos enim diuinos quoque fama prædicat, & quodammodo aſſimilari dicendum: ſecundum uero maiores, ſimilitudinem fieri: ſed utroque modo contingere uidetur, deum uirtutes habere, & ſi non tales. Siquis ergo concedat, quàmuis non tales, tamen aſſimilari poſſe, aliter nobis ad alias nos habentibus, nihil prohibet nos uirtutibus noſtris aſſimilari non habenti uirtutem, ſimilitudine uidelicet ad uirtutes minime pertinente. At quomodo? Ita: ſiquid caloris præſentia calefit, an neceſſe eſt illud quoque unde uenit calor, calefieri? Et ſiquid ignis præſentia calidum eſt, nunquid neceſſe eſt & ignem ipſum ignis præſentia incaleſcere? Sed primum quidem dicet aliquis: & in igne eſse calorem, ſed innatum, ita ut ratio inde ducatur analogiam ſequens, uidelicet uirtutem eſse animæ aduentitiam: illi uero unde per imitationem habet, eſse innatam. Ad rationem uero quæ ab igne ducebatur, reſpondebit aliquis, illi adeſse uirtutem, uirtutem inquam uirtute maiorem. Sed ſi illud cuius fit particeps anima, eſset idem illi à quo habet, ſic oportebat dicere: Nūc autem alterum quidem illud, hoc uero eſt alterum. Neq; enim ſenſibilis domus eadem eſt intelligibili, quàmuis ſimilis. Etenim ordinem ornatumq; domus ſenſibilis accipit: in ipſa uero

ratione

*Anima per virtutes ciuiles quaſi menſuras formaſq; eius propius ad diuinam ſimilitudinem accedit, quàm materia naturales formas accipiendo.*

## CAPVT II.

PRimo igitur accipiendæ ſunt, per quas fieri ſimilitudinem dicimus, ut idem ipſum inueniamus, quod apud nos quidem imitatio exiſtens uirtus eſt: ibi uero uelut exemplar extat, neq; eſt uirtus, ſignificantes geminam eſſe ſimilitudinē: Quarum una quidem naturam eandem in rebus ſimilibus exigit, quotcunque æqua mutua'ue ratione ab eodem ſimiles fiunt: in quibus autem hoc quidem aſſimilatur ad alterum, alterum uero eſt primum, neq; ad ipſum conuertitur, neque ſimile ad ipſum dicitur: hic ſimilitudinem alio modo oportet accipere, non eandem ſpeciem, ſed alteram potius requirentes: ſiquidem ſecundum alteram rationem fit ſimilitudo. Quid'nam igitur eſt uirtus, & uniuerſa ſimul, & quælibet? Manifeſtior uero ſermo erit in qualibet: Sic enim & ipſum commune, ſecundum quod uirtutes ſunt omnes facilius apparebit. Ciuiles ſanè uirtutes quas modo dicebamus, exornant quidem uerè, ac nos meliores efficiunt, cupiditates & omnino perturbationes cæteras moderantes, opiniones'que falſas meliori modo auferentes, propterea quòd definiunt, atq; extra immoderata & indefinita animum collocant, modumq; ipſę ſuſcipiunt. Forte uero menſuræ in anima quaſi materia, menſuræ quæ illic eſt ſimiles fiunt, ueſtigiumq; optimi, quod illic eſt obſeruant. Quod enim omnino immoderatū eſt, cum ſit ipſa materia, eſt omnino diſſimile. Quatenus uero accipit ſpeciem, eatenus illi ſpeciem non habenti fit ſimile. Magis autem quæ ſunt propinqua participant. Anima uero propinquior cognatiorq; eſt quàm corpus, ideoq; magis particeps illius euadit: adeo ut fallat deus apparens ſuſpicionemq; inducens, ne totū dei hoc ſit. Sic igitur hi ſimiles fiunt.

Similitudo duplex.

Ma[teria] quatenus sp[eci]em accipit fit quodammodo deo similis

*Intelligere ſecundum analogiam quandam de intellectu diuino dicitur, atq; de animo. Item agitur & de ſermone ſeu uerbo in uoce, in animo, in mente.*

### Caput III.

POſt ciuiles virtutes in tertio libri capite maiores aggreditur, definitq; proprie quidē purgatorias, communiter autem unà cum his virtutes etiam animi iam purgati. Oſtendens interea ciuiles dici potius debere diſpoſitiões ad virtutem q̄ virtutes, ſimiliterq; per illas ad ſimilitudinem nos diuinam diſponi potius & parari, quam effici ſimiles. Præterea neq; has quidem eſſe vult in deo: quoniam affectiones & qualitates, ſiue reſtitutiones quædam animæ ſint, qualia in deo eſſe non poſſint. Rurſus prudentiam à qua ducuntur, eſſe intelligentiam quādam in diſcurſione poſitam temporali, qualis apud deum intelligentia eſſe nequeat. Tum vero tam deum q̄ animam communi quadam appellatione intelligere dicimus: neq; id quidem appellatione duntaxat æquiuoca, vel fortuita, vel minime competenti: neq; rurſus vniuoca ratione, per quam eadem vel ſpecie vel genere ſit vtriuſque intelligentię definitio: ſed ea videlicet conditione, quoniam intelligentia hæc in animo velut poſterius aliquid & imago ſit atq; ſeruatur ab intelligentia dei velut exemplari ſuperius admodum conſtituto, ad quod etiam repræſentando refertur: quæ ſanè conditio ſolet analogica nominari. Comparat deinde analogiæ modo hunc in modum: Sicut ſe habet ſermo in voce ad ſermonem, ut ita dicam in animo, ſic & ſermo in animo qualiſcunq; ſit ad ſermonem, vt ita loquar, in mente. Potes vero tu vbi ſermonem dicimus, rationem quoq; verbumq; dicere. Verbū hoc in voce imago eſt & interpres verbi quod eſt in animo: verbum animi imago & interpres verbi ipſius in mente. Mentem deniq; Plotinus alibi dicit eſſe imaginem verbumq; dei, quem etiam appellat mentis & intelligentiæ patrem. Hic ſanè atq; Origenes, & vt arbitror, vterq; præceptor

ptor

ptor Ammonius, intellectum diuinum filiumq́; ſic ſe habere ad patrem deum, ideſt ad ipſum bonum exiſtimabant, ſicut lumen ad lucem. Spiritum quoq;, ideſt mundi vitam, ſic ad intellectum ſicut ſe habet calor ad lumen. Iam vero etſi inter hos tres eſſentialem quandam differentiam afferre videntur, in cæteris tamen tantam in eis vnitatē eſſe probant, vt nulla poſſit ſingularior cogitari. Hactenus philoſophorū ea præſertim tempeſtate ingenia proceſſerūt. Sed horum iudicium ad ſanctorum, deinde patrum concilia referendum. Verum ita iam capitulum concludamus. Sermo in voce indiget aere, quo animi ſermo nō indiget. Item in plures diuiditur partes, longioraq́; tempora q̄ animi ſermo: ipſe vero ſermo animi tranſigitur tēpore: mētis autem ſermo, ſiue ratio, ſeu verbum, tempore nullo diſtrahitur. Item ratio hæc ſiue notio mentis ſæpe per vnam formam actumq́; vnum implet, quod animi ſermo ſiue ratiocinatio per formas actusq́; plures peragere cogitur. Deniq; ipſum bonū omnes iam formæ & intelligentiæ limites ſupereminet: ex quibus apparet, à multitudine atq; indigentia gradatim ad vnitatem ſufficientiamq́; maiorem deinceps maioremq́; procedi.

*Definitiones uirtutis purgatoriæ, animiq́; iam purgati communes: & comparationes quædam intelligentiæ noſtræ ad diuinam longe ſuperiorem.*

## CAPVT IIII.

AT quoniam ſimilitudinem aliam eſſe ſignificat, quæ ad maiorem uirtutem attineat, de illa dicendum. Qua in re manifeſtius erit, & quæ ſit ciuilis uirtutis eſſentia, & quæcunque ſit per eſſentiam excellentior, atq; omnino aliam præter ciuilem eſſe conſtabit. Plato itaque cum dicat ſimilitudinem ad deum eſſe quandam ab inferioribus fugam: præterea uirtutibus quæ conueniunt ciuibus, non ſimpliciter uirtutum, ſed uirtutum ciuilium nomen attribuat, & alibi omnes uirtutes purificationes appellet, planè uidetur duplices ponere, ipſam'que ad deum ſimilitudinem non per ciuilem conſummari uirtutem. Quomodo igitur purificationes has appellamus? Item quomodo purificati prorſus aſſimilamur? Forte, quoniam mala quidem eſt anima, ſi commixta ſit corpori, ſimul'que cum ipſo patiatur, & per omnia cum illo opinione conſentiat: Erit uiciſſim bona uirtute'que prædita, ſi neque ita conſenſerit, ſed ſola egerit: quod quidem intelligere eſt atque ſapere: neque compatiens fuerit, quod eſt temperatum eſſe: neque ſeceſſum à corpore metuat, quod eſt eſſe fortem: ducat autem ratio atque mens, cætera uero minime reluctentur, quod quidem erit eſſe iuſtum. Hunc'ſane animi ſtatum in quo intelligit, & ita procul à perturbatione uiuit, ſi quis ſimilitudinem ad deum dixerit, non aberrabit: Purum enim eſt diuinum: Et actio talis, ut quod ipſum imitatur, ſapientiam habeat. Quid ergo? Nonne & ipſum ſic afficitur? Forte uero nec afficitur quidem: ad animam uero affectio ſiue diſpoſitio pertinet: atque anima aliter quàm deus intelligit. Eorum uero quæ ibi eſſe dicuntur, partim aliter quàm hic ſunt, partim nullo modo ſunt ibi. Rurſus igitur intelligere æquiuocum eſt nullo modo: ſed illud quidem eſt primo: hoc autem ab illo procedens ſe aliter habet. Vt enim ſermo qui eſt in uoce, imitatio eſt eius qui eſt in anima: ita qui in anima eius qui in ſuperiori manet. Sicut ergo ſermo in prolatione ad ſermonem animæ comparatus diuiſus eſt: ſic qui in anima ad ſuperiorem diuiſus eſt ipſius interpres. Virtus autem animę eſt, mentis uero nequaquàm, neque eius quod eſt mente ſuperius.

Quo pacto purificati deo prius aſſimilamur.

telligè, non imprimi figuras in anima à rebus inferioribus, & accedere ſuper [illegible] recedere penitusq́; deleri. Iſtæ namq; formæ quas ex fonte haurit intimo, ſunt quaſi ipſa natura animæ ſiue vis animæ naturalis, neq; aduentitium aliquid & appoſitum. Procedit enim & anima ab autore naturæ ſuę, & vis eius alia prodit ab alia naturali ſemper ſuo munere prædita. Memento Plotinum hic agere proprie de intellectuali animæ bono: finemq; virtutum putare, vt anima vniuerſus inde mundus intellectualis euadat, cuius mundi finis eſt ipſum ſimpliciter bonum. Sicut enim ſuper animā quaſi corpoream eſt ipſa ſimpliciter anima: ita & ſuper intelligētiam [illegible] eſt ipſe ſimpliciter intellectus, ac ſuper intellectuale bonum ipſum bonum ſimpliciter extat. In verbis autem exponendis, vbi dicit figuras vel formas impreſſas accommodari oportere exemplaribus ſuis in actum iam eductas, & illumināti ſubdere: intellige, formulas imaginationis formis rationis rationiq́; ſubdendas. Item formulas rationis intellectui proprio formisq́; ipſius, ſiue formationibus potius adhibendas: hic enim ſemper eſt diuina mente formatus. Vbi ait, intellectum non eſſe animæ alienum: intellige, quia proprium habet ſibi inſitum: & eius proprius intellectus eſt ſemper diuino coniunctus, & proprio quodam ſibi modo coniunctus. Eſſe vero formas animo naturaliter inſitas, & intellectum noſtrum ſemper confirmari diuino, ſatis in Theologia probauimus.

*Puritas quærenda eſt, ut purgatus animus conuertatur ad proprium intellectum, & ab hoc ad diuinum, ut inde diuinis exemplaribus reformetur.* CAP. IIII.

QVærendum uero, nūquid purificatio ſit idem atq; eiuſmodi uirtus: an præcedat quidem purificatio, uirtus uero ſequatur. Et num in purificando, an potius in purificatione iam cōſummata conſiſtat uirtus. Imperfectior eſt utiq; uirtus adhuc in purgando laborans: nam huius finis eſt illa, quæ iam purgauit. Verum purificatum eſſe, eſt alieni omnis ablatio. Bonum aūt præter hoc ipſum aliud quiddam eſſe uidetur. Forte ſi ante puritatis iacturam bonum erat, purificatio ipſa ſufficiat. Sed ſufficiet quidem purificatio: reliquum uero erit bonū non ipſa purificatio. Tum uero quærēdum eſt quid ſit id reliquum. Forte enim natura reſidua non eſt bonum, alioquin nunquàm fuiſſet in malo. Num ergo boniformem dicere licet? An potius nequaquàm ſufficiētem in eo quod uere bonum eſt permanere? Natura enim ad utrunq; uergit. Bonum igitur ipſius eſt, adhærere cognato: malum uero, contrariis. Oportet ergo purgatam hærere, hærebit autē conuerſa. Num igitur poſt purgationem conuertitur? uel poſt purgationem iam cōuerſa eſt? Hoc igitur eius eſt uirtus: imò quod ex conuerſione conſequitur. Quid hoc igitur? Viſio figuraq; rei perſpectæ impreſſa & agēs, quemadmodum circa uiſibile uiſus. Non ergo hęc habebat, neq; reminiſcitur. Vel forſan habebat, non agentia tamen, ſed iacētia potius & obſcura: Vt autem illuminentur, animusq; tūc inſita hæc agnoſcat, admouere oportet illuminātí. Habebat autem non ipſa, ſed figuras uerís rebus, quarum figuræ ſunt, prorſus accōmodare. Forte uero ſic inſuper habere putatur; quoniam intellectus non eſt alienus, ac maxime non alienus, quando ad ipſum reſpicit: alioqui etiam præſens eſt alienus. Quoniam & ſcientiæ, ſi nullo modo illis utamur, ſunt alienæ.

*In imaginatione animæ rationalis propria ſæpe incitantur imagines ſecundum primos motus imaginationis, quæ eſt in animali priusquam ratio conſulere uel animaduertere.* Cap. V.

ANimi purgati virtutes ordine ſatis manifeſto definit. Quod hic phantaſiam appellat præfiguratam, intellige, ex primis incitamentis ſæpe in noſtra etiam imaginatiōe imagines aliquas incitari, procliues ad ſenſus anteq̃ ratio ſatis animaduertat.

*Animi purgati virtutes definiuntur, earumq́; tractantur officia.*

CAPVT V.

Cæterum

CAeterum quatenus procedat purgatio, ſupereſt dicendum: ſic enim patebit cui potiſſimum deo ſimilis eademq; fiat. Hoc autem eſt maxime quærere, quatenus poſſibile ſit purgare iram & cupiditatem, uoluptatem & dolorem, atq; ſimilia, & animum à corpore ſeparare. A' corpore quidem ſeparare, id eſt forte animum quaſi à locis ſeipſum diuerſis colligere, omnino à perturbationibus ſegregatum, efficientemq; ut neceſſariæ uoluptates ſenſus quidam ſint duntaxat, & quædam quaſi medelæ ſedationesq; laborum ſiue languorum, ut interpellatio nulla contingat. Dolores autem auferentem, ac ſi nequeat, moderate ferentem: & quia non ſimul doleat, eos comminuentẽ: Iram uero tollentem quoad poteſt è medio: ac ſi fieri poſſit, omnino: ſin minus, ſaltem non ſimul iraſcentem. Dabit ſanè operam, ut alterius ſit iraſci, uidelicet inconſulto atq; ſubito: inconſultum uero id ſubitumq; etiam ſit perpaucum atq; debile. Timorem præterea expellet omnino: nulla enim de re metuet. Motum uero ſubitum expellet, niſi quatenus admonitionis loco ſit. Cupiditatẽ uero turpium proculdubio non habebit. Eſculentorum quoq; & poculorum ad remiſſionẽ doloris ipſe animus non habebit, neq; Venereorum etiam: ſin habuerit, naturalium dũtaxat (ut arbitror) ita tamen ut neq; inconſultũ ſic habeant impetum: Quod ſi habeant, quatenus cum phantaſia ſolum, hæc quoq; præfigurata. Omnino autem ipſa ab his omnibus erit pura, uoletq; etiam irrationale purum efficere, adeo ut ne commoueatur quidem, aut ſaltem quàm minime: commotionesq; illius ſtatim ipſa propinquitate ſedari queant: perinde ac ſi quis ſapienti propinquans, ipſa propinquitate aliquid ab ipſo percipiat: uel ſimilis illi factus, uel reueritus, ut nihil audeat facere eorum quæ bonus non auſit. Non ergo erit pugna. Sufficit enim ratio præſens, quam deterius illud uerebitur, adeo ut ſibi ſuccenſeat, ſiquo pacto commotũ, quietem domino prẹſente non egerit, ſuamq; inconſtantiã increpet.

*Sapiẽtia in mẽte diuina, eſt quaſi tactus: in noſtra mẽte, quaſi cõtactus: in ratione, quaſi figura uiſibilis.* VI.

COnfirmat finem animæ non eſſe innocentiã, ſed fieri deum. Aitq; illum in quo ſoli iam primi reſtant motus, deum quendam eſſe ſimul & dæmonem: dæmones enim non nihil his tanguntur affectibus. At illum in quo etiam primi motus iam cõſopiti uidentur, eſſe, duntaxat deum, ideſt intellectualem prorſus animum, ex eorum numero, qui diuinã mentem proprie comitantur. Subdit, animum quando ad ſe conuerſus eſt omnino, purgatione uidelicet præcedente, eſſe talem, qualis ex diuina mente proceſſerat: ac ſubito ibidem eſſe penitus reſtitutum. Nam & olim huc profectus, nõ omnino inde diſceſſit. Siquidem & tanquam intellectui ſuo ducíq; proprio pro arbitrio hæret, & intellectus cum diuina mente naturaliter copulatur. Poſt hæc exemplares definit uirtutes, quatenus quodammodo nobis accommodantur: nam quatenus ſunt in mente diuina, exemplaria quidem ſunt, ſed non uirtutes. Vbi uero ait, ſapientiam in anima quidem eſſe inſpectionem eorum quæ poſſidet intellectus: intellectum uero ſapientiam tactu quodam habere, intellectum hic ſubintellige duplicem, noſtrum uidelicet & diuinũ. Et ſapientiam in diuino tactũ dici, ideſt non imaginis cuiuſdã, ſed rei ipſius poſſeſſionem ac potius exiſtentiam. In noſtro autem intellectu potius appellari cõtactum, ideſt realem, ut ita dixerim, copulam, non imaginariam notionem. In natura enim rationali quæ proprie anima nuncupatur, imaginaria magis poſſeſſio eſt: in intellectu uero, ut ita loquar, ſubſtantialis: ſed hæc poſſeſſio primo quidem eſt in mente diuina, deinde traducitur & in noſtram.

*Confirmat uirtutis finem eſſe deificum: & exemplares definit uirtutes à nobis denique comparatas.*

CAPVT VI.

Eſt igi

ESt igitur nullum talium peccatũ, ſed correctio homini eiuſq; officiũ: Studium uero ipſum atq; uotum, non extra peccatum eſſe, ſed eſſe deum. Si ergo talium aliquid inconſulto tantum fiat, deus quidem erit talis atq; dæmon, exiſtens geminus, imò potius alium ſecum habens uirtute alia præditum: ſin uero nihil, deus ſolũ, deus inquam ex eorum numero qui primũ ſequuntur: ipſe enim eſt qui proceſsit inde. Et ſi ſecundum ſeipſum fiat, qualis uenit, ibi eſt: intellectui uero cohæret huc profectus, & hoc inſuper ipſi aſsimilabit pro eius potẽtia: adeo ut (ſi fieri poſsit) uel non cõmoueatur, uel non agat quicq; ex his quæ domino minime placent. Quęnã igitur quælibet huic eſt uirtus? Sapientia quidẽ inſpectio eſt eorũ, quæ poſsidet intellectus: intellectus aũt tactu quodã habet. Duplex aũt eſt utraq;: Altera quidem in intellectu exiſtens: altera uero in anima: & ibi quidẽ non uirtus, in anima uirtus. Ibi ergo quidnã eſt? Actio ipſius atq; quod eſt: hic uero quod in alio, inde uirtus: Neq; enim ipſa iuſtitia & ipſa temperantia, atq; quælibet ſimilis proprie uirtus eſt, ſed uelut exemplar. Quod uero ab ipſa in anima fit iam eſt uirtus, alicuius enim uirtus eſt: ipſum uero unumquodq;, ſui ipſius eſt, non alicuius alterius. Iuſtitia uero ſiquidem proprii muneris actio eſt, num ergo ſemper in multitudine partium? imò in multitudine, quoties multæ ſunt partes. Simpliciter autẽ proprii muneris actio eſt, etiam ſi unius extiterit. Vera igitur ipſa iuſtitia unius eſt ad ſeipſum, in quo nõ aliud eſt atq; aliud. Quapropter & ipſi animæ iuſtitia maior eſt ſe ad intellectũ agendo dirigere: Tẽperantia uero intima ad intellectum cõuerſio: Fortitudo habitus paſſionis expers per ſimilitudinem eius ad quod ſuſpicit, extra paſſionem naturaliter cõſtitutum. Anima uero ex uirtute ſuperat paſſionem, ne unà cum deteriori ſocio patiatur.

cui ꝑ adhuc restat motus deus et dæmon dici potest: at cui nulli motus videntur tantum modo deus.

In mente dei sunt exemplaria virtutum in anima virtutes ipsæ

Virtus in mente humana alicuius est, in diuina sui ipsius nõ alterius.

*Intellectus diuinus primo, eſt ipſa quæ habet: noſter intellectus ſecundo, eſt ipſa quæ habet. Ratio non ſimiliter eſt quæ habet. Item comparatio hic fit uirtutum, & præcepta nonnulla traduntur.* Cap. VII.

EXemplares uirtutes accommodatas animo ordine quodam correſpõdente diuinis accommodat exemplaribus, & quid cuiuſq; uirtutis exemplar ſit in deo, declarat: & quo pacto exemplares uirtutes in animo diuinis uirtutum exemplaribus rite reſpondeant. Atq; ubi ait, animam non ſimiliter atq; intellectus hæc ipſa eſſe quę habet, animam intellige potentiam diſcurrentem: in qua aliud eſt eſſentia, aliud ſunt formæ uel imagines, aliud habitus atq; actus. At in mente diuina eſſentia in actum eſt ab æterno redacta, ipſeq; eſſentialis actus implet omnia, quæ per additamenta quædam in anima peraguntur. Quinetiam intellectus noſter quodammodo eſt quæ habet, ut ex Plotini mente loquar: Eſt enim æterno intimoq; cõtactu redactus in actum idearum omnium, in quarum actum diuina mens prodiit ab æterno. Poſt hæc comparat quodammodo uirtutes inuicem, & quædam præcepta tradit, uel dubia ſoluit. Ait ergo: Quæ conſummatam antecedunt animi puritatem, eſſe uias ad uirtutem potius quàm uirtutem. Item neq; etiam puritatem cenſeri uirtutem, niſi conferatur ad deum & imitandum, & pro uiribus conſequendum. Rurſus in inferioribus uirtutum gradibus non eſſe ſuperiores niſi per imaginem: in ſuperioribus autem inferiores per exemplar uirtutemq; contineri. Item ubi mutantur principia, ſpecies quoq; mutari uirtutum. Principia inquam duo ſcilicet, & finem uirtutis cuiuſq; proprium, & regulas ſuas atq; leges ad quas formatur prudentia, ubi mutantur principia prudentiæ, quæ aliarum uirtutum regula iudicatur. Ex quo ſit ut in alia ſpecie ſit ciuilis temperantia, in alia purgatoria, in alia quoque purgata, in alia exemplaris, cæteræq; ſimiliter. Concludit denique, finem uirtutum omnium communem atq; præcipuum eſſe, non in rebus externis, non in uirtute, non in animo, ſed in deo. Qua quidem concluſione nihil ſanctius dici poteſt, quę & diuinam nobis indicat, atque Platonicam ſtri uirtutem.

*Exemplares uirtutes [illegible] quodam ordine diuinis accommodat exemplaribus [illegible]*

*deſiniens exemplaria. Deinde uirtutes inter ſe comparat. Soluit dubia. Diuinam uirtutis [illegible] probat.* CAP. [illegible]

COnſequuntur igitur inuicem hæ uirtutes in anima, quemadmodum & in intellectu quæ ante uirtutem ſunt exẽplaria. Et [illegible] intellectio ibi ſcientia eſt atq; ſapientia: ad ſeipſum uero conuerti, temperantia eſt. Proprium autem opus propriorũ actio dicitur atq; iuſtitia. Fortitudinis deniq; loco ipſa à materia ſegregatio, pura[illegible] in ſeipſo permanſio. In anima ergo intuitus in intellectũ ſapientia eſt, atq; prudentia uirtutes eius: non enim anima ſimiliter atq; intellectus hæc ipſa eſt, quæ habet. Cæteræ item uirtutes ratione ſimili conſequuntur: ſimiliter quoq; purificatio. Neceſſe uero eſt, ſiquidem uirtutes omnes purificationes quædam ſunt, in purificatione quadam completa conſiſtere: alioqui nulla perfecta foret. Præterea quicunq; maiores habet, minores quoq; potentia habeat neceſſe eſt: qui contra minores, non neceſſario & maiores: præcipua quidem hæc eſt uiri uirtute præditi uita. Vtrum uero actu habeat minores [illegible] maiores, an alio modo, ſigillatim conſiderare decet, ceu prudentiã. Si enim aliis utatur principiis, quomodo amplius manet illa? ac etiã ſi minime operetur? Item ſi hæc quidem natura eatenus procedat, illa uero eatenus: & temperantia illa moderans, hæc uero penitus auferẽs. Idem quoq; de aliis omnino mota prudentia. Forte uero uidebit quantum ipſæ penes ſe habeant. Forſan & quandoq; circunſtanti quadam conditione uel ſorte per quaſdam illarum aget: in maiora uero aſcendens principia, aliaſq; per illa mẽſuras agẽs, per eiuſmodi regulas operabitur: ueluti temperantiam non in menſura illa ponens, ſed omnino ſe pro uiribus ſeparans, prorſuſq; agens nõ boni hominis uitam, quam ciuilis probaret uirtus: ſed hanc quidem dimittens, aliã uero, ſ. diuinam eligens. Ad deos enim non ad homines nobis eſt ſimilitudo propoſita. Similitudo uero noſtra ad homines bonos, eſt perinde, ac ſi imago aſſimiletur imagini, cum ab eodẽ utraq; producatur: ſed illa ad aliud uelut exemplar ſimilitudo perficitur.

*Ad deos non ad homines est similitudo nobis proposita. Similitudo nostra ad homines bonos est perinde ac si imago assimiletur imagini cum ab eodem utraque producatur*

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE TRIPLICI REDITV ANIMAE, AD

*diuinum præludium: in quo de Trinitate producente, conuertente, perficiente, & de ternario in diuinis numero agitur.*

### ARGVMENTVM.

QVI hunc librum de Dialectica inſcripſere, à præſtantiore eius parte nuncupandum iudicauerunt. Quanq̃, vt arbitror, rectius admodum inſcripſiſſent, ſi de animorum reditu ad diuinum, appellauiſſent: hoc enim eſt maximum [illegible] tum libri uotum, hoc primo proponitur perquirendum, hoc in omni [illegible] tionis parte tractatur. Quoniam vero hic Plotinus ternario gaudet, triplici [illegible] ad deum tramite ducere, iuuat quaſi præludio quodam per ternarium [illegible] liberius peruagari. Superiora vniuerſi principia producunt quæ ſequuntur, producta [illegible] cunt, reducta perficiunt. Dum producunt, largiunt eſſe: dum conuertunt, eſſe conſeruant: [illegible] perficiunt, in melius eſſe reformant. Ab his autem effectibus quaſi concreto ternario [illegible] ratis ad abſolutam & trinam aſcendimus trinitatem, ſcilicet productoriam, conuerſoriam, perfectoriam. In productoria trinitate primum, eſt ipſum bonum: ſecundum, intellectus [illegible] lius: tertium, anima vitaq; mundi, quaſi diuinæ intelligentiæ ſpiritus. Quomodo hi tres [illegible] quodammodo omnia conſenſu producant, ſæpe alibi diſputabitur. Sequitur trinitas conuerſoria

*De ternario num.*

ſiue ad

ſiue ad ſupera reductoria: in qua primum Mercurius tenet gradum, animos per rationem ad ſublimia reuocans: ſecundum Venus, per viſum alliciens ad ſuperna: tertium Phœbus, idem efficiens per auditum. Etſi vnuſquiſq; trium ad omnia nos ſupera cõuocat, Mercurius tamẽ ad ipſum præcipue bonum, Venus ad intellectum, in quo prima pulchritudo coruſcat: Phœbus ad animam, ad quam potiſſimum pertinet harmonia, vt in Timæi compendio & in Theologia latius pertractauimus. Singuli vero planetæ tres, tum intellectu ſuo in noſtram rationem agunt, tum animali virtute in imaginationem, tum corpore in corpus ad idem alliciendo. Cuncti deniq; tres ad Saturnum planetam primo ducunt intelligentiæ ducem: deinde ad Saturnum planetam intelligentiæ patrem intellectumq́; primum: demum ad ipſum bonum patremq́; Saturni. His autem ad idem officium Mercuriales, Venerei, Phœbei dæmones, & deniq; Saturnij dæmones ſimiliter ſubminiſtrant. Reliqua eſt perfectoria trinitas, in nouenariũ ſimiliter diſtributa: Animus enim ſiue ad ipſam mundi animã redigatur, ſiue altius ad mentem mundi reginam, ſiue excelſius ad ipſum bonum intelligentiæ patrẽ: ipſum profecto patrem agnoſcit vt principium omnium & medium atq; finem, quod in quarto Legum planius aperitur: Mentem quoq; diuinam vt eſſentiam, vt vitam, vt intellectum: Animam deniq; tanquam vitam, tanquam motum vt rationem, eamq́; deſcribit vitam, mobilem, rationalem. Singula rurſus quæ reperit in ſequentibus, ſingulis quæ ſuperioribus inſunt proportione quadam qua poteſt accommodat. Rationem igitur in anima ad intellectum refert in mente regnantem, atq; ad finem circa bonum conſideratum. Motum ſimiliter animę ad uitam mentis, mediumq́; apud ipſum bonum. Vitam deniq; animæ ad mentis eſſentiam, & ad ipſum vniuerſi principium. Sed miſſas iam trinitates alias in præſentia faciamus. In hoc enim libro de trinitate potiſſimum agitur conuertente, atq; plurimum quo pacto ad diuinam mentem animus reuocetur, quatenus vt intellectus & intelligibile aliquid cogitatur, inde nanq; ad bonum ipſum ſubito peruenitur. In hoc aũt intellectu comprehenduntur ideæ, quas etiam numeros quoſdam alibi Plotinus appellat. Ad has itaq; animus aduocatus in vnaquaq; conſiderat trinitatem: Nam vt veritatem, vt concordiam ſiue commenſurationem, vt pulchritudinem contemplatur, quod in Philebo Plato diſſerit, ad veritatem Mercurius, ad concordiam Apollo, ad pulchritudinem Venus adducit. In veritate animus cognoſcit naturæ perpetuam firmitatẽ: item puritatem aliena minime capientem: rurſus integritatem nunquam propria dimittentem. Concordiam quoq; numero ſimiliter ternario contẽplatur, quatenus idea quælibet conuenit ipſa ſecum, conſentit ſuperioribus, nec non inferioribus cõgruit. Pulchritudinem quoq; ternario: Nam idea vera concors, pulchra nobis occurrens tanquã Venus tribus ſtipata gratijs, aggreditur animum admiranda, vt amanda congreditur, ingreditur vt iocunda: atq; ita trinitas idealis in nonarium rite producitur. Similiter conuerſoria ad ideam trinitas in nonarium deriuatur. Quoniam Mercurius non ſolum propria ratione conuertit, ſed & in hoc officio conuenit partim cum Venere, partim etiam cum Apolline. Eadem ratione Venus & proprie reuocat, & conſendit aliter cum Mercurio, aliter cum Apolline. Apollo tandem & proprius eſt, & hinc quidem cum Mercurio, inde vero cum Venere congruit.

*Quod finis animi ſit ultra naturam intellectualem ad ipſum bonum.* Cap. I.

Diuidimus vero liber in capita tria, ſicut & tres ſunt ad diuinitatẽ vię. Tertiũ vero caput tanquam potiſſimũ in tria rurſus capita diſtribuitur. In primo capite mox finẽ quo tandem perueniendum eſt, deſcribit. Annuens animum nõ in bono quodam intellectuali ſiue intelligibili, quod ferme eſt idem, ſed in ipſo ſimpliciter bono ſummoq; principio denique conquieſcere. *Animus ubi conquieſcat* Patenus enim procedit appetitio boni, quatenus appetendi boni procedit inuentio. Sed quemadmodum ſagaciſſimi canes virtute olfactus inueniunt quod nondum vident oculis, neq; forte viſuri ſint: ſic animus mirabili quadam naturæ intellectu ſuperioris ſagacitate bonum eſſe vaticinatur, omnes intelligentiæ oculos ſupereminens. Nempe ſicut ſenſu nihil ſupra ſenſibile reperimus: ita nec intellectu ſuper intelligibile quicquam. Sed quemadmodum intellectu ſenſibus ſuperiore intelligibile ſuper ſenſibile reperimus: ita virtute quadam animę intellectu ſuperiore ipſum ſimpliciter bonum ſuperintellectuale vel intelligibile bonũ auguramur pariter & optamus. Iam vero cum ſemel bonum ipſum dixeris, addere mox intellectuale ſiue intelligibile, nihil aliud eſt, quàm boni aliquid dicere: ſiue quiddã bonum vel in intellectu inuentum, vel ſaltem ad ipſos intelligentiæ limites coartatum, vel intellectuali quadam proprietate ſignatum. Super hoc aũt velut imperfectum & anguſtum atq; dependens, eſt ipſum ſimpliciter in ſe abſq; limite bonũ: cuius quidẽ ampliſſima facultate ſit & bonũ intellectuale, & nõ intellectuale bonũ: ſit & bonũ nõ ſenſibile & ſenſibile bonũ. Ad hæc enim velut inter ſe oppoſita ipſum ſimpliciter abſolutumq́; bonum vndiq; ſe diffundit, quod tanquã vltimum deſiderat animus: quo fruitur non per quandam quaſi imaginariam intelligentiæ perceptionem: ſed per verum quendam virtutis intellectu ſuperioris ſubſtantialemq́; conta-

rem animi diuinorum contemplatores quamuis ſinguli cuncta conſpiciant atque amant, alij tamen tam cognitione quam affectu ad ſpeciem ipſam, mox duo reliqua referunt: alij vero ad numerum ſimili ratione: alij denique ad ipſum modum atque menſuram. Ex primis quidem ingenium prouenit philoſophicum, ex ſecundis vero, muſicum: ex tertiis neque inferioribus amatorium. Tametſi tria hæc ingenia ſic ferme inter ſe coniugata ſunt, quemadmodum ſpecies numerusque & modus inuicem connectuntur. Philoſophus igitur in excogitandis numeris atque menſuris ſpeciem ipſam atque naturam potius admiratur. Muſicus autem in naturis & ſpeciebus atque menſuris ad canoros numeros vehementer afficitur: Amator denique modum ardenter in omnibus menſuramque ſectatur. Omnes ſummatim tres Plotinus ait ad ſublimem pulchritudinem eleuari, id eſt ad diuinam mentem, quæ prima pulchritudo eſt, ipſius boni ſplendor æternum, in qua tum ſpecies, tum numerus, tum modus, quaſi Gratiæ tres ſeinuicem complectentes, ad integram pulchritudinem plenamque gratiam æque conducunt. Item alium inquit aliter atque aliter excitari. Rurſus poſtquam ad diuinam mentem, qui & mundus intelligibilis eſt, ſurrexerint, ibi per omnia idearum genera ſuo quodam ordine progredi. Tandem ex eo mundo egredi ad ipſum bonum, quod mundi illius principium ſit & finis. Poſt hæc qua ratione ingenium muſicum illuc tum natura vergat, tum arte feratur, explanat. Natura enim ad pulchritudinem eſt propenſum, ita videlicet, vt per pulchras voces ad proportionis pulchritudinem numeroſam præcipue concitetur. Hic ergo docendus eſt, id ipſum quod in vocum modulis admiratur, non eſſe vocalem ſonalem'ue materiam: alioquin vbique omnesque ſibi ſoni æque placerent: ſed proportionalem potius numeroſamque rationem, quæ quaſi forma quædam eſt in vocis ſonique materia. Quamobrem ſi quo pacto inde ſegregari materia poſſit, taliſque forma vel in ſeipſa vel in mente reſtare, forma tunc ſola placeret: placeretque magis, quoniam perfectior ibi proportionis numeroſæ ratio foret & abſolutius vnum, cuius gratia & proportio placet. Ducendus igitur à pulchra voce ad pulchritudinem quæ exiſtit in voce. Hinc rurſus ad ipſam quæ in quadam penetrationalem animam proportione conſiſtit. Deinceps ab hac & illa proportione quæ ſunt aliquid pulchrum vel pulchritudo quædam, ad ipſum huius ordinis pulchrum ipſamque pulchritudinem id eſt ideam. Atque ad ideam primo pulchritudinis numeroſæ atque vocalis: deinde ad ſimplicem pulchritudinis rationem: demum ad ipſum bonum ex quo pulchritudo, id eſt ſplendor ipſius & gratia ferme ſic emicat, ſicut ex intima ſanitate externa formoſitas, atque externum ex intima luce lumen. *Muſicus quo modo ducendus.*

# PLOTINI ENNEADIS I. LIBER III.

## DE TRIPLICI AD MVNDVM INTELLIGIBILEM ASCENſu, ſcilicet per Muſicam, per Amatoriam, per Philoſophiam.

*Ingenium Muſicum à proportione in uoce reducendum eſt ad proportionem pulchritudinemque in mente.*

CAPVT I.

QVæ'nam ars uel introductio uel ſtudium nos quo contendum eſt reducit? Quod enim ad ipſum bonū primūque principium perueniendum eſt, conceſſum ſit ex multisque demonſtratum. Et profecto eiuſmodi demōſtratio reductio quædam extitit. Sed quem'nam oportet eſſe hominē illuc reducendum? Atqui eum qui omnia uel plurima uidit, ut ait Plato: qui in prima genitura in uirum futurum philoſophum, muſicum'ue aut amatorem, deſcēdit. Profecto philoſophus natura, & muſicus, & amatorius reducendi ſunt. Sed quis'nā modus? Nunquid his omnibus unus & idem, an potius proprius ſingulis adhibendus? Eſt utique omnibus proceſſio duplex: altera quidem proficiſcentibus, altera uero ad ſupera iam profectis. Prima quidem ab inferioribus aſcendit: ſecunda uero illorum eſt, qui iam in loco intelligibili ſunt, ibique fixere ueſtigia: oportetque eos ultra progredi, donec ad ſummum uſque proceſſerint. Qui certe finis tunc itineris contingit, quando quis ad ſummum intelligibilis mundi peruenerit: *Proceſſio ad ſuperiora duplex.*

uenerit. Sed proceſſio quidem hæc in præſentia maneat. De aſcenſu & [illegible] ctione prius conandum eſt dicere. Primo quidem diſtinguẽdum eſt, mobiliſ inter hos uiros, exordium à muſico facientibus, quis nam ſit natura. P[illegible] dum ſanè ipſum facile mobilem, & qui uelut admirabundus propenſior [illegible] ad pulchrum, ſed non ſatis à ſeipſo moueri poſſit: facile uero ab his quæ [illegible] currunt quaſi figuris incitari queat. Et ſicut timidi ſtrepitu, ſic ille ſonis har monicis concitetur, pronusq; ſit ad pulchrum: quod apparet in ſonis: & [illegible] giat ubiq; diſſonantiam, quod'ue unum non eſt in cantibus atq; numeris [illegible] merosum uero concinnũq; ſequatur. Quamobrem poſt ſenſibiles eiuſ[illegible] di ſonos, & numeros, & figuras, ſic ducere hunc oportet, uidelicet ſeparan[illegible] materiam in qua proportiones earumq; cõparationes ſunt, atq; ad pulch[illegible] tudinem quæ in his eſt reducendo. Præterea docendo illa, ad quæ uelut a[illegible] mirabundus uehementer afficitur, non hæc eſſe, ſed intelligibilẽ potius har moniam: & quod in ipſa pulchrum, & omnino ipſum pulchrũ, non aliquod pulchrum tantũ. Deniq; philoſophię rationes ad hæc adhibendo, per quas ad fidem perducatur eorum quæ ignorat, cum tamen habeat. Quæ uero [illegible] tiones ſint, in ſequentibus declarabimus.

*Muſicus quo modo ducen dus.*

*Philoſophicum, Muſicum, Amatorium ingenium facile concurrunt.* Cap. II.

IN ſecundo libri capite ait, muſicum ſępe cum amatore, & vtroſq; cum philoſopho con[illegible] rare. Nec immerito: Proximi enim & ſitu & motu horũ adſpiratores ſunt Sol, Mercurius atq; Venus. Proximi rurſum auditus & viſus, & imaginatio ſeruiens rationi. Item qui pul chrum naturaliter amat qua ratione pulchrum, id amat vbiq;, ſiue in vera rei cuiuslibet rati one, ſicut philoſophus: ſiue in his quæ ſpectantur, ſicut amator: ſiue in his quæ audiuntur, vt muſicus. Reliqua huius capitis omnia in conuiuio de amore latiſſime pertractamus.

*Ingenium amatorium reuocandum eſt à pulchritudine corporis ad pulchritudinem morum, deinde ſcientiarum, deinde mentis.* CAP. II.

AMatorius autẽ in quem forte muſicus incidit, atq; incidens uel permanet ibi uel præterit, memor eſt quodãmodo pulchritu dinis: ſed quia ſeorſum eſt ab ipſa, nõ poteſt perdiſcere: percul ſus autem à pulchris, quæ aſpectui parent, circa ipſa uehemen tius concitatur. Docere itaq; hunc oportet, ne circa corpus unum quaſi ca dens pronior reuoluatur, ſed ad omnia ratione perſuaſus rite ſe cõferat cor pora: conſiderans quod in cunctis eſt idem, & animaduertẽs ipſum à cor poribus eſſe diuerſum, & aliunde procedere aliisq; magis ineſſe: qualia ſunt pul chra ſtudia legesq; pulchræ: circa enim hæc amatoris ſtudium ad res in cor poreas amandas iam aſſueſcit. Oſtendendũ præterea in artibus etiam & ſcien tiis & uirtutibus pulchritudinem eſſe, ac pulchritudinem in cunctis unam, quo'ue modo adueniat. Deniq; à uirtutibus ad intellectũ atq; ipſum [illegible] ueniendum eſt, ibiq; iter ad ſublimia peragendum.

*Amator quo modo docen dus.*

*Ingenium philoſophicum magis ſolutum eſt quàm alia ingeniũ, & ſolo indiget duce per mathema[illegible] plinam ad ſapientiam metaphyſicam.* Cap. [illegible]

TErtium libri caput philoſophantis ingenium educationemq; deſcribit. Hoc vtiq; [illegible] amatoria muſiciq; ingenium ad pulchritudinẽ eſt natura propenſum. Sed [illegible] quod muſicus & amator pulchritudinem venantur in corpore: qui vero natura [illegible] ſophus eſt, videtur quodammodo ſolutus à corpore: quoniam & moderatiores [illegible] ctus, & ſemper tum reſoluendo particularia in vniuerſales redigit notiones, [illegible] do ſeparatas cauſas inueſtigat: Quamobrẽ non eo quidem indiget quia manu[illegible] qui ſoluto iam volantiq; ingenio demonſtret finem viasq; certiores oſtendat. De [illegible]

genio, & quibus diſciplinarum gradibus ſit ad ſublimia perducendum, in quinto, ſexto, ſeptimo de Rep. ſatis agitur: Quemadmodum ſcilicet moribus inſtituitur, & mathematicis inſtruitur diſciplinis quodammodo à materia ſeparatis, atq; ad metaphyſicam deniq; perducitur facultatem.

*Ingenium philoſophicum natura ſolutum eſt à materia, ac ſolo indiget duce ad diuinam pulchritudinem per certos diſciplinarum gradus.* CAP. III.

PHiloſophus autem natura promptus eſt & uelut alatus, neque indigens ſeparatione, quemadmodum hi quos paulò ante memorauimus, ad ſupera uidelicet concitus: ambigens aūt, ideoq; duntaxat indiget demonſtrante. Quamobrem operę pretium eſt demonſtrare imprimis ac ducere hominem natura duci uolentem atq; iamdiu ſolutum: adhibenda ergo ſunt mathematica, quibus incoporea cogitare & credere conſueſcat. Facile nanq; percipiet: quippe cum diſcendi ſit auidus, & ingenium naturali uirtute generoſum ad uirtutum perfectionem oportet perducere: poſtq; mathematicas rationes dialecticas tradere, ac dialecticum prorſus efficere.

*Metaphyſici officium eſt per omnia entia proficiſci diuidendo, componendo, definiendo, demonſtrando: ac deniq; ultra entia progredi. Item quæ ſint entia, quæ infra entia, quid deniq; ſupra.* Cap. IIII.

MEtaphyſicæ apud pleroſq; Peripateticos ſubiectum eſt ens ipſum qua ratione ens, ſub ipſa eius apud illos ampliſſima notione: in qua ſane ad entia omnia eſt, tum à materia ſeparata, tum materiæ coniuncta, commune. Tametſi apud Platonicos metaphyſicæ ſubiectum latius eſſe uidetur, ſcilicet aut ens atq; non ens, aut ens ſaltem ſibi competenti habitudine præditum: habitudine inquam tum ad id quod eſt ſuperius, tum ad id quod inferius ente. Superius quidem eſt ipſum vnum atq; bonum, quod entis principium eſt et finis. Inferius autem forma quælibet in materia tranſmutabilis ipſaq; materia. Sed forma hæc eſt entis imago, materia vero ipſius entis eſt vmbra. Entia quidē vera Platonici nominant ſubſtantias, in quibus vel non eſt vel non regnat procliuitas ad non eſſe, quod eſt entis oppoſitū: Vel non eſt inquam ſicut in ſubſtantiis à materia ſeparatis vel etiam ſeparandis: Vel non regnat inquam ſicut in mundi ſphæris, in quibus perfectio formæ ſemper defectū materiæ ſuperat. Per hæc omnia facultas progreditur metaphyſica, quam Plato nominat dialecticam, logica vtentem vt inſtrumento. Logica enim circa dictiones, conceptus, propoſitiones ſyllogiſmoſq; verſatur. Metaphyſica vero circa res ipſas logicis interea machinis vtens. Metaphyſici vero officium eſt reſoluere, diuidere, componere, definire, demonſtrare, idq; agendo per omnia entia progredi, præcipue vero ad incorporea, quoniam re vera ſint entia: deinde ad ipſum vnum horum principium atq; finem: poſt hæc proceſſum entium contueri à ſummo ad imum, iterum per omnes gradus entium redeundo: demum redire ad ſummum, ibiq; quieſcere. Inter hæc ſané quo pacto Platonica diuiſio fiat in tribus Plotini libris de generibus entis: item in Parmenide, Sophiſta, Politico, Philebo cognoſcere potes. *Metaphyſicæ ſubiectum quod.* *Metaphyſici officium.*

*Dialectica, id eſt metaphyſica totam entium latitudinem contemplatur, atque ultra progreditur, & logica utitur ut inſtrumento.* CAP. IIII.

QVæ nam eſt dialecticæ quam oportet etiam prioribus adhibere. Eſt utiq; habitus qui ratione de unoquoq; poteſt dicere quid ſit unūquodq;, & quo ab aliis differat, quo'ue cōueniat. Prꝍterea quomodo & ubi ſit quodlibet: & ſi eſt, q̄d eſt, atq; entia quot ſint: & nō entia rurſus, ſed ab entibus alia. Eadē hæc & de ipſo bono diſputat & de nō bono, & de his quæcūq; ſub bono & quæ ſub boni cōtrario. Itē quid ſempiternum, quid'ue non ſemper. De omnibus inquam non opinione, ſed ſcientia tractans, ab errore qui circa ſenſibile accidit uacans, intelligibili prorſus adhæret, circaq; ipſum diligenter agit, falſo poſthabito: nutriēs animam in ipſo ueritatis campo, freta uidelicet diſtinctione Platonica ad diſcretionem idearum ſpecierumq;, & ad quodlibet definiēdum, & ad prima genera, & quę *Dialectica quid, & circa quæ uerſetur.*

 ex illis

recto tradit: prudentia vero virtutibus alijs quaſi in ædificando miniſtrat. Concludit, virtutes alias eſſe ſine ſapientia imperfectas, atq; viciſſim. Sapientiam enim reliquamq; virtutem ſimul ferme pariter coaleſcere: Naturaliaq; in animo virtutum exordia, accedente ſapientia in virtutes perfectas euadere, ſiue ſapientia ante alias oriatur, ſiue contra. Nam vndecunq; inceperit, virtus altera conducit ad alteram. Deniq; exordium naturale in natura rationali ad ſapientiam vel prudentiam eſt oculus imperfectus: ſed ille quidem dexter, hic vero ſiniſter. Naturale rurſus ad alias virtutes exordium, mos quidam dicitur imperfectus: Vtriuſq; vero virtutum generis principium ab his maxime trahitur, quæ in mente vel ratione vel etiã imaginatione naturaliter poſſidemus.

*Metaphyſica dat regulas cæteris facultatibus tum ſpeculatiuis tum moralibus, atq; ſine illa & ſcientiæ non ſunt, & mores ſunt imperfecti.* CAPVT VI.

PArs igitur hęc eſt honoranda. Habet enim philoſophia alias inſuper facultates: Nempe naturã etiam ſpeculatur, auxilium à dialectica ſumens: quemadmodum etiam arithmetica cęterę artes utuntur, ipſa uero principia propius trahit à dialectica. Facultas quoque de moribus ſimiliter contemplatur quidem inde, adiungit uero habitus exercitationesq;, à quibus habitus ipſi proficiſcuntur. Rationales quoque uirtutes habent habitus, & tanquam propria iam quæ inde ducunt: etenim cum materia habent plurima. Et alię quidem uirtutes ratiocinationes habent in paſſionibus propriis atque inſuper actionibus. Prudentia uero eſt præcipua ratiocinatio quædam, & circa magis uniuerſale uerſatur. Conſiderat etiam nunquid in præſentia cohibendum ſit abſtinendumque, an in poſterũ, an omnino melius aliud: Et quę uiciſſim conſequantur, quæ non, animaduertit. Dialectica uero & ſapientia etiam uniuerſali immaterialiq; ratione omnia in uſum prudentiæ profert. At utrum poſſint inferiora eſſe ſine dialectica atquæ ſapientia, quęri poteſt. Forte admodum imperfecte. Fieri uero poteſt, ut abſque iis ita ſit ſapiens atq; dialecticus. Vel non utiq; ſic contingit: ſed uel prius uel ſimul coaleſcunt. Et forte aliquis naturales uirtutes habebit, ex quibus & perfectę fiunt, adhibita uidelicet ſapientia. Poſt naturales ergo ſapientia prouenit, deinde mores perficit: Vel potius exiſtentibus naturalibus concreſcunt iam ambo, ſimulq; tandem perficiuntur. Aut forſan anticipans altera alteram perficit: omnino enim naturalis uirtus imperfectum habet oculum atq; morem: & principia plurimum ab iis quæ habemus utriſq; contingunt.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE FELICITATE, ARGVMENTVM.

*Summa totius libri. Beatus eſt qui ſola mente viuit.*

LIbrum de felicitate ab ea ſententia in qua omnes conſentiunt, exorditur. Felicitatem ſane omnes eſſe bene viuere prædicãt. Quoniam vero quid vita ſit, & quid bonum prorſus ignorant: ideo quoties definiunt bene viuere, toties errare coguntur. Quorum errores Plotinus in primo & ſecundo libri capite deprehendit: nos videlicet admonens, vt ab ipſa diffinitiõe diſputationis initium faciamus. Itaq; in tertio libri capite vitam, & bonũ felicitatemq; deſcribit. In quarto dubitationes obijcit atq; ſoluit, quærens vtrum homini beata competat vita. Item qua ratione rurſus vtrum impediri queat: interea ſignificans impediri non poſſe. In ſequentibus deinde capitibus ſimiles quæſtiones adducit, ac deniq; ſoluit: Ex omnibus videlicet comprobans unum duntaxat eſſe beatum, qui ſola mente viuens totus iam ſit intellectus, nulla ex re alia pendens, quam ex intellectu diuino, ipſoq; bono rerum omniũ principio atq; fine. Hoc libri totius eſt inſtitutum.

*Variæ opiniones, quid ſit beatitudo.* Cap. I.

PRimum itaq; caput per ambages verſat eos, qui ignorantes quid ipſa vita ſit, quid ipſum bonum, bene viuere interim definire contendunt, dicentes videlicet, bene viuere eſt vitam ſine impedimento tranſigere. Item, bene ſe habere. Rurſus, proprium opus perficere. Praeterea finem conſequi ab appetitu naturaliter exoptatum. Dehinc tranquille viuere. Deniq; ſecundum naturam. In his itaq; omnibus eo deducit veræ definitionis ignaros, vt abiectiſſimis quibuſq; beſtiolis, imò etiam plantis diuinum beatitudinis donum concedere compellantur: & quibus minimum ineſt vitæ, felicitatem, id eſt ſummum vitæ tribuere.

# PLOTINI ENNEADIS I. LIBER IIII.

## DE BEATITVDINE.

*Variæ opiniones, quid ſit bene uiuere, quibusue conueniat.* CAP. I.

CVM Bene uiuere atq; felicem eſſe in eodem conſtituamus, nunquid hoc cæteris quoq; animantibus concedemus? Si enim datur ipſis, qua ratione nata ſunt ſine inpedimento uitam tranſigere, quid prohibet illa etiam bene, id eſt feliciter uiuere? Etenim ſiue quis bene uiuere poſuerit in bene ſe habendo, ſiue in opere proprio perficiẽdo, ſecundũ ambo cæteris quoq; animalibus competet. Nam & bene ſe habere poſſibile erit & ipſum etiam opus naturale perficere: Veluti muſica animalia quotcunq; & in cęteris bene ſe habent: Et ſicut naturaliter apta ſunt, canunt: & hoc pacto fieri poſſe uidetur, ut uitam optabilem conſequantur. Quinetiam ſi finẽ quẽdam felicitatem eſſe ponamus, quod quidem extremum eſt in appetitu naturæ, hoc quoq; pacto illa fore felicia confitebimur, uidelicet quando ad extremum peruenerint: quo cum proceſſerint, ſiſtit in ipſis natura motum, quæ totam uitã ipſis iam peregit, & à principio ad finem uſq; prorſus inpleuit. At ſiquis moleſte ferat in beſtias transferri felicitatem, fore aſſerens, ut ita uel abiectiſſimis conueniat, & plantis inſuper, ipſis quoq; uiuentibus uitamq; ad finẽ proprium perducentibus: abſurdus ille quidem uideri poterit, dicens non poſſe cætera animalia bene uiuere: Quoniam ipſi non multi pretii uideantur eſſe cẽſenda. Plãtis aũt cõcedere nõ cogitur quod cũctis dat animalibus propterea quod ſenſu careant. Neq; forte deerit qui plantis quoq; tradat felicitatem: ſiquidem & uiuere illis adeſt. Viuere autem partim quidem bene cõtingit, partim uero contrà: ſicut & plantis datum eſt, ut bene ſe habeant, ferantq; fructum atq; non ferant. Proinde ſi uoluptas eſt finis, & in hac uiuere bene conſiſtit, abſurdus erit qui bene uiuere brutis abſtulerit. Quod ſi tranquillitas erit finis, ſimiliter accidet. Item ſi ſecundum naturam uiuere, eſſe dicatur ipſum bene uiuere, idem ſequi uidebitur.

*Sicut in primo, ſic in ſecundo falſas opiniones agitat, & ex eis veri aliquid eligit. In quo tota de ſenſu in animalibus atq; plantis.* Cap. II.

IN ſecundo libri capite dum idem fermè efficit quod in primo, tentat interea ex aliorum uariis ſiue dubijs nonnullas ad veram beatitudinem inueniendam coniecturas paſſim aucupari. Dixerant autem felicitatem eſſe affectionem quandam naturæ, ſecundum quam aliquis bene ſe habere dici ſolet. Poſt hæc nõnulli inter eos negant ineſſe plantis felicitatem, quamuis animalibus cunctis attribuant. Hinc Plotinus ait: Qui negant felicitatẽ plantis, quia non ſentiant: videntur etiam quibuſdam animalibus negaturi id eſt oſtreis & ſimilibus, quæ vix ſentire videntur: ac fermè eodem modo ſentire perfectiores plantas Pythagorici putauerunt, vt ſummum in plantis gradus cum animalium infimo congruat. Quinetiam in plantis eſt diſcretio ſexus, & prope ſitæ cõiuges plantæ fœcundius pullulant, & neſcio quo ſenſu latiorem

morem verſus vergunt atque calorem: violentius amputatæ vel tractatæ ſtreduntur. Senſum vero duplicem eſſe putamus: Inferiorem quidem, quo non natura rei vel qualitas ulla diſcernitur, ſed affectio quædam tantum inde illata ſentitur: qui & ſtupidus ſenſus eſt velut in dormientibus plantisque conueniens. Superiorem vero qui & naturam qualitatemque perſentit, animalium ſolummodo proprium. Sed vt redeamus ad illos qui affectionem quandam ſiue habitum corporeæ præſertim naturæ conuenientem felicitatem eſſe dicebant, illi profecto non recte adimebant feliditatem plantis, quia non haberent ſenſum: quoniam eiuſmodi habitus ſimiliter eſt etiam ante ſenſum. At ſi dicant ſummum bonum non in tali quodam habitu, ſed in ſenſu & cognitione conſiſtere, inde protinus refellentur: quoniam ſi ipſa propria boni ratio in ſenſu comprehendatur, certe quicquid & quomodocunque ſentiatur, bonum eſſe probabitur. Contra vero contingit ſæpe eiuſdem ſenſus actionem & huiuſmodi cognitionem reſpuimus, quando vel eſſe animaduertimus, vel timemus nobis fore moleſtam. Proinde ſi rurſus adiiciat in commixtum ex habitu eiusque perceptione ſummum bonum eſſe, iterum conuincentur: Quia ſi indifferens aliquid ad ipſum bonum cum altero ad idem indifferente iungatur, non ex ambobus bonum ipſum conficietur. Si ergo concedant utrunque ad bonum ſe indifferenter habere, ſummum ex eis bonum minime reſultabit. Forte vero dicent, certum quendam habitum eſſe ſummum bonum. Sed quando cognoſcitur eſſe præſens. Ad hęc ita Plotinus argumentatur: Bene viuere alicui competit, non ex eo ſolum quòd tale quiddam adeſſe cognoſcat, ſed ex eo potiſſimum, quòd vere iudicet eſſe bonũ: ſic enim duntaxat vere fruetur tanquam bono. Iudicare vero de natura & ratione boni, nõ ſenſus iam officium eſt, ſed rationis atque mentis. Non ergo vel habitus voluptarius, vel ſenſus eiuſdẽ, ſed ratio atque mens cauſa eſt bene beateque viuendi. Profecto affectio naturæ corporeæ conſentanea, ſiue voluptas eiuſmodi aliquid eſt rationis expers. Hoc autem ipſo & ratio & mens velut iudex & auriga præſtantior eſt. Si præſtantior eſt, ergo naturalis præcipuaque ipſius actio ad præſtantiorem dirigitur finem. Quinetiam qui animalibus omnibus vel etiam plantis attribuunt bene viuere, hi certe dum addunt, hæc bene viuere, quando certo modo affecta perfectius viuunt, vaticinari videntur, ſenſualem vegetalemque vitam, non quatenus ſimpliciter talis eſt, ſed qua ratione aliquando melius viuit, bene viuere: quaſi ſuper talem vitã non ſemper perfectam, imò & ſemper imperfectam, ſit alia quædã ſemper perfectiſſima vita. Qui ergo circa perfectius viuens ſcilicet rationale felicitatem ponunt, rectius iudicant. Sed virtus ipſa rationalis non ideo neceſſaria eſt ad beatos efficiendos, quia compararet quæ primis naturę corporalis incitamentis neceſſaria ſunt: nam & ſine hac vel cõparari vel adeſſe poſſunt. Item ſic natura rationalis ſeruiret tantum inferiori naturæ, quod eſt abſurdum. Oportet enim naturam ſuperiorem habere etiam ſuperius officium atque proprium, ad ſuperiorem finem proprie ſibi conducens. Nam ſi cui natura corporea ſenſualisque ſuum quandoque finem conſequitur, ſic illam aſſequi ſuũ, neque perfectionem eius conſiſtere in eo quod circa imperfectiora verſetur, ſed circa perfectiora inſuper quàm ipſa ratio ſit: Quicquid enim perficiendum eſt, virtute & adeptione cuiuſdam ſe ipſo perfectioris tantum perfici poteſt. Denique cum natura rationalis rebus corpori conſentaneis impleri nunquam poſſit, neque vnquam in talium poſſeſſione quieſcat, conſtat ipſam in altiori atque præſtantiore ordine collocari, & aliunde ſcilicet ex alto perfici fierique beatam.

*Falſas opiniones agitat, atque ex eis veri aliquid excutit, inquirendo, utrum bene viuere conueniat rationali tantum, an etiam bruto, an etiam plantis.* CAP. II.

QVicunque uero plantis adeſſe negant felicitatem, quia non ſentiant, uidentur etiam neque cunctis eam animantibus tradituri. Si utique ſentire hoc eſſe dicunt, ſcilicet affectionem non latere, oportet ipſum bonum affectionem ipſam eſſe, ante id ipſum, quod dicitur non latere, ueluti ſecundum naturam ſe habere, etiamſi latuerit: & proprium eſſe, etiamſi nondum proprium eſſe cognoſcat. Quinetiã eſſe dulce: oportet enim ante quàm dulce id eſſe percipias. Quapropter cũ id ſit bonum, atque adſit quod ipſum habet, iam bene ſe habet. Itaque quid nã ſenſum oportet adiungere: niſi forte non in præſenti quadam affectione uel conſtitutione bonum collocent, ſed cognitione potius atque ſenſu. At uero ſic ſenſum ipſum ſenſualisque uitæ actionem dicent eſſe bonum, ideoque quodlibet percipientibus bonum adeſſe confitebuntur. Sin autem ex am-

bobus-

bobus bonum conſtitui dicant, uelut certæ cuiuſdam rei affectionis'ue perceptione: Quonam pactó cum utrunq; ſit indifferens, quod ex ambobus conſtat, bonum aſſerunt? At ſi bonum quidem affectionem talem'q; ſtatum eſſe, bene uiuere dicant, quando quis bonum præſens ſibi cognoſcit, interrogare eos expedit: Vtrũ cognoſcenti præſens hoc eſſe præſens bene uiuat? An noſſe oporteat, non ſolum eſſe dulce, ſed hoc ipſum eſſe bonũ. Verum ſi noſſe oportet eſſe bonum, nõ ſenſus ipſius iam id opus erit, ſed uirtutis cuiuſdam ſenſu præſtantioris. Non ergo uoluptate perfuſis bene uiuere competet, ſed ei qui cognoſcere ualeat uoluptatem eſſe bonum. Atq; ita bene uiuendi cauſa non uoluptas erit, imò quod iudicare queat uoluptatem eſſe bonum. Et id quidem quod iudicat, eſt affectione & paſſione præſtantius: Eſt enim ratio uel intellectus, uoluptas uero paſſio. Nullo autem modo quod irrationale eſt, ratione eſt excellentius. Quomodo igitur ratio ſeipſam dimittens aliud ponet in oppoſito quodam genere conſtitutum ſeipſa præſtantius eſſe? Sed uidentur quicunq; plantis attribuunt, & quicunq; ſenſu tali, bene ſe habere, latere ſeipſos, dum bene uiuere tanquã maius aliquid quærunt, ipſumq; quod melius dicitur, in uita integriore quodammodo collocant. Rurſus quocunq; in uita rationali eſſe dicunt, non autem in uita ſimpliciter, neq; etiam ſi fuerit ſenſualis, recte forſan dicere poſſent. Quam uero ob cauſam ſic & circa rationale animal ſolum felicitatem ponũt, interrogare eos oportet, nunquid rationale adiungitis? quoniam ratio ſolertior ſagaciorq; ſit, atq; facilius prima ſecundum naturam inueſtigare compararéq; poſſit. Nunquid etiam ſi neq; ſagaciter inueſtigare neq; aſſequi ualeret? At uero ſi propterea ipſam duntaxat inueniendi potentiam magis id dicatur, aderit felicitas etiam ratione carẽtibus: ſi modo abſq; ratione prima ſecundum naturam naturaliter aſſequantur. Itaque miniſtra erit ratio, nec ullo modo propter ſe eligenda, neq; rurſum perfectio eius quam dicimus eſſe uirtutem. Sin autem dicatis non habere dignitatem propter prima naturæ, ſed propter ſeipſam eſſe colendam, dicendum ſupereſt uobis, quidnam ſit aliud eius opus, & quæ natura, quid'ue ipſam perfectã efficiat. Perfectam ſanè euadere eam oportet non ob ipſam circa hæc inſpectionem, ſed in alio quodam perfectionẽ eius conſiſtere, aliamq; ipſi ineſſe naturam: neq; in numero eſſe horũ ſecundum naturam primorum, neq; ex quibus prima huiuſmodi componuntur, neq; omnino huius generis eſſe, ſed horũ omnium præſtantiſſimã: Alioqui quomodo ſit uenerãda, illos aſſignare poſſe non arbitror. At uero hi quidẽ quouſq; naturam his inueniant meliorem, circa quæ nunc immorantur, permittendi ſunt ibi trahere moras ubicunq; libuerit, ambigentes quidnã ſit bene uiuere, quibus ineſſe poteſt & quo pacto, & in quibus horum ualeat reperiri.

*Vna uita eſt ſumma, ſcilicet intellectus ſummus. Aliæ per multos gradus inde dependent.* *Cap. III.*

TErtium libri caput iam deſinit, aſſerere ſi in omnibus quæ uiuere dicuntur eadem eſſet ratio & æqua uitæ conditio, omnia æque ad beatam uitam aliquando peruentura eſſe. Cum non ita res ſe habeat, imò uero uita uera ſit intellectus, aliæ uero imagines uitæ ſint, in eo ſolum uitam eſſe beatam, in alijs aliã uideri quaſdam felicitatis imagines. Rationem quoq; eſſe intellectus imaginem. Ergo qui in ea felicitatem collocant, rectius quidem quàm cæteri ſentiunt, ſiquidem ratio eſt proxima menti: non tamen rectiſſime iudicant. Cum enim

*Procli error.* de vero conditione proſus imaginaria. Proclum vero tria hæc volentem tres eſſe [illegible]
as, & eſſentiam quidem vita ſuperiorem, vitam vero mente præſtantiorem, non [illegible]
bamus. Sic enim oporteret & horum veſtigia ſimiliter ſe habere, ſcilicet quod ſolum eſt [illegible]
cellentius eſſe viuente: rurſus quod eſt viuitque duntaxat, eſſe intelligēte præſtantius. [illegible]
go dicemus, nobiliores huius ſubſtātię dotes paucioribus cōuenire: minus vero [illegible]
petere pluribus: multa enim per [illegible] in rebus exigitur pręparatio ad donum [illegible]
capiendum.

*Ipſe intellectus eſt ſummum vitæ.*

*Vita quid.* Vitam communi notione deſcribimus primum quendam eſſentiæ eſſeque ipſius [illegible]
ctum eius: atque ipſum primum eius actum & quaſi motum intimū & perennem [illegible]
um principium motionum: quo efficitur, vt actus motusque vbique ſit vitæ veſtigium [illegible]
fectior motus & actus, ſit expreſſius vitæ perfectioris indicium. Cum vero ſummus [illegible]
dus ille ſit, in quem veluti finem motus omnis vniuerſi contendit, intellectum ipſum [illegible]
mam vitam ex eo conijcimus, quod vniuerſus mūdi motus in formam intellectualem [illegible]
deſinit, exordiens quidem generationem à formis elementorū, deinde ad mixtorum [illegible]
ſubinde plantarum, dehinc animalium, denique proueniens ad ipſam hominis form [illegible]
gentiæ iam participē. Similiter in ipſa generatione hominis in matrice à forma mixti [illegible]
dam plantæ formam, ab hac ad ſenſualem, ab hac ad intellectualē ſit proceſſus. [illegible]
vniuerſus mundi motus totaque generatio ad communem totius ordinem & pulchri [illegible]
proficiſcitur, quę quidem certa in rebus eſt intellectus imago. Idem quoque artes [illegible]
tur: inchoantes quidem opus ab inſtrumentis atque materia, deſinentes denique in artifici [illegible]
formam intellectualis artis imaginem. Cum itaque finis vltimus in ordine motionum [illegible]
vitarum appareat intellectus, quis non videat ſummam vitam intelligentiam eſſe [illegible]
ipſamque mentem eſſe efficientem & exemplarem cauſam vniuerſi? Quippe cum menti [illegible]
us virtute omnia velut ad finem, ad ipſam mentis ſimilitudinem pro viribus redigantur. [illegible]
igitur ipſa vita eſt. Nulla vero præter hanc eſt vita ſimpliciter, ſed quædam potius [illegible]
tio vitæ: cuius imago quædam eſt vita rationalis: vitæ vero rationalis imago eſt vita [illegible]
citur ſenſualis: huius autem vegetalis vita ſimilitudo videtur: vegetalis denique veſtigi [illegible]
um eſt forma quælibet in materia, dum inclinatur & inclinat ad motum, dum generat, [illegible]
ſi more viuentis, dum rarefacit atque condenſat, in quibus augmenti apparet & decrem [illegible]
ti conditio. Fit ergo deſcenſus à ſubſtantia vitæ ad imagines deinceps alias atque alias [illegible]
veſtigia vitę: perinde ac ſi artifex ipſe viuens ſuipſius ſtatuam ſimillimam fabricet, [illegible]
hanc deinde referat in pictura, pictamque imaginem ſpeculo rurſus obijciat, vnde vltima [illegible]
dam appareat ſpecularis imago: ſolus hic artifex homo eſt, nulla vero imaginum eris [illegible]
Solus ſimiliter intellectus eſt vita: quæ vero inde poſterius deinceps poſteriusque ſiunt, [illegible]
nes quædam vitæ potius quam vitæ cenſentur: non ſolum quia lōgo quodam interuallo [illegible]
vita degenerant, ſed quoniam nonnihil mortis ſimile habere videntur admixtum, [illegible]
aliquo vitæ gradu deficiunt, & priuationem quandam ſubeunt à potētia in actum, [illegible]
ciſſim tempore tranſeuntes & ignorantiam obliuionemque patiuntur. Proinde quod [illegible]
terior eſt, eò iudicatur & vita iam facta debilior, quaſi ab ipſo ſuo fonte digrediens. [illegible]
ta quidem & mixta mouentur extra, & in ſeparata ſolum materia generant: plantæ vero [illegible]
mouentur intrinſecus, & in coniuncta materia gignunt: ſenſualis dehinc animalium vita [illegible]
præter eiuſmodi genituram formas imaginando concipit in ſeipſa: rationalis deinde vita [illegible]
non quemadmodum imaginatio ſuæ conceptionis initia mutuatur à ſenſibus, ſed ex [illegible]
iam intimo contrahit, conceptumque ſuum animaduertendo complectitur: ipſe denique [illegible]
lectus ita iam gignit in ſe, vt ſe quodammodo appareat genuiſſe: in quo enim eſſe, viuere [illegible]
telligere, re ipſa ſunt vnū, hic dum intelligit ſemetipſum, interim neſcio quid eſſentiale [illegible]
vitale in ſeipſo gignere, vel expedire, vel cōſeruare videtur. Ex his omnibus colligere [illegible]
mus, intimam maxime perfectamque motionem generationemque in mente vigere, [illegible]
ctiſſimam eſſe vitam. In mente inquā diuina, primo atque per ſe: in noſtra vero [illegible]
*Beata vita quæ ſit.* per ipſam. Beatam itaque vitam eſſe putamus, non vitam quidem talem aut talem, [illegible]
dicamenti alicuius egenam, ſed vitam ipſam ſummo viuendi gradu vigentem: [illegible]
ideſt actum eſſentiæ primæ directum naturaliter in ipſum bonum, atque ita perfectum [illegible]
in hoc ipſo perfectionis gradu ſimul & intellectum fieri cogitamus, vitamque ipſam [illegible]
lectu prorſus abſolui. In hoc autem intellectu idē eſt viuere, intelligere, velle, quamuis in natura
rationali aliud ſit viuere, aliud cogitare, aliudque eligere. Sicut & in cæleſti lumine idem [illegible]
cere, micare, calere: quamuis in noſtro hoc aeris lumine aliud ſit fulgere, aliud refulgere, [illegible]
feruere. Quæ enim natura inferior per diuerſa facere cogitur, eadem per vnum [illegible]
ta ſuperior. Quemadmodum quæ inſtrumentis quinque ſenſus exterior agit, eadem vno quo-
dam

dam imaginatio peragit. Et quę pluribus ſingulisq; formis imaginatio machinatur, ratio vna quadam vniuerſali ſpecie colligit: poſtremo quæ ratio percurrit actu multiplici, intellectus vno ſtabiliq; conſequitur actu, imò actu perpetuo poſſidet. Huius itaq; viuere eſt intelligere, huius intelligere velle, vel ſiqua forſan in voluntate diſtinctio ſit, eodem tamen naturę ſuæ (vt ita loquar) inſtinctu, dum ad bonum nititur, naturaliter velle dicitur: dum aſſequitur bonum, dicitur intelligere: rurſus dum bonum conſequutus amplectitur, velle iterum iudicat. Hæc vita prima primaq; mens paterno ſemper bono perfruens, beata vita cenſet. Hinc quoq; mens quælibet perpetuo ſit beata, menti primæ, ac per illam bono ſemper inhærens. Hinc & ratio toties euadit felix, quoties ſuæ menti, perq; ſuam diuinæ menti coniungitur.

*Si eadem ratione gradusq; perfectione uiuerent omnia, ſimiliter poſſent omnia bene uiuere: ſed uita ipſa eſt ipſe intellectus. In alijs aũt uiuere diſtat ab intellectu, ideſt ab ipſa uita plusquã genere.* III.

NOs uero ab initio reſumamus quid nam felicitatẽ exiſtimemus. Profecto cum felicitatem in uita conſtituamus, ſi uiuere uniuocum putaremus, omnibus animalibus felicitatis facultatem tribueremus: Bene autem uiuere actu illa opinaremur, quibus unũ idemq; adeſſet: cuius animalia omnia naturaliter capacia eſſe ualeant. Neq; ſic rem huiuſmodi partiremur, ut rationali quidem facultatem huius concederemus, irrationali uero nequaquã: Vita enim eſſet ipſum cõmune, quod quidem eiuſdem capax ad beatitudinem cõſequendam eſſe deberet, ſiquidẽ in uita quadã beatitudo conſiſteret. Quapropter & qui in uita rationali beatitudinem fieri dicunt, non in communi uita ponẽtes, non ſatis ut arbitror aduertunt ſe felicitatem ponere non eſſe uitam. Qualitatem uero rationalem potentiam, circa quam felicitas conſiſtit, dicere compellentur. At ſubiectũ apud eos uita rationalis exiſtit: Nam circa totum hoc felicitas ipſa uerſatur. Quamobrem circa aliam uitæ ſpeciem ponenda uidetur. Dico aũt non tanquàm alię ſpecies aduerſus rationem diſtinguantur ex ęquo, ſed quemadmodum dicere conſueuimus, hoc quidem prius, illud uero poſterius eſſe. Cum igitur multifariam uita dicatur, differentiasq; habeat ſecũdum prima atq; ſecunda, & deinceps: & uiuere æquiuoca ratione dicatur, aliter quidem de planta, aliter uero de bruto, & plenitudine atq; exiguitate differentiã habeant, certe proportione quadã analogica tam bene uiuere quàm uiuere de his omnibus dicitur. Atq; ſi alterum uiuens uiuẽtis alterius ſimulacrum eſt, ſimiliter & alter bene uiuendi habitus alterius bene uiuendi ſimulacrum iudicari debet: Sin autem cuicunq; ſatis adeſt uiuere, hoc autem eſt quod nulla ex parte à uita deficit, felicitas competit, certe ſoli ſufficienter uiuenti felicitas aderit, huic enim adeſt & optimum: ſiquidem in ipſo entium ordine optimum eſt quod uere eſt in uita, ipſaq; eſt uita perfecta. Sic enim neq; aduentitium erit ipſum bonum, neq; aliud quicquàm aliunde aduenienſ efficiet ut ſubiectum collocetur in bono. Quid enim perfectæ uitæ ad hoc ut optima ſit eſt addendum? Siquis uero ipſam boni naturã dicat addendam, proprius quidem ſermo nobis erit: neq; tamẽ cauſam, ſed quod ineſt nobis inquirimus. Sæpe quidem dictum eſt, perfectam ueramq; uitam in illa intellectuali natura uigere, alias uero imperfectas eſſe uitęq; imagines, neq; perfecte uiuere neq; pure: rurſus neq; uitas magis eſſe quàm non uitas. Et nunc ſummatim dictum fuerit, quatenus omnia uiuentia ex uno principio uiuunt, neq; alia ęque uiuunt, neceſſario ſequi, ipſum uiuẽdi principiũ primam uitam perfectionemq; eſſe.

*Vita multifariã dicitur.*

*Rationalis natura poteſt conſequi uitam beatam, quando ſcilicet intellectu formatur & agit.* Cap. I

CVm igitur vita beata ſit perfecta vita, perfecta vero vita ſit intellectus verus act
perfectus, Quęritur deinceps, vtrum homo ideſt anima rationalis ſua ipſa rationali
tentia, hanc mentem, hanc vitã conſequi poſſit? Huic igitur quæſtioni in quarto libri
pite reſpondetur: aliquando conſequi poſſe. Quod quidem in Theologia & in libro de
te latius aperimus. Vis hæc rationalis duos præcipue habet actus, intuitum ſcilicet atq; a
mentum. Intuitu quidem formas à materiæ conditionibus reſoluit & abſtrahit, atq; à ſin
lis imaginationis formis ad vniuerſales ſe recipit formas: rurſus ad vniuerſales magis, do
ad communiſſimas perueniat formas ipſius iam intelligentiæ proprias, vbi finem facere
detur in mente, à qua etiam argumenti virtutem ducit, dum principales ſcientiarum arti
regulas intellectui naturaliter inſitas ſibiipſi præſcribit tanquàm argumẽtandi principia.
itaq; & intuendo finem ſiſtit in mente, & argumentando trahit à mente principium. Et
to, quoniã velut poſterior naturaliter inde dependet. Finis itaq; rationis eſt pro viribus
te potiri. Hinc ergo quotidie nititur, quantum nõ impeditur, magis gradatim magisq; me
formari. Cum vero potentia hæc tanquàm speciei huic naturalis non ſit inanis, mentẽ
doq; aſſequi poteſt: eandemq; virtute deniq; perfici, qua & quotidie proficit. Cum vero
tia rationalis ad ideales intelligentiæ formas & regulas iã proceſſerit, tũc velut mater
dam ipſa mente formabitur quaſi forma, & ſub mentis actu iam aget, atq; ita demum
ca viuet, viuetq; beata. Quod ſi hac in vita tanquàm occupata diuerſis acquirere nequit, a
piſcetur in altera: & ille citius conſequetur, qui ſe ad id propenſius comparauerit. In Plo
verbis notabis intellectum quendam eſſe intimam propriamq; ipſius animę partem. Ant
quàm ratio tota conuertatur ad mentem, adhuc in anima eſſe intellectum atq; rationem,
quàm duas animæ partes. Poſtquàm vero conuerſa fuerit, intellectum non amplius eſſe p
tem, ſed animum ipſum eſſe tunc intellectum, qui certe animus non prius eſt felix, niſi to
actu intellectus euadat. Fermè ſicut ſublimis aer ſub ſphæra ignis eſt igneus, agitq; vt ig
Quinetiam neq; homo eſt, niſi intellectum ſaltem habeat in potentia. Quod quidem prop
animalia bruta dictum arbitror, in quorum imaginationibus ſiqua vis argumentatrix in
nequit tamen mente formari. Cum enim propriæ mẽtis formæ ſtabiles omnino & 
mæ ſint, merito imaginatio bruti per formas ſuas & particulares tantum & mobiles
poteſt mente formari: Ratio vero per formas ſuas quamuis quodammodo mobiles, tam
vniuerſales, poteſt ad intelligentiæ formas quandoq; produci. Poſt hæc diſputat eiuſmodi
licitatem propter curã animalis eiusq; incommoda minime perturbari: quippe cum ani
ſic affectus animal non eſſe ſui partem exiſtimet, ſed aliquid vel ex eo factum vel ſuæ pro
dentiæ commendatum. Affirmat autem inter hæc Plotinus, animum ſic affectum ſibimet b
num exiſtere, ſcilicet per intellectualem formam quam nuper rationalis animus eſt indu
indutus inquam ſub intellectu proprio: quemadmodum & proprius intellectus ab
uinum induitur intellectum, atque omnino per intellectum & proprium & diuinum an
ipſo bono perfruitur. Quod quidem in ſe ſimpliciter bonum eſt, in intellectu vero eſſen
vitale, intellectuale, intelligibile bonum.

*Homo poteſt uitam beatam aſſequi, quatenus conſequitur intellectum, ſcilicet quod actu totus a*
*mus fiat intellectus.* CAP. II

SI igitur homo poteſt uitã perfectam habere, certe homo h
habens eſt beatus: alioqui diis tantum felicitatem attribu
mus, ſi ſolis eiuſmodi adeſt uita. Quoniam uero fatemur ho
minibus quoq; poſſe ineſſe felicitatem, quonam pacto id
nobis eſt cogitandum. Dico autem ita: Quod homo perfectam uitam h
beat, non quidem ſi habeat ſenſualem ſolam, ſed rationem quoq; intell
ctumq; uerum, ex aliis poteſt eſſe perſpicuum. Sed nunquid ipſe tanqu
alius exiſtens, id tanq̃ aliud habet? Aut certe omnino nõ eſt homo, niſi h
uel potentia habeat, uel actu, qualẽ dicimus eſſe felicem? Sed nunquid ta
quam eius partem id in ipſo ponemus? dicemusq; perfectam uitæ ſpeci
eſſe? Aut certe alium quidem hominem uelut partem id dicemus habe
potentia quadam habentem: Illum uero felicem, qui iam id actu exiſtit,
idq; peruenit, ut unà cum hoc ſit idem. Circunſtare uero ipſum iam cæ

quæ quidem aliquis non tanquam partes ipſius aſſeuerabit, eo nolente uidelicet circunſtantia: Ipſius uero iam eſſent, ſi uellet eſſe connexa. Huic ergo quidnam eſt bonum? Fortè ipſe ſibimet per id quod poſſidet. Quod aũt ſuperius extat, cauſa eius eſt quod uiget in ipſo: atq; illud quidem aliter in ſe bonum eſt, alteri uero aliter adeſt. Teſtimonium uero hinc haberi poteſt, quòd qui ſic eſt affectus, nihil ultra deſiderat. Quid enim quærat? Deteriorum quidem nihil: optimo autem eſt coniunctus. Qui igitur ita uiuit, uitã habet ſufficientem: ac ſi uirtutẽ ſit præditus, ſufficiens ad felicitatem & ad boni poſſeſſionem erit: nullum eſt enim bonum quod non habeat: quod autẽ quærit tanq̃ neceſſarium quærit, non quidem ſibi, ſed ſuorum alicui: corpori quidem annexo quærit: Et ſi corpori uiuenti, certe quæ ad ipſum pertinẽt, nõ quæ interioris ſunt hominis propria, profecto hæc planè cognoſcit, atq; ita dat quæ tribuit, ut nullo modo à uita ſua deſciſcat. Quamobrem in fortunis aduerſis nihilominus beatus erit: permanet enim quemadmodum eiuſmodi uita. Præterea in domeſticorum amicorumq; obitu quid ſit mors nõ ignorat. Ipſi quoq; qui talia patiuntur ſi probi ſint, idem planè nouerũt. Familiares autem atq; neceſſarii id patientes ſi quã moleſtiam afferant, nõ ipſi inferunt, ſed ei potius quod in ipſo eſt mẽte captum, cuius quidem moleſtias proprias felix animus non accipiet.

*Quæ Peripatetici obijciant.* Cap. V.

Qvintum libri caput ſummatim enumerat quæ huic felicitatis definitioni ſit Peripateticus aliquis obiecturus, & quæ ad felicitatem neceſſaria uideantur numeraturus. Inter hęc notabis magica ueneficia in corpus & animam poſſe nonnihil, quod & Porphyrius aſſerit, præſertim in animas quodammodo debiles, ideſt imaginationi addictas, nec intellectu uelut Palladis clypeo haſtaq; munitas. Sed de ueneficijs faſcinationibusq; ſatis in Theologia & Conuiuio de amore tractamus.

*Enumerat, quæ Peripatetici huic definitioni felicitatis obijciant.* CAP. V.

DOlores autem corporis & morbi, & quæ omnino actiones impediunt, quidnam poterunt? Quin etiam ſi per hæc ſibi minime conſtet, quid dicẽdum? Id enim ex ueneficiis & morbis quibuſdam fieri poteſt. Quo nam pacto in his omnibus bene uiuere felixq; eſſe poterit? Inopem quidem & abiectam fortunam miſſam in pręſentia faciamus. Quamuis & ad hęc aſpiciens aliquis, nobis forſitan aduerſabitur, Priamiq; calamitates contra adducet in mediũ: hęc enim & ſi ferat, ac facile ferat, nõ tamen pro uoto eius eueniunt. Oportet aũt uitã felicẽ ad uotũ eſſe: Quandoquidem probum hominem non eſſe ſolum animam talem dicent, ſed hominis ipſius ſubſtantię corporis naturã annumerari. Facile ergo hoc diceret aliquis accipere, quouſq; corporis paſſiones ad ipſum animum transferantur: ruſuſq; corporis gratia hominem ſingula uel proſequi uel declinare. Proinde cum uitæ felici uoluptas neceſſaria ſit, quonam pacto anguſtus & doloribus circunuentus felix erit? etiam ſi bonus ſit is, quem aduerſitas eiuſmodi preſſerit? Atqui diis quidem perfectus ipſe mentis ſolius habitus felix atq; ſufficiens: hominibus autem quorum animis deterius aliud eſt adiunctum, circa totum compoſitum eſt quærenda fęlicitas, non autem circa alteram duntaxat partem quamuis præſtantiorem: quæ quoti- *In homine circa totum compoſitum quærenda felicitas.*

es altera male ſe habet, neceſſario officia ſua exequi prohibetur
corpus uel corporis ſenſum oportet abiicere, atq; ita ad felicitatem
ſufficientiam quærere.

*Finem ultimum eſſe bonum unum, ſcilicet ſummum intelligibile, uel plus quam intelligibile.* CA

*Felicitas in quo ponēda.*

AD hæc in capite libri ſexto reſpondet: Si felicitatem in rerum humanarum
te & trãquillitate quadã eiuſmodi poneremus, ſequi quæ à Peripateticis obij
ſcilicet non eſſe felicem cui aduerſa cõtingant. Cum vero beatam vitam in ip
diuiniq; boni poſſeſſione ponamus, nec reliqua præterea quæ dicuntur bona huic
numeranda, neq; horum contraria felicitatem putat nobis adimere, modo interim a
uinitate minime diſcedamus. Cui quidem quandiu coniunctus eſt animus, æque be
cit, etſi corpus interea doloribus torqueatur. Id equidem Plotinum arbitror non tam
rum verbis quàm Chriſtianorum martyrum ſuo ſeculo frequentium opera didiciſſe.
ro negat felicitatem in accumulatione quadam maiorum minorumq; bonorum eſſe
dam, quæ quidem ipſe minora quæ dicuntur bona potius neceſſaria nominat. Deus p
naturæ auctor noſtrum animal ideſt corpus viuẽs tanquàm imperfectius aliquid ſub
mæ voluit: dehinc in anima imaginationem ſubdidit rationi, rationem menti, men
niq; ſibi. Eadem ratione bonum finemq; proprium animalis fini bonoq; animæ ſeruire
tuit, atq; in anima proprium imaginationis finem fini proprio rationis, item familiare
nis finem fini mentis ſeruire præcepit. Qui ſane quemadmodum proprius eſt intell
finis, ſic & finis ſequentium eſt communis finiumq; finis. Quamobrem rationalis an

*Animæ rationalis finis*

nis non ex diuerſis bonis componitur, ſed eſt ipſum intelligentiæ bonum, ad quod v
finem bona ſequentia referuntur: præſertim cũ animus tũc ſolum beatus exiſtimetur
do non vlterius in plura diſtrahitur, ſed demiſſis vel certe remiſſis admodum cæteris
& officijs, totus iam eſt translatus in mẽtem: ideoq; totum animi bonum eſt vnum, in
telligentiæ bonum. Tunc & reliqua quæ bona dicuntur ſi eligit, non propter ipſa, ſe
quædam remedia eligit, vt omnia inde pro viribus vitentur incommoda, quę forte a
ad inferiora curanda diſtractum adducere videantur, vt interim circa diuinũ bonum
ſius operetur. Ait præterea vltimum finem maximeq; omnium expetendum, oporte
ſolum eſſe maximum in ſe bonum, ſed animo etiam præ cæteris intimum: Sic enim be
xime prodeſt, ſi ſummopere ſit intrinſecum, atq; ita maximum eſt animo bonum, atq;
quod maximum in ſe bonum eſt, ſi modo id animus noſter auguretur, ſic prę cęteris i
tum quia & ipſum efficaciſſime rapit & penetrat, tum quoniam animus vehementiſſi
id afficitur. Tale vero eſt ſolum intelligibile & pluſquàm intelligibile bonum: cæter
quæ dicuntur bona, vel etiã extra animal noſtrum ſunt, ceu diuitiæ, honores, imperi
animali noſtro, ſicut ſenſuum voluptates: vel etſi ſunt in anima, tamen externa prof
vt imaginationis oblectamenta, ſpesq; rationis occupatæ rebus agendis. Vel ſi nõ ex
ſpiciunt, ſunt tamen (vt ita loquar) imaginaria, perpetuoq; verſantur in motu, vt rat
culantis diſcurſiones atq; conceptus. Solum vero quod ſuper rationis motum extat
& menti eſt penitus intimum, & (vt ita loquar) ſolidum ac ſtabile ſimulq; totũ: id erg
ximum in ſe bonum eſt, & maximum animo bonum.

*Reſpondet obiectionibus, quòd finis ultimus ſit bonum ſimplex, ſcilicet intelligibile: cæte non finis, ſed ad finem.* CAP

AT ſi felicitatem in non dolendo, & non ægrotando, & ne
clitando, neque in magnas aduerſitates incidendo ratio
caſſet, nemo felix contrariis imminentibus eſſe poſſet. S
in ipſa ueri boni poſſeſſione id poſitum eſt, quid nam o
hoc prętereuntes & quod propterea accedit proſpicientes, iudicare fe
alia inſuper quærere, quæ in felicitate minime numerantur? Si enim fe
eſſet bonorum ſimul ac neceſſariorum accumulatio, ſiue bonorum m
atq; minorum, quæ non modo neceſſaria ſed etiam bona dicantur, ha
per oporteret adeſſe. At ſi finem eſſe unum aliquid, non autem multa
ret: alioqui non finem ſed fines homo quæret: illud cõſequi oportet ſ
quod ultimum eſt atq; præſtantiſſimum, quod'ue intimum ſibi ſit

ca

quærit. Inquiſitio uero hæc atque uoluntas non eò tendit, ut in hoc minime ſit: incommodorum enim declinationem haud præcipuo naturæ uoto eligit, ſed præſentia ſolum fugit rationis diſcurſio atq; propellit: aut etiam commoda quærit adiungere. Ipſa uero appetitio principalis ad id quod optimum eſt dirigitur: quo præſente, impletur & conquieſcit. Atq; hæc uita eſt quæ uoluntate præcipua exoptatur. Neceſſariorum uero aliquid adeſſe, nō uoluntas erit, ſi proprie ac præcipue, nec per abuſum nomines uoluntatem: quandoquidem & hæc adeſſe exiſtimamus oportere: Quoniam uidelicet à malis pro uiribus declinamus, neq; tamen hoc ipſum declinationis officiū eſt principaliter exoptādum: optabilius enim eſt declinatione hac nequaq̄ indiguiſſe. Teſtantur autem hoc eadem ipſa cum adſunt, uelut ſanitas & indolentia. Quid enim horum mirifice animum ad ſe adducit? Præſens nanq; ſanitas & indolentia negligi conſueuit: quæ uero præſentia nequaq̄ habent blandam ad ſe animi conuertendi uirtutem, neq; ad felicitatem nobis quicq̄ addunt: abſentia uero propter contrariorum offendentium præſentiam requiruntur, rationi conſentaneum eſt, neceſſaria potius quàm bona cenſere. Neq; igitur fini uidentur annumeranda, ſed & abſentibus ipſis eorumq; cōtrariis imminentibus finis integer eſt ſeruandus.

*Felix unicum bonum bonum uult, cætera propter ipſum eligit.* Cap. VII. & VIII.

IN capite libri ſeptimo confitetur felicem eligere commoda potius quàm oppoſita: & cōmoda non propter ipſa, ſed ut deuitentur incommoda. At vero incōmoda procul abeſſe malle, non quia cum accidunt eſſe felicē è medio tollant: ſed quia & eſſe potius auferant quanq̄ hoc deinceps nihilipendit, & contemplationis ſtudium interpellare contendant. Cōcludit, beatum diuinitate plenum cætera omnia nihilipendere: ideoq; ex ipſis nullam in partem è ſuo ſtatu poſſe deflecti. Idem in octauo capite peragit.

*Felix bonum intelligibile ſolum uult: ab aliis uel bonis uel malis non dependet.* CAP. VII.

QVam igitur ob cauſam felix appetit hæc adeſſe, & contraria reſpuit? Fortè dicemus, nō quia ad beatum eſſe, ſed ad ipſum eſſe potius aliquid conferant: contraria uero horum uel ad nō eſſe deducant, uel quoniam uirum fine potitum occurrentia interpellent, non auferentia finem. Sed quoniam qui optimo fruitur, ipſum ſolū optat habere, aliud uero quicq̄ unà cum ipſo nequaq̄. Quinetiam ſi occurrerit aliud, non aufert quidem finem qui uel hoc præſente nō abeſt. Omnino autem non ſi quid accidat felici quod nolit, propterea ulla ex parte à beatitudine decidit: alioqui quotidie permutabitur, à felicitateq; excidet: ueluti ſi filium amittat, uel iacturam quādam ſupellectilium patiatur. Profecto innumerabilia ſunt quæ præter ſententiam accidentia nihil finis præſentiæ detrahant. At dicunt, magnas aduerſitates non quaſlibet mutare felicitatem. Sed quid nam erit humanorum adeò magnum, quin ab eo deſpici queat, qui ad altiora his omnibus ſeſe contulit, neq; ab inferioribus ullis ultra dependet? Cum enim proſperitates quidem qualeſcunq; adſint nō magnas exiſtimet: ſicut regna & ciuitatum gentiumq; imperia, conſtitutioneſq; urbium, uel ſi ab ipſo fiant: cur nam dominationis uel patriæ iacturam graue malum exiſtimabit? Sin autem malum ingēs aut omnino malum eiuſmodi quicquam eſſe cenſeat, ridiculus erit habendus: neq; amplius erit probus, ligna & lapi-

*Ad altiora qui ſe contulit, humana omnia quantumuis magna, facile deſpicit.*

cedere, quæ communi naturæ grauia eſſe uidētur. Non enim quaſi rudem eſſe decet, ſed tanq̄ ſtrenuum certatorem, fortunæ ictus uiriliter propulſantem: quippe cum cognoſcat communi quidem̄ naturæ talia diſplicere, ſuo autem ingenio perferenda, non tanq̄ re uera grauia, ſed uelut pueris terribilia. Hæc igitur num uoluiſſet? Fortè quidem nolebat: quando tamen accidunt, uirtutem his opponit, per quam animus haud facilè permutetur atq; patiatur.

*Eſt in mente ſapientia æterna: ad quam cum attingit ratio, animus eſt beatus.* Cap. IX.

IN nono capite iterum dubitatur vtrum qui beatus iam definitus eſt, perſeueret beatus, ſi quo grauiſſimo morbo aut maleficio phreneſim patiatur. Reſpondetur: perſeuerare beatum, quaſi dormiat quidem & ſomniet imaginatione, vigilet tamen & perfecte agat tum mente, ſicut & de omni anima dictum eſt: tum vi rationis ſuperiore, quæ & contemplatiua ratio dicitur, & quodammodo intelligentia quædam, quæ in beato iam mente formata eſt, & vt mens operatur, idq; videlicet ſecundum vniuerſales tum rerū ſpecies, tum rationis actus. Non enim adeò perfecte formata eſt ſecundum ſingula, magis enim à mente diſtant. Quin & reliqua rationis virtus, quæ in agendo magis poſita eſt, etſi in phreneſi diſtrahatur aut vacet, tamen paratiſſima eſt poſt phreneſis impetum ad ſuperiorem rationis vim mentemq; reflecti. Poſt hæc cognitionem æternam à temporali diſtinguit: quod nobis ſic videtur altius repetendum. Cum in prima eſſentia viuere quidem ſit intrinſecus agere, intelligere vero agere in ſeipſam ſuiq; notitia in ſe reflecti, qui ſanè actus nullo modo vergit ad corpus, merito euſque naturam intellectualem extendi putamus, quouſque cognitio ſui & quædam à materia ſegregatio. In natura ergo rationali q̄uis aliquando imago quædam mentis ſoleat appellari, tamen quodāmodo natura intellectualis apparet. Ratio enim & ſeipſam animaduertit, & ſæpe formas à cōditionibus materiæ ſeparat. Tres itaque intellectualis naturæ ſunt gradus: Intellectus ſcilicet ipſe communis, intellectus animæ proprius, atque ratio. Tres quoq; ſunt naturę intellectualis imagines: prima, ſenſus: ſecunda, vis vegetalis: tertia, forma corporis. Sed de imaginibus alibi. Iam vero in intellectu primo intelligere eſt ipſum eſſe: in ſecundo, intelligere eſt quaſi eſſe, & (vt ita loquar) exiſtere: Eſt enim agere, agere inquā actu quodam eſſentiali & intimo atque perpetuo, fermè ſicut in luce lucere ſiue micare. In tertio denique intelligerè eſt argumentari: id autem eſt mobiliter operari, fermè ſicut in lumine refulgere. Merito inter intelligere, quod eſt eſſe ſimpliciter nullaq; participatione, ſed penitus per eſſentiam, atque intelligere quod eſt mobiliter agere, medium eſt intelligere, quod eſt agere penitus immobiliter. Et prima quidem intelligentia eſt per eſſentiam: ſecunda, per participationem quidem, ſed prorſus immobilem: tertia denique participatione fit mobili. Sicut & ſphæra ignis, eſſentia calet: ſupremus aer, feruet inde participatione perpetua: inferior aer calet participatione mutabili. Eſſe vero proprium in anima intellectum ſtabiliter operantē, non ſolum ratio hæc nobis oſtendit, ſed hinc inſuper confirmat, quòd rationalis natura quaſi potentia quædam eſt quodammodo patiens, dum motu formatur, atque ex otio prodit in actum: quem plerique intellectum paſſibilem vel formabilem nominabunt. Oportet ergo hūc intellectum velut ex ſe imperfectum ab alio quodam perfectiore qui ſemper in actu ſit, ex potentia in actum viciſſitudine perpetua duci. Neque intellectum communem tantum oportet ſic eſſe ſemper in actu, ſed intellectum etiam animæ proprium: Neque naturæ rationali deſit efficax intelligentiæ ſuæ & intimum ſufficienſq; principium: cum neque vegetali naturæ deſit vegetationis ſuæ ratio ſeminalis, quæ quidem intimum eſt & efficax & continuum generandi principium. Sicut ergo vniuerſalis natura, ideſt tota vniuerſi ſeminaria ratio præeſt particulari naturæ, ideſt ſuæ cuiuſque viuentis ſeminarię rationi, hęc vero perpetuo pręſidet mobiliq; generationis officio: ſic intellectus communis, & agens, intellectui proprio rurſus agenti: hic autem rationi quaſi iam patienti, vt inter agens commune patienſq; proprium rite proprium agens medium ſortiatur. Hinc itaque fit, vt animus ad ſummum quandoque in ſe reuocatus, inueniat ſtatim nondum inuenta, & ſæpe vaticinetur, & opera omnibus miranda perficiat: quippe cum ſubito in mentem propriam reuertatur, quæ diuina quadam virtute pollet, cui omnia patent. Sed de his in Theologia latiſſime diſputamus. Ad hunc vtique intellectum velut ad tertium, ſcilicet intellectuale cælum ſuper cęlum imaginale atque rationale Plotinus forſan diceret Paulum aſcendiſſe, & Moyſen in hunc montem, & eiuſmodi angelum prophetis plurima nūtiaſſe. Neque enim decere ad nos deſcendere numina, neque oportere animum diuina viſurum loca mutare: ſatis enim eſſe ad mentem & diuina conuerti. Sed hęc ille viderit.

*Intellectualis naturæ gradus & imaginationes tres.*

*Intellectus paſſibilis ſiue formabilis.*

nihilominus ſanus erit. Ruſus ſi nõ aduertat ſe eſſe pulchrum, non minus erit pulcher. Si autem ſapientem ſe eſſe non ſentiat, minus'ne erit ſapiens? Sed fortè quis dixerit, ſapientiæ quidem oportere ſuiipſius ſenſum animaduerſionemq; ineſſe: ſapientiæ nãq; in actu ſuo poſitæ adeſſe felicitatem. Cæterum ſi ſapientia eiuſq; actio aduentitia foret, eiuſmodi ſermo nõnihil fortè conuinceret: Sin autem ſubſtãtia ſapiẽtiæ in eſſentia quadam, imò potius in eſſentia ſita eſt, neq; perit hæc ipſa eſſentia in dormiente, uel in eo qui ſibimet conſtare uel conſcium eſſe, negatur: Atq; eſt ipſe eſſentię actus in ipſo: taliſq; actus perpetuo uigilans, nimirum tunc etiam ipſe probus, qua probus, uel ſi dormiens infirmusq; ſit, aget. Latebit autem actus eiuſmodi non ipſum totum, ſed partem potius aliquam: Quemadmodũ & uegetali actu uigentem, nõ tranſmigrat in reliquum hominem talis actionis animaduerſio per ipſam ſentiẽdi naturam. Quod ſi idem penitus atque uegetalis noſtra uirtus eſſemus, proculdubio agente illa nos ageremus: at uero id minime ſumus, ſed ipſe intelligentis ipſius actus: quapropter agente illo, nos agimus.

*Obiectio.*

*Reſponſio.*

*Neq; omnes animaduertunt mentem ſuam ſemper agere circa diuinam, neq; beatus ſemper animaduertit rationem ſuam ſuperiorem agere circa mentem.* Cap. X.

ETſi in beato ratio ſpeculatrix ſub forma iam actuq; mentis agit, non tamen ita ſe agere ſemper animaduertit, ſicut neq; alij mentem noſtram agere circa diuinam mẽtem ſemper agnoſcunt. Sicut enim in animali noſtro ſecundum vim vegetalem viuere ſermè idẽ eſt atque vegetare, ideſt nutrire, augere, generare, ſeruare: neque tamen agnoſcimus hanc vim hæc agere, & quomodo talia peragat: quia videlicet nulla actionis huius imago ad imaginationem peruenit animalis aut noſtram: ita & in noſtra mente idem viuere eſt atque intelligere; neque tamen actionem eius æternam animaduertimus, niſi quando quædam eius imago in noſtra imaginatione concipitur. Iam vero neque beatus ſemper agnoſcit ſpeculatricem in ſe rationem vnà cum intellectu ſuo circa diuinam mentem iam agere: Quoniam actionis eiuſmodi nõ ſemper in imaginatione ſua imago formatur, per quam admoneri ſolet animus, quid potiſſimum vis in eo vel inferior vel ſuperior agat. Hic nota pertinere ad intellectum noſtrum cognoſcere ſemper actu: ad rationem vero noſtram, quodãmodo recolere cognita, dum circa formas excogitandas ex habitu tranſit in actum atque viciſſim: ad imaginationem denique attinere, quodammodo diſcere noua. Hæc enim ſi à ratione diuertẽs ad animal ſe conuertit, quid videat quid'ue audiat animal, ſtatim animaduertit: quid vero ratio interim vel intellectus agat, non agnoſcit. Atque viciſſim ſiquando vacans ab animali ad rationem tota conuertitur, tũc per hanc ipſam imaginationem animus rationem aliquid agere iam perſentit. Quòd ſi ratio conuertatur in mentem, quod accidit in beato, tunc ſanè & rationem circa mentem noſtram, & noſtram mentem circa diuinam vigilare animus ſtatim animaduertit: Quoniam in noſtra imaginatione ab animali vacante, nihilq; illinc corporeum machinante, imagines quædam velut in ſpeculo ab ipſo mentis rationiſq; actu prorſus apparent, per quas admonetur animus in ratione, ſcilicet vel ſpeculatrice vel actiua, tum intellectum tum rationem ſpeculatricem agere. Tu vero memẽto, in ipſo intellectu ſicut idem eſt viuere atque cognoſcere: ſic idem eſſe cógnoſcere penitus & agnoſcere, ideſt, quod ipſe cognoſcat animaduertere. Sed in ratione quoniam non idem eſt omnino viuere atque cognoſcere: ſiquidem illud æternũ eſt, hoc vero perpetuo permutabile: merito neque idem eſt cognoſcere, quod'ue cognoſcat vel agat, agnoſcere. Ex quo ſequitur, vt agnitio hic cognitionem ſequatur tanq̃ poſterius aliquid, & ſorte quadam conſequens atq; comitans, faciatq; ſæpe, vt diſtractione quadam animi prior actio ſit aliquanto remiſſior. Nõ igitur ab re Plotinus ait agnitionem animaduerſionemq; eiuſmodi per conſequentem poſterioremq; facultatem formamq; peragi. Facultatem vero poſterius comitantem, imaginatiónem ipſam eſſe non dubitamus. Formam ſimiliter quæ priorem comitetur formam, imaginẽ appellamus. Sint ergo naturales formæ in mẽte vel ratione, q̃uis ibi quidem æternæ, hic vero perpetuæ. Sint igitur aduenticiæ in imaginatione formæ formarum imagines naturaliũ, per quas velut res nouas animus velut admirabundus attendat animaduertatq; quid intentione agatur & mente. Profectò ſicut oculus facie continetur, ſic ratio mente: atque ſicut oculus

*Ad intellectũ noſtrũ, rationẽ, imaginationem quid pertineat.*

*Imaginatio, Imago.*

culus nec videt faciem, neque motum eius aduertit, niſi quando in ſpeculum certo
bis oppoſitum lineares faciei radij diriguntur, atque inde per ſimiles angulos reflex
oculum, & ſpeculum ita oſtentat imaginem, ſiquam modo habet imaginem: Simili q
pacto ratio velut oculus neque videt mentem, neque agere illam animaduertit,
agat: niſi actus eius agat nonnihil in imaginationem aliunde diuerſam, illuc vero
quo quidem actu ab imaginatione in rationem reſultet ſuperioris actionis imago.
bis primo quidem vbi Plotinus ait, nos non eſſe vegetalis facultatis actum, ſed eſſe p
actum intelligentiæ: id potiſſimum in beato eſſe verum. Verum quoque in quolibet
quem intellectui coniunctiorem quàm animali Plotinus exiſtimat. Deinde vbi ait
telligendi tunc eſſe abſque phantaſia, quando nulla inde in hac imago ſit atque reſult
intelligentiam puram à phantaſia, ſed phantaſiam ab intelligentia dependere:
lis intelligentia, ideſt cogitatio ratioq; mobilis à phantaſia ſæpius excitetur, præſertim
ratio, quam ſolam phãtaſia ſemper egere Ariſtoteles ait, quemadmodum & The
Simplicius prudenter interpretantur. Denique Plotinum ſcito annuere, dum quędam A
telis verba recenſet, hanc illius de mente fuiſſe ſententiam, vbi in tertio de anima ſcrib
lectum intelligere ſemper & intelligentiam eius eſſe ſubſtantiam, vereq; immortalem
re. Non enim adeo vera eſt in virtutibus inferioribus immortalitas: Nam & ſiquæ perp
ſunt, tamen verſantur in motu. Quod autem reminiſci nos ideſt rationalem vim poſt
negat, Plotinus alibi diligenter examinabit. Denique memento Auerroem etſi non
men ſimile aliquid induxiſſe, vbi ait intellectum noſtrum intelligentiam duplicem
bere: alteram æternam, alteram temporalem: illam quidem per ſuum eſſe, hanc vero
ſtras imagines exercere. Ac nos illam nunquàm animaduertere, quia nihil cum imag
noſtra communicet: hanc autem agnoſcere, quoniam illius formæ cum imaginatiõis
imaginibus cõgruant: Cumq; intellectum ponat in eadem ſubſtantia geminum, ſcilicet
torem atque formabilem, ait formabilem hunc intellectũ, quid agat ille formator, nõ
per nos agnoſcere, quàm ipſe per nos ſit illo perfecte formatus: tunc demum & ſimul
lo in nobis fore felicem. Sed mittamus Auerroem. Nam & Plotinum ipſum hac in parte P
phyrius & Proclus obmiſerunt, non probantes intellectum animæ noſtræ ita ſemper a
vt Plotinus ait: & nos in ſuperioribus non tam approbantes, quàm interpretantes ex
imus. Satis vero ſtabilitatis & excellẽtiæ eſſe in mente noſtra putandum eſt, ſi eſſentiæ
mæ rerum inſitæ ſcientiarumq; principia maneant. Hucuſque decem complentur lib
pita: reliqua vero ſex eiuſdem capita diligenter conſideranti patebunt. In ijs quęſtione
uet & ſoluit: tacitis quoque reſpondet obiectionibus: Et vbique beatum confirmat,
unde quàm ex mente deoq; pendere.

*Intellectus noſtri intelligentia duplex.*

*Quare lateat hominem intelligentiæ ſuæ actus æternus, & quomodo poſſit animaduerti.*

Latet uero forſitan propterea, quòd non peruenit ad uim ali
perſentientem. Nam per ſenſum quendam quaſi circa hæc
dium agere quoq; ad hæc oportet: Ipſe uero intellectus c
agat? Rurſusq; circa ipſum anima ſenſum animaduerſion
præcedens. Oportet enim actionem aliquam ante animaduerſionem
ſiquidem idem eſt intelligere atq; eſſe. Videtur autem animaduerſio
fieriq;, quando intelligentię actus reflectitur, & quando quod agit ſec
animæ uitam quaſi iterum repercutitur, uelut aliquid in ſpeculo circa
nitidumq; quieſcens. Vt enim in eiuſmodi rebus quando adeſt ſpec
fit ſimulacrum: quando uero non adeſt, uel non rite ſe habet, actus
cuius erat ſimulacrum adeſt, ſimulacrum uero abeſt: Sic & circa ani
quando quietem agit, quod tale eſt in nobis, ut in eo imaginatio
notæ quædam cogitationis intellectusq; refulgeant: tunc introſpici
imaginationes eiuſmodi, & modo quaſi ſenſibili iam agnoſcitur un
cognitione priorum intellectum cogitationemq; agere. Cum uero
funditur, propterea quod perturbata ſit corporis harmonia, tunc abſq;
lacro cogitatio intellectusq; intelligit, ac ſine phantaſia tunc agi

ctio. Quapropter eiuſmodi quodam pacto conſiderari poteſt cum phantaſia intelligentiam fieri: cum tamē intelligentia phantaſia minime ſit. Multas utiq; reperiet quis etiam uigilantium ſpeculationes actionesq; honeſtas, in quibus conſtituti ſpeculari nos & agere non aduertimus. Non enim neceſſe eſt legentem quod legat agnoſcere, præſertim quando attentione maxima legit: neq; qui fortiter agit neceſſario cognoſcit ſe fortiter agere, aliaq; permulta ſimiliter, adeo ut animaduerſiones uideantur actiones quas comitātur, debiliores reddere: Ipſæ uero cū ſolæ ſunt, tūc puræ ſunt, plusq; actiōis & uitæ habere uidētur. Iā uero cū probi uiri in eo ſtatu uiuūt, eos magis uiuere conſtat: quippe cū uita eo in tempore nō in ſenſum diffuſa ſit, ſed in ſeipſam eodem tenore collecta.

*Beatus maxime omnium uiuit: quoniam uita eius eſt tota ſimul in eo quod optimum eſt unita, neq; externa proſpicit ut optanda uel metuenda* Cap. XI.

AT ſiqui obiecerint, uirum huiuſmodi ne uiuere quidē, profecto nos ipſum uiuere affirmabimus: latere autem illos huiuſmodi felicitatem, ſicut & uitam. At niſi crediderint, æquum cenſebimus, ut concedentes eum uiuere probumq; eſſe, hoc pacto utrū beatus ſit perquirant: ne forte detrahentes ei uitam, utrum bene uiuat inquirant. Neq; rurſus hominem tollentes de medio, iam de hominis felicitate deliberent. Demum neq; cum probum conceſſerint ad intima eſſe conuerſum, mox eum in actionibus quærant externis, uotumq; eius in extrinſecis eſſe poſitum arbitrentur: alioqui neq; ſubſtantia ulla felicitatis erit, ſi uotum eius ad externa poſueris, probumq; talia quædam dixeris affectare. Optat profecto omnes homines bene uiuere, nulliſq; malis quenquam affici: ueruntamen ſi hęc ad uotum non ſuccedant, nihilominus beatus erit. Siquis autem eum deceptum iri, & à ratione aberraturum dicat, ſi modo talia uelit, quandoquidem impoſſibile ſit non eſſe mala: is profecto concedet nobis uoluntatem eius ad intima conuertentibus.

*Beatus non eget uoluptate aliqua extra mentem: ſummus enim actus intelligentiæ, eſt ſumma uoluptas.* CAP. XII.

AT ſi uoluptatem in hoc uiro requirant, certe nō intemperatum neq; omnino corporis uoluptates exquirēt: fieri enim nō poteſt ut hęc adſint, quin felicitatem contaminēt: neq; rurſus affluētior lætitiæ motus. Quā ob rem cauſam eiuſmodi quædam expoſcent: ſed eas duntaxat uoluptates, quæ ipſius boni præſentiam neceſſario comitantur, neq; in motu ſunt poſitę, neq; nuper adueniunt: Iam enim adſunt bona, adeſt & ipſe ſibi, permanetq; uoluptas ſerenitasq; ſua. Serenus autem ſemper eſt probus, ſtatusq; eius quietus affectioq; ſufficiens, quam nullum omnino eorum quæ mala dicuntur, ſi modo probus ille ſit, perturbat. Siquis autem aliam uoluptatis ſpeciem in ipſa probi uita requirit, non iam probam amplius exigit uitam.

*Actus uel æternus mentis, uel perpetuus ſummæ rationis circa mentem, in beato non impeditur externis.* CAP. XIII.

Neq;

NEq; uero actiones eius ob fortunam proſſus impedientur, ſed aliç potius in fortunis aliis erunt: omnes autem honeſtç ſimiliter, atq; tunc forſan illæ honeſtiores, quæ circunſtantia aliqua componunt. Actiones uero in contemplatione poſitæ, ſiquæ circa ſingula uerſantur, forſan tales erunt quales cum ille iam quæſiuerit & conſiderauerint, proferet. Sed maxima doctrina expedita ſemper eſt penes illum, idq; magis, etiam ſi in Phalaridis tauro ſit collocatus. Quod quidem ſtulte iocundum dicitur, bis ter'ue pronuntiatum: Ibi enim quod ita pronuntiat, hoc ipſum eſt quod in crutiatu eſt poſitum: hic autem quod quidem dolet, aliud: hoc uero eſt aliud quod ſecum habitans, quatenus ita ſecum neceſſario habitat, nunquam ab ipſa totius boni contemplatione deficiet.

*Homo, eſt ſolus rationalis animus: homo beatus, eſt animus qui iam intellectus euaſerit: ideoque ad ſenſum pertinent, beatus nihilipendit.* CAP. XIIII.

HOminem uero præſertim probum, non eſſe quiddam ex anima corporeq; compoſitum, teſtatur etiã ipſa à corpore ſeparatio, contemptuſq; eorum quæ bona corporis apellantur. Ridiculum autem foret, ſiquis dixerit felicitatem ad id quoq; quod in nobis eſt animal, pertinere: quippe cum felicitas uita ſit bona, quç quidem in anima ipſa conſiſtit, cum hæc ſcilicet uita bona actus ſit, neq; tamen totius animæ. Non enim uegetalis, adeo ut & corpus attingat. Non enim felicitas in magnitudine bonoq; corporis habitu collocatur, neq; rurſus in perſpicacia ſenſus: quandoquidem nimia corporis ſenſuumq; proſperitas, grauans animum hominem ad ſe detorquet. Decet autem uiciſſim compenſatione & diuerſione quadam ad optimum potius conferente quodammodo corpus attenuare, ut appareat hominem ipſum ab externis eſſe diuerſum. Homo tamen ille ex eorum qui inter nos ſunt numero, eſto & formoſus, & magnus & diues, hominum quoq; omniũ dominus, utpote qui regionis huius eſt habetur: Neque illi ab his decepto eſt inuidendum. Circa uero ſapientem ipſum talia quædam fortè neq; ab initio ſunt: ac ſi adſint, comminuet ipſe, modo ſeipſum colat, luxumq; & dotes corporis per negligentiam atteret, ponet & principatus. Prçterea ſanitatem corporis ita curabit, ut morborum haud omnino imperitus eſſe deſideret, ſimiliter quoq; dolorum: imò & ſi acciderint in iuuentute, uolet diſcere: in ſenio uero neq; his neq; etiam uoluptatibus perturbari uolet, neq; à re ulla corporea ſiue iocunda ſiue moleſta, ne uidelicet ad corpus declinare cogatur. In doloribus uero poſitus, praeſtantem ſibi ſufficientemq; ad hæc uirtutem his opponet: atq; ita ſe comparabit, ut neq; in uoluptatibus proſperaq; ualetudine & uacatione laborum, beatiorem eſſe ſe cenſeat: neque in eorum oppoſitis, minus exiſtimet ſe beatum: cum enim priora illa felicitatem non augeant, certe neque eorum contraria minuunt.

*Ei qui bonum intelligibile poſſidet, nihil addi poteſt boni bonorum aliorum præſentia: nihil demi boni, oppoſitione malorum.* CAP. XV.

Quod

QVod ſi duo ſapientes ſint, quorum alter quidem habeat quæcunq; naturæ conſentanea iudicantur, alter uero contraria: nunquid pariter dicemus fore beatos? Dicemus utiq;, ſi modo ęque ſapiẽtes ſint. Nempe ſi alter pulchro ſit corpore, cæteraq; poſſideat omnia, quæ neq; ad ſapientiam, neq; omnino ad uirtutem, neq; ad eius quod optimum eſt contemplationem, neq; ad uitam optimam conferant: neſcio quid plus ob hæc momenti reportet: quandoquidem neq; etiam qui talia poſſidet gloriabitur, quaſi eo qui hæc non poſſidet, ſit beatior. Quinetiam neq; ad ipſum tibicinis finem horum copia conferet. At nos ex infirmitate noſtra felicem conſideramus, grauia horribiliaq; iudicãtes, quæ beatus ipſe non iudicat: alioqui nondum ſapiens, nondum beatus erit, niſi prius eiuſmodi imaginationis fallacias omnes à ſe fugauerit, et quaſi omnino iam factus alter, ſibiipſi confidat tanquàm nihil mali paſſuro: Hoc enim pacto in omnibus uiuet intrepidus. Siquid uero metuat, nondum eſt uirtute perfectus, ſed dimidiũ duntaxat habere uidebitur: Iam uero improuiſos & qui ante iudicium accidunt metus, ſiquando aliis intento acciderint, ſapiens propulſare conabitur, atq; coniunctum ſibi ſenſum quaſi puerum dolore commotum, uel minis, uel ratione compeſcet, comminatione inquam nõ perturbante: perinde acſi puer maiorem quendam reueritus, ſtatim coerceatur. Neq; tamen ob hæc uir talis ab amicitia erit & gratitudine alienus: talis enim eſt ſibiipſi atq; ſuis. Cum igitur quæ & ſibi, eadem amicis attribuat: amicus erit pręcipue, ſimulq; mente uiuet.

*Felix quomodo conſiderandus.*

* *Vir ſapiens & qui beatus futurus ſit, ſolum ſe confert ad mentem, ſolum pendet ex deo: cætera uel contemnit omnino, uel ſine perturbatione gubernat.*

CAP. XVI.

SIquis autem probum uirum in hac excelſa mente non conſtituerit, ſed fortunę ictibus ſubiugauerit, eiq; ab his timuerit, is certe non qualem nos eſſe oportere cenſemus, probum uirum adducet in medium: Sed mediocrem quendam atq; ex bono maloq; permiſtum, mediam quoq; uitam agentem ex bono ſimul & malo compoſitam, qualem utiq; neq; reperire facile eſt, neq; ſi reperiatur, erit felicis nomine dignus: quippe cum nihil habeat magnum, uel ad ſapientiæ excellentiam, uel ad boni pertinens puritatem. Non eſt igitur felicitas in uita coniuncta. Recte enim Plato petendum deſuper ſummum bonum iudicat, ad ipſumq; ei reſpiciendũ, qui ſapiens ſit beatusq; futurus: ſtudendumq; ad ſimilitudinem illius accedere, illiusq; uita uiuere. Id ergo ſolum ad finis ipſius perfectionem eſt habendum: cætera uero uir ſapiens quaſi quaſdam loci mutationes exiſtimabit, nullum ex locis ad felicitatẽ ſuſcipiens incrementum. Sed quaſi coniectans alia inſuper quæ circunſtat, uelut ſi uel hic & ita, uel ibi & aliter diſponantur. Attribuens quidem huic quodcunq; neceſſitas poſtulat, & facultas præſtat: ipſe uero uiuens alius, non impeditus coniunctum ſibi dimittere: naturæ quoq; ſuo tempore conceſſurus, idq; facile dimiſſurus: Poteſt quoq; de hoc pro arbitrio conſultare. Quamobrem huius officia partim quidem ad felicitatem conducent, partim uero neq; finis, neq;

*Summum boni deſuper petendum.*

omnino ſuiipſius gratia ſuſcepta erũt, ſed eius duntaxat quod eſt [illegible]
quod quidem curabit quandiu poterit atq; ſuſtinebit. Quemadmodũ ſi
muſicus quandiu uti ualeat, curet: cum uero inutilis ſit, uel mutet, uel
omnino lyræ dimittat, actionibusq; circa lyram prorſus abſtineat, offic[illegible]
ipſe abſq; lyra aliud habens: itaq; iacentem prope deſpiciat lyram, ipſe a[illegible]
inſtrumenti miniſterio cantans. Neq; tamen huic ab initio quidem inſtru-
mentum fruſtra tributum fuit: quippe cum ſæpe iam ipſo fuerit uſus.

# MARSILII FICINI FLORENTINI
## IN LIBRVM, VTRVM FELICITAS AVGEATVR TEMPORE, COMMENTARIVS.

*Quid æternitas, quid beatitudo. Quomodo mentes omnes, æternitate fruantur in æternum: Rationales na-[illegible]*
*turæ, aliquando: & hæ quandiu fruuntur, ſtabiliter agunt.* Cap. [illegible]

SVper ipſum ens Platonici ipſum collocant eſſendi principium, nomina[illegible]
ipſum vnum atque bonum. In ente autem primam eſſentiam, primam [illegible]
mentemq; primam cogitãt. Vitam vero illam tum æternam, tum bea[illegible]
diuerſa ratione poſſumus nominare: Eſt enim vita primus, intimus, perp[illegible]
Vita quid. us actus eſſentię. Quatenus ergo actus eiuſmodi eſſentię ſuę ſimul [illegible]
gitur, & eſſentia ipſi ſimul vni ſemper innitit, æterna vita, imò æterni[illegible]
Aeternitas. vocatur. Qua tenus autem actus idem nuſquàm à ſuo fonte digrediens ad interiora r[illegible]
Beatitudo. tur, ipſa mens appellatur: quæ ſic protinus coniuncta bono, vita beata, imò beatitudo [illegible]
ſo nuncupatur. Hac mente, hac æternitate, hac beatitudine mentes omnes quia fruun[illegible]
xime, ideo in æternum; Naturę vero rationales quoniam ſequenti potiuntur grad[illegible]
ternitate beatitudineq; huiuſmodi potiuntur quidem, ſed (vt Platonice vel potius Plo[illegible]
loquar) non æterne fruuntur: aliàs itaque beatæ ſunt, aliàs iterũm non beatæ. Verun[illegible]
dum beatæ ſunt, non mobiliter amplius, ſed ſtabiliter agunt. Cum enim prima æterni[illegible]
atitudoq; re ipſa ſint vnum, rationales naturæ quatenus beatitudinem, eatenus æter[illegible]
ſimiliter conſequuntur. Cum vero æternitatis maxime proprium ſit ipſe ſtatus, nimirũ q[illegible]
diu tanq̃ felices potiuntur æternitate, immobiliter agũt, cunctasq; ſimul actionis do[illegible]
ſo velut intuitu complectuntur. Vt autem propria quandoque ſententia loquar, non [illegible]
animus æternitate frui, niſi fruatur æterne, Itaque cum primum attingit æternitatis [illegible]
illic poſitus extra tempus & motum adeo ſtabiliter agit, vt nulla ex parte inde ampl[illegible]
moueri queat. Hac ſententia noſtra ſemel poſita, interpretationem Platonicã proſequ[illegible]

*Rationalis natura ſeculis admodũ lõgioribus felix uiuit in ſphæris ſublimioribus, q̃ infelix circa terr[illegible]*

PRoinde animas hominum in terra vel aere craſſiore viuentes plurimum nõ eſſe f[illegible]
ſed miſeras arbitrantur, in loco ſcilicet peccati pœnæ purgatorij conſtitutas. Tun[illegible]
omnes fore beatas, cum hinc ad puras iam ſphæras aſcenderint, cum corpore pu[illegible]
ad ſublimiorem aerem, vel ætherem atque cælum: tunc enim ob proſperitatem co[illegible]
atque loci, facilem corporis prouidentiam à diuina contemplatione minime diſtrahi.[illegible]
vero quantò maior eſt in ſphæris ſublimioribus quàm inferioribus virtus & ampl[illegible]
quantò & præſtantior virtus animę ibi quàm hic viuentis, tantò diuturniorem an[illegible]
cant illic quàm hic vitam agere: ideo'que tantò diutius felices eſſe quàm miſeras: [illegible]
Phedone teſtatur Plato, vbi de longæuis agit, & Olympiodorus comprobat. A[illegible]
hęc, quòd quantò mens quę ad ſublimia tollit potentior eſt, quàm imaginatio anim[illegible]
ad oppoſita vergit: tantò longior eſt vita rationalis animæ per mentem iam ad ſub[illegible]
uatæ, quàm vita eiuſdem per imaginationem ad inferiora deflexæ. Præterea mens e[illegible]
tate ſtatuq; ſolum conſtat: ideo ſemper in eodem ſtabiliter agit. Imaginatio ex oppo[illegible]
circo ſemper varias fingit imagines. Rationalis vero facultas ex cunctis compo[illegible]
In ea idem cum diuerſo, ſtatus cum motu concurrit: quapropter & mobiliter & ſtab[illegible]
peratur, & varia verſat, & rurſus recolit eadem. Quò vero præſtantior eſt natura id[illegible]
tis atque ſtatus, quàm natura diuerſitatis & motus, eò diutius animus in æternitate v[illegible]
ad ipſam conuerſus fuerit, quàm in tempore in tempus quandoque prolapſus. At que[illegible]
hac vita id minus impletur, neceſſario cõpẽſatur in altera. Profecto ſi purus intellectus [illegible]
modo declinat ad corpus: vita vero expers intelligẽtię, tota declinat: ſeq putãt, vt int[illegible]
alis anima qua parte intellectualis eſt, nunq̃ inclinet ad corpus: q̃ vero parte nõ eſt [illegible]
intelligentiæ cõpos, flectatur ad corpora. Item, ſi rationalis aĩa verũ eſt inter æterna [illegible]
ralia mediũ, & indiſſolubile vinculũ vniuerſi, quod in Theologia ſæpe probamus: c[illegible]
eſſe voluit, vt nunq̃ vel hinc vel inde tota diſcedat, ſed ſimul vtraq; tenẽs, ambo in ſe cõ[illegible]

proportione conciliet. Quamobrem per intellectum, in æternitate vigilat ſemper: per vim viuificam quoquo modo ſemper agit in tempore: per imaginationem naturæ viuificę proximam, plurimum verſatur in tempore: per rationem tanq̃ menti propinquam, viuit in æternitate q̃plurimum: per imaginationem alteram mox ſubditam rationi, pares inter vtrunque vices alternat: & modo æternorum, modo temporalium nobis imagines offert. Verũ quandiu ratio felicem vitam ducit, tandiu & imaginatio: etſi temporalium interdum ſimulacra felices tamen imagines adducit in medium. Deniq; (vt ſummatim dicam) ſi ex vniuerſo mundi circuitu, quem triginta ſex milibus annorum compleri quidam putant, tercentum annis, diuerſo tamen tempore, animus tanquàm exul hic habitet, viciſſim tribus ſaltem annorum milibus patrias ſedes colere putant. Eosq; animos & hic breuius adhuc, & illic longius habitare: qui vel ab initio præſtantioribus tum ſtellis accõmodati, tum dæmonibus fuerint commendati, vel ipſi efficaciori virtute muniti, caduca contempſerint, æterna coluerint. Neque animos duntaxat humanos, ſed dæmonicos etiam multos, tum aereos, tum æthereos, mutare corpora gradusq; felicitatis exiſtimant. Sed illos vſq; ad craſſum aerem tantum, noſtros autẽ animos vſque ad terrenum corpus deſcendere, & vtroſque animos in altioribus regionibus vitam feliciorem agere, & admodum longiorem. Sed de his alias.

*Quomodo rationalis natura formatur propria mente: & quomodo mens propria, mente communi.* III.

Fieri quoque poteſt vt ratio hac in vita prę cęteris ſe à materia imaginationeq; ſegregãs infima, reuocansq; ad mentem quodammodo illam alterius vitę deguſtet felicitatem: & profecto quatenus ea potitur, vtpote quę iam intellectu formata eſt, ęterno quodam pacto, ideſt ſtabili, totoq; ſimul actu, ſua hac felicitate perfruitur. Id autẽ fieri quandoque poſſe atque debere, ſic rem altius repetendo probamus. Quòd duo quædam difficile conflentur in vnum, in cauſa ſunt vel dimenſiones vtrinque ſolidæ nimium, vel dimenſiones etiam qualeſcunque, vel repugnantes inſuper vtrinque formæ. Ferrum conflatur in ignem, etſi tam ſoliditas ferri quàm frigiditas eius impedire videtur: atque ita conflatur, vt ferrum igne formatum iam agat vt ignis potius quàm vt ferrum, ideſt caleat luceatq;, calefaciat atque illuminet. Facilius autem aer ignitur, vbi nec denſitas molis, nec tanta diuerſitas qualitatis amplius impedit. Facilius idem aer ſub ſole fit lucidum, cum nulla in lumine dimenſio coitum vtriuſque retardet. Facilius etiam atque arctius corpus naturaliter prępparatum formatur ab anima, per eamq; iam agit vt viuens: Facillime tandem anima formatur ex mente arctiusq; coniungitur. Cum enim formæ proprium ſit formare perficereq;, & ſibi materiam propriam deuincire: nimirum quò præſtantior forma eſt eò facilius atque coniunctius ſubiectam ſibi accommodatamq; materiam format atque deuincit. Anima igitur abſolutius mẽte formatur quàm corpus anima: quantò videlicet & forma perfectior mens eſt quàm anima, & ſubiectum perfectius anima eſt quàm corpus. Cum igitur diuina mens vbique ſit, atque animæ rationalis eſſentia perpetuo illinc influxu fiat atque ſeruetur, ideoq; perpetuo eſſentię ipſius inſtinctu conuertatur ad mentem, nihil prohibet animam ita pendentem & ita conuerſam ſemper inde formari. Quoniam vero formatio hæc tum per eſſentialem animæ inſtinctum, tum per eſſentialem mentis actũ efficitur, merito eſſentialis vndique formatio eſt: adeo vt quemadmodum in mẽte idem eſt eſſentia quod intellectus, idem rurſus eſſe quod intelligere: ſic in anima idem fiat intellectus quod eius eſſentia: idem quoque intelligere fiat quod & eſſe: Prçſertim quoniam intellectus ipſe diuinus ipſo prorſus intelligentiæ actu format animam. Formari aũt actu intelligendi nihil aliud eſt, quàm intelligere: ſicut & actu videndi formari iam eſt videre. Vel ſaltem ſicut in aere ſimul eſt omnino fieri lucidũ atq; lucere, & in corpore ſub anima ſimul eſt viuum fieri atque viuere: ſic in anima eſſentiali ratione intellectualem fieri ſimul eſt atque intelligere. Nihil enim aliud eſt animam intellectu perfecte formari, quàm ſub intellectus forma eſſe, ſub intellectus actu agere. In ipſo vero intellectu forma ipſius idem eſt & actus. Anima igitur cum primum ſub forma intellectus exiſtit, etiam ſub intellectus actu iam agit ac prorſus intelligit. Hinc illud Iamblichi ex mente Aegyptiorum dictum: Animæ intellectualis eſſe eſt intelligere deum atque diuina. Sicut enim temporario quodam actu percipimus temporalia: ſic æterna, vereq; exiſtentia æterno ſimiliter eſſentialiq; actu aſſidue contemplamur. Hæc ille. Sed de intellectu ſatis iam atq; nimium.

*Natura rationalis & poteſt & debet formari quandoq; mẽte: & tunc actu unico poſſidet omnia.* Cap. IIII.

Facultatem quoque rationalem poſſe ferme ſimiliter intellectu quandoque formari, eędem nobis in dicant rationes, præſertim cum in eadem qua & intellectus eſſentia ſit: debere vero oſtendimus alibi, ne naturalis appetitio ſit inanis: & cum in omni natura rationali ſit ſempiternus ad intelligentiam appetitus, omnem Platonici volunt quandoque ad felicem intelligentiam peruenire: ac ſi inde diſceſſeris, iterum poſſe reuerti, eoq; ſeculo quandoque agit vt mens viuit'que beata, æternam mentis intelligentiam imitari: vt ſimul actu [illegible]

 conſpi-

Cur in unum difficilius cõflentur quædam.

Formari qd

### Quæſtio II.

Cvm omnis homo ſemper viuere appetat, Vtrum perſeuerātiam hanc perpetuam aſſequi ſit beatitudo præcipua? Concludit, Felicitatem hac ſucceſſione perpetua non augeri: alioqui non virtus, ſed tempus metietur felicitatem. Neque vnquam felicitas vel apud deos erit abſoluta, quia ſemper ſic augebitur. Confirmatur idem: Quoniam appetitus naturalis optat proprie quod & conſequi poteſt: ſolum vero quod præſens ſit aſſequitur, quandocunq; aſſequatur: ergo non appetit quod nō eſt, ſed quod eſt duntaxat. Præſens vero ſolum exiſtit, ſed præteritum non eſt amplius, futurum nondum eſt: ſolum igitur appetit præſens: atque mauult hoc ipſum præſens figi penitus idemq́; manere, quàm aliud huic ſuccedere.

AT ſi quis ex eo quòd uiuere atq; agere ſemper appetimus, id aſſequi, felicitatem potius eſſe dicat, ſic eſt reſpondendum. Primo quidem ſi ita ſit, felicitas craſtina maior erit, & quæ deinceps, ſemper antecedente maior: neq; felicitatē uirtus ipſa ulterius metietur. Deinde dii quoq; feliciores nūc erunt quàm cōſueuerint. Neq; dum perfecta felicitas erit neq; eſſe perfecta poterit unquā. Preterea appetitus uoto potitus pręſens aliquid eſt adeptus, ſemperq́; ad ipſum præſens annititur: & quandiu eſt, ita ſemper eſſe in felicitate requirit. Appetitio uero uiuēdi eſſe perquirens, præſens quiddam procul dubio quærit: ſiquidem eſſe in præſenti eſt poſitum. Quòd ſi futurum & quod deinceps ſequitur appetat, quod habet iam quod'ue eſt, deſiderat: non quod præterijt, neq; quod eſt futurum, imò quod iam eſt, id exiſtere: nō ſempiternam protractionem ſiue proceſſionem quærēs, ſed quod iam præſens adeſt, id adeſſe.

### Quæſtio III.

VTrum qui diutius contemplatus eſt, ſit felicior? Concludit, Si ſemper eadem quæ perſpicaciter vidit, nihil diuturnitate ad felicitatem profeciſſe: ſi denique plura meliusq́; nouit, nō ante, ſed tunc demum fuiſſe felicem.

QVid ergo de illo dicemus qui plurimum tempus uixit felix? idemq́; ſpectaculum diutiſſime eſt intuitus? Profecto ſi longiori in tempore perſpicacius uidit, plus aliquid ipſi longitudo temporis attulit: ſin autem uniuerſo in tempore uidit ſimiliter, certe nihil proficit, & qui ſemel eſt intuitus, æque reportat.

### Quæſtio IIII.

VTrum diuturnior delectatio beatitudinem augeat? Concludit, Si voluptas hic ſignificat motum quendam ſiue actum ab ipſo intelligentiæ actu diſtinctum, non eſſe cum felicitate connumerandam: ſin autē ſignificat ipſummet intelligentiæ actum ab omni impedimento liberum, ſicq́; expeditum iam, abſolutum nobisq́; gratum, tunc ſolum animum eſſe felicem, quando intelligentia talis eſt, nihilq́; per tempus ei maius afferri: pręſertim cum iam ſit in æternitate potius quàm in tempore. Voluptatis quoque motum, ſolum propter id quod in eo præſens eſt, optari.

AT dixerit quiſpiam, alterum eſſe diutius oblectatum. Sed hoc in felicitate connumerare non licet, niſi forte quis uoluptatem nominet actionem intelligentię expeditam: hic enim idem quod nos quærimus, dixerit. Proinde uoluptas longior, ſemper præſens habet ſolum: quod autem ex ea præteritum dicitur, iam prorſus euanuit.

### Quæſtio V.

VTrum qui per totam vitam eſt felix, ſit illo felicior, qui ſolum in parte vitæ ſit felix? Concludit, ſi ſecundum eandem vitæ partem inter ſe comparentur, pariter eſſe felices: ſi ſecundum aliam, alterum eſſe beatum, alterum non beatum.

CAeterum quidnam dicemus, Si alius quidem ab initio ad finem uſq; beate uixit? alius autem in poſterum tantum? alius denique olim felix, iam

conſpiciat, ſiue id in hac vita deguſtet, ſiue potius veſcatur in altera. Intellectum quidem ipſum ita ſimul vniuerſum rerum ambitum contueri, ſicut oculus ſphærulam quandam conſpicit ſimul totam. Rationem vero nondum cõuerſam ad intellectum, ita res per partem deinceps atque partem aggredi. Sicut cæci hominis tactus in digito eãdem ſphæram paulatim attrectando iudicat eſſe ſphæram, quam oculus ſubito iudicauit. Rationem denique iam cõuerſam ita cuncta vna cum mente complecti omnino putamus, ſicut hominis videntis manus ab oculo recta, ſphęrulam toto pugno complectens, ſubito ſphęram eſſe perpendit. Iam vero animus ſic affectus tantum momẽto cognoſcit & poſſidet, quantum longo tempore alter. Huic ſimile propheticum illud: Dies vna in atrijs tuis domine, plus q̃ mille aliorum anni.

*Quis beatus ſit, & quomodo beatitudo conſiſtit in quadam præſentis boni poſſeßione cui prorogatio temporis per ſe nihil addit præteriti aut futuri ratione, ſed tantum ratione præſentis.* *Cap. V.*

FElicem ad ſummum putamus eum, qui cuncta iam vera cõſpicit, cunctisq́; potitur bonis: ſed vera ſimul omnia videt in vna forma veri, ideſt mente diuina, cunctis ſimiliter bonis fruitur in vno fonte bonorum, ideſt ipſo bono. Cum igitur per vnam formam, per vnum fontem & vera conſpiciat & hauriat bona, nimirum vno intuitu vera contuetur omnia, vno ſimiliter hauſtu cõbibit oĩa bona. Quiſquis huc nõdũ eſt prouenit nõdũ felix ad ſummũ: q vero peruenit hucuſque, iam nequit ob ſolam temporis longitudinẽ fore felicior. Sed eſto in hoc quidem animo eiuſmodi felicitas annua, in illo vero diurna: nũquid hic eſt beatior illo? Non certe eo ipſo die quo eſt & ille beatus, vterque enim tunc pariter omnia poſſidet: reliqua vero diebus non eſt alter felicior altero, imò vero alter quidem beatus eſt, alter non amplius eſt beatus. Comparemus deinde inter ſe felicitatem annuam atque diurnam: nũquid annua maior vel magis felicitas quàm diurna cenſetur? Diuturnior certe vel longior tempore, non tamen ingentior gradibus, ſicut & calor quidam annuus eſſe poteſt: neque tamen gradu feruentior calore diurno. Sed nonne magis expetenda nobis eſt annua felicitas quàm diurna? Eſt proculdubio. Sed diuturnitas illa temporis non propter ſeipſam magis expetenda eſt, alioqui diuturnam quoque febrem potius quàm breuem eligeremus. Imò propter ipſam felicitatem, neque viciſſim: ipſum nanque bonum ad qualitatem potius quàm ad quantitatem pertinere videtur. Iam vero animus quantitatem propter bonum expetit: ac ſi cum bono cõiuncta ſit, quò maior quantitas eſt, eò magis appetit: ſi cum malo, quò maior, eò minus eligit. Cur nam igitur annuam cum felicitate vitam potius quàm diurnam eligendam nobis exiſtimamus? Certe non propter temporalem ipſam ſucceſſionẽ, quæ longior fit in anno: nam nec in diurna quidem felicitate propter ſimilem ſucceſſionẽ malumus diem integrum quàm horam eſſe felices. Ipſum nanque præſens in felicitate penitus exoptamus: hoc enim eſt duntaxat, & nos eſſe quærimus, dum quærimus eſſe felices. Optamus quidem in primis idem hoc præſens figi, prorſusq́; manere, quod quidem æternitatis eſt proprium: cuius fruitione beati ſumus, quo & per intellectum aſſidue fruimur, & quãdoque per rationem intellectu formatam. Quòd ſi diffidamus ipſum præſens nobis idem firmiter poſſe conſiſtere, ſecundo iam gradu eligimus præſens aliud momentum, iterum aliud aliud'que ſuccedere, ſemper ad ipſum præſens potius quàm ad ſucceſſionem, affectum & intuitum dirigentes: ſiquidem in ipſa ſucceſſione ſemper priuationis & mali aliquid eſt admixtum. Quod quidem nobis oſtendit, nos quandiu in hoc motu viuimus, reuera beatos eſſe non poſſe: quãuis quatenus propè ad æternitatẽ accedimus, eatenus beatitudinis aliquid deguſtamus. Hoc Plotinus decem huius libri quæſtionibus agit.

*Quæſtio Prima.*

VTrum felicitas tempore augeatur. Concludit, Felicitatem in quadam affectione ſiue diſpoſitione vitæ conſiſtere, per quam aliquis re ipſa bene ſe habeat: hanc vero eſſe pręſentem, cui præteriti recordatio nihil addit.

# PLOTINI ENNEADIS I. LIBER V.

## VTRVM BEATITVDO TEMPORE SVSCIpiat incrementum.

QVærendum eſt, Nunquid felicitas tempore ſuſcipiat incrementum: cum beatum eſſe, ſemper ſecundũ præſens accipiatur. Profecto neq; felicitatis præteritæ recordatio momenti quicquàm habet: Neque in dicendo, ſed in affectione quadã beatitudo cõſiſtit. Affectio uero in qualitate præſenti poſita eſt, actio quoq; uitæ.

Quæſtio

### Quæſtio II.

**C**Vm omnis homo ſemper viuere appetat, Vtrum perſeuerātiam hanc perpetuam aſſequi ſit beatitudo præcipua? Concludit, Felicitatem hac ſucceſſione perpetua non augeri: alioqui non virtus, ſed tempus metietur felicitatem. Neque vnquam felicitas vel apud deos erit abſoluta, quia ſemper ſic augebitur. Confirmatur idem: Quoniam appetitus naturalis optat proprie quod & conſequi poteſt: ſolum vero quod præſens ſit aſſequitur, quandocunq; aſſequatur: ergo non appetit quod nō eſt, ſed quod eſt duntaxat. Præſens vero ſolum exiſtit, ſed præteritum non eſt amplius, futurum nondum eſt: ſolum igitur appetit præſens: atque mauult hoc ipſum præſens figi penitus idemq; manere, quàm aliud huic ſuccedere.

**A**T ſi quis ex eo quòd uiuere atq; agere ſemper appetimus, id aſſequi, felicitatem potius eſſe dicat, ſic eſt reſpondendum. Primo quidem ſi ita ſit, felicitas craſtina maior erit, & quæ deinceps, ſemper antecedente maior: neq; felicitatē uirtus ipſa ulterius metietur. Deinde dii quoq; feliciores nūc erunt quàm cōſueuerint. Neq; dum perfecta felicitas erit neq; eſſe perfecta poterit unquā. Pręterea appetitus uoto potitus pręſens aliquid eſt adeptus, ſemperq; ad ipſum præſens annititur: & quandiu eſt, ita ſemper eſſe in felicitate requirit. Appetitio uero uiuēdi eſſe perquirens, præſens quiddam procul dubio quærit: ſiquidem eſſe in præſenti eſt poſitum. Quòd ſi futurum & quod deinceps ſequitur appetat, quod habet iam quod'ue eſt, deſiderat: non quod præterijt, neq; quod eſt futurum, imò quod iam eſt, id exiſtere: nō ſempiternam protractionem ſiue proceſſionem quærēs, ſed quod iam præſens adeſt, id adeſſe.

### Quæſtio III.

**V**Trum qui diutius contemplatus eſt, ſit felicior? Concludit, Si ſemper eadem quæ perſpicaciter vidit, nihil diuturnitate ad felicitatem profeciſſe: ſi denique plura meliusq; nouit, nō ante, ſed tunc demum fuiſſe felicem.

**Q**Vid ergo de illo dicemus qui plurimum tempus uixit felix? idemq; ſpectaculum diutiſſime eſt intuitus? Profecto ſi longiori in tempore perſpicacius uidit, plus aliquid ipſi longitudo temporis attulit: ſin autem uniuerſo in tempore uidit ſimiliter, certe nihil proficit, & qui ſemel eſt intuitus, æque reportat.

### Quæſtio IIII.

**V**Trum diuturnior delectatio beatitudinem augeat? Concludit, Si voluptas hic ſignificat motum quendam ſiue actum ab ipſo intelligentiæ actu diſtinctum, non eſſe cum felicitate connumerandam: ſin autē ſignificat ipſummet intelligentiæ actum ab omni impedimento liberum, ſicq; expeditum iam, abſolutum nobisq; gratum, tūc ſolum animum eſſe felicem, quando intelligentia talis eſt, nihilq; per tempus ei maius afferri: pręſertim cum iam ſit in æternitate potius quàm in tempore. Voluptatis quoque motum, ſolum propter id quod in eo perfectius eſt, optari.

**A**T dixerit quiſpiam, alterum eſſe diutius oblectatum. Sed hoc in felicitate connumerare non licet, niſi forte quis uoluptatem nominet actionem intelligentię expeditam: hic enim idem quod nos quærimus, dixerit. Proinde uoluptas longior, ſemper præſens habet ſolum: quod autem ex ea præteritum dicitur, iam prorſus euanuit.

### Quæſtio V.

**V**Trum qui per totam vitam eſt felix, ſit illo felicior, qui ſolum in parte vitæ ſit felix? Concludit, ſi ſecundum eaſdem vitæ partes inter ſe comparentur, pariter eſſe felices: ſi ſecundum alias, alterum eſſe beatum, alterum non beatum.

**C**Æterum quidnam dicemus, Si alius quidem ab initio ad finem uſq; beate uixit? alius autem in poſterum tantum: alius deniq; olim felix, iam

felix eſſe diſierit? Nunquid pariter eſſe felices? Profecto huiuſmodi comparatio non inter eos qui omnes felices ſint, efficitur: ſed in ipſa quidam nõ felices, ſcilicet quando non ſunt felices, cum felici aliquo conferuntur. Si quid ergo plus poſſidet, id certe poſſidet quantum felix, aduerſus homines non felices: cui quidem id contigit, ut præſenti quodam alios ſuperaret.

### Quæſtio VI.

CVm miſer longiore tempore miſerior fieri videatur, cur non & felix ſimili ratione felicior? Concludit, Malum ipſum quia circa ſubiectum natura paſſioni obnoxium & debile accidit, ideo cõtinue illud magis inficere. Quod quidem ſubiectum ſi ſemper permaneret idem, neque detrimentum maius accideret, ſolum in iudicio mali præſens ipſum perpẽderetur: ſin autem ſic in anguſtia perſeueret ſubiectum, vt in eo malum augeatur, tunc miſeria grauior iudicatur, non tam quia longius ſit tempus, quàm quia ingentior mali gradus acceſſerit. Felicitas autem ſumma certum quendam poſſidet terminum, ideſt gradum in bono ſummum. Item terminum ſemper habet eũdem, ſcilicet ipſum ſummum: neque maiorem videlicet neque minorẽ quàm primum, ſcilicet & quãdiu eſt felicitas: alioqui non eſt ſumma felicitas. Denique mali habitus eſt in tempore temporarioq́; ſubiecto, cui diuerſitas accidit: Felicitas autem in æuo ſubiectoq́; æterno, cui quidem ipſa (vt ita dixerim) identitas ſtatusq́; proprie cõuenit. Conuenit etiam parti rationali iam factæ felici ſtatus illic æternus: alioqui nec facta felix fuerit, nec ſecura viuet, ſi illinc ſe putauerit diſceſſuram.

QVid ergo, Miſer nõne longiore tempore ſit miſerior? Et alia quotcũq; moleſta, nonne tempore longiore maiorem afferunt calamitatem: uelut anguſtiæ moleſtiæq; diuturnæ, ac cætera generis eiuſdẽ? Quod ſi hæc ita tempore malũ augent, cur nõ & oppoſita augent quoq; felicitatẽ? Fortè uero circa moleſtias & anguſtias licet dicere, augmentum tẽpore fieri, ut in morbis: morbus enim efficit habitus, corpusq́; ipſum tẽpore magis inficit. Alioq; ſi maneret idẽ, neq; maius accideret detrimentũ: hic quoq; præſens ipſum ſemp̃ eſſet, quod moleſtũ: Niſi q̃s præteritũ annumerarit, reſpiciẽs uidelicet in id quod actũ eſt, atq; quod manet, adeo ut in habitu quoq; miſeri malũ in tẽpus p̃ductiꝰ augeat, adaucta uidelicet prauitate in eo quod p̃manet quatenus p̃manet. Quapropter miſeria maior nõ productiore tẽpore, imò uero maioris gradus adiũctione prouenire uidet. Plus aũt ipſum ſimul forſitan nõ exiſtit. Neq; omnino plus eſt dicẽdum, dum quod non eſt ei quod eſt ſimul annumeratur. Ipſa uero felicitatis natura certum quendam ſemperq́; eundem poſſidet terminum. Iam uero ſi & hic ex ipſa temporis longitudine profectus adueniat, adeo ut uirtute proficiendo felicitatẽ quoq; proficiatur, non diuturnam quaſi multos per annos dinumerantes probamus felicitatem: imò eam quæ magis tunc facta dicitur, quando magis exiſtit.

### Quæſtio VII.

CVm in tempore connumeremus præteritum & futurum vnà cum præſenti, atque ita plus temporis ſpatium appellemus, cur non ita in felicitate facimus? Cõcludit, Licere nobis in longitudine temporis non ens cum ente connumerare: ſiquidem ratio ipſa temporis in numero quodam fluxuq́; uerſatur. Numerantur autẽ etiam quæ non amplius ſunt, ſed quæ iam diu præterierunt. Item in omni fluxu ens quaſi cum non ente coniungitur: ſiquidem momentum præſens quod ens quodammodo dicitur, inter præteritum quod non eſt amplius, & futurum quod nondum eſt, medium incidit. Negat autem in ipſa felicitatis natura idem fieri. Siquidem ratio eius in vita præſenti & actu ſtabili æternitatis munus quodammodo iam cõſecuto conſiſtit. Alioqui ſi adhuc quodam motu temporeq́; diſcurrit, nondum eſt habitus abſolutus, nondum animus conſecutus eſt finem. Cum ergo felicitatis ratio præſens ipſum ſtatumq́; includat, nimirum computationem à ſe temporariam procul excludit. Iam vero cum æternitas ſit primæ eſſentiæ ipſiuſq́; entis vita, ſiue in prima mente ſit, ſiue iam alicuiuſque

communicata

communicata, nullo modo aliquid non entis admittit: temporalem itaque fluxum à ſe pror ſus expellit. In vita igitur æterna actus eſt vnus & ſtabilis: ſed in tempore ſiue penes animã ſiue deinde in corpore actus & multi ſunt, & fluxu quodam ſibi inuicem ſuccedentes. Sicut in medio circulo punctum eſt vnum atque ſtabile, à quo diuerſa ad circunferẽtiam per longitudinem linearem producuntur puncta mobilia, vbi videtur & vnum in plura diſperſum, & ſtatus iam progreſſus in motum. Summatim concludit, beatam vitam eſſe vitam optimã. Hanc vero eſſe vitam ipſius entis, ſiue (vt dixi) in communi mẽte per ſeipſam ſit, ſiue in ſua cuiuſque mente ſemper inde communicata, ſiue in facultate rationali, inde rurſus communicata quandoque. Et vbique æternam ſeruare conditionem, preſertim cum optimus vitę gradus, qui & finis rationem habet, non in motu amplius, ſed ſtatu ſit poſitus. Denique ipſum prę ſens æternitatis non eſſe idem quod & temporis præſens: Nam in tempore multa pręſentia indiuiduaq; momenta ſic ſe habent, vt aliud ſit extra aliud. In æternitate vero pręſens eſt vnicum, omnia preſentia temporis ſimul includens. Sicut & ſigna in circunferentia multa inter ſe diſtantia, vnicum vero in medio ſignum, cuncta linearum à circunferentia venientium ſigna concludit.

CAeterum, cur nam ſi præſens ſolum ſpectare oportet, neq; connumerare peracto, non in tempore quoque idem facimus? ſed præteritum præſenti connumerantes plus temporis ſpatium appellamus? Cur non igitur, quantum tempus eſt, tantam quoq; eſſe dicimus felicitatem? Forte enim ſecundum temporis ipſius diuiſiones beatitudinem partiri licet: nam ſi ſolo præſenti metiamur, indiuiduam faciemus. Forſan uero haud abſurdum fuerit numerare tempus etiam nondum exiſtens: Quippe cum eorum etiam quæ præteriere, neq; ſunt amplius, numerum computamus: ceu numerum defunctorum. Felicitatem uero iam præteritam nec amplius exiſtentem, ſiquis uelut præſentem præſenti plurem dixerit, aberrabit: Beatitudinẽ nanque contigiſſe cenſeret. Tempus autem longius ultra præſens nihil aliud, q̃ nondum eſſe, dicendum eſt. Omnino autem temporis interuallum productum lõgius diſperſionem alicuius unius, quod in præſenti eſt, quodammodo machinatur. Quapropter recte dicitur æternitatis imago, diſperſione ſua id quod in æternitate permanens eſt, diſperdere cupiens. Ideoq; ſi ab æternitate permanens ipſum tollatur, fiatq; temporis, protinus euaneſcet, quatenus uidelicet ſaluum, quatenus quodammodo in æternitate ſeruatur: euaneſcens uero, ſi totum fiat in tempore. Si ergo felicitas in uita bona conſiſtit, certe uita ipſa bona in uita exiſtentis ſiue entis ipſius eſt collocãda: hęc enim optima eſt. Non ergo tempore numeranda eſt, ſed ęternitate cenſenda. Id uero neq; plus eſt neq; minus, neq; longitudine quadam conſtat, ſed ſit eo quod & hoc ipſum & indiſtans & præter tempus exiſtit. Quamobrem neq; exiſtens non exiſtenti in unum decet coniungere, neq; æternitati tempus, neq; quod in tempore ſempiternum, æternitati: neq; quod indiſtans, in diſtantia protendere. Imò id omne ſiquando acceperis, totum accipiendum. Quando inquam acceperis non indiuiduum quiddam temporis proprium, ſed æternitatis uitam, non ex temporibus multis coaceruatam, ſed ab uniuerſo ſeculo ſimul totam.

*Quæſtiones reliquæ tres.*

QVæſtiones reliquę tres facile tum per ſe, tum per ſuperiores intelliguntur atque ſoluuntur. Ex omnibus tandem colligitur, vitam perfecte beatam, eſſe vitam non actionibus exterioribus occupatam, ſed in ipſa mente collectam. Non quidem ex multis intelligentiæ actibus, ſiue præteritis ſiue præſentibus congregatam, ſed incẽtam prorſus in vnũ, præſentem, ſtabilem propriæ mentis actum: actum inquam mente diuina formatum, perq; diuinam mentem ipſo ſuper mentem bono fruentem.

Quæſtio VII.

SIquis autem dixerit, præteritorum memoriam in præſenti manentẽ aliquid plus afferre ei uiro qui plus tẽporis in beatitudine uixit: interrogandus erit, quidnam de memoria ipſa ſignificet? Vel enim ſapientiæ memoria iam præteritę hic ſignificatur: quapropter ſapientiorẽ hunc appellaret, neq; ſeruaret propoſitũ: uel memoria uoluptatis: perinde ac ſi oblectationibus multis beatus indigeat, neq; præſenti gaudio ſit contentus. Præterea quidnã iocunditatis affert uoluptatis actæ memoria? ceu ſiquis ſe obſonium heri cũ uoluptate guſtaſſe meminerit. Ac ſi ante decennium, magis adhuc deridendus erit. Similiter quoq; ſi anno pręterito ſapientiam ſe habuiſſe meminerit.

Quæſtio IX.

SIn autem bonorum honeſtorum'ue ſit recordatio, cur non aliquid conferat? At iſtud hominis eſt bonis honeſtis'ue in præſenti carentis: atque propterea quod nunc minime habeat, quærentis eorum quæ præteriere memoriam.

Quæſtio X.

AT enim longum tempus multis præclariſq; actionibus præbet occaſionem. Qua quidem priuatus erit, qui felix breui tempore uixerit. Ad hæc utiq; dicendum eſt, omnino felicem non ob præclaras actiões atq; multas: alioqui quiſquis felicitatem ex multis tam temporibus quàm actiõibus dicat accumulandam, ex his quæ non amplius ſunt, ſed ex tranſactis atq; uno quodam præſente, felicitatem coaceruabit. Quamobrem in pręſenti quodã beatitudinem collocauimus. Deinde quæſiuimus, num idq uod magis dicitur, in quodam pluri conſiſtat: atq; ita maior quoq; contingat felicitas. Hoc ergo quærendum: nunquid temporis multi felicitas in eo duntaxat excellat, quod actionibus multis abundet. Primo quidem fieri poteſt, ut qui actionibus nullis incumbit, ſit beatus. Neq; minus quidem, imò uero magis eo, qui actionibus fuerit occupatus. Deinde actiones non ex ſeipſis bonum afferũt, ſed affectiones ipſę actiones efficiunt bonas. Iam uero ſapiens bono potitur etiam agens, nõ quia uidelicet agat: neq; ex his quæ accidunt, ſed ex eo quod poſſidet. Quandoquidẽ & ſalus patriæ poteſt uel à prauo aliquo peruenire: Ipſa quinetiam in patria ſeruanda iocunditas etiam aliud agente percipi poteſt. Itaq; nõ hoc eſt, quod felicis efficit uoluptatem: imò uero habitus ipſe & uoluptatem eiuſmodi parit, & præſtat felicitatem. Ac ſiquid contingit iocundum, per ſeipſam facit eiuſmodi. In actionibus autem externis felicitatẽ ponere, nihil aliud eſt, quàm in his quę extra uirtutem ſunt, & extra animam collocare. Ipſa enim propria animi actio conſiſtit in ſapientia, adeo ut in ſeipſo ſic agat: idq; eſt feliciter agere.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE PVLCHRITVDINE. ARGVMENTVM.

*A prima eſſentia,vita,mente, emanant influxus per omnia tanꝗ radij, voces,verba,per ſex gradus.*

INfluxus quidam ab ipſo ente per omnia paſſim entia manant: Sed qua ratione in ipſo eſſentia eſt,pręcipue per modum ſolaris radij profluunt: qua vero illic eſt vita,per modum ſoni & vocis erumpũt:qua denique ibidem eſt intellectus,in modum ſignificantis verbi feruntur. Et qua velut radij quidam ſunt, viſum mouere videntur:qua vel voces aut ſoni,pulſare aures:qua tanꝗ verba,potiſſimum animos prouocare. Vbique vero tanquam pulchra quædam ſiue pulchritudines aliquæ nobis occurrunt:nam ab ipſa pulchritudinis ipſius forma prouenit. Cum vero ipſam pulchritudinem nominamus per modum quidem formæ,ideſt tanquam formalem pulchritudinem ipſum ens proprie intelligi volumus: Sed per modum cauſæ,ideſt tanꝗ pulchritudinis ipſius cauſam,bonum ipſum volumus cogitari. Bonum nanque lucem ipſam ſiue fontem pulchritudinis emicantis & inde fluentis eſſe putamus: Pulchritudinem vero ſplendorem ab ipſa boni luce manantẽ,ideſt ipſum ens ab ipſo vno bonoq; dependens. Ab ipſo rurſus ente,ſicut dicebam, influxus per omnia velut radios,voces,verba,proficiſci non dubitamus. Influxus eiuſmodi primo quidem ſunt in ipſa diuinæ mentis idea: ſecundo,in qualibet inde mente ſuſcipiuntur,per vniuerſalem vero prouidentiam in ipſa mũdanæ animæ mente: tertio, in eiuſdem animæ ratione: quarto, in eius imaginatione præcipua: quinto,in imaginatione ſequẽte: ſexto,in vegetali virtute, quæ & vniuerſalis natura vocatur. Hactenus idealem quandam in ſe retinent rationem: hactenus enim viui ſunt & efficaces & fœcundi atq; ſempiterni. Sunt enim in hoc vltimo diuinorum gradu ſeminariæ rerum omnium rationes,quibus ipſæ rerum ſpecies propagantur. Cum enim prima vita primaq; omnium formalis ratio in ipſa prima eſſentia ſit eſſentiæ vniuſcuiuſq; principio,in quo principio & ratio & vita erat: merito quatenus influxus inde manantes vitam ſimul rationemq; formalem in ſe puram & integram efficacemq; conſeruant,eatenus eſſentiales,ideales,diuini cognominantur. Tantum vero munus etiam in natura,ideſt vegetali animæ virtute conſeruant: ideo in hoc ſexto die opera dei propria finem accipiunt. Subinde vero influxus illi materiam ſubiectam animæ pulſant: Sed cum neq; vltra progredi valeant, neq; in ea inſuper velut proxima nihilo, ipſam veræ eſſentiæ vitæq; retinere naturam, ex formis in imagines iam euadunt: imagines inquam veriſimiles verarum diuinarumq; formarum. Quæ quidem ſub genitali animæ ipſius natura in materiam prorſus agente,reſultant ab ipſa materia paſſim tanquam à ſpeculo per modum radij repercuſſæ, & tanquã à fornice reflexæ per modum vocis, & tanꝗ à planiori aliquo pariete per modum verbi redditę velut Echo. Huic autem infimo gradui formalis effluxus Luna fauere videtur generationis vltimæ domina: Rationibus autem ſeminarijs in natura vigentibus fouentibuſq; materiam, Venus: Eiſdem vero in imaginatione inferiori properantibus ad motum, Mars: Eiſdem rurſum in ſuperiori imaginatione regnantibus, Sol: Sed in ratione vigentibus, Mercurius: At in mente animæ dominantibus, Iupiter: In mente denique diuina quieſcentibus, Saturnus. In quo quidem ſeptimo gradu tanꝗ Saturni die mundi opifex conquieſcit,ideſt in ipſa idea ſibi penitus intima. Non enim hanc ad alia quę inde fiunt,ſed alia ad hanc refert velut exemplar.

*Ipſa pulchritudo formalis eſt ipſa mens, cuius illecebris admiſcetur admiratio,ius, diffuſio,uoluptas.*

Exemplar hoc quoniam omniformis formarum omnium ratio eſt,ideo forma ſpecieſq; orbis vniuerſa cenſetur. Et iccirco prima eſt pulchritudo formalis: vnde & pulchritudinẽ vbique tum formam,tum ſpeciem appellare ſolemus,pulchroſq; formoſos: cuius oppoſitũ deformitatem dicimus & deforme. Ex quo patet,materiam natura ſua prorſus informẽ,merito deformitatem ipſam eſſe cenſendam. Sed de hac aliàs. Ipſa vero pulchritudo formalis oritur quidẽ cũ eſſentia prima: adoleſcit autem,dum eſſentia prodit in vitam: adulta denique dicatur, vbi vita completur in mentem: nam per ipſum mentis actum eſſentialis vitæ perfecte formatur, ac forma omniformis euadit. Quamobrem in ipſo rerum ordine ibi plurimũ pulchritudinis eſt, vbi plurimũ eſt & mẽtis: ſiue natura quædã mẽtis adſit,ſiue artificiũ eius proprium,ſiue veſtigium aut indicium. Atque id omne illic vehementius mouet, vbi viuacius nobis occurrit. Vera enim pulchritudinis ipſius forma, eſt ipſa vita per actum mentis penitus abſoluta. Proprium vero pulchritudinis eſt allicere ſimul & rapere: vnde Grece καλὸν quaſi prouocans appellatur. Et quoniam pulchritudo intellectuale munus exiſtit, ideo ſolos allicit agnoſcentes: cognoſcentes inquam ſiue intellectuali aliqua ratione, ſiue viſu, ſiue auditu miniſtris plurimum rationis. Miſcetur autem illecebris pulchritudinis admiratio, vis quædam

Bonum.
Pulchritudo

Pulchritudinem & formam ... deformitatem.

Pulchritudinis formæ proprium. Καλὸν.

ſuperiorum. Oportet ergo pro viribus hanc illi prorſus accommodare, ita tamen, vt excellẽtiori admodum ratione illis inſit quàm in corporibus. Quo autem pacto cõmenſuratio quędam ibi ſit, ſcilicet in animo vel intellectu, facile aſſignari non poteſt. Et in animo quidem quomodo mores & ſcientiæ ſint commẽſurationes quædam ſiue proportiones, ſi Plotinum ſequimur, intelligere non valemus. Non enim coaceruari vult in animo ex figuris actibusq́; compluri mis habitus vnquàm aliquos, qui vel morum vel ſcientiarum habitus appellẽtur: ſed moralem quidem virtutis actum ſimplicem elucere, cum primum contingentium vitiorum nubes excutiuntur: formam quoque ſcientiæ ſimplicem, expulſis tandem falſis opinionibus, rutilare. Animam nanque quodammodo eſſe omnia: atque tunc potiſſimũ rem ipſam ſcire, quando argumentationibus excitata iam actu res ipſa fit, quæ erat & prius: ſed potentia quadam viq; fœcunda. Sed de his opportunius alibi diſputabitur.

# PLOTINI ENNEADIS I. LIBER VI.

## DE PVLCHRITVDINE.

*Pulchritudo eſt in his quæ uidentur, quæ audiuntur, quæ cogitantur: neq; eſt proportio.* Ca. I.

PVlchritudo eſt in aſpectu plurimũ. Eſt autẽ in auditu ſecundũ uerborum cõpoſitiones, muſicam quoq; omnẽ: nam cantus & numeroſi concentus pulchri ſunt. Præterea ſi à ſenſu ad id quod ſupra ſenſum eſt aſcendamus, inueniemus ſtudia quoq; & officia pulchra, & actiões, & habitus atq; ſcientias, uirtutumq; pulchritudinem. Vtrum uero & ſuper hæc ulla ſit pulchritudo, res ipſa procedentibus declarabit. Quid igitur eſt quod efficit, ut corpora pulchra uideantur: atq; auditus uoces approbet tanquam pulchras, & quæcunq; deinceps ad animam attinent: Quo nã igitur pacto pulchra hęc omnia fiunt? Nunquid una quadam atq; eadẽ pulchritudinis ratione pulchra ſunt omnia? aut aliud quiddam eſt pulchritudo in corpore, in alio uero aliud? Rurſus quæ nã hæc ſunt, ſi duo ſunt? Quid'ue id exiſtit, ſi eſt unum? Quædam enim proculdubio nõ ex ipſa ſubiectorum natura ſunt pulchra, uelut corpora, ſed participatione potius aliqua: quædam uero pulchritudines quædam ipſa ſunt, ut uirtutis ipſius natura. Corpora quidem eadem alias quidem pulchra, alias uero non pulchra uidentur: quaſi aliud ſit eſſe corpus, aliud eſſe pulchrum. Quid ergo id eſt potiſſimũ, quod pulchra corpora ſua præſentia facit? Imprimis enim id eſt nobis conſiderandum. Dic age, quid potiſſimum ſpectantium allicit oculos, conuertitq; ad ſeipſum atq; rapit, ſpectantemq; delectat? Si enim id inuenerimus, forſan quaſi ſcala ad cætera proſpicienda uti poterimus. Tradunt enim fermè omnes, commenſurationem quãdam partium & inuicem & ad totum unà cum coloris gratia, pulchritudinem pertinentem ad oculos procreare: atq; in eo pulchritudinem omnium eſſe ſitam, ut moderata commenſurataq; ſint. Sed apud eos qui id opinantur, nihil ſimplex, ſolum uero compoſitum neceſſario erit pulchrum: ipſumq; totum formoſum erit, partes uero ſingulæ nullam habebunt propriam pulchritudinem: ſolum uero quatenus ad totum conferunt, pulchra dicentur. Quamuis oporteat, ſi modo pulchrum eſt totum, partes quoq; eſſe formoſas. Non enim ex turpibus cõſtat pulchrum. Oportet autem partes omnes pulchritudinem accepiſſe. Colores inſuper pulchri, ſicut & ipſum ſolis lumen, cum ſimplicia ſint, neque ex commenſuratione habeant pulchritudinem, apud illos excluſa à pulchritudine

Cõmunem de pulchritudin[e] opinionem pluribus confu[tat]

chritudine relinquentur. Aurum quoq; quonam pacto illis erit pulchrum? Coruſcatioq; nocturna, ſiderumq; ſpectaculum? Similiter in uocibus, quod ſimplex fuerit, id erit à pulchritudine alienum: quamuis tonus quilibet in his cantibus qui ex toto pulchri ſunt, ſit ipſe pulcher. Proinde quando eâdẽ proportione manente facies eadem aliàs quidem pulchra, aliàs uero nõ pulchra uidetur: nonne aliud in eo quod commenſuratum eſt, pulchritudinẽ oportet dicere, commenſurationem uero aliud? Ipſumq; commenſuratum propter aliud eſſe pulchrum? Si autem illi ad ſtudia pulchra pulchroſq; ſermones ſe transferentes, menſuræ proportionem in his etiam in cauſa pulchritudinis aſſignauerint: quænã dicetur in ſtudiis pulchris, uel legibus, uel diſciplinis ſcientiis'ue commenſurata proportio? Quinetiam ſpeculationes ipſæ quonam pacto inuicem cõmenſuratæ dicentur? Quod ſiquis id ipſum aſſignet, quoniam uidelicet concordes ſunt: dicemus utiq;, malorum quoq; conſenſionem quandam eſſe atq; concordiam. Duo nanq; hæc inter ſe conueniunt ut fertur, uidelicet & temperantiam eſſe ſtoliditatem, atq; iuſtitiam eſſe inſcitiã generoſam. Pulchritudo itaq; animæ eſt uirtus omnis: atq; hæc ipſa ſpecies ſuperioribus eſt admodum uerior. At quonam pacto hic commenſuratio erit? neq; enim qualis in magnitudine, neque qualis in numero. Atqui cum plures ſint animæ partes, in quali nam ratione cõpoſitio uel temperatio partium uel ſpeculationum ſita erit? Deniq; pulchritudo intellectus ipſius uidelicet ſegregati ſoliuſq; ſecundum ſe, quidnam erit?

*Virtus animæ pulchritudo.*

*Pulchritudo in corporibus, eſt abſoluta perfectio gratiaq; formæ præcipue: quæ & materia formiſq; in ea alijs dominatur, & expeditam artis rationiſq; diuinæ uictoriam ſuper materiam refert, & ipſam perſpicue repræſentat ideam.* *Cap. II.*

*Pulchritudo in corporibus quid.*

CApur ſecũdum ſcrutatur, quid ipſa ſit in corporibus pulchritudo. Aſſeritq; eſſe aliquid primo aſpectu prompte ſe offerens. Cum enim pulchritudo & in mũdo intelligibili formarum intelligibilium forma ſit, & in corpore ſimiliter ſit forma formarum, merito & illic intellectum, & hic viſum primo & promptiſſime mouet: quod Plato teſtatur in Phædro. Subdit Plotinus, animum vehementer & reſpuere turpe, & aſciſcere pulchrum: Nec iniuria. Turpitudo enim eſt tetra quædã mali facies: Pulchritudo vero facies blanda boni. Præterea rationalis aĩa proxime pẽdet ex mẽte diuina, & pulchritudinis ideã ſibi illinc impreſſam ſeruat intus: Cui quidem congruit, tanquàm ſibi patriã cognatũ libẽter amplectitur. Cõgruit autem ea in corporibus forma, quæ ad ipſam ideæ normam examuſſim compoſita eſt, dum ratio ſeminalis, quæ in natura eſt corporum formatrice, materiæ plurimum dominat̃, formãq; in ea reddit materialem quidem minime, maxime vero formalem. Profecto quemadmodum accipimus ex Timæo, Intellectus ipſe diuinus pater eſt formarum, materia mater. Sed ratio fomeſq; formarum in natura vigens, rite paternum ſemen & efficax nominari poteſt: Formæ vero inde genita, proles. Formoſitas autem nihil aliud eſt, quàm ipſa prolis huius indoles, expreſſius referẽs patris effigiem: Deformitas contrà, cum deficientis formæ diſſimilitudo quędam ad patris formam, cum ipſa materia defectus huius origo: præſertim quando caſu quodam impediente ſubiectum à ratione formante minime ſuperatur, id eſt, formãtis actum vel non ſuſtinet, vel ineptiſſime ſuſcipit. Proinde in quolibet elemento etſi formæ accidentales ſunt multæ, vna tamen eſt forma ſubſtantialis atque præcipua. Similiter in rebus mixtis, ceu lapidibus atque metallis, ſi plures formæ ſubſtantiales ſint virtute, vna tamen principalis actu eſt atque communis. Sic in plantis & animalibus, ſi multæ in ſingulis formæ ſubſtãtiales ſint actu quodam, vna tamen eſt actu præcipuo pluribus imperans. Vbique vero formoſitas eſt abſoluta quædam perfectio ſiue gratia, & quaſi flos quidam ipſius formæ præcipue formis alijs dominantis. Eſt itaque diuinum & imperioſum aliquid: quia & imperium regnãtis formę ſignificat, & artis rationiſq; diuinę victoriam refert ſuper materiam, & ipſam perſpicue repræſentat ideam.

*Formoſitas.*

*Pulchritudo in corporibus eſt flos formæ materiam ſuperantis, propter imperium idealis rationis ſupe*

*nis ſuper materiam.*

CAP. II.

Repetamus iterum à principio quærẽtes, quid nam ſit ipſa in corporibus pulchritudo? Principio quidem eſt quiddam primo intuitu ſenſui ſe patefaciens: idq; animus apprehendens familiariterq; agnoſcens ſuſcipit, & quaſi accommodatiſſimum approbat & amplectitur. At uero in turpe incidens, ſeſe recipit, & uelut abhorrens ob diſcordiam reſpuit ut alienum. Exiſtens nimirum anima id quod naturaliter eſt, ac prope & ſecundum eſſentiam in rerum ordine prçſtantiſſimam, quandocunq; aſpexerit cognatum quiddam, cognatiq; ueſtigium, congratulatur & ſtupet, refertq; in ſeipſam, ſuiq; recordatur atq; ſuorum. Quæ nam igitur ſimilitudo his quæ apud nos pulchra uidentur, ad illa quæ ſuper nos ſunt pulchra? Etenim ſiqua ſimilitudo eſt, ſimilia quidem ſint. At quo nam pacto pulchra ſimul & hæc & illa? Participatione utiq; ſpeciei noſtra hæc dicimus eſſe pulchra. Omne nanq; informe aptum natura ad formam ac ſpeciem capiendam, quatenus rationis & ſpeciei eſt expers, turpe eſt, atq; à diuina ratione ſemotum: idq; omnino turpe eſt, quod omnino ſemotum. Turpe quinetiam quod à forma rationeq; minime ſuperatur, materia uidelicet formationem integram minime ſuſtinente. Accedens itaq; ſpecies, id quod ex multis partibus unum eſt compoſitione futurum, ſimul ordinat, conciliatq; inuicem, atq; ipſa conſenſione cõficit unum, quandoquidem & ipſa erat unum, ideoq; unum oportuit eſſe formatum, quatenus quod ex multis componitur, unum effici poteſt. Fundatur ergo pulchritudo in ipſo, quando in unum fuerit iam redactum, atq; ſeipſam partibus totiſq; impertit. At quando ſpecies unum quiddam ſimilibuſq; partibus conſtitutum nanciſcitur, ſe ipſam & idem tradit in totum. Aliquando enim exempli gratia, toti ſe ædificio ſimul partibuſq; communicat, aliquando uero unico lapidi. Et tunc quidem id arte fit, aliàs uero fit natura. Hac itaq; ratione formoſum corpus efficitur, communione uidelicet rationis à diuinis deſuper uenientis.

*Pulchritudo in corporibus eſt expreßior ideæ ſimilitudo: ac ſi ſubtrahatur materia, eſt ipſa idea. Item pulchritudinem cuiuslibet ſpeciei iudicat ab animo p inſitã ſibi formulã ipſius ideæ, ad quã eſt ſpecies inſtituta.* III.

Quis nam pulcher homo? aut leo pulcher? aut pulcher equus? Certè qui pręcipue ita formatus, ita natus eſt, vt & diuina mens inſtituit per ipſius ideam, & natura inde vniuerſalis ſeminaria virtute concepit. Iam vero illius ideæ formulam anima noſtra in mente habet ingenitam: Habet & in natura propria ſeminalem ſimiliter rationem. Igitur naturali quodam iudicio de homine, vel leone, vel equo, cęteriſq; iudicare ſolet. Hunc quidem pulchrum, non eſſe illum vero pulchrum: quia videlicet hic prorſus à formula & ratione diſſentit, ille vero conſentit. Atque inter pulchros, hunc illo pulchriorem eſſe: quia hic cum formula rationeq; magis quàm ille conſentit. Et profecto cum naturale ſubitumq; de his iudicium nequeat commodius expediri quàm per formulas rationeſq; nobis innatas, probabile eſt, diuinam prouidentiam omnia quàm optime diſponentem eiuſmodi nobis ab initio quaſi characteres impreſſiſſe. Dum vero de pulchritudine iudicamus, id præ cæteris pulcherrimum approbamus, quod animatum eſt atque rationale atque ita formatum, vt & per animum ſatisfaciat formulæ pulchritudinis quam habemus in mente & per corpus rationi pulchritudinis ſeminali reſpondeat, quam in natura ſecundaq; anima poſſidemus. Forma vero in corpore formoſo ita ſuæ ſimilis eſt ideæ, ſicut & figura ædificij in materia ſimilis exemplari in architecti mente: & oratio in voce, orationi quæ eſt in animo ſimilis. Itaque ſi homini materiam quidẽ detraxeris, formã vero reliqueris, hęc ipſa quæ tibi reliqua eſt forma, illa ipſa eſt idea, ad quam eſt homo formatus. Sicut ſi vel ædificio materiam ſuam ſuſtuleris, interim figura relicta: Vel ſi orationi aerem iſtũ fractũ dempſeris, ſignificatione ſeruata, certe & ibi figura reſtãs

nihil aliud eſt, q̃ exẽplar ipſum in architecto cõſiſtens: & hic conſeruata ſignificatio nihil aliud, q̃ loquẽtis ipſius excogitatio. Vnde qui ſignificationẽ eiuſmodi colligit, mẽtẽ loquẽtis habere dicitur, atque commentari. Itaque & nos debemus in rebus pulchris materiam quidem poſthabere, formas vero ſeligentes & ordinem, ideas in his rerum auſpicari, & artem mentemq́; commentari diuinam. Exiſtimat autem pulchritudinem corporis ex formis compoſiti in eo conſiſtere, vt & ſingulæ in eo formæ informitatem materię ſuperent, & forma communis omnino formas ſingulas antecellat. Corporis vero ſimplicis pulchritudinem, in quo vnica ſubſtantialis forma eſt actu, vt auri vel argenti ſimiliumq́;, in maxima luminis portione ſitam eſſe. Lumen profecto eſſe vult ignis, ideſt cęli formam quæ ſic imago quædam uitæ cęli, adeo ut quod in cæleſti uita intellectuale ineſt, ſic in cęleſti corpore luminoſum. Item lumen ſub luna, eſſe formæ ideſt luminis cæleſtis actum, & ( ut ita loquar ) imaginem. Vnde patet quãta ſit cæli uirtus, cum formę ipſius imago res omnes apud nos efficiat & conſeruet. Ignẽ quoque ſub luna eſſe igneum vel ignium corpus potius, quàm purum ignem exiſtimat. Veruntamẽ quia cęlo ſimilius eſt, exiſtere lucidum, & quaſi formam corporum aliorum, incorporeisq́; propinquum, ideoq́; pulcherrimum, eiusq́; participatione cætera pulcherrima fieri, pręſertim quæ lumen inde reportant. Talia vero ſunt, quæ vel minimum terræ habent, vel naturam maxime tẽperatam. Quod enim vel maxime terreum eſt, vel minime temperatum, quaſi à cęlo longe diuerſum, ineptiſſimum eſt ad lumen lucidumq́; colorem quaſi cęleſte aliquid capiẽdum. Quod autem in corporibus quæ pulchra videntur dictum eſt, ſimiliter ſe habet in his quæ audiuntur: vt pulchra, ſiue ſit vna vox, ſiue grata quædam compoſitio vocũ. Et ſicut formæ viſibilis pulchritudo ab ideali & ſeminaria ipſius ratione procedit, ſic vocis cõcentusq́; pulchritudo tum ab ipſo ſpiritu, tum ab harmonica mentis conceptione perficitur. Et vbique formoſitas eſt, imperium formæ ſuper ſubiectum: formaq́; corporea, à forma incorporea proficiſcitur.

*Corporis cõpoſitiæq; ſimplicis pulchritudo in quo cõſiſtat.*

*…men cœli ignis forma.*

*Animus per innatam ſibi formulam pulchritudinis agnoſcit pulchritudinem in corporibus: Quæ foret ipſa idea ſi auferretur materia. Ac ſiue ſit in ſimplici ſiue compoſito corpore, prouenit ex uictoria diuinæ artis in materiam.* Cap. III.

COgnoſcit autem ipſam uis quædam ad eam inſtituta, qua nihil ualidius ad propria iudicanda, quando & alia anima in iudicando concurrit. Forſan uero & hæc ipſa dicit, uidelicet ſpeciei quę penes ipſam eſt accommodans, eaq́; freta ad iudicãdum, quemadmodum ad recti iudicium regula uti ſolẽt. At quonam pacto quod in corpore eſt, ei quod ſuper corpus eſt congruit? Dic age & quomodo extrinſecũ ædificium ædificii formæ, quæ in mente eſt, architectus accommodans pulchrum eſſe iudicat? forſan quia ſi lapides tollas è medio, ædificiũ quod erat extrinſecum, nihil aliud eſt quàm intrinſeca forma, diuiſa quidem per externam materiæ molem: indiuidua uero exiſtens, etſi apparet in multis. Quando igitur & ſenſus ſpeciem, quæ eſt in corporibus aſpicit colligantem ſuperantemq́; contrariam naturam quæ eſt informis, atq; formã decenter in formis aliis emicantem, tunc congregans ſimul totam, quæ paſſim diſperſa uidebatur, refert ad ſe, atq; ad formam quæ intus eſt impartibilem introducit, redditq́; intimæ formæ conſonam & congruam & amicam. Quemadmodũ probo uiro uirtutis indoles apparens in iuuene iocunda cõtingit, propterea quod ueræ uirtuti quæ intus eſt cõſonat. Pulchritudo uero coloris ſimplex prouenit ubi formatur ſuperaturq́; quod eſt in materia tenebroſum præſentia luminis: quod quidem incorporeum & ratio quædam eſt & ſpecies. Quapropter & ignis ipſe præter cętera corpora pulcher, quoniam ſi cum elementis aliis conferatur, ſpeciei obtinet ordinem. Nempe & cæteris eminentior eſt, & omnium ſubtiliſſimus: quaſi incorporeę iam naturæ propinquus. Atqui ſolus ipſe non ſuſcipit alia, cum tamen ipſũ alia capiant. Caleſiunt nãq; alia,

*Ignis præſtantia.*

*…olus ignis alia elemẽta nõ ſuſcipit, cum tñ ipſum alia capiat.*

[illegible] ipſe uero nō ſuſcipit frigus. Pręterea colorem ipſe primus habet, cætera [illegible] ab hoc ſpeciem coloris accipiunt. Emicat igitur atq; fulget quaſi ſit ſpeciem. Quando uero ſubiectum nō ſuperatur, uelut luminis exigui particeps, illud ultra prouenit pulchrum, utpote quod coloris ſpeciem non accipit totum. Proinde harmonias quæ ſunt in uocibus, aliæ quæ latent in anima faciunt, & ad ſenſum uſq; producunt: atq; ita faciunt, ut anima percipiat pulchritudinem, idem in alio demonſtrantes. Competit uero harmoniis quæ ſentiuntur, ut numeris menſurentur, non in omni ratione numeri ſeu uocis, ſed in ea duntaxat, quæ ad effectiōem ſpeciei uictoriamq; eius obtemperat. Sed [illegible] de pulchris quæ ſunt in ſenſū ſit dictum, quæ tanquā imagines um[illegible] in materiam effluentes ipſam exornauerunt, ammirationemq; ſui occurrentes ſenſibus concitant.

*Pulchritudo quæ uidetur, mentis pulchritudinem repræſentat: pulchritudo quæ auditur, refert animæ pulchritudinem. Itē nemo de mētis & animæ pulchritudine loqui aut debet aut poteſt, niſi eā ipſe poßideat.* IIII.

Duplex pulchritudo eſt, incorporea ſcilicet & corporea. Et quemadmodum corporea rurſum eſt duplex, altera quidem in his quæ uidentur, altera vero in his quæ audiuntur: ſic & incorporea duplex, altera in intellectu, altera eſt in anima. Intellectualis lucis pulchritudo præcipue ab ea quæ uidetur in lumine velut imagine nobis repræſentatur: Pulchritudo rurſus animę in harmonia quodammodo conſtitutę, ab illa quæ auditur, harmonica pulchritudine tanquàm imagine rite refertur. Omnino vero quemadmodum nemo de corporea pulchritudine loqui poteſt, niſi eam ſenſu cognouerit: ſic neque de incorporea, niſi eam perceperit animo. Sed corpoream cogniturus, extra ſe fertur: percepturus autē incorpoream, [illegible] referatur oportet. Reuocatus autem ad ſe, non percipiet eam, niſi poſſideat. [illegible] pulcher & intellectu & anima, priuſquàm de incorporea pulchritudine audeas diſputare. Memento, ſi delectaris ſenſibili pulchritudine, quę inſenſibilis pulchritudinis eſt imago, [illegible] percepturum te voluptatem, quando ipſam animi mentiſq; pulchritudinem [illegible] cognoueris, imò quando poſſederis. *Pulchritudo duplex.*

*Oportet animum fieri pulchrum, ſi intellectualem ſit pulchritudinem cogniturus. Quæ tanto magiſ [illegible] delectat, quàm corporea pulchritudo, quanto & forma illa hac perfectior eſt, & intellectus perſpicacior ſenſu, & poßeßio nobis interior.* CAP. IIII.

At uero pulchra quæ his ſuperiora ſunt, oculiſq; minime patēt, ſed animus ipſe abſq; inſtrumentis cernit atque pronuntiat, aſcenſu quodam contēplari debemus, ſenſum in infimo relinquentes. Quemadmodum uero pulchra quæ ſenſibus offeruntur uerbis exprimere non potuiſſemus, niſi uidiſſemus aliquando, & tanquā pulchra percepiſſemus. Quo quidem munere orbati ſunt, qui cæci naſcuntur. Sic neq; de officiorum & ſcientiarum cæterorumq; eiuſdem generis pulchritudine poſſumus eloqui, niſi hęc ipſa poſſideamus. Similiter neq; de fulgore uirtutis, niſi quodammodo excogitauerimus, quàm pulcher ſit iuſtitiæ & temperantiæ uultus, qua'ue ratione neq; heſperus neq; lucifer adeo ſpecioſus. Quinimmo eo duntaxat hęc oportet uidere, quo animus ipſe talia intuetur. Præterea uidentes admodum oblectari & affici uehemēter, multoq; magis quàm corpoream pulchritudinem admirari, utpote qui uera iam attingamus. Tales inquam affectus oportet circa pulchrum quodlibet excitari, admirationem uidelicet ſtuporemq; ſuauem, deſiderium quoq; atq; amorem, concitationemq; iocundam. Eiuſmodi quædam etiam circa ea quæ nō uidentur animæ patiuntur. Omnes quidem (ut ita dicam) magis autem quæ

ſunt ad illorum amorem propenſiores. Sicut & circa corporis pulchritudinem accidit: Omnes enim æque uident, non tamen incitantur æque, ſed maxime omnium amatores.

*Materia deformitatem quidem habet naturalem, formoſitatem uero peregrinam: ſed animæ turpitudinẽ quidem aduentitiam, pulchritudinem uero natiuam. Item pulchritudo diuinæ mentis eſt ut lumen: pulchritudo mentis humanæ, ſcilicet in uirtute intellectuali, eſt ut color aliquis lucidiſſimus: pulchritudo animæ, ſcilicet in uirtute morali, eſt quaſi figura.* Cap. V.

CVm pulchritudo, ideſt formoſitas ſit flos ipſe & vigor & gratia formę, certe materia ſicut eſt informitas ipſa, ſic eſt & ipſa deformitas. Huic ergo deformitas quidem eſt naturalis: pulchritudo uero fit peregrina, quatenus materia formam accipit aliũde: ſed animæ contrà pulchritudo quidem natiua eſt, quoniã ſuapte natura eſt vera forma, ideſt actus aliquis in ſe conſiſtens: nam reliquę formę ſub anima, formationes quędã potius ſunt quàm formę, ideſt actiones animę in materiam, ac viciſſim materię paſſiones. Animę igitur formoſitas quidem eſt naturalis, deformitas aduentitia. Sicut enim materia dum formale nonnihil mutuatur ab anima, fieri formoſa videtur: ita viciſſim anima dum informe aliquid accipit à materia, fit deformis. Accipit autem quatenus & affectu corpori cedit, & cognitione concedit. Non ergo noui muneris comparatione quadam animus euadit pulcher, ſed purgatione ſola qua in priſtinam reſtituatur naturam, in qua ſua ipſum formauit idea intellectusq; diuinus: cuius quidem pulchritudo eſt quaſi lumẽ: intellectus vero noſtri pulchritudo inde manans, intellectualis virtus cognominata, eſt quaſi color aliquis lucidiſſimus: ſed pulchritudo moralis hinc & inde profecta, eſt quaſi figura.

*Pulchritudo in animo naturalis tunc nobis effulget, cum primum aduentitiam deformitatem, ideſt affectus ad materiam ſeperauerimus.* CAP. V.

CAeterum circa amatorios affectus qui ſuper ſenſum aſſurgũt, ſciſcitari licet hunc in modum. Agite quid nam patimini circa decora ſtudia & officia, & modos honeſtos temperatosq; mores, & omnino erga uirtutis opera affectionesq; & habitus & pulchritudinem animorum: Quid inquam patimini quando uos intus intuemini pulchros: Et quo pacto (ut ita dixerim) debacchamini atq; concitamini: Affectatisq; uobiſcũ congredi, uos ipſos ſeorſum à corporibus colligentes: Afficiuntur enim ſic amatores ueri. At uero quidnam eſt id, erga quod ita prorſus afficiuntur: Non eſt figura, non color, nõ magnitudo, ſed erga animum ipſum coloris omnis expertem, ſimiliterq; temperantiam poſſidentem à colore ſemotam, reliquumq; uirtutum ſplendorem, quoties uel in uobiſmet intuemini, uel in alio contemplamini animi amplitudinem, & iuſtum morem puramq; temperantiam. Praterea fortitudinem generoſo uultu uerendam. Pudicitiam deniq; honeſtatemq; uenerabilem, habitu quodam intrepido & tranquillo ſerenoq; incedentem, atq; hæc diuinam mentẽ deſuper colluſtrantem. Hæc igitur amantes, qua nam ratione pulchra eſſe dicimus: Sũt enim atq; apparent: neq; qui aſpicit unquam aliud eſſe dicet, quàm uere exiſtentia hęc eſſe. Sed quid nam uere exiſtentia: Forte pulchra. At enim adhuc deſiderat ratio ſcire, quid nam hęc exiſtentia, ut anima amabilis ſit, efficiunt. Quid in uirtutibus cunctis decorum quaſi lumen. Vis'ne contraria ſumentes, quę uidelicet in anima turpia ſunt, contra conferre: Forte enim ſi cognouerimus quid & qua de cauſa turpe ſit, ad id quod querimus conferet. Eſto itaq; turpis anima, quæ intemperans eſt atq; iniuſta, cupiditatibus multis abundans & perturbatione quàmplurima, ob timiditatem uexata timoribus, ob animi ipſius anguſtiã auaritiamq; laborans inuidia, nihil unquàm

niſi

niſi mortale abiectumq; cogitans, obliqua ſemper animo uerſans, impuris uoluptatibus mancipata, uitam ages ei propriam, quodcunq; id ſit quod ipſa per corpus patitur, turpitudinem per ipſum ſubiens quaſi iocundam. Atqui hanc ipſam turpitudinem nonne animæ ſub aduentitiæ pulchritudinis prætextu tanquam aduentitium malum dicemus accidere? Quæ quidem graui cum detrimento eam reddit impuram, multæq; prauitati permixtam: neq; uitæ ulterius, neq; ſenſus puritate præditam, ſed permixtione mali uita exigua iam utentem, plurima confectam morte, haud amplius quæ ſunt uidenda uidentẽ, neq; permiſſam amplius habitare ſecum, propterea quòd ad externa ſemper & infima obſcuraq; rapiatur. Impura profecto ſic euadens, paſſim'que ab iis raptata, quæ ſenſibus incidunt, plena uidelicet corporis labe. Nempe cum materiæ plurimum ſe dediderit, materialemq; naturam in ſe contraxerit, nimirum ob eiuſmodi commiſtionem in deterius prolabentẽ, iam fermè ſpeciem ſuam in ſpeciem alteram commutauit: perinde ac ſiquis limo cœnoq; prouolutus, haud ulterius priorem præferat pulchritudinem: id uero uideatur eſſe, quod à limo in ſeipſum cœnoq; cõtraxit. Huic ſanè turpitudo acceſſiõe quadam alienæ naturæ accidiſſe uidetur. Quòd ſi priorem recipere cupiat pulchritudinẽ, operæpretium erit infecta diluere, ipſaq; purgatione rurſum eſſe quod erat. Quamobrem ſi animam miſtione, confuſione, commercio cum corpore atq; materia turpem dicemus euadere, recte (ut arbitror) aſſeremus. Eſt enim hæc animæ turpitudo, ſcilicet non eſſe puram atq; ſynceram. Quemadmodum & auro accidit turpitudo, ſi glebis terreis offundatur: quas ſiquis excuſſerit, purum ſubito reſtat aurum, idq; iam pulchrum, cum ab alienis fuerit ſegregatum, ſua uidelicet ad pulchritudinẽ puritate contetum. Eadem ratione animus ab his cupiditatibus ſegregatus, quas nimio corporis cõmercio in ſe concepit, à cæteriſq; perturbationibus liberatus, deletis iam maculis, quas corporea familiaritas prius inuſſerat, atq; ita ſolus ſibi relictus, proculdubio turpitudinem omnem ab aliena natura prorſus imbibitam expurgauit.

*Animæ turpitudo.*

*Virtus & pulchritudo in animo eſt naturalis, atq; eſt ipſa ſua puritas animo reſtituta, ſic illico & pulchritudine diuinæ mentis effulgens, & ipſo bono feliciſſime fruens. Item prima forma, prima mens, primum ens, eſt idem.* Cap. VI.

ANtiquum oraculum & à Platone in Phedone, & à Plotino hic adductum, tradit virtutem omnem tam intellectualem quàm moralem eſſe purificationem quandam atque puritatem. Quod de pulchritudine quoque ſub virtutis nomine dictum puta. Quaſi virtus pulchritudoq; animo ſit natiua: turpitudo vero & prauitas, peregrina. Animus itaq; à corporeis ſordibus expurgatus, nonſolum pulcher fit, ſed etiam pulchritudo, ideſt forma per ſe exiſtens, idealiſq; ratio quędam & diuini vultus expreſſio: quando videlicet ex animo rationali intellectualis & intellectus euadit. Prima nanque formoſitas eſt ſecundum formã, vbi eſt prima forma: forma vero prima, eſt intellectus. Forma enim prima vniformis eſſe debet atque omniformis, & reliquarum origo formarum. Sicut materia prima eſt prorſus informis receptaculumq; formarum. Talis autem ſolum intellectus primus eſſe poteſt, qui etiam eſt ens ipſum primum. Si enim vbique fit eſſe per formam, certe ens primum cum prima forma conſpirat. Præterea ſicut in materia naturale malum cum naturali deformitate cõcurrit, ſic in primo ente, in prima mente, natiuum bonum, ideſt boniforme cum natiua formoſitatẽ congreditur. At ſuper ens & mentem ipſum bonum ſiquando ipſa pulchritudo dicitur, tanq̃ fons pulchritudinis intelligitur, ex quo intellectus tanquàm prima forma pulchritudinis effluit: Sed ab intellectu anima velut prima pulchritudinis participatio naſcitur: cætera vero

dammodo etiam vniuerſalis eſt,ſed conditione quadam particulari. Aut enim rebus omnibus munera dant,ſed munera quædam:aut dant quidem omnia,ſed quibuſdam. In dæmonibus autem prouidentia & particularis eſt,& conditione rurſum particulari: Nam & certa quædam munera tantum & certis quibuſdam rerum generibus regionibusq; diſtribuunt: neque ſicut dij ſunt ab omni paſſione vel ſolicitudine vel affectu penitus ſegregati: nam ad hęc ipſa quę curant,quodammodo declinare videntur. Adde pręterea,quòd vnumquenque deorum,ſiue cęleſtium ſiue ſubcęleſtium,dęmones multi ſequuntur vt decem. Sed quo nam pacto qui natura inuiſibiles ſunt, videntur? Non enim puto deum aut dęmonem,vt à tuis oculis comprehendatur,tenue nimium rarumq; corpus ſuum neceſſario in anguſtius aliquando cogere,ſicq; oculorum tuorum radios ad te reflectere,aut ſaltem ita quodammodo terminare. Non enim paſſione ſua interueniente à te perſpici volunt: ſed forſan præpotenti quadam virtute mouendi viſuales oculi tui radios ad te repellere, vel in ſe terminare,atq; ita tibi ſe notos efficere. Sed de viſu ex mente Plotini alibi diſputabimus. Potes & tu aliter eos cernere non extimo quidem viſu,ſed intimo quodam atq; cæleſti: ſiquando ad hunc ipſum vndiq; te collegeris. Quæ vero differentiæ ſint inter deorum dæmonumq; formas, ſiue æthereæ ſint vtræque,ſiue igneæ ſint vel aereę, Iamblichus ex mente Aegyptiorũ ſic breuiter aperit: Species quidem dei cuiuslibet ſimplex figura modoq; nobis offertur, dæmonis vero multiplex. Dei rurſus ſpecies mutabilis, dæmonis autem cita varietate mutabilis. Item dei forma veneranda ſimul atque propitia prorſus'que benigna: dæmonis non reuerenda ſolum, ſed verenda. Prętærea diuinum ſpectaculum mundum ſubito totum implere videtur: dęmonicum certo loco ſe monſtrat. Rurſus diuina (vt ita dixerim) coruſcatio ictu etiam intelligentię velocior eſt,agitq; celerius: dęmonica velox quidem,ſed mentis velocitatem non ſatis exuperat. Denique quãta vel qualis vel cuiuſmodi forma pulchritudoq; dæmonis tibi occurrerit, quodammodo exprimere potes,dei vero nequaq̃. Quàm vero venerãda,quàm gratioſa ſit vtraque, Plotinus ipſe, q̃uis non explicet,tamen quandoque etiam ipſo ſenſu percepit: quod quidem Porphyrius qui forte interfuit,in Plotini vita teſtatur. Librum denique totum ita concludit. Sicut oculus vt ſolem videat,debet eſſe fieriq; ſolaris: ſic tu vt ipſam ſuſcipias pulchritudinem, quæ diuinus ipſe intellectus exiſtit, dimitte materiam, dimitte ſenſum, dimitte rurſus & rationem. Intellectualis eſto: atque intellectus primo tuus, deinde diuinus. Tunc demum ſicut oculus aquilinus in cęlum volando ſublatus, ſplendorem ſolarem atque cæleſtem penes ſolis lucem intimam circunfuſum, velut vnam cum ipſa luce ſimul pulchritudinẽ contuebitur: ſic & ipſe per intellectum tuum ad diuinum intellectum iam progreſſus, mira prorſus idearum ſerie coruſcantem, atque ex paterna boni ipſius luce manãtem primo quidem aſpectu, intellectualem ſplendorem paternę luci continuum, velut vnum idemq; conſpicies. Mox vero lucem quidem animaduertens eſſe penitus vniformem, ſplendorem vero quodãmodo multiformem. Item lucem quidem effundere, ſplendorem vero effundi: profecto diſcernes (vt Platonice loquar) ipſam mentem, formam ipſam pulchritudinis eſſe, ipſum vero bonum mentiſq; patrem eſſe pulchritudinis genitorem. Sic & in patre filium admiraberis, & patrem amabis in filio, mutuoq; vtriuſque amore gaudebis.

*Inter deorũ dæmonumq; formas quid interſit.*

*Animus affectibus ad materiam quaſi nubibus procul expulſis ad intellectualis pulchritudinis lucẽ extemplo conuertitur: atq; ea ibi voluptate perfunditur, quã exprimere nequeas. Tum vero in hac luce reperit ipſum bonum, eoq; illic impletur gaudio, quod etiam nequeas intelligere.* CAP. VII.

AScendendum itaq; rurſus ad ipſum bonum, quod anima omnis appetit. Siquis aũt nouit ipſum, nouit, quod dico, quo pacto ſit pulchrum. Appetibile quidem eſt tanquàm bonum, ad idq; appetitio tendit. Sequuntur autem ipſum qui ad ſuperiora conſcendunt, conuertunturq; ad ipſum quatenus exuunt quæ induerant deſcendendo. Quemadmodum qui in ſancta ſanctorũ penetrant, purgantur prius exuuntq; ueſtes, nudiq; procedunt, quouſq; progrediens aliquis dimiſſis omnibus alienis à deo, ſeipſo tantum diuinum ipſum inſpiciat ſolum, ſyncerum & ſimplex atq; purum, à quo cuncta dependent, ad quod reſpiciunt, & ſunt & uiuunt atq; intelligunt. Cauſa enim eſt uitæ & mentis atq; eſſendi. Id igitur quiſquis uidet, quanto pròh Iupiter ardet amore, quanto deſiderio flagrat in unum congredi uehementer affectans: Quàm mirabiliter uolupta-

tem cum ſtupore commiſcet. Sic profectò natura comparatum eſt, ut qui nondum uidet ipſum, appetat tanquàm bonum. Qui uero iam uidet, oble-ctetur uelut pulchro, ammirationeq; cum uoluptate pariter impleatur, ſalutari quodā ſtupore pulſetur, uero ſummoq; afficiatur amore: acres affectus aliosq; amores irrideat: quæ prius habebantur pulchra, contēnat. Quod quidem fermè his quoq; contingit, qui cum obuias habuerint deorum uel dæmonum formas, cæterorum deinde corporum formas nihilipendūt. Quidnam igitur acturum putamus eum, qui pulchrum ipſum fuerit contemplatus? Ipſum inquam in ſeipſo purum, neq; carnibus neq; alio corpore prægrauatum, neq; terra neq; cælo comprehenſum, ut uidelicet exiſtat purum. Etenim aductitia ſunt hæc omnia atq; miſta: ideoq; nec prima, ſed ab ipſo procedūt. Siquis ergo illud quod præbet quidem omnibus munera, manetq; interim in ſeipſo dum tradit, nec quicquàm ab alio recipit, quādoq; intueatur, in eius intuitu permanens, adeoq; fruatur ut ſimilis ipſi fiat, quo nā pulchro ulterius indigebit? Id nanq; cum præcipua primaq; ipſa ſit pulchritudo, amatores ſuos pulchros efficit & amabiles. Vbi profectò maximū extremumq; animabus propoſitum eſt certamen: Cuius gratia prorſus elaborandum, ne forte relinquamur optimæ contemplationis expertes. Quam quiſquis aſſequitur, euadit felici uiſione beatus. Contrà uero qui non conſequitur, eſt infelix. Non enim miſer eſt qui colores pulchros & formoſa corpora nō conſequitur: neq; qui à potentia & principatu regnoq; excidit: ſed qui huius ſolius caret poſſeſſione. Pro qua certe ſola regna imperiaq; terræ totius & maris atq; cœli oportet abiicere, ſi relictis his omnibus atq; ſpretis, ad ipſum quis conuerſus intueatur.

*Animi pater quidem eſt intellectus ipſe diuinus: Patria uero, intellectus illius pulchritudo, miraq; ſeries idearum: ad quam redit, cum primum uidet. Videt autem eam ſubito, cum inferiora non uidet amplius, uel externo uel intimo ſenſu.* CAP. VIII.

QVis itaq; modus? quæ machina? quæ ratio? qua quis ineſtimabilem pulchritudinem contempletur, pulchritudinem inquam in ſacris adytis conſtitutam: neq; prodeuntem foras, ne quis prophanus inſpiciat. Ingrediatur ergo atq; progrediatur quicunq; poteſt in intima, extra relinquēs intuitum oculorum, neq; ſolita ſpectacula ſenſuum ulterius à tergo reſpiciens. Oportet enim hanc intuentem nihil penitus corporeæ pulchritudinis ultra ſpectare, ſed cognoſcentem corporea hæc eſſe imagines ueſtigiaq; & umbras, ad illud omnino cōfugere, cuius hęc ſimulacra ſunt. Siquis enim ad hæc proruat quaſi uera capeſcens, quæ tamen uelut formoſę imagines apparent in aqua, idem proculdubio patietur, quod (ut fabula tradit) ille perpeſſus eſt, qui umbram captare contendens, in aquā ſeſe merſit atq; diſperiit. Simili nanq; pacto qui formas corporum amplexatur, neq; inde diſcedit, non tam corpore quàm animo in profundum tenebroſum mentiq; horrendū pręcipitatur: ubi & apud inferos cæcus & hic manens, utrobiq; uerſabitur inter umbras. Hic igitur uerius admodum aliquis proclamabit: Abeamus hinc amici in patriam dulcem confugientes. Quænam igitur fugiēdi ratio? & qua uia ueneficia Circes Calypſusq; deuitabimus? Quod

Quemadmodum licet perobſcura Vlixis ſignificat fabula: quæ illũ fingit manere noluiſſe, quamuis ſpectacula illi oculis iocunda occurrerent, & cætera quæ ſenſus oblectant, promitterentur. Patria uero noſtra ibi eſt, unde uenimus, ibidem quoq; pater. Quæ nam igitur claſſis & quæ fuga? Haud ſanè pedibus eſt peragendum. Pedes enim ab alia paſſim in aliam ferunt terram. Neq; rurſus equos aduehendum, neq; naues ad nauigandũ huius gratia parare debemus. Immo uero hæc cuncta dimittere, neq; proſpicere quidem. Sed uiſu corporis clauſo alterum pro hoc uiſum aſſumere atq; ſuſcitare: quem habent quidem omnes, utuntur uero perpauci.

*Oculus animæ intimus, eſt ratio contemplatrix: intellectus autem animæ proprius, eſt huius oculi lumen: intellectus uero diuinus, eſt luminis huius lumen: ipſum deniq; bonum, eſt lux paterq; luminũ. Anima igitur cum oculum ab exterioribus prorſus auertit, ſubito ad intima conuertit lumina atq; lucem tandem, non ſolum luminoſa, ſed lumen.*

CAP. IX.

Qvid nam igitur intimus ille oculus inſpicit? Profecto ſubito experrectus haud ualde lucida poteſt aſpicere. Aſſuefaciẽdus igitur animus primo quidem ſtudia pulchra conſiderare, deinde opera pulchra: opera inquam non quæ fiunt ab artibus, ſed quę a uiris probis aguntur. Poſthæc eorum animum qui talia gerunt debes inſpicere. Quo nam igitur pacto qualis ſit animi boni decus inſpicies? Age te reuoca in teipſum, atq; contemplare: ac ſi nondum te cognoſces pulchrum, ſtatuarium imitabere. Hic enim ubi ſtatuam optat pulchram, partim quidẽ abſcindit, partim quoq; dirigit & expoliturus abradit, partim leuigat & abſtergit, donec faciem in ſtatua exprimat ſpecioſam. Ita & tu tolle ſuperuacua, obliqua dirige, obſcura purgando colluſtra: neq; deſinas circa ſtatuam tuã elaborare, quouſq; diuinus uirtutis fulgor tibi ſubrutilet, quoad temperantiam cernas firmiter in maieſtate pura ſanctaq; ſedentem. Si hoc ipſum euaſeris, atq; ipſum ſimulq; teipſum inſpexeris, ac purus iam habitaueris ipſe tecum, nihil ſcilicet habens impedimenti quo minus ſic unus efficiaris, neq; rurſus habens aliud quicquàm tecum intus admiſtum, ſed totus ipſe uerum ſolum lumen, lumen inquam non magnitudine menſuratum, non coarctatum figura aliqua circumſcriptum, non magnitudine tumidum licet immenſum, ſed immenſurabile paſſim tanquàm omni menſura maius, omni quantitate præſtantius. Si teipſum inquã id factum uideris, uiſus ipſe iam factus, teipſo fretus, eoq; progreſſus ut duce amplius indiceq; non egeas, fige iã proſpectum intuitum. Solus nanq; hic oculus ingentem inſpicit pulchritudinẽ. At uero ſi forte oculus uel ſordibus infectus necdum purgatus, uel ignauia debilis in ſpectaculum lucidiſſimum intendatur, caligabit protinus nihilq; diſcernet, uel ſi præſens quiſpiam ſpectaculum, quod alioqui cerni ualeat, demonſtrauerit. Oportet enim uiſurum uidendo cognatum ſimilemq; prius effici quàm ad ſpectandum adhibeatur. Neq; uero oculus unq̃ uideret ſolem, niſi factus ſolaris eſſet. Neq; rurſus animus niſi factus ſit pulcher, ipſam pulchritudinem intuebitur. Efficiatur ergo diuinus ſiue deiformis quilibet atq; pulcher, ſi modo deum ſit & pulchritudinem inſpecturus. Sic enim primum aſcendet in mentem, ibiq; pulchras omnes ſpecies contemplabitur, atq; affirma-

affirmabit pulchritudinem illam ideas eſſe. Cuncta nanq; his pulchra ſunt, genituris uidelicet mentis eiusq; ſubſtantia. Quod autem his ſuperius eſt, dicimus ipſius boni naturam pulchrum circa ſe effundentem: Quapropter ratione quidem eloquutioneq; integra id primum occurrit, diciturq; pulchrũ. At ſi intelligibilia ipſa diſtinxeris, pulchritudinẽ quidem intelligibilem eſſe dices habitaculum idearum: ipſum uero bonum quod ſuperius eſt, fontem principiumq; pulchri: Vel fortè in eodem ipſum bonum primumq; pulchri pones, præter id quod ibi pulchrum.

# MARSILII FICINI FLORENTINI
## IN LIBRVM DE BONO PRIMO ET ALIIS BONIS.
## SVMMA.

*Ipſum bonum eſt ſuper eſſentiam, uitam, intellectum.*

IN vniuerſo rerum ordine nulla eſſentia in ſeipſa quieſcit, ſed omnis naturaliter atque ſemper tota virtute ſua nititur ad agendum: idq; naturale propitiumq; munus eſſentiæ omnes non aliunde quàm à prima eſſentia ſortiuntur. Quoniam videlicet ipſa fermè ſimili quodam nixu prodit in actionem. Prodit autem eſſentia quælibet atque ipſa eſſentia in actionem vt melius inde ſe habeat. Neque hęc igitur quęlibet, neque illa eſt ipſum bonum: cum & non quieſcãt in ſeipſis, & in melius agendo proficiãt. Melius enim ſe habet eſſentia ſi agat quàm ſi non egerit. Neque rurſus ipſa eius actio eſt ipſum bonum ſummusq; eſſentiæ finis: nam ab eſſentię virtute dependet: eſſentia vero actioq; ſimul pendet ex bono. Cum ideo ſemper agat, vt melius agendo ſe habeat, neque aliter ſe habeat melius quàm ad bonum ſemper agendo: Nam & bene ſe habet primum, cum & ipſa & eius actio procedit à bono: & rurſus bene melius q; cũ ad ipſum bonũ ſe toto nixu conuertit. Iam vero ex eo quòd eſſentia eiusq; actus, id eſt vita & intellectus ipſo bono tanquàm fine perficiuntur, coniectare poſſumus ab ipſo bono tanq̃ principio effici. Vnde enim efficitur vnumquodque, inde rurſus ibidemq; perficitur Teſtatur hoc & humana natura: nõ enim eſſe atque viuere per ſe ac ſimpliciter homines appetunt, ſed vt bene ſint beneq; viuant. Quaſi hæc ipſius boni duntaxat gratia concupiſcant: ipſumq; boni munus tum eſſendi tum viuendi muneri naturali quodam iudicio præferant. Sicut enim eſſe viuereq; nonnunq̃ reſpuunt, non quidem ſimpliciter ſed mali ipſius gratia, id eſt ne ſint viuantq; peſſime: ſic eadem rurſus adſciſcunt gratia boni, ideſt vt bene ſint viuantq; quamoptime. Intima igitur eſſentiæ actio, ſiue vita, ſiue motio, ſiue cognitio nuncupetur, non per ſe quidem bonum eſt: Nam ſi forſan vel ex malo pẽdeat, vel etiam caſu quodam vel errore labatur ad malum, eſt proculdubio malum: per ſuperius igitur aliquid exiſtit fitq; bonum. Quantum ſcilicet & à bono naturaliter procedendo, habet aliquid ipſi bono ſimile, & ad bonum idem rite ſe conuertendo, ſimile quiddam rurſus efficitur. Conclude igitur, Sicut eſſentiæ ſingulę ad bonum ſuum ſingulatim ſeſe habent, ſic ipſam quoque eſſentiã ad ipſum bonum ſe prorſus habere: atque omnino & bonum hoc huic eſſentiæ appetenti, & ipſum bonum ipſi eſſentię ſimiliter anteponi. Eſſe vero ipſum bonũ ipſumq; vnum penitus idem: item, ipſum vnum eſſentia ſuperius eſſe, opportunius alibi diſputabitur. Sed hęc hactenus huius libri ſit ſumma. Agit vero de bono curſim, & quaſi argumẽtũ pręparãs libris ſuis, in quibus de bono diligentiſſime diſputat. Huius itaque libri vel argumenti tria ſunt capita. In primo probat ipſum bonum eſſe ad quod feruntur quidem omnia, ipſum vero fertur ad nullum. In ſecundo, quomodo ad ipſum alia ferantur atque referantur. In tertio, tres quæſtiones circa ſuperiora mouet & ſoluit.

*Bonum unicuiq; proprium eſt actio naturalis expedite directa ad ipſum uniuerſi bonum, quod eſt principium omnium atq; finis.* Cap. I.

*Actio rei unicuiq; bonũ.*

IN primo capite tradit actionem vnicuique bonum quiddam eſſe. Actionem inquam nõ ſimpliciter, ſed duplici quadam conditione. Prima quidem eſt, Vt ſit actio naturalis, ideſt non violenta, non fortuita. Secunda, vt nulla ex parte deficiat, ideſt neque ſit debilis, neque ſit obliqua, ſed potẽter & recte ſeratur ad finem. Sed cur nam actio talis eſt bonũ? Quia videlicet idcirco naturalis eſt, quoniã ab ipſo bono inſerta eſt autore naturæ. Item quia dum rite tendit in finem, neceſſario fertur ad ipſum bonũ: hoc enim velut omnis naturę principium, omnem quoq; naturam velut ad finem inſtituit ad ſeipſum. Inter hęc ſignificat quæ ſunt infra rationalem animam, proprie quidem ad propria quædam bona natura duci: ad ipſum

vero

vero primum ſummumq́; bonum non perduci quidem proprie, ſed in bonis proprijs conſequendis quandam ipſius ſimilitudinem reportare. At animam quę per intellectum & rationē poteſt communem totius entis cōcipere notionem, ipſiusq́; boni fontem augurari, merito & ad ipſum bonum primum atque ſummum poſſe proprie tum continue proficiſci tum deniq; peruenire. Sed vt quid ſit ipſum bonum intelligatur, duo potiſſimum prius intelligēda ſunt. Primum quidem, eſſe aliquod rerum principium, idq́; vnum exiſtere. Secundum vero, ipſum met omnium eſſe finem. Sane in Theologia noſtra id totum multis argumentis aſſerimus, cōcludimusq́;, niſi primum ſummumq́; principium detur, ſed de alio in aliud deinceps abſque fine aliquo procedatur, quicquid reperias, ab alio dependere: ideoq́; ſuapte natura mutabile eſſe atque vacillans: neque fore quicq̄ ſtabile rerum nutantium fundamētum fixum' ve cardinem mutabilium: atque iccirco nullam in rebus ſtabilitatem fore, nullum ordinem, nullā vnionem, nullamq́; concordiam. Quoniam vero res omnes ſtabilem quendam ordinem perpetuo ſeruant, atque in vnam vniuerſi operis formam & ad vnum communemq́; vniuerſi finem vbique conducunt, conſtat ſummum aliquod omnium eſſe principium vnicūque exiſtere. Id vero & omnium eſſe finem ex eo patet, quòd principium ſummum cum à nullo dependeat, neque ad aliud aſpicit aut agit, neque ad alium finem quàm ad ſeipſum cuncta conſtituit. Principium igitur vniuerſi atque finis eſt idem. Id autē nihil aliud eſt, quàm ipſum bonum. Si enim ſummum eſt principium, ab eo certe fiunt, ſeruantur, perficiuntur, reſtituuntur omnia. Ergo ſummum eſt omnium bonum. Item, ſi eſt finis omnium ſummus & vltimus, ſequitur vt ipſum ſit, cuius gratia ſingula ſemper agunt. Omnia vero boni ipſius gratia agunt quicquid agunt. Vtrinque igitur ſatis conſtat ipſum omnium bonum eſſe idem, quod & omnium eſt principium atque finis. Confirmatur idem ex eo, quòd nullū poteſt munus rebus melius exhiberi, quàm quod à ſummo principio traditur. Nullum rurſus donū melius, quàm quod ab ipſo bono præbetur. Vnde patet, idem eſſe principium omnium atque bonum. Patet idem eſſe finem. Omnia enim q̄ optime afficiuntur in principio ſuo, omnia rurſus q̄ optime in fine exoptato ſe habent. Denique cum ſingula vnde proceſſerunt, illuc & appetendo pro viribus conuertantur, omnia vero ſic conuertantur ad bonum velut ad finem, patet à bono omnia tanq̄ à principio proceſſiſſe. Cætera quidem actione quadam bona cenſentur, actione inquam duplici, tum qua fiunt ab ipſo bono, quæ quidem nihil aliud eſt, quàm illinc quidem ipſum bonum, hinc vero ipſa rerum inde factarū eſſentia actusq́; vitalis: tum etiam qua feruntur ad bonū: hæc autem eſt appetitio, inclinatio, motio, generatio. Ipſum vero principium omnium atque finis, non actione prorſus vlla bonum eſt, ſed ipſa eius prima ſimplicique natura. Sicut & prima lux ſiue caliditas non alio q̄ ſeipſa lucens atque calens. Non actione inquam vlla, quia neque extrinſeca: nō enim verſatur circa aliud, vel acquirit aliquid aliunde. Nō rurſus intrinſeca, quia nullo vel eſſentiali, vel vitali, vel intellectuali actu bonum eſt. Primo quidem, quoniam ſi ſuper eſſentiam eſt, quod & probauimus, multo magis ſuper & ante omnes eiuſmodi actus eſt, qui ſequuntur eſſentiam: ſecūdo, quoniam alia eſt ipſa boni ratio, alia vero eſſentiæ: hæc enim propter aliud, ideſt propter bonum expetitur: ipſum vero bonum duntaxat propter ſeipſum. Rurſus alia boni ratio, alia vitę atque intellectus. Nam ipſum bonum neceſſitate propria ſimpliciter exoptatur: vita vero & intellectio ea dūtaxat cōditione eligenda cenſentur, ſi bona felixq́; ſit, ſi bene viuas, ſi bona intelligas, ſi ipſum intelligere ſit tibi bonum: alioqui aliquando reſpuentur. Ipſa vero boni natura reſpui nequit ab vllo. Præterea boni ratio munusq́; per omnia propagantur: ratio autem vitæ, intelligentiæq́; [illegible] omnia protendi non poſſunt. Cum igitur natura boni tum alia tum prior ſuperiorq́; ſit quàm natura eſſentiæ, vitæ, intelligentiæ, certe nullo prorſus horū actu, ſed ſeipſa duntaxat eſt bonum. Quamobrem in capitis huius calce ipſum bonum centro ac ſoli, cætera vero circumferentię lineisq́;, item lumini radijsq́; comparat. Quoniam illud quidem ſimplex ſtabileq́; permanens cuncta producit: reliqua vero multiplicia & quodammodo mobilia per naturalem appetitum circa ipſum continue reuoluuntur. Sed de hac comparatione deq́; ipſo lumine alibi diligentius.

*Vnū aliquod eſt rerum principium.*

*Principium illud omniū eſt finis.*

Nihil rurſus & ipſa bonitate ſimplicius: cum nihil ſit ipſa prius, quæ ſola omnium eſt principium. Mirto, quod ſicut diſperſione in multitudinem omnia pereunt, ſic vnione ſeruãtur, & ſeruata inde perficiũtur. Cũ igitur omnia vnitate ſeruẽtur & proficiſcãtur in melius, idq; ipſum ſola bonitate fieri poſſit, conſequens eſt, idem eſſe vnitatem primam atque bonitatem. Sequitur donum boni ſecundum, ideſt eſſentia, quæ neceſſario eſt poſt vnum. Ipſum nanque vnũ nullam in ſe multitudinem compoſitionemq; admittit: eſſentia vero & ens admittunt. Nã etſi natura prohibet aliquid ſimul & ipſam vnitatem exiſtere, & multitudinem in ſe habere, nihil tamen prohibet ens aliquid eſſentiamq; cenſeri, quis componatur ex pluribus. Cum igitur ipſum vnũ ſit ente eſſentiaq; ſimplicius, neceſſario eſt & prius atque ſuperius. Et merito quidem vnitas ponitur primum ſummi principij munus, eſſentia vero ſecundum: latior enim eſt in rebus vnitas quàm eſſentia. Eſſe nanque non reuera materiæ priuationiq; conuenit. Quæ enim forma carent, in qua eſſe conſiſtit, eſſe merito carent. Poteſt tamen & vna materia dici licet informis. Dici poteſt & vna priuatio cæcitas, ſicut & viſus eſt habitus vnus. Poteſt & materia dici quodammodo bonum, quatenus & ipſa bonũ appetit, & proceſſit à bono. Neq; quicq; prohibet eam quodammodo iudicari bonum, licet hæc apud Plotinum ſit ipſum malum. Nam etſi bonum ipſum in ſe nihil admittit mali, tamen ipſum malũ, ſi modo de malo fas eſt ipſum dicere, cogitur ſub immenſo boni ipſius imperio concupiſcere bonum, cognominariq; bonum. Tertium boni munus Species eſt. Hæc enim eſt quædam determinatio, ſiue diſtinctio, ſiue actus eſſentię. Tu vero hic dum audis vnius boniq; donũ latius propagari quàm entis & eſſentiæ munus, conclude, ipſum vnum atque bonum ente ſuperius eſſe. Cæterum qualis eſt in rebus vnitas, eſſentia, ſpecies, talis & participatio boni. Profecto in mente prima in mentibus alijs, in animabus præditis ratione vera eſt participatio boni: quia vera vnitas, eſſentia, ſpecies. Vnitas enim in eis etſi multitudinem quandam habet admiſtam, verum ibi tamen cõficit vnum, quia ſuperat multitudinem, vnumq; inde indiſſolubile reddit. Eſt igitur ibidem & eſſentia vera, cum aliquando non eſſe non poſſit. Vera quoque ſpecies cum forma ibi nequeat in aliquid informe reſolui. In rebus autem inferioribus anima & vnitas ſæpe à multitudine ſuperatur, ideoq; plurimum diſſolui poſſunt, & in eſſentia priuatio quædam ineſt, & lapſus aliquis ad non eſſe: & forma cum ſubiecto miſcetur prorſus informi in ipſumq; delabitur. Quamobrem non verum in his eſt vnum, non vera eſſentia, non vera ſpecies atque forma: nec igitur vera, ſed imaginaria quædam portio boni.

*In omnibus eſt aliquid ipſius boni, ideſt unitas, eſſentia, ſpecies, & ubi hæc tria ſunt uera, ibi quoq; uerum bonum, ubi autem imaginaria, imaginarium.* CAP. II.

ALia uero omnia quo nam pacto ad ipſum referũtur? Profecto inanimata ad animam reducuntur: anima uero ad ipſum bonũ per intellectum. Habet autem quodlibet ipſius aliquid, quatenus unum quodammodo & ens eſt unumquodq;, ſpecieiq; particeps. Qua igitur ratione horum eſt particeps, eadem quoq; boni: quapropter eſt ſimulacri particeps. Ea enim quæ participat, ſimulacra entis uniuſq; conſequuntur. Species quoq; ſimiliter. At in anima prima intellectui proxima uiuere eſt ueritati propinquius, boniq; formam ſortitur per intellectum. Sortitur autem, ſi ipſum ſuſpiciat bonum. Intellectus autem poſt ipſum bonum ſedem obtinet. Quamobrem uita illis, quibus uiuere datum eſt, bonũ eſt iudicanda: ſimiliter intellectus quibuſcunq; intelligentia conuenit, Itaq; ubicunq; uita unà cum intellectu uiget, dupliciter adeſt bonum.

*Non uita omnis eſt per ſe ſimpliciter bonum, imò ſi dirigatur ad ſummum principium, eſt bonum: ſin ad materiam, eſt malum. Sic mors non eſt per ſe ſimpliciterq; malum, imò ſi animam ſeparet à malo, ideſt à materia, eſt bonum.* Cap. III.

TErtium caput tres adducit in mediũ quæſtiones. Prima quidem eſt eiuſmodi: Si vita bonum eſt, nunquid cuilibet & quomodolibet viuenti viuere bonũ eſt? Non certe, quia vita ipſa non eſt per ſe primum ſimpliciterq; bonum: ſed quatenus potenter & directe ad ipſum primum conſurgit bonum, eatenus quoque euadit vita perfecta: at ſicubi claudicat & oberrat, dum ab ipſo cadit bono, ſimul à perfectione vitæ degenerat. Hinc illud Democratis. Viuere imprudenter, intemperanter, impie, nõ tam male viuere eſt, quàm diu mori. Secũda quæſtio. Cum vita nobis quatenus cum mortali miſcetur, atque inde turbatur, malũ quid-

dam euadat animæ, quamuis ſit corpori bonum & vniuerſo: Nonne mors eſt malum? Quandoquidẽ quod eſt mortale ſua propinquitate vitam efficit malam. Reſpondendo quærit, cuinam mors ſit malum. Certe malum cum vel ſit accidens, vel etiam accidente debilius, ideoq́ in ſe conſiſtere nequeat, alicui neceſſario accidit: Non autem accidit ei quod nullo modo ſubſiſtit, vel quod natura poſſit abſque vita conſiſtere. Non accidit rurſus animæ, ſi ſit immortalis: & quomodocũque aliter accidat, proderit animæ, ſempiterne actiones proprias abſque impedimento corporis perfectius editurę. Sin anima poſt obitum corporis non tam proprias peragit actiones quàm communes, quaſi animę mundi collega, multo minus illic cum vniuerſa vita iam viuenti mali quicquàm accidere poterit. Contra vero, animæ vel hic vel apud inferos grauiter perturbationibus ægrotanti, mors quidem potius optanda eſt, & vita malum. Hic ſoluitur illa quæſtio', Vtrum animæ ad ſummum miſeræ mori quàm viuere malint. Idq́ proculdubio natura docet, qua monente grauiter cruciati amittere ſenſum malũt, quàm diros ſentire dolores. Denique cum anima propriam habeat vitam, ſitq́ per eſſentiam ſuam vita quædam in ſeipſa viuens, neque aliunde mutuatur vitam, neque ſubit mortem. Si quis tamen viuere quidem definiat, Coniungi corpori: Mori vero, à corpore ſeparari, animæ hac ſignificatione continget vtrunque: ſed neutrum eius ſubſtantiã proprie permutabit. Tertia quæſtio: Si bona vita eſt, cur non & mors eſt malum? Reſpondet: Mortem quidem non ſimpliciter eſſe malum, quoniam non ſimpliciter ſit vita bonum. Vita enim motioni cuidã ſimilis iudicatur. Motio vero qualiſcunque ſit, ab ipſo termino in quem proprie tendit, denominari debet. Itaque quatenus motio ipſa vitalis ad malum, ideſt, ad materiam forte delabitur, eatenus iudicatur & malum: quatenus autẽ ad ipſum bonum, ideſt ad ſummũ vniuerſi principium ſeſe dirigit, eatenus bonum eſſe cenſetur.

*Tres quæſtiones mouet de uita & morte, easq́; ſoluit, quod uidelicet neutrum ſit per ſe ſimpliciter bonum aut malum, ſed potius conditione quadam.* CAP. III.

QVod ſi uita bonum eſt, forte id uiuenti cuilibet competit. Imò uero non competit. Prauo enim uita claudicat, nõ aliter quàm oculo non pure uidenti: quippe cum opus proprium minime peragat. Proinde ſi uita nobis quatenus miſta eſt, bonũ eſt, cur non mors ſit malum? Sed cuinam malum? Malum nanq; alicui oportet accidere. Quod uero mortuum dicitur, non eſt amplius: Aut ſi eſt, uita carens, neq; ſic lapidi malum: At ſi eſt uita animaq; poſt mortem, iam utiq; erit bonum, quanto magis actiones ſuas abſq; corpore peragit. Quod ſi totius animæ comes euadit, quidnam illic uiuenti malum accidere poterit? Iam uero quemadmodum penes deos bonum eſt ſine admiſtione malorum, ita penes animam nihil omnino malum eſt, modo ſuam ſeruauerit puritatem: quam niſi ſeruarit, non mors quidem illi, ſed uita malum. Præterea ſi apud inferos pœnæ luuntur, rurſus uita illic animæ malum: quoniam non uita ſolum. Verum ſi uita eſt animæ corporiſq; copula, mors autẽ horum ſolutio, utrunq; anima ſuſcipere poterit. At ſi bona uita eſt, cur & mors non erit malum? Sed certe bona quidem uita eſt, quibus adeſt bonum, non quidem ratione copulæ, ſed quoniam malum uirtute propulſat: Mors uero magis bonum. Summatim uero dicendũ, ipſam in corpore uitam ex ſe quidem eſſe malum: Sed animam per uirtutem in bono conſtitui: non ut ſeruat uiuificatq; compoſitum, ſed iam ſeipſam à corporis commercio ſegregat.

num ſit malo contrarium. Forte enim, quoniam illud quidem primum eſt, hoc uero poſtremũ: aut certe illud uelut ſpecies, hoc ceu priuatio. Sed de his opportunius in ſequentibus.

*Vniuerſum habet principium & finẽ, idq; ipſum bonum eſt. Item intellectus tam humanus ꝙ diuinus eſt ſemper in actu, ꝗuis ratio ex potentia progrediatur in actum.* Cap. II.

IN ſecundo capite ſignificat quid ſit ipſum bonum, & quouſque pura procedant bona, deſignat. Bonum eſſe ait vniuerſi principium atque finem: vbi bonum quidem dicit ex nullo pendere, ex ipſo autem omnia dependere. Item eſſe menſuram omnium atque terminum. Tu vero memento, vbicunque partes finem ſuum, ideſt naturalem conſequuntur perfectionem, ibidem & totum cui partes ſeruiũt, finem conſequi ſuum. Oculi cum perſpicue vident, manus cum prompte quid apprehendũt, pedes cum expeditiſſime gradiũtur, fine proprio potiuntur. Multo vero magis & totũ corpus quandoq; perfectione fruitur naturali. Quẽadmodum vero hac ipſa in re partes corporis ſe habent ad corpus totum, ſic & vitæ humanæ partes ad totam. Partes vero vitæ electiones & facultates arteſq; omnes in præſentia dicimus. Electiones arteſq; ſingulæ extremum quiddam habent, quæ rite perficiuntur, vltra quod nihil amplius exigunt. Sic medicina ſanitatem, ſic res militaris victoriam habet extremum. Quemadmodum vero vitæ partes fines proprios conſequuntur, ſic & multo magis tota denique vita ad vltimum quiddam ſpectat commune bonum, quo tandẽ perficiatur, vt tota vita partibus ſit perfectior. Similiter vt in homine, in cęteriſquoq; animaliũ rerũq; omnium ſpeciebus licet argumentari. Appetitus enim naturalis eſt neceſſaria quædam naturæ inclinatio ab indigentia quadam annitens ad plenitudinem. Plenitudo vero ac finis vltimus idem. Si nuſquàm vltimus appetitioni præſcriptus eſt finis, ſed à fine in finem natura ſine fine progreditur, nunꝗ ſatis impleri poteſt: fruſtra igitur conatur impleri, imò neque conabitur quidem vllo modo. Nulla enim rerum ſpecies ad id quod penitus impoſſibile eſt, mouetur. Siquidem naturaliter moueri, eſt à naturali potentia in actum progredi paulatim. Quæ ſanè progreſſio naturalis qua facultate gradatim proficit, eadem quandoque perficitur finem vltimũ aſſecuta: alioqui & natura paſſim fruſtra contenderet, & autor ipſe naturæ temere illam fruſtraq; moueret. Proinde ſi rerum ſpecies quę partes ſunt vniuerſi, perfectione propria non fraudantur, multo minus ipſum vniuerſi conatum fortuna fruſtratur. Hoc enim & ad finem contendit communem, quãdo & partes ad fines proprios fini ſeruientes communi, aſſidue ducit. Et finem vltimum adipiſcitur, ne forte totum ſit partibus imperfectius: ſiue poſtremum eiuſmodi finem mundus aliquando ſit adepturus, ſiue in præſenti ſemper habitu dicatur adeptus. Si autem nullus ſit finis optimus, ſed abſque fine procedere fingatur in meliorem, certe cum infinitos gradus pertranſire non poſſit, ad optimum nunꝗ poterit peruenire: Quare, quod dictu nefas eſt, vniuerſum hoc, optima proculdubio forma conſtructum, ad finem optimum fruſtra contendet. Finis autem & habitus optimus vniuerſi in eo conſiſtit, vt principio & autori ſuo vndique conformetur. Quòd enim congeries hæc in mundo rerum tam diuerſarum & inter ſe repugnantium, tum in vna communi totius forma cõueniat, tum ad vnum finem communeq; bonum rite conducat, non ab ipſa diuerſorum natura procedit, ſed ab vna potius ſuperioris fabri forma atque voluntate. Mundus autem ſicut ſub autoris ſui forma formatur velut principio, ſic in eadem velut fine reformatur ſemper atque conformatur. Hũc omnium autorem Plotinus nominat ipſum bonum: quoniam eodem vniuerſum hoc & affectum ſit & perfectum. Hinc menſuram omnium appellat & terminum. Quemadmodum & Plato nominat in Philebo. Metiſ omnia deus vt principium: terminat idem omnia tanꝗ finis. Si deus omnium menſura eſt, certe rerum ordo non aſcendit à principio in principium abſque quodã omniũ primo principio: quod quidem foret per principia temere abſq; vlla principij ratione vagari. Principij nanque ratio eſt, vt ſit primum. Per deum ſanè velut menſuram perpendimus intellectum eſſe anima meliorem, & animam corpore: quoniam ille hac, & hæc iſto ſit deo tanꝗ ſummo bono propinquior. At vero ſi nuſquam prima ſummaq; conſiſteret bonitas, ſed per gradus procedere quis fingatur innumeros, nuſquã profecto erit ratio vlla menſuraq; & regula, per quam alijs alia præferantur: nec enim alĩa magis alijs menſuræ propinquabũt & congruent. Sit ergo deus principium, ſit menſura: præterea ſit & terminus omnium, quia finis: terminus inquam qui & terminet ſubiecta formis, & formas motus ſuis denique finibus: ne forte de fine in finem abſque fine natura pererret, quod quidem nihil aliud foret, quàm per fines ſine vlla finis ratione vagari. Ratio vero præcipua finis eſt, vt ſit vltimum & extremum. Poſt hæc autem ſecundo gradu bonorum eſſentiã collocat, & in eſſentia mentem. Tertio ſubinde gradũ animam, & in anima vitam. Hęc omnia dicit eſſe bona, quia ſint ab ipſo bono: & quia circa bonum agant, virtute boni. Vult & quarto

bonorum loco cenſeri eas duntaxat corporum formas, quæ nunq̃ deſciſcant ab anima, quę & ipſa nunq̃ deſciſcat à deo: talia vero ſunt cęleſtia corpora, ſimilia've cęleſtibus. Ad hęc differentiam ponit inter diuinum intellectum atque rationalem: quòd videlicet diuinus ipſe ſit omnium plenitudo, rationalis autem inde conetur impleri. Tu igitur dum hic audis intellectum noſtrum quaſi vacuum dici, ne ſimplicem intellectum noſtrum diuino ſemper impletũ ſed intellectum noſtrum rationalem, ideſt vim animæ per vniuerſales ſpecies diſcurrentem, accipe. Quæ ſanè vis quodammodo eſt potentia intellectus, intelligibileq́; potentia: prodiitq́; in actum virtute intellectus ſuperioris, qui ſemper exiſtit in actu: Intellectus inquam tum diuini tum noſtri virtute. Sicut enim quod eſt omnia ſimpliciter in potẽtia, fit actu omnia per id quod eſt ſimpliciter actu omnia, ceu materia per diuinam mẽtem: Sic oportet & hanc vim, quæ humanus intellectus eſt in potẽtia, fieri humanum intellectum in actu, per intellectum quoque humanum ſemper in actu vigentem. Quemadmodum & hic homo in actu viuens genitus eſt non ſolum ab vniuerſali natura, quæ rationes animalium omnium ſeminales habet in actu regnantes, verumetiam à natura propria, ideſt humana, rationem hominis ſeminariam poſſidente iam actu vigentẽ: id enim perfectorum generatio poſtulat: Atque hæc eſt vbique Plotini ſententia. Subdit, intellectum diuinum ſic omnia in ſe habere, vt ipſe ſit omnia. Quod quidem tu hoc exemplo ſic accipe. Si vaſa omnia figurarum inter ſe diuerſarum mergantur in mare, aqua protinus implebit omnia, & implendo totidem ſimilesq́; figuras aſſumet, quot implebit & vaſa. Eiuſmodi vero figuræ non aliud quàm aqua maris erũt, aliter ſe alterq́; accommodãs. Sic intellectus eſt omnes ſpecies, quas cogitatur habere: ac multo magis ipſe ſuæ ſpecies eſt, q̃ maris aqua figuræ: tum quia nulla ibi nouitas, nulla dimẽſio, nulla diſtãtia impedit vnionẽ: tũ quia nec ab alio nec in alio ſicut aqua, ſed à ſeipſo & in ſeipſo ſpecies induit, aut edit, aut prorſus exiſtit. Quo vero modo in mẽte ſpecies inter ſe diſtinguãtur, & tamen in vnaquaque ſint omnes, alibi ſæpe tractabimus. Subdit, quod fit mentis diuinæ particeps, non omnes ſpecies habere ſimul in actu vigentes: id tu vim intellige rationalem, quæ ſolet diuinæ mentis aliquando fieri particeps. Ipſa enim intellectualis natura etiã in nobis non fit aliquando particeps, vt vult Plotinus, ſed ſemper diuinæ mentis eſt compos. Pręterea diuinam mentem appellat primum boni ipſius actum eſſentiamq́; primam. Non enim vult vllum eſſe actum in deo per quem aliquid deus agat: alioqui eiuſmodi actũ ab ipſa dei ſubſtantia ſaltem ratione quadam diſcrepaturum. A' prima tamen Vnitate omnem prorſus differẽtiam, omnem numerum abeſſe debere. Ipſum igitur dei actum eſſe exiſtimat extra deum, ſicut & lumen extra lucem. Ac tantæ deum eſſe virtutis, vt actus eius non ſit vel motio vlla, vel accidens: ſed ſubſtantia & eſſentia prima: idemq́; ibi ſit & actus & actum. Ideſt, ipſa ſit eſſentia rerum omniũ fons pleniſſimus: vt dum vnum à diuina vnitate videtur fieri, cuncta ſimul efficiantur in vno. Merito nanque ab vnitate, quæ eſt ſuper omnia, & æque omnia reſpicit, proxime fit hoc vnum, quod eſt pariter omnia. Actum denique ipſius eſſentiæ circa deum eſſe vult vitam eius: vitæ vero abſolutionem eſſe mentem. Subiungit, animam ſcilicet puram per mentem, tum ſuam quaſi oculum, tum diuinam quaſi lumen, ipſam inſpicere boni lucẽ. Et huc uſque mali nihil accidere. Quòd ſi vel anima vel ipſa natura hic deſcendẽdi ſiſteret gradum, nihil mali futurum. Veruntamen ipſa naturæ fœcunditas efficit, vt multi præterea ſub ipſa anima ipſaq́; natura ſint rerum gradus. Quoniam vero gradatim deſcendẽdo paulatim portio boni minuitur: effectus enim cauſas æquare nõ poſſunt: tandẽ ex minori bono deuenitur in malum. Quòd autem cũcta circa deum eſſe dicit, ideſt à deo pariter & ad deum: item primos præcipue rerum ordines, ideſt ideas circa deum, à quo in mentem veniunt, & in quem reflectuntur à mente. Secundos vero, ideſt notiones rationales circa ſecundum, ideſt intellectum, à quo in animam effluunt refluuntq́; ſimiliter. Præterea tertios, ideſt ſeminarias rationes circa tertium, ideſt animam à qua profluunt in naturam, à qua refluunt rurſus in animam. Denique quartos intelligi vult circa quartum, ideſt naturales formas circa naturam, à qua labuntur in materiam, & in quam pro viribus relabuntur. Totum hoc inquã alibi plenius & diximus & dicemus.

*Deſcriptio boni, & quouſq; bona ſint pura: et quomodo intellectus proxime fruatur bono, anima uero per intellectum.* CAP. II.

IN præſentia uero nobis dicendũ eſt, quæ ſit boni natura, quantum præſens diſputatio poſtulat. Eſt autem hoc à quo omnia pendent, quod'ue omnia appetunt, accipientia ab ipſo principium, eiusq́; penitus indiga, ipſum uero nullius egenum: Ipſum ſibi ſufficiens, nihil penitus appetens: Menſura omnium atq; terminus: Ex

ſeipſo producens intellectum, eſſentiam, animam, uitam: Rurſus actionem circa intellectum. Hucuſq; pulchra ſunt omnia: ipſum uero ſuper pulchrũ, & ſuper ea quæ ſunt optima: In mundo regnans intelligibili, qui ſane intellectus eſt. Intellectus inquam non qualem quis forte putaret, exiſtimans ſimilem eſſe horum, qui apud nos intellectus eſſe dicuntur, qui ex propoſitione impleri ſolent: & quæ dicuntur, percipere poſſunt. Itẽ ratiocinantur, quid'ue ex quoq; ſequatur, excogitant. Et res per conſequentiam ſpeculantur, utpote qui antea non habuerint: ſed antequàm diſcerent, uacui fuerint: quamuis tunc etiã intellectus extiterint. Intellectus ille inquam non eſt talis. Sed habet omnia: Eſt omnia: Secum habitat: Sibi prorſus unitus: Habet cuncta, nõ habens. Non enim ea poſſidet tanquàm alia, nec ipſe exiſtit àlius. Neq; quę ſunt in eo, ſingula ſegregãtur à ſingulis: imò uero quodlibet eſt uniuerſum, & ubiq; totum. Neq; tamen confunduntur cuncta, ſed rurſus ſingula diſcernũtur. Quod ergo huius ſit particeps, nõ ſimul omnia, ſed quod poteſt, participat. Eſt item primus actus illius, primaq; eſſentia, illo uidelicet in ſe ipſo manente. Agit ſane circa illum tanquàm circa illum uiuens. Proinde anima extrinſecus circa hunc ſe uerſans, ipſum circũſpicit. Quinetiam intima eius inſpiciens, per ipſum uidet & deum: atq; hæc eſt illæſa felixq; deorum uita, à malis omnino remota. Quod ſi hic ſiſteret natura gradum, nuſquàm foret malum. At uero ſunt prima bona, ſunt & ſecũda, ſunt quoq; tertia, cunctaq; circa regem uniuerſorum: ipſeq; rex bonorum omniũ cauſa eſt, & illius gratia omnia Deniq; circa ſecundum ſecunda ſunt, & tertia circa tertium.

*Quid ſuper ens. Quid ens uerum. Quid non uerum ens. Quid uerum non ens. Quouſq; bona. Vbi prima mala. Et quot modis mala dicantur. Et rationes multæ, quòd ſit materia.* Cap. III.

CAput tertium diſputat, quid malum, quot mala, vbi ſint mala. Malũ eſſe negat in eo q̃d entia ſupereminet, id enim eſt ipſum bonũ: quod quidem hinc eſſe cognoſcitur ſuper entia, quòd ipſa appetendi natura electioq; non ſolum eſſe deſiderat plurima, ſed multa etiam optat non eſſe, nõ fuiſſe, non fore: eligit autem ſemper ſub ratione boni. Ex quo patet, appetibilis, ideſt boni ſortem non adeſſe ſolum, ſed ad non eſſe etiam pertinere: ideoq; ipſum bonum ente communius ſuperiusq; exiſtere. Quoniam vero eſſentia primum boni ſuſceptaculum eſt, ideoq; per ipſam bonum deriuatur in alia, ſequitur vt quouſque vera eſſentię participatio ſe extendit, eouſque vera quoque boni portio protendatur, neque hactenus mala ſint: ſicut quatenus verus viget calor, inde frigiditas abeſt. At vera eſſentiæ portio vſque ad ipſas ſphęrarum mundi ſubſtantias ſe extendit, in quarum eſſentijs priuatio nulla deprehenditur, in his ergo mala eſſe non poſſunt. Quicquid vero inter compoſita quandoque diſſoluitur, non vere ens appellatur Quoniam & ipſum eius eſſe anteceſſit diuturna priuatio, ſimilisq; ſuccedit, & ipſius eſſe ductus dum motu temporeq; tranſigitur, quantum ad eſſe proprie ſpectat, indiuiduum habet præſens: quantum ad non eſſe pertinet, longum præteritum patitur & futurum. Eiuſmodi ergo compoſitum, cui priuatio multa eſſendi miſcetur, ita dicitur nõ vere ens, ſicut non vere calidum, in quo ad minimum caloris plurimum frigoris adhibetur. His igitur malum accidit, quoniam non vere ens, dum ab eſſentia prima nimium decidit, ideoq; ab ipſa boni ſorte delabitur, interea pręcipitatur in malum. Ipſum vero malum eſt quod longiſſime diſtat à bono, ideſt informis ipſa mundi materia: Secundo loco, malum forma vel qualitas patitur in materia iacens, quæ & quædam materiæ paſſio vel affectio extrinſecus agitatæ vocatur. Tertio loco, malum admittit anima, quatenus affectu quodam acriori ad materiam inclinatur. Sed hoc intereſt, quòd materia quidem dici quodammodo poſſit ſubſtantia mali: compoſita vero ex materia formaq; caduca pati in ſubſtantia malum: animam denique non in ſubſtantia, ſed in qualitate quadam & accidente malum accipere. Inter hæc Plotinus ipſum quod non ens appellatur, tribus accipit modis. Primo quidem omnino non ens, ideſt nihilum: ſecundo, vere non ens, ideſt materiam mundi primam: tertio non vere ens, ideſt formam materiæ inhęrentem, compoſitumq; caducum, item proprietates huius & accidentia

dentia. Atque vbi vniuerſum ſenſibile appellat ens non verum, intelligit pręcipue omne ſub luna compoſitum. Quod omnino ſenſibile, ideſt omnibus ſenſibus perceptibile dicitur. Entis quidem imaginem vult eſſe formam ab idea pendentem eamq; referentem: Vmbram vero entis, materiam, quę non ab idea quantum idea eſt, dependet, ſed quãtum eſſentia formabilis per ideas: Item non repræſentat ideam. Nullus enim materiam introſpiciens propriam alicuius ideæ faciem ſuſpicabitur. Ait materiam non ens iudicandam. Non quidem ſicut nihilum, ſed ſicut nonnihil à primo ente maxime diſtans. Ait & formam compoſitumq; non eo ſolum ſpatio ab ente primo diſtare, quo ſtatus ille atque motus, qui in primo ente ponũtur, ſed multo maiore. Quo vero modo in ipſo ente ſint illa quinque, eſſẽtia, motus, ſtatus, idem, alterum, alibi diſputabimus. Et profecto illic neque motus eſt ipſum ens: alioqui nullus erit ſtatus in rebus: neq; ſtatus rurſum eſt ipſum ens, alioqui nihil vſq̃ mouebitur: ſed differẽtes entis proprietatis & actus. Sed miſſa in præſentia faciẽtis ipſius propria. Accedit autẽ ad quædam non entis, ideſt materiæ propria, quæ quidem opponũtur illis, quę ipſius boni propria numerauit. Ideoq; hanc tanq̃ à bono longiſſime diſcrepantem, malum ipſum iudicat nominandam. Ipſum quidem bonum menſura eſt: materia vero, (vt huius verbis vtar) immẽſuratio dicitur. Item bonum terminus, materia infinitũ. Præterea hoc informe, illud vero formator: hoc egenum, illud contra ſufficiens, & quę ſequuntur. Atqui quemadmodum illa boni propria quatenus ſunt intra bonum, idem inter ſe ſunt, ipſumq; ſunt bonum: quatenus autem ad ſequentia referuntur, inter ſe differre videntur. Sic & materiæ propria, qua quidem ratione in materia ſunt, vnum ſunt ipſaq; materia: qua vero ad ſuperiora ſpectant & comparantur, diuerſa cẽſentur. Perinde atque linearum ſigna, quæ in centro ſunt vnum, ſunt in circumferentia multa. Tum vero in rebus inter deum materiamq; cõpoſitis, eſt infinitudo quędam & terminus: eſt informitas & formoſitas. Neque idem eſt res ipſa compoſita, quod & alterutrum horum oppoſitorum: alioqui aut res ipſa nõ haberet vtrunque, aut ſaltem alterutrum eſſet vtrunque. Si enim hæc ipſe terminus ſit, non habebit infinitatem: ſin infinitas fuerit, terminum non habebit. Si denique res hæc per ſe & hoc & illud fuerit, certe idem vtrũq; reſtabit. Quod vero terminus & forma ſit infinitas informitasq; oppoſita, rerum natura nõ patitur. Sed quoniam miſta omnia ex oppoſitis tanq̃ non integerrime talia, reducenda ſunt ad ſimplicia, taliaq; q̃maxime: ideo ſuper formam & terminum quæ ſunt in alio miſtaq; ſunt oppoſitis, aſcendendum eſt ad formam & terminũ, quæ ſunt in ſeipſis atque puriſſima. Rurſus præter informitatem infinitudinemq;, quæ ſunt in alio oppoſitisq; coniuncta, ad ipſam informitatem infinitatemq; deſcendendum in ſeipſa ſimpliciter ſubſidentem. Proinde vbi Plotinus ait: Quod accidit alijs prius aliquid ipſum eſſe debere quàm accidat: Non dixit, prius ipſum in ſe vel per ſe extare q̃ accidat: ne forte accidens crederes eſſe ſubſtantiam. Tu vero hinc memento, calorem qui aliquando contingit aquæ, quoniam & in alio eſt, & ex accidenti competit, reduci ad calorem ignis: qui quamuis ſit in alio, non tamen ex contingẽtia adeſſe dicitur, ſed natura. Hũc denique calorem redigi ad ipſam caloris ideam quę & per ſe iam & in ſeipſa conſiſtit. Sic itaque ſicut quod per accidens eſt, ad illud quod ſecundum naturã ineſt, refertur: ita quod in alio iacet, ad illud quod in ſeipſo conſiſtit. Denique memento mala rerum formis accidere, neque caſu duntaxat, continue nanque perpetuaq; ſerie veniunt: neque ab ipſa natura formæ, quæ tãdem prouenit à prima forma, ideſt à mente diuina, ea videlicet ratione qua mens conuerſa eſt in bonum. Quamobrem & ab extrinſeco ſcito cõfluere mala, & illo quidem principio quodam determinato: non certe principio velut forma ſiue formali quodam, igitur à materia: primum igitur materia malum, ſicut & bona à principio rerum primo: illud igitur ipſum bonum. Superiora ſic iterum confirmantur. Videmus in rerum ordine ſingula ex potẽtia quadam actuq; componi, ideſt ex natura formabili actuq; formali cõſtitui. Et quæ media rerum tenent, ex vtriſque oppoſitis æqua portione rite commixta: ſed ſupra medium ordinis vniuerſi, formabilem potentiam ab actu formali magis gradatim magiſq; [illegible]: infra vero medium, viciſſim actum quidem decreſcere, creſcere rurſus potentiã patiendi deformemq; naturam. Quamobrem & augmentum ipſius actus per gradus ordinatiſſimum ad actum denique ſummum peruenit atque purum, & decremẽtum eius ad minimum paulatim actum formæ deſcendit. Cui mox ſuccedit ſumma quædam informitas & infinitas patiensq; omnino natura formis deſuper venientibus, quaſi menſuris & terminis ſemper expoſita. Sed hic interim animaduerte: Sicut ordinis huius deſcenſio vltra minimam formam [illegible] in materiam: ſic aſcenſionem vltra ſummam formam, ideſt eſſentiam mentemq; primam ad ipſum progredi bonũ. Viciſſimq;, ſicut ſuper ens exiſtit aliquid, ideſt ipſum bonum, ita ſubeunte ſubſidere nonnihil, ideſt ipſum malum, medium inter ens & nihil, bono prorſus oppoſitum. Medium nanque inter ens & nihil ſiue non ens, materiam Platonici ponunt, quę & non ens dicitur & non nihil. Quæ quidem velut communis potentia origine qua-

dam & generationis ordine vniuerſum antecedit mundi actum, ſicut & potẽtiæ paſſim propriç actus proprios ſimiliter antecedunt, Cum vero ob extremum virtutis defectum materia ſemper egeat ſuſtentaculo, neque fundamento vſquàm inferiori poſſit inniti: nihil enim eſt inferius illa: nacta eſt tantum deſuper ſuſtentaculum ex quo pẽdeat, ideſt naturam, ſicut & natura ſimiliter animam. Materia quidem ab eſſentia naturæ dependet, & ab ipſa mẽtis eſſentia. Formæ vero in materia genitæ ab ipſis naturæ ſeminibus ac mentis ideis, materia videlicet ſicut vmbra tum intellectualis eſſentiæ tum naturæ, formæ autem vt imagines ipſius mentis & ſeminum. Suſtineri vero videtur materia deſuper fermè in ſuſpendiculi modũ, ſicut ferrum à ſuperiori magnete ſuſpenſum.

*Malum non eſt in his quæ uere ſunt, ſed in his quæ aut non uere ſunt, aut ad illa quæ non uere ſunt, inclinantur. Item deſcriptio mali ideſt materiæ per oppoſita bono, ideſt primo rerum principio.* III.

SI hæc entia ſunt, atq; hoc eſt quod ſuper entia, malum certe in entibus nuſquã erit, multóq; minus in eo, quod entia ſupereminet: bona enim hæc omnia ſunt. Reliquum eſt igitur, ſicubi malum eſt, in his quæ non ſunt, reperiri, quaſi quandam non entis ſpeciem. Et circa aliquid eorum quæ non enti miſcẽtur, uel quomodocunq; habeant cum non ente commerciũ. Non ens inquam, haudquaquàm omnino non ens, ſed tantum ab ente diuerſum. Non ſic uero non ens, ut motus atq; ſtatus, quæ circa ens eſſe dicuntur: ſed tanquàm entis imaginem, aut etiam ab ente remotius. Id autem eſt ſenſibile uniuerſum, & quotcunq; ſunt circa ſenſibile paſſiones, uel aliquid iis poſterius & quaſi iis accidens, uel horum principium, uel eorum aliquid quæ id ipſum complent, tale quidem, quale iã dicam. Licet enim id cogitare quaſi quandam immoderationem, ſi ad menſuram referatur: infinitum quoq;, ad terminum: informe rurſus, ad formatorem: item ſemper egenum, ad ſufficiens: ſemper indeterminatum, nuſquam omnino quieſcens, omnia undiq; patiens, inſatiabile, extremam prorſus inopiam. Neq; talia huic accidunt, ſed tanquàm ipſius eſſentia eſſe uidentur. Quinetiam quancunq; ipſius uideris portionẽ, inuenies in qualibet hæc cuncta ſummatim: cætera uero quæcunq; id participant, eiq; aſſimilantur, mala quidem fieri, neq; tamen ipſum eſſe malum. Itaq; cuidam fundamento hæc inſunt, non alia quædam ab ipſo, ſed ipſum. Etenim ſi alteri malum accidit, oportet aliquid prius ipſum eſſe, etiamſi nulla id eſſentia ſit. Vt enim bonũ alterum quidem ipſum exiſtit bonum, alterum uero quod aliis accidit: ſic & malum hoc quidem ipſum malum eſt, illud autem ſecundum hoc accidit alteri. Quæ nam igitur immoderatio (dicet aliquis) niſi in eo quod immoderatum? Quæ rurſus menſura, niſi in re menſurç participe? At quemadmodum menſura quædam eſt in nulla re menſurata: ſic & immoderatio extra ſubiectum immoderatum. Si enim ſit in alio, aut erit in eo quod immoderatum eſt: ſed nõ eget hoc immoderatione, cum ſit ipſum immoderatum. Aut erit in re moderata: uerum nequit quod moderatum eſt, quatenus moderatum, immoderationem ſubire. Profecto oportet eſſe aliquid ſecundum ſe infinitum atq; informe ſuapte natura, taleq; per ſingula, qualia in ſuperioribus cõmemorauimus deſcribentia mali naturam. Præterea ſiquid præter illud eſt tale, uel ipſum habet admiſtum, uel ſaltem quoniam ad id ſpectat, euadit tale, aut quoniam cuiuſdam talis eſt cauſa. Quamobrem naturam figuris, ſpeciebus, formis, menſuris, terminis ſubditam, ornamẽtoq; præditam alieno,

nihil præterea boni ex ſe poſſidentem. Simulacrum rurſus ſi cũ entibus conferatur, quinetiam mali ipſius eſſentiam, ſiqua modo eſſe poteſt eſſentia mali, hanc inquam ratio primum eſſe malum, & per ſe malum rite conuincit.

*Gradus malorum tres. Quomodo in anima malum. Quomodo materia nihil habet boni.* Cap. IIII.

IN quarto capite malorum gradus proſequitur: In primo gradu materiam ponens. In ſecundo corpoream materiæ formam, quam non eſſe formam veram & hic Plotinus breuiter indicat, & nos in Theologia latius demonſtramus. In tertio vero ſtatuit animæ mali, dicens animã ipſam nõ eſſe per ſe malam: alioqui & omnis anima foret mala, & ab initio mala foret, & ſemper. Exiſtimat ſecundam animam, id eſt vitam ab anima prima quandoq; accommodatam corpori, ſtatim in ipſo accommodationis initio fieri prauam. Cum enim ſic alligetur corpori, vt ex ea & corpore vnum animal componatur, merito à materia mox inficitur, adeo vt & paſſionibus fiat obnoxia, & motus immoderatos more corporis ſubeat in exceſſum atque defectum. Talem vero fieri omnem eiuſmodi vitam Platonici putant: poſſe tamen & hanc vix tandem aliquando temperari. Sed ante moderationis effectum, & paſſiones illas eſſe inuoluntarias arbitrantur: quia videlicet naturales. & ſuperiorem quoque animam: quia ſcilicet libenter cum inferiore conſentiat: falſas inde opiniones accipere, quibus parum conſiderate iudicet, re vera bona ſibi quoque fore vel mala, quęcunque inferior anima naturali quodam impetu proſequitur aut fugit. Sicut igitur inferior anima impetu naturali mala fit, ſic ſuperior amore, conſenſione, opinione fit mala. Sed inter inferiorem hanc vitam atque formam corpoream hoc intereſt, quòd forma hæc paſſio quædam eſt materiæ, vita vero actio potius eſt vel actus animæ. Ideo formæ quidem malum inſanabile eſt, vitæ vero ſanabile. Vbi vero materiam ait boni nihil habere, intellige, nihil formalis, intrinſeci, abſoluti boni. Cum enim primus boni ipſius effectus ſit formale aliquid, id eſt diuina mens, forma formarum, merito vbi deeſt natura formalis, deeſt intrinſeca natura boni. Sed materia quia primum ſubiectum eſt, æque ad omnes formas expoſitum, nullã ſibi propriam vendicat formam, nihilq; formale: huic ergo nihil formalis, intrinſeci, abſoluti boni proprium eſt. Neq; tamen huic deeſt appetitio boni. Eſt enim materia indigentia ſumma, ad formalem copiam capiendam naturaliter paratiſſima: igitur hanc naturaliter appetit: igitur affectat bonum. Appetitio hæc bonum quodammodo dici poteſt: nõ quidem abſolute, ſed quoniam ſpectat & cõducit ad bonum, ad bonum inquam extrinſecum. Quod enim accipitur, nunquam euadit materiæ proprium. Proinde principium efficax, vnde appetitus motusq; materiæ ad bonũ efficitur, non eſt in ipſa materia: nulla enim efficacia eſt, vbi nulla forma, ſed in natura tanq̃ inſtrumento dei. Neque tamen appetitus motusq; eiuſmodi dicitur violentus: nam ad hũc tractum materia nedum reſiſtat, ſed & paratiſſima eſt, & q̃libẽtiſſime patitur, facillimeq; formatur. Denique ipſa materia quoniam eſt informis, eſt mala: imò quia eſt informitas, eſt ipſum malum. Dici tamẽ quodammodo bona poteſt, quatenus formabilis eſt à bono. Quoniam vero ſæpe formam nominat terminum & menſuram, ſcito terminum appellare, quia naturam materiæ ad ſpeciem quamlibet æque indifferentem certis quibuſdam ſpeciei limitibus terminat, vt per hominis quidem formam, ſpeciem hominis ſortiatur: per equi vero formam, ad equi ſpeciem cõtrahatur. Menſuram rurſus nominat, quia materia ſuapte natura nullam habet propriam magnitudinem vel figuram, ſed certa quadam forma dum ad certam ſpeciem eam terminat, propriam quãdam magnitudinem figuramq; requirit. Sicut autem corporea forma menſura eſt terminusq; materiæ: ſic intellectualis forma menſura eſt ac terminus animæ. Ipſum vero bonum mẽſura eſt terminusq; mentis & omnium. Anima denique quæ per omnes ſui vires in mentem conuerſa, eius menſura terminoq; componitur, nihil mali accipit aut proſpicit. Quæ vero à mente digreſſa materiam verſus inclinatione progreditur, iam malum proſpicit, & quaſi quodam intuitu faſcinatur. At poſtq̃ ſeminariã naturæ ſuæ virtutẽ quaſi animæ ſuperioris imaginem materiæ prorſus infudit, malum iam dicitur attigiſſe. Vbi tandem habitum iam concepit, per quem materiali corpore patiente compatiatur atq; conſentiat, iam tactu venefico languere videtur.

*Gradus malorum tres. Quomodo in anima malum. Quomodo materia nihil habet boni.* IIII.

NAtura corporum quantum eſt materiæ particeps, malum quidem eſt, & ſi nõ primum: habet enim ſpeciem quandam, quamuis non ueram: Priuatur & uita: Corruptionem infert inter corpora mutuam, concuſſionemq; ex ipſis inordinatam. Impedimenta quinetiam animæ ad actionem propriam affert. Præterea perpetuo fluxu

*Malorũ gradus tres.*

fluxu aufugit eſſentiam, ideoq; ſecundum obtinet mali gradum. Anima uero ſecundum ſe mala non eſt, neq; omnis anima praua. Sed quæ nam praua? illa uidelicet, ut inquit Plato, quæ ſeruit illi, cui prauitas animę naturaliter in eſſe poteſt: quaſi irrationalis animę ſpecies malum ſubeat, immoderationē, & exceſſum atq; defectum. Ex quibus intemperantia & timiditas, aliaq; animæ prauitas uelut paſſiones inuoluntarię oriuntur. Ex quibus & opiniones falſę, per quas bona uel mala quis putet, quę proſequitur aut fugit. Verum quid nam prauitatem hanc adducit? Et quomodo in principium illud cauſamq; redigere poteris? Primo quidem dicetur animam eiuſmodi non eſſe extra materiam, neq; ſecundum ſeipſam talem eſſe: itaq; immoderationi miſcetur ſpecieiq; ornantis & moderantis expers euadit: corpori nanq; materiam habēti immergitur. Præterea ſi uis rationalis offenditur, diſcernere prohibetur perturbationibus offuſcata, & materiæ tenebris obruta, utpote quæ annuendo prolabitur in materiam, & omnino non ad eſſentiam, ſed ad generationē ſpectat: cuius origo eſt natura materiæ, uſqueadeo mala, ut illud etiam quod nondum eſt in ea, ſolum uero eam proſpicit, ſuo impleat malo. Cũ enim boni omnino ſit expers, boniq; priuatio ſit puruſq; defectus, nimirũ quicquid quomodocunq; attingit eam, ſibi ſimile reddit. Perfecta igitur anima uergenſq; ad mentem, ſemper pura eſt, procul à ſe materiā eliminās, & omne interminatum, immoderatum, malum: neq; his propinquat, neq; proſpicit quidem. Quamobrem pura permanet, intellectu prorſus determinata. Quę uero munus id nō ſuſtinet, ſed ex ſeipſa progreditur in gradu quodam exiſtens neq; perfecto neq; primo, uelut illius imago ob ipſum defectũ, quatenus deficit, indeterminata ſorte repletur, tenebraſq; proſpectat, iamq; habet materiam, in illud aſpiciens quod non cernit, &, ut dici ſolet, tenebras aſpicit.

*In quo defectu conſiſtat malũ. Quomodo materia ſit ipſum malũ. Quomodo fiat malũ in animis.* Ca. V.

CAput quintum quæſtiones duas inducit & ſoluit. Prima quæſtio eſt eiuſmodi. Dictum eſt, vim rationalem imperfectiorem mente, eiuſq; imaginem eſſe: ſimiliter vim naturalē rationali imperfectiorem eiuſq; imaginem. Nũquid ergo defectus eiuſmodi vel ibi vel hic eſt malum? Nequaq̃. Nempe non in quouis defectu boni conſiſtit malum: quando ſcilicet aliquid ab alieno ſuperioriq; bono ſuperari deprehēditur, eiq; cedere Nam hi ſunt certi bonorum gradus prouidentia diuina diſpoſiti. Sed malum in proprio quodam defectu verſatur, quando aliquid bono aliquo ſpeciei ſuæ vel ſingulari munere videtur orbatum. Summum vero malum in vniuerſo defectu perpenditur, quod quidem omnis ſpeciei bono ſuapte natura caret, omniq; intus formali dono priuatur. Qualem dicit eſſe materiam, quæ nullā boni habeat portionem, ſcilicet intus & propriam. Cum enim ipſum ens primo bonum intus accipiat, tanq̃ ipſi bono q̃proximum, merito intrinſecum rebus bonum per munera ipſius entis, ſcilicet per eſſentiam & eſſè tribuitur. Materia vero neque proprium habet eſſe, cum non ſit forma, vel propriam habeat formam: Eſt ergo per eſſe ſubſtantialis formæ, ſicut accidentalis forma eſt per eſſe ſubſtantiæ, neque rurſus habet eſſentiam. Cum enim prima eſſentia ſit aliquid in ſe formale, præſertim ſi ad alias eſſentias comparetur, iure materia quæ nihil eſt formale, non etiam eſt eſſentia, veruntamen eſt aliquid eſſentiæ quodammodo ſimile: q̃uis ipſius eſſe ſimile nihil habeat. Proinde in quo eſt defectus aliquis qualiſcunque ſit, id non eſt ipſum bonum: vbi defectus à proprio quodam bono cadens, ibi iam malum aliquod: vbi defectus omnis, ibi malum ipſum, id autem eſt materia. Defectus autem à proprio bono degenerans, in quo eſt potentia & procliuitas in malum aliquando cadens, deterior defectus eſt q̃ ſimplex alicuius boni defectus: in hoc enim cōſiſtit minus bonum, in illo vero malum. Nam procliuitas illa præſertim iam inclinans, vergit ad ipſum malum, quod quidem ante procliuitatem iam eſt malum: & ipſa procliuitas in animo pronior quādoque facta, iam eſt mala, antequàm

patitur. Siquis autem extra animam quoq; mala poſuerit, quærendũ eſt, quo modo ad naturam illam mali reducat, ceu morbum, deformitatem, paupertatem. Forte uero morbum dicent eſſe defectum aut exceſſum in corporibus compoſitis ex materia, ordinem & menſuram non ſuſtinentibus: Deformitatem uero eſſe materiam forma minime ſuperatã. Paupertatem deniq; egeſtatem, priuationemq; eorum quibus egemus ob materiam cui coniungimur ſic natura inſtitutam, ut ipſa ſit indigentia: Proinde ſi hęc recte dicuntur, non eſt dicendum, nos malorum eſſe principium, quaſi ex natura propria mali ſimus: ſed ante nos hæc eſſe. Quæ uero homines occupant detinere nolentes: attamen pręſtari malorum animi fugam, animis uidelicet id potentibus: non omnes autem poſſe. Poſitio uero materiæ corporum naturæ præſentis malum eſt: neq; enim ipſum malum eſt prauitas hominum, quandoquidem non omnibus ineſt hominibus: datur enim eius ſuperandæ facultas. Pręſtantiores certe ſunt, quibus id quoq; non accidit. Superant deniq; eo quod in ipſis eſt à materia ſegregatum.

*Quomodo aliquid bono ſit contrariũ ideſt materia. Quomodo formæ à materia ſeparatæ ſint contrariæ.* VI.

SExtum caput exponit, quid ſibi Plato velit, vbi ait in libro de ſcientia, Mala omnino deleri non poſſe. Eſſe nanque neceſſario aliquid ſubcontrarium bono. Ipſaq; mala in mortali natura verſari. Inter hæc intellige, non eſſe quicquàm proprie ipſi bono contrarium, quaſi id in eodem genere contra bonum ex oppoſito diuidatur. Principium nanque rerum cũ nullo poteſt in eodem genere conuenire, et à nullo per differẽtias ſibi additas diſcrepare. Sed dicitur aliquid ſubcontrarium bono, ideſt ſub boni imperio collocari aliquid ab eo maxime diſtans, ac penitus diſſimillimum, ideſt infimam mundi materiam. Præterea docet in cæteris quidem contrarijs non eſſe neceſſarium, vt ſi vnum extat, mox extet & alterum. At vero ſi ipſum bonum eſt, neceſſario eius ſubcontrarium prouenire: ideſt, ſi primum eſt vniuerſi principium, neceſſario datur gradus quidam infimus vniuerſi. Inter hæc contrarietatem accipit aliter quàm plerique eam definientes repugnãtiam quandam duarum in eodem genere qualitatum. Vnde ſequeretur, ſubſtantias ſibijnuicem non eſſe contrarias, & quæ contraria ſunt, in eodem genere collocari. Hic enim contrarietatem eſſe vult diſtantiam vtrinque vndique maximam oppoſita facientem, ferentemq; oppoſita. Sic itaque materia erit ſubcontraria deo. Hæc enim non eſt eſſentia, ille vero eſſendi principium: hęc malorum origo, ille bonorum: hęc rurſus informitas deformitatisq; cauſa, ille principium eſt formarum. Multoq; magis hæc duo inter ſe contraria ſunt quàm calor atque frigus & ſimilia: hæc enim in nullo conueniunt, cætera vero in genere & materia congruũt. Subdit, ignem & aquam ſi ſpeciem ſeorſum ſeruarent illis ſubducta materia, inter ſe adhuc contraria fore, ſcilicet eſſentiam aquæ ignis eſſentiæ. Tunc enim in his calor & frigus non modo proprietates quædam eſſentiales, ſed etiam quodammodo eſſentiæ forent, ſiue actus eſſentiæ, maximeq; inter ſe diſtantes contrariorumq; cauſę vniuerſo. Item nulla tunc alterius portio propria foret in altero, cum communis ſit illis materia defutura. Rurſus duo hęc ſe totis inter ſe diſcrepabunt, & ipſa (vt ſic loquar) alteritate diſtabunt.

*Quomodo aliquid bono contrarium ſit, ideſt materia. Quomodo formæ à materia ſeparatæ, ſint contrariæ.* CAP. VI.

Operæpretium eſt intelligere, qua ratione potiſſimum à Platone dictum ſit, mala omnino deleri non poſſe, ſed ex neceſſitate uenire. Neq; apud deos eſſe, ſed apud mortalem naturam inferioremq; hunc locum aſſidue circumuolui. Nunquid igitur ita dictum eſt, quoniam cęlum quidem ſemper liberum ſit à malis? Quippe quod ordine perpetuo moueatur, & ornamento feratur: neq; iniuſtitia neq; iniquitas alia ibi ſit: neq; cœleſtia ſibi inuicem iniuriam inferant, ornata moderatione perducta: in terra uero iniuſtitia ordinisq; expers ſit iniquitas. Hęc enim

eſt natura

eſt natura mortalis, locuſq; inferior. Verum quod inquit, hinc aufugiendũ eſſe, nequaquàm de terrenis locis eſt dictum. Fuga enim eſt inquit, nõ à terra diſcedere, ſed hominem etiam in terra uiuentem iuſtum & ſanctum unà cum prudentia fieri: perinde ac ſi dicatur, aufugiendam prauitatem eſſe: quaſi mala homini ſint tum prauitas, tum quæ ex prauitate naſcũtur. Tum uero cum Theodorus diceret, poſſe mala de medio tolli, ſi modo quæ dicat hominibus perſuaſerit: Socrates fieri id poſſe negauit: Mala enim ait neceſſario euenire. Quippe cum neceſſarium ſit aliquid bono ſubcontrarium eſſe. At uero qua ratione fieri poteſt, ut humanum malum, ideſt prauitas, ipſi bono contrarium ſit? Nempe contrarium hoc eſt uirtuti. Virtus autem nõ ipſum bonum eſt, ſed quoddam bonum, quod quidem efficit, ut materiæ dominemur. Ipſi autem bono quomodo aliquid contrariũ erit? Non enim eſt quale. Præterea quid nam cogit ubiq;, ſi alterum contrariorum extat, alterũ rurſus extare? Verum eſſe quidem poſſit, atq; ſit contrarium: quandoquidem & contrarium eius exiſtat: uelut exiſtente ſanitate, poteſt & morbus eſſe: neq; tamen neceſſario prouenit. Forte non putat Plato in quolibet cõtrariorum ordine eiuſmodi neceſſitatem eſſe ueram, ſed in ipſo boni contrario. At ſi ipſum bonum eſſentia eſt, uel potius ſuper eſſentiam, quidnam poteſt ei eſſe contrarium? Quod igitur nihil eſſentiæ ſit contrarium, id in ſingulis eſſentiis per inductionem ſatis eſt manifeſtum. Vtrum uero ipſi ſimpliciter eſſentiæ contrarium aliquid ſit, nondum eſt demonſtratum. Sed quidnam ipſi uniuerſali eſſentiæ contrarium eſſe poterit, atq; omnino primis uniuerſi principiis? Forte uero ipſi quidem eſſentiæ erit cõtrarium, nõ eſſentia. Boni uero naturæ contrarium, ſiqua eſt mali natura atq; principium. Principia enim utraq; ſunt, id quidem bonorum, illud uero malorum: atq; omnia quæ in alterutra natura ſunt, inter ſe contraria ſunt. Quo circa & ipſa tota contraria, magiſq; contraria ſunt quàm cætera. Alia nanq; contraria, uel in eadẽ ſpecie, uel in eodem genere collocantur: & in quibuſcunq; ſunt, communi quodam conueniunt. Quæ uero ſunt ſeorſum, atq; ita ſe habent, ut quæ naturam implent alterius, contraria ſint eorum, quæ naturã alterius implent, quidnam prohibet maxime inter ſe eſſe contraria: ſi modo contraria ſunt; quæ interuallo à ſe inuicem longiſſimo diſtant. Termino ſane atq; mẽſuræ & cæteris quæ diuinæ naturæ ſunt propria, contraria ſunt infinitudo immodenſioq;, & reliqua quotcũq; in natura mali eſſe dicuntur. Quapropter uniuerſum eſt uniuerſo contrarium. Alterum profecto eſſe fallaciſſimum habet, ac primo uereq; falſum atq; mendacium: alterius aut eſſe eſt uere eſſe: ineq; illius falſitas huius ueritati repugnat. Rurſus quod ſecundũ illius eſſentiam eſt, ei quod ſecundum huius eſſentiã eſt opponitur. Quas ob res ſatis conſtat, non ubiq; uideri uerum, nihil eſſentiæ contrarium eſſe: quoniam ignem & aquam confiteremur eſſe contraria, etiamſi non ſubeſſet illis communis materia, in quibus calor, frigus, humor, ſiccitas, accidentia ſunt. Si aũt in ſeipſis eſſent ſola, eſſentiam ipſorum abſq; communi ſubiecto complentia, tunc quoq; contraria forent, eſſentia uidelicet eſſentiæ. Quæ igitur ſegregata

Fuga.

Eſſentiæ an aliquid ſit contrarium.

gata inter ſe ſunt omnino, communeq; nihil habent, ac interuallum habent quamplurimum, in ipſa ſui natura contraria ſunt: quandoquidem contrarietas non fit qua ratione quale quiddā ſint, neq; omnino ſecundum quoduis rerum genus, ſed qua plurimum inter ſe diſtant: item, qua ex oppoſitis conſtituuntur, & contraria faciunt.

*Quomodo ſi bonum eſt, neceſſarium ſit eſſe malum: & quomodo uniuerſum ex materia conſtat & forma, ex mente atq; neceſſitate.* Cap. VII.

Poſt hęc in ſeptimo capite monſtrat, cur neceſſarium ſit, ſi bonum eſt, fore malum. Profecto mundanum opus ab ipſo deo factum, nunquàm pręſenti effectu actuq; factum eſſet, niſi fieri potuiſſet. Duo igitur cogitantur, tum potentia, tum actus eſſendi: quæ quidem inter ſe cōtraria, id eſt oppoſita ſunt. Nam & qua ratione actu iam exiſtit, nequit ulterius effici: & qua ratione fieri poterat, nondū erat in actu. Item potentia quidem eiuſmodi terminus eſt à quo: actus autem terminus eſt in quem effectio mundi progreditur. Actus quidem exiſtit iam in potentia mundi: potentia vero non in actu quidē, ſed potius eſt ſub actu; atque ita hæc hunc ordine quodam antecedit rationiſq; diſcurſu: ſicut in qualibet re ū apud nos genitura, potentia hęc aut illa naſcendi actum proprium & pręcedit tempore, & in actum procedit in tempore. Si quæras de prima naſcituri mox mundi potentia quid nam fuerit, reſpondebo: neque prorſus aliquid extitiſſe, iam enim fuiſſet in actu: neque rurſus omnino nihil: non enim aliquid fundatur in nihilo. Dicam ergo fuiſſe nonnihil, ipſam inquam exiſtendi potentiam atque materiam. Non inquam in deo fundatam, deo enim nihil accidit; non fundatam rurſus in nihilo, ſed ipſum potius fundamentum. Non quidem in ipſa diuini architecti intentione primum, ſed potius ultimum. Primum nanque id eſt præcipuum in ipſa dei ſententia, eſt forma mundi, poſterius vero materia, ſub mundi forma ſe occulens. Viciſſim vero in operis expeditione primum eſt materia, ſubſequens vero forma. Conſtat igitur vniuerſum (ut Plato inquit) ex mente, id eſt actu formali, qui ſanè eſt in diuinæ mentis voto præcipuum, mentiſq; imago. Item ex neceſſitate, id eſt materia, quæ non tam intentione propria ꝙ neceſſaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. Si igitur eſt ipſum bonum efficaciſſimū omniū, neceſſario Plotinus vult opus inde ſequi mundanum. Si mundus eſt, neceſſario eſt materia, quæ malum eſt. Si ergo bonum eſt, ſequitur neceſſario malum. Præterea bonum ipſum cum inæſtimabilem habeat efficaciam, vim ſuam effectumq; longiſſime latiſſimeq; diffundit. Si lōgiſſime porrigit, certe graduum deinceps innumerabilium ſeries efficit, vt gradus ultimus velut maxime diſtans ſit primo, id eſt bono contrarius, id eſt omnino diuerſus atque diſſimilimus: erit itaque malum, malum inquam ſimpliciter atque commune. Item ſi latiſſime vim diffundit, plurimi per latitudinem rerum gradus efficiunt, vt aliquis ſit ab aliquo diuerſiſſimus, ſæpeq; reuera contrarius: atque malum non quidem ſimpliciter malum, ſed potius huic cem. Si ergo bonum eſt, cōſequenter tum in longum denique ſurrepit ipſum malum, tum in latus quædam inter ſe mala contingunt. Inæſtimabilem ipſius boni fœcunditatem neceſſario bonum ſequitur iterum fœcundiſſimum, & huius deinceps fœcunditatem fœcundum aliud rurſus & aliud. Cum vero ſemper effectus in bonitate cauſæ cedat, cōtinue magis ſubſequitur comminutio boni, hāc vero ſubſequitur denique malum. Effectus itaque boni & bonus eſt, quoniā eſt ex bono: & minus bonus, quoniam extra & infra bonum: & denique malum patitur, poſt boni longiſſimum detrimentum. Quoniam vero materia eſt ipſum malum, atque ex hac totus mundus compoſitus eſt, ideo in qualibet mundi particula latet malum, quāuis in ſphæris mundi ſublimioribus ſoliti effectus mali non accidant: quippe cum ibi defectum materiæ perfectione formæ nimium ſuperetur: nonnihil tamen mali ſimile præ ſe ferre videtur cōtinua quædam priuatio, quam ſecum affert perpetuus mundi motus in præteritum ac futurum. Materia quoque cęli ob potentiam eius ad formas omnes indifferentem ſubinde ſibi formas aliquando commutaret, niſi mira quadam præſentis formæ virtute tanꝗ freno quodam cohiberet: cui quidem freno iam manſuefacta cedit, forte non tam quia ſimpliciter materia eſt, quàm quia talis formæ materia. Hanc ob cauſam Plato in Timęo ſphęras mundi ſtellasq; inquit diſſolui poſſe, ſcilicet ex natura materiæ, niſi virtute diuina, id eſt mira bonitate formę connecterentur. Formæ itaque ſeparatæ diſſolui non poſſunt. Nam etſi hę quoque benefico ipſius boni munere conſeruantur, tamen hoc ipſum boni munus forma eſt, qua quidem dum ſeruatur forma quęlibet à materia ſegregata, videtur interim ſeipſa ſeruari, cū ipſa reuera ſit forma. Si quis autem ambigat, cur corpus humanum forma ſua, id eſt anima quæ diuina eſt, non ſeruetur indiſſolutum, audiat Moyſen docentem, contineri quoque id corpus indiſſolubile poſſe, ſi modo & anima ſuam ſeruet diuinitatem, quod & Perſarum magi ſecuti promit.

obumbrati iam ſunt, & contraria tum luci tum ſibi inuicem natura polluti. Nonne vides eos inefficaces ſic euaſiſſe, vt abeunte luce nihil agant, forteq; ſint nihil, adeo vt dum præſente luce videntur exiſtere, hoc ipſum eſſe ipſius forte ſit lucis: certe hoc ipſum agere oculoſq; mouere, ſit lucis in eis agentis. Talem vero formarum noſtrarum ad diuinas comparationē eſſe memento. Materia enim formas omnes in ipſa iacentes multo magis inficit informitate ſua, quam ſubiectum frigidum calorem debilem accedentem. Maior nanq; diuerſitas eſt inter formam atq; informe omnino ſubiectum, quàm inter formam quamlibet & ſubiectū quomodolibet iam formatū. Si ergo non eſt calor verus qui miſtus eſt frigido, certe non eſt vera forma quę immerſa eſt ſubiecto prorſus informi: ſiue (vt verius loquar) informitati. Accipe colores quatuor, album, croceum, & viridem, & rubentem: miſce cuilibet horum quemlibet, nō tantum quemuis inficies mutua miſtione quantum ſi quemlibet horum nigro miſcueris: nigredo vero ad reliquos comparata colores, materiam tibi referat ad formas ſimiliter comparatam. Memento præterea formas in materia, quia factæ materiales ſunt, egenas euadere, ac periculis ſubiacere, ideoq; inuicem ad perniciem concertare: vt alieno videlicet detrimento vtcunque poſſunt alantur, & tutiores ſint extincto cōtrario. Separatas vero à materia formas quamuis admodum inter ſe diuerſas, tamen inter ſe nullo modo pugnare. Generant tamen [illegible] ſo contraria: idea quidem ignis, ignem: idea rurſus aquæ, generat aquam. Quod enim inter differentes ideas eſt inconfuſa vniuſcuiuſq; proprietas, hic repugnāria fit hoſtilis. Concludo tandem, formas in materia penitus obumbratas fieri vſqueadeo languidas, vt materiæ veneficio ægrotantes veneficę quodammodo ſint & animo nimium propinquanti. Qua vero ratione pro humorum diuerſitate diuerſa hominum ſint ingenia diuerſiq; mores: [illegible] quomodo ſuperari hæc incommoda temperari'ue poſſint, in Theologia ſæpius diſputamus, vbi etiam non veras eſſe in materia formas frequenter aſſerimus. Vt autem quę Plotinus de bono maloq; & boni maliq; gradibus & in ſuperioribus & hic adducit, ſummatim [illegible] conſidera. Diuerſa bona in quocunque rerum genere ſint, communi vocamus appellatione boni: neque id quidem caſu, ſed certa quadā conditione ad hoc adducti. Vnam itaque [illegible]ctis communem ſortem vaticinamur, non vnam ſpecie aut genere. Nam in omnibus generibus quātumuis diuerſis, bonum cōſpicimus atque nominamus: Vna eſt igitur hęc appellatio, ob quandam ad idem ordinis vnionem, ſcilicet quoniam ab eodem principio ſunt, eiuſq; aliquid habent, & ad idem velut finem feruntur & conferunt. Similiter per omnia genera malum [illegible] quod reperimus, cunctaq; mala eodē mali nomine non caſu ſed certa ratione nominamus. Neq; id verius fieri poteſt, quàm ſi ad vnū ſummopere malum omnia referamus, ſcilicet quia vel inde contingant, vel illius aliquid habeant ſiue ſimilitudinis ſiue inclinatiōis, ſiue naturę, vel quia illuc ferātur & ferant. Ipſum quidem bonum ſummus eſt vniuerſi gradus: ipſum vero malum, gradus ſit vltimus omnium. Neque vero debet mala dijudicare ſolum per diſceſſum ab ipſo bono atque diſtantiam, imò multo rectius per acceſſum ad ipſum malum. Non enim quicquid ſtatim à primo diſtat, mox iudicamus malū: ſed longo poſt interuallo mala deprehendimus, quæ per acceſſum ad vltimum deformia iam pernicioſaq; ſunt. Valde enim probabile eſt, quę propinquiora ſunt ipſi bono quàm ipſi malo, bona cenſeri: quę viciſſim propinquiora malo, mala putari. Sin autem abſque fine aliquo deſcendatur, nuſquàm erit infimum, & ab ipſo bono maxime diſtans: quo poſito liceat aliquid huic propinquius exiſtimare quàm bono, aliudq; alio propinquius huic vlla ratione perpendere. Referre autem malorum [illegible] um ſolum ad quandam à bono diſtantiā, perinde ſe haberet, ac ſi quis ad ipſam à malo diſtantiam bonorum omne iudicium referat.

*Ipſum bonū, gradus ſummus: ipſum malum, gradus vltimus.*

OBiiciet forte quiſpiam, non propter materiam nos fieri malos: neq; enim ignorantiam, neq; prauas cupiditates ob materiam proficiſci. Atqui ſi ob prauam corporis affectionem quis aberret, non materiam, ſed formam affectus cuiuſlibet eſſe principium: uelut calorem, frigiditatem, amarum, ſalſum, reliquaſq; humorum ſpecies: Præterea repletiones uacuitateſq;: Repletiones inquā nō quaſlibet, ſed talium quorundam repletiones, & omnino tale quiddam eſſe, quod differentiam facit concupiſcendi. Ac ſi uis opinionum quoq; fallentium diſcrepantiam, quo appareat formam potius quàm materiam eſſe malum. Verū hoc quoq; pacto nihilominus compelletur, malum eſſe materiā confiteri. Nempe quæcunq; facit qualitas in materia iacens, haudquaquam ſeorſum

exiſtens,

existẽs efficit: quẽadmodũ nec figura ſecuris abſq; ferro ſecat. Preterea for mæ quæ in materia ſunt, nõ eedẽ ſunt, quæ eſſent, ſi in ſeipſis exiſterent: ſed rationes quædam materiales ſunt in materia iam corruptę, naturęq; mate rialis plenæ. Neq; enim ignis ipſe, ſcilicet ſeparatus urit: neq; aliud quicquã eorum quæ in ſeipſis exiſtunt, talia facit, qualia formæ iam in materia factæ dicuntur efficere. Materia ſiquidem eſt eius quod apparet in ea ſit domina, [illegible] ipſum atq; diſſoluit, ſuam uidelicet naturam adhibẽs illi contrariã: [illegible] calido frigus admouens, ſed ſpeciei caloris ſuam ſpeciei obiici- [illegible], & formæ informitatem: exceſſum quoq; atq; defectum oppo [illegible] moderatæ naturæ, quouſq; tandem efficiat, ut forma non amplius ſui [illegible] materiæ prorſus euadat. Quemadmodũ in animalibus nutriendis [illegible] aſſumitur haud ulterius quale influxerat, permanet: ſed in cane [illegible] ſanguis, & omnino caninũ: humoreſq; omnes pro natura accipientis [illegible] Quamobrem ſi corpus cauſa eſt malorum, hac quoq; ratione ma [illegible] malorum cauſa iudicatur. Dixerit forte aliquis, oportere talia ſuperare. [illegible] purum eſt quod ſuperare queat, niſi fugiat. Iam uero uehemen [illegible] cupiditates certa quadam corporum complexione proueniunt: aliæ [illegible] aliorum cupiditates: adeo ut non facile quilibet ſuperare poſſit. Quid [illegible] alii quidem obtuſiores ſunt ad iudiciumq; inepti: utpote qui na- [illegible] frigida, ad motumq; ineptæ: alii uero contra effrenata quadam leui- [illegible]. Teſtantur hæc noſtri habitus pro temporũ diuerſitate diuer- [illegible] cum ſumus, aliter cupimus atq; cogitamus; uacui uero aliter. Quin etiam aliter quidem repleti, aliter affici conſueuimus. Deniq; ut ſum- [illegible] dicam, primo quidem malum ſit, quod omnino menſurę eſt expers. Quod autem in natura menſuræ prorſus experte fit aut exiſtit, uel ſimilitu- [illegible] participationẽ, ſecundo loco ſit malum, propterea quod ipſi accide [illegible] primo quidem malum ſit tenebroſitas, ſequenti autem gradu ſi- [illegible] ſit tenebroſum. Tum uero prauitas cum ſit inſcitia immoderatioq; [illegible] ſecundum obtineat mali locum, neq; ſit ipſum malum. Quippe [illegible] uirtus ſit primũ bonum: ſed quatenus uel ſimilis uel particeps bo- [illegible] euadit, bona cenſetur.

*[illegible] quod eſt informe cognoſci poſſit ab anima, quæ eſt forma, & per formam ſolet cognoſcere.* IX.

*Q[illegible] in capite nono, quomodo quod informe eſt, cognoſcatur: cum & virtus cogno [illegible] ſit forma, & ipſa per formam aſſueta ſit, & obiectum per formam virtuti ſit oc- [illegible] Reſpondet, per lumen cognoſci tenebras, id eſt fingẽdo quidem totum lu- [illegible] tenebras cogitari: fingendo vero deeſſe hic luminis partem, quam alibi [illegible] cognoſci aliquid tenebroſum. Similiter omnem formam auferendo, animũ vaticí [illegible] ſed formas auferendo nõnullas, aliquid cogitari deforme. Sed mirum hic ali [illegible] ſicut enim neque ſine luce videmus quicquam, neque in luce tenebras: ita neq; [illegible] quicquam intelligimus, neque per formam vel in forma materiam. Animus denique [illegible] bonum ſupra lumen intellectuale cognoſcit, ſic materiam infra lumẽ eiuſmodi [illegible] autem vtraque vaticinium potius quàm ratio nuncupanda videtur.*

QVo nam igitur hæc nouimus? Ac primo quidem quo nam noui- mus prauitatẽ? Virtutem quidem mẽte atq; prudentia, ſe nanq; cognoſcit. At uero quomodo prauitatem? Nunquid quemad- modum regula quadam rectum diſcernimus à non recto: ſic &

 uitium

*Vitium quomodo animaduertimus.*

uitium tanquàm uirtuti non congruens. Sed nunquid uitium cognoſcimus ipſum aſpicientes? Profectò integrum uitium nequaquàm aſpicientes animaduertimus, nam eſt infinitum: neq; ablatione quadam dicta [illegible] dicimus, uirtutis omnino nihil habere. Vitium uero non integrum [illegible] hoc penſitamus, quo deficit à uirtute. Partẽ ergo uidentes, parteq; [illegible] quod abeſt reliquum ſuſpicantes, quod quidem in tota ſpecie continetur; [illegible] uero abeſt, hac ratione uitium iudicamus in ipſo indeterminato, [illegible] priuatum derelinquentes, atqui in ipſa materia quaſi deformẽ [illegible] entes: quippe cum ratio ibi non dominetur, neq; poſſit materiam [illegible] operire, nimirum deformitatem ex quodam ſpeciei defectu excogi[illegible]. At uero quod nulla ex parte nactum eſt ſpeciem, quo pacto cognoſ[illegible]? Forte omnino ſpeciem adimentes, totum id quod reſiduum eſt, [illegible] ſunt ſpecies, aſſerimus eſſe materiam: ipſiq; interim informitatem [illegible] intra nos admittimus, dum uniuerſam ſpeciem auferimus, ſi [illegible] materiam inſpecturi. Quapropter hic intellectus fit alius, ac fermè [illegible] tellectus, dum quæ ſua non ſunt, audet inſpicere. Quemadmodum [illegible] diuertens à lumine ut uideat tenebras, & non uideat: propterea quòd [illegible] bras uideat, relinquit lumen. Neq; enim unà cũ lumine tenebras uidere poteſt: neq; rurſus abſq; lumine uidere poteſt quicquam. Quo uidelicet [illegible] tingat, ut quoad poteſt fieri, uideat. Similiter intellectus in penetralibus ſuis proprium lumen occulens, & quaſi extra ſe progrediens, in illa quæ ab ipſo aliena ſunt, abit: nec interea proprium lumẽ admouet: ideoq; contra[illegible] naturę ſuæ ſubit conditionem, ut quod ſibi contrarium eſt, inſpiciat. [illegible]

*Quòd materia ſit mala, non quia qualis ſit, ſed quia non qualis: ſic dicta eſt ſine qualitate bonum. [illegible] riam eſſe prorſus informem. Et quid ſit forma.* [illegible]

POſt hęc autem in reliquis libri capitulis quęſtiones mouet & ſoluit. Quęſtio pri[illegible] pitulo decimo, Vtrum materia ſi non ſit qualis, poſſit eſſe mala. Solet enim ad [illegible] genus virtus & vitium, bonitas & malignitas pertinere. Reſpondet: Quę [illegible] ſubiecto quodã atq; forma, ita ſolere vel bona vel mala cenſeri. At vero quæ [illegible] ſunt, nõ ita, ſed aliter iudicari. Sic ipſum rerum principium quando vel dicitur bon[illegible] eſt qualitas: vel quando dicitur bonum, non eſt quale: ipſum enim eſt ipſa bonitas, [illegible] litas ſolum, ſed ſubſtantiæ eſſentiæq; ſuper. Ipſũ rerum [illegible], id eſt materia, [illegible] tas appellatur, non eſt qualitas: alioqui & in ſubiecto alio foret, neque ſic foret [illegible] per naturam formalem nonnihil boni formalis haberet. Item vbi denominatur mala, [illegible] cognominatur, quia ipſa ſit aliquid ex ſubiecto & qualitate compoſitũ: alioqui [illegible] vltimum, poſſet enim in ſimpliciora reſolui atque ſubiectum, & ipſa eius qualitas [illegible] quibuſdam alijs potiſſimum congrueret qualitatibus, alioqui materia nõ foret ad [illegible] capiendas ęque parata. Neque etiam eſſet qualitas pariter ad omnes qualitates in[illegible] nam ſic quidem & ipſa iam ad naturam formæq; materiæ traheretur: & ſiquid forte [illegible] le iudicaretur, ſaltem id inſuper ſequeretur, vt quod omnium ſubiectum dicitur ſit [illegible] forma & ſubiecto compoſitum. Oportet tamen ne in infinitum ſit proceſſus, ad ſubiectum [illegible] plex & informe penitus deuenire. Materia igitur non quia qualitatem habeat, ſed quia non habeat, malum exiſtimatur. Si ergo qualitas quandoque bona dicitur, nõ quia ſit qualis, [illegible] quia qualitas: ſic materia mala, non quia qualis, ſed quia materia, nullam in ſe poſſidens qualitatẽ. Qualitas enim & forma in ſubiecto nihil aliud eſt, quàm menſura determinatio [illegible]

*Qualitas et forma in ſubiecto qd ſit.*

[illegible] & expreſſio quædam ab ipſo bono per formam [illegible] per mentem [illegible] gillum ſuum impreſſũ referens ipſum bonum [illegible] poſſumus nõ [illegible] ipſo bono etiam pendentia per quendam proceſſionis potius quàm conuerſionis modum [illegible] dum ab ipſo bono reſpectum, [illegible] ſigillo quaſi peculiare aliquid [illegible]. Sic [illegible] [illegible] cęleſtis [illegible] quicquid [illegible] terræ inde depẽ dens, ſed communi ipſa cęli natura per lumen velut ſigillum ſibi ſimile propriumq; nihil vltra terræ.

*Vtrum ipſum malum non ſit purum malum, ſitq; in anima. Reſpondetur, eſſe purũ, neq; in anima.* [illegible]

QVæſtio tertia in capite duodecimo tentat, vtrum liceat ipſum primumq; malum iudicare non purũ vndique malum, atque ita in anima collocare. Reſpondeo, primum ſummumq; malum apud Plotinum intelligi extremam formarum vacuitatem, quæ quatenus ad formas pertinet, ſit & pura vacuitas primaq; materia. Quæ quidem ſi quid formæ haberet intrinſecus, nõ eſſet materia vera, ſicut neque vera forma eſt, quæ materiale aliquid in ſe admittit. Rurſus, ſi non eſt vera materia, ſiqua intrinſecus formalis euaſerit: ita neq; vera forma quæcunque materialis euadit. Præſertim quia ſi materia dum fingitur in melius, id eſt formalem traduci ſortem, deſinit eſſe vera: multo magis forma vera ceſſat exiſtere forma, dum in deterius, ideſt in materiam iam transfertur. Vt igitur à non vero perueniamus ad verum, oportet tum ad formas ſupra materiam puras aſcendere, tum ad puram infra formas materiam deuenire. Quamobrem materia ſemper eſt pura vacuitas. Nam & dum formas omnes videtur habere, nullas habet: tum quia nõ vere ſunt eiuſmodi formæ, tum quia neque vllam ſibi propriam contrahit, neque ſeruat inde veſtigium, & forſan ſpeculi more, quæ non habet, oſtentat habere.

QVid ergo ſiquis nõ uniuerſam priuationem boni, prauitatem, malumq; in anima: ſed quãdam boni priuationem eſſe dixerit? Profecto ſi ita ſe res habeat, partim quidem habens, partim uero carens miſtum habebit ſenſum, neq; purum malum: atque ita nondum primum purumq; malum nobis erit inuentum. Et bonum quidem animæ in ipſa ſui erit eſſentia: malum uero accidens quoddam eſſe cenſebitur.

*Vtrum ipſum malum ſit impedimentum in anima. Reſpondetur, Extra animam eſſe primum malum, ut primum bonum. Et animam per quatuor gradus deſcendere in malum, ſcilicet materiam.* Cap. XIII.

QVæſtio quarta in capite decimotertio, Vtrum primum malum ſit ita ponendum in anima, vt malum hoc non tam priuatio ſit quàm impedimentum ad bonum proprium conſequendum. Negat impedimentum eiuſmodi, ſcilicet vitium eſſe primum malum [illegible] quia propterea dicitur malum, quòd impediendo bonum deducit ad malum: non eſt igitur primum malum. Item ſicut virtus non eſt ſummum bonum, ita neque prauitas ſummum malum. Virtutem vero non eſſe in bonitate primum ſummumq; patet, tum quia & in labore verſatur, & appetitum naturæ non implet: tum quia à potentia quadam otioſa prouenit in effectum, curſuq; temporis à minori pergit in maius: tum quia compoſitionem in ſe aliquam admittere poteſt. Hæc autem in ipſum ſimpliciter bonum cadere nequeũt. Sicut ergo ipſum bonum eſt virtute præſtantius, ſic ipſum malum eſt inferius vitio, longeq; deterius. Profecto animæ malum eſt ad materiam ſe deflectere, quam Plato in Theæteto nominat [illegible] dinis regionem, ſcilicet diuinitati vndique diſſimillimã. Delabitur autem in lethæum [illegible] fundum per gradus quatuor quaſi flumina quatuor. Primo quidem gradu ha[illegible] bricam imaginaſ attentius: ſecundo, affectat ardentius: tertio, iam coniuncta [illegible] to, coitus eiuſmodi voluptatem ducit in habitum. Hactenus per flumina quatuor [illegible] animus præcipitari videtur. Ita præcipitatus rurſus ibidem per quatuor quoque [illegible] do videlicet iudicium imaginatione penitus obcæcatur. Item affectus ex humano fit ferinus. Hinc coitus eiuſmodi cum corpore corpoream reddit animam. Denique habitus animi corporis commercio detinens, fit penitus indelebilis: niſi forte diuinitus deleatur. [illegible] gradu animus à Platone dicitur, poſtq; delapſus ad inferos ſuerit, dormitare.

*Animus quatuor gradibus ad materiam delabit*

*Animus quãdo dormitat*

NIſi forte malum huic impedimentum eſſe dicatur, quemadmodum oculo ad uidendum. Quod ſi ita ſit, certe malum eius cauſa erit mali: atq; ita cauſa, quaſi aliud quiddam ſit ipſum malum. Si igitur uitium impedimentum animæ ſit, certe uitiũ non malum ipſum erit, ſed cauſa mali. Etenim uirtus non eſt bonum, ſed ueluti conferens. Quod ſi uirtus non eſt bonum, nequitium ergo malum. Proinde uirtus neq; eſt ipſum pulchrum, neq; ipſum bonum. Similiter ergo neq; uitium eſt ipſum turpe, aut ipſum malum. Diximus uero uirtutem non eſſe ipſum pulchrum, neq; bonum ipſum: quoniam ante eam & ſuper eam extat ipſum

pulchrum

pulchrum ipſumq́; bonum: idcirco participatiõe quadam uirtus bonum pul chrumq́; cenſetur. Quemadmodum igitur animo à uirtute ſuperius aſcen denti ipſum pulchrũ bonumq́; occurrit: ſic & à prauitate inferius deſcenden ti malum ipſum fit obuium, dum uidelicet à prauitate facit exordium: atque inde iam intuetur malum, ſiquis modo eſſe poteſt mali ipſius intuitus. Deniq; cum iam deſcenderit, ſubit malum. Proruit uero penitus in ipſam diſſi militudinis regionem, ubi merſus in eam iam in cœnum tenebroſum dicitur [illegible]iſſe. Quandoquidem ſi anima in uniuerſam omnino corruat praui tatem, nõ amplius prauitatẽ habebit, ſed naturam aliam ſubibit deteriorem. [illegible] enim adhuc humanum quiddam eſt, cuidam permiſta contrario. Moritur ergo uitioſus homo ea uidelicet cõditione, qua mori poteſt anima. *Homo uitioſus, et anima quomodo moriuntur.* [illegible] autem animę eſt, & dum corpore mergitur, in materiam labi, ipſaq́; re [illegible] poſtquàm depoſuit corpus, eodem luto reuolui; donec tandem ad [illegible] recurrat, atq; à cœno ſurſum tollat aſpectũ: alioqui hoc ipſum fue[illegible] dicitur, animam delapſam ad inferos, dormitare.

*[illegible] in animo ſit debilitas, & qualis debilitas, & quomodo à materia. Quomodo anima corpori [illegible] quomodo ſeparata. Quomodo materia dependet ab anima, & quomodo etiam deſuper.* Ca. XIIII.

Q[illegible] queſtio in capite decimoquarto inueſtigat, Vtrum malũ quod ſit in anima, ideſt [illegible], ſit imbecillitas. Idq́; concedit, dicens ſimilem quodammodo in animo atque in [illegible]corpore debilitatem fieri, ſed non eandem: horum enim vtrunque tunc debile dicitur [illegible] difficile patitur aliunde, & ſua difficile peragit. Sed debilitas in corpore quidem ſit [illegible] cum amittit ſuum, aut cum alieno grauatur. In anima vero ſolum ex alieno qua ſi [illegible] debilitas accidit. Accipere autem dicitur alienum, quatenus materiam ſibi quaſi [illegible] vbique pręſentem aliquando intromittit. Præſentem dico, quoniam vbicunque [illegible] ibidem eſt materia. Extrinſecus in quã, quoniam & materia quaſi extra pendet ab [illegible] anima nullo modo reſidet in materia, ſed in ſeipſa, dum pendet inde materia. Hæc [illegible], tum quia inde extat, tum quia prorſus egena, tum quia inde ſicut ferrum à ma [illegible]dammodo trahitur, affectare videtur in animã penetrare. Ibi videlicet formis per [illegible] perinde ac ſi nubes aliqua proprio quodam flatu, ſiue tracta lumine ſe lumini ſubi[illegible] inde ruborem accipiat velut formam: tunc ſane lumẽ non tam in nube quàm in ſe [illegible] exiſtere, ſed rubor in nube. Neque diuiditur ibi lumen vt pars quidem vna in ſe ſit; [illegible] lumẽ in ſe totum prorſus exiſtit, vis autem actuſq; eius in nube ſit rubor: [illegible] pro inferiori nubis natura ſuſcipitur, debilior admodum eſt quàm lumẽ ipſumq́; [illegible] quantum ad noſtrum ſpectat intuitum, offuſcare videtur. Nubes eiuſmodi [illegible] lumen vero ſit anima, rubor autem ſit vita quædam vel forma iam infuſa mate[illegible] quidem vita quia non pro ipſa animæ amplitudine, ſed pro anguſta potius mate[illegible] ſuſcipitur, exigua quædam euadit debiliſq; vita, ac tum inefficax ad agen[illegible] noxia paſſionibus: quis interea intellectus in anima fulgeat deſuper, ſicut & lumẽ [illegible]per, dum & rubor eius in nube ab ipſo ſplẽdore degenerat, & nubes ſpectacu [illegible] nobis veri luminis aufert. Memento Plotinum & hic & alibi nobis innuere mate[illegible], ideſt ab infima virtute animæ generari. Ab anima inquam ſiue patiente, quẽ[illegible] alicubi legitur, ſiue præſente, quod rectius legi puto. Anima enim nihil nõdum na [illegible] patitur: niſi forte pati quis intelligat, animam quodammodo etiam qua parte af[illegible] aliquid generandũ. Cum igitur naturalia diuinis ſubijciantur, probabile eſt, ab vl[illegible]rum, ideſt natura naturalium genitrice, generationis ipſius ſubiectum ideſt ma [illegible] dependere. Et ſicut propriæ naturæ quęlibet ſubiecta propria operum, ideſt certo mo [illegible] faciunt: ſic & naturam communem cõmune ſubiectum, vt architectus idem qui [illegible] ædificium, etiam iaciat fundamentum. Quòd ſi materiam ſuperius etiam quàm à na [illegible] conijceris, concedemus: ſed hac duntaxat conditione, vt ſubiectum hoc for *Obiectio.* [illegible] communiſſimum dependeat quidem proximè à natura, quantum hęc ipſa na [illegible] formata, cogitatur, ſed rationibus formanda ſubijcitur; deinceps ab ipſa men [illegible], quantum eſſentia illa formabilis eſt ideis: denique à ſummo rerum princi[illegible], non propriè qua ratione illud bonum ipſum eſt, ideſt ſeſe abunde communi-

tans:ſed potius quia illud eſt ipſum vnum, ideſt ab omnibus mirabiliter ſegregatum. Sic ergo materia egena penitusque informis euadit, ab omnibus omnino muneribus ſegregata. Sic rurſus materia vnum aliquid potius quàm bonum denominatur, que vnitatem quidem habet intrinſecam, bonitatem vero extrinſecus apparentem. Omnino vero cum effectus omnes principij ſummi tum ab ipſo ſint, tum extra infraque ipſum exiſtere compellantur, certe quatenus ab ipſo ſunt, formas inde actusque reportãt. Quantum vero extra ipſum inferioresque ſunt, materialem (vt ita dicam) in ſe ſortem quandam patiuntur admiſtam, boniq; minoris conditionem: ac denique in materiam extremum omnium infimumque ſubiectum deſinunt originem malorum. Iam vero anima cum materiam generat, nondum mala eſt, ſed bona: necdum debilis, ſed fœcũda, ideoque generare poteſt. Verum cum factam iam materiam nimis amplectitur, hinc quaſi onere debilior euadit atque deterior: vt autem materiã amplectatur, tum egeſtate appetitioque materiæ, tum animæ fœcunditas efficit. Igitur hæc ipſa complexio quanto ex animæ fœcunditate contingit, bona eſt quodammodo, bonaque producit, vitam ſcilicet aliquam atque formas: quantum vero ex quadam materiæ procacitate conflatur, mala eſt paritque mala, ideſt vitæ debilitatem, cognitionis impedimenta, innumeras animi paſſiones.

DIxerit forte quiſpiam, prauitatem eſſe debilitatem animæ. Malam nanque animam facile admodum & à quolibet pati atque moueri, & in malum omne transferri, ad libidines pronam, præcipitem ad iras atq; inducias, leuiſſimis imaginationis indicijs inconſiderate cedentem: non aliter quàm quæ uel natura uel arte facta ſunt debiliſſima: hæc enim à uentis turbinibusq; facile corrumpuntur. Operæprecium uero eſt ab eo qui ita dixerit, ſciſcitari: quæ nã & unde animæ ſit imbecillitas. Neq; enim qualis in corporibus, talis omnino eſt in anima imbecillitas: ſed quemadmodum ibi debilitas eſt, nõ ualere opus proprium exequi: ſic etiam, facillime pati: ita fermè & hic ſimilitudo quædam proportionis, appellationem debilitatis induxit. Niſi forte materia eadem cauſa debilitatis ſit utriuſque. Verum ratione propius accedendum perſcrutandumq;, quænã huius cauſa ſit, quod in anima infirmitatis nomen accepit. Neq; enim natura quædam uel denſa, uel rara, uel extenuata, uel pinguis, uel morbus aliquis, uelut febris infirmam reddit animam. Præterea neceſſe eſt eiuſmodi debilitatẽ animæ uel in animabus à materia penitus ſegregatis, uel in cõiunctis eſſe, uel in utriſque. At ſi in ſegregatis non eſt debilitas, puræ nanq; ſunt omnes, & (ut dicitur) alatæ atq; perfectæ, actionemq; ſuam peragunt expeditam. Reliquum eſt, in animabus quæ ceciderunt, eſſe debilitatem: ſiquidem nec puræ ſunt, nec expiatæ. Harum uero debilitas non eſt alicuius ablatio, ſed alieni præſentia, uelut pituitæ aut bilis, in corpore. Proinde ſi cauſam ob quam anima cadit plene recteq; comprehendamus, compertum iã nobis erit quod quærimus, quæ uidelicet ſit debilitas animæ. Eſt ſane in ordine rerum materia, eſt & anima, ac ueluti utriuſq; locus unus. Non enim ſeorſum eſt materiæ locus, ſeorſum inſuper locus animæ: perinde ac ſi materiæ locus ſit in terra, animæ autem in aere. Sed locus animæ qui dicitur à materia ſeparatus, ſignificat non eſſe animam in materia. Hoc autem indicat eam materię non uniri. Id rurſus oſtendit non fieri unum quiddam ex anima ſimul atq; materia. Hoc deniq; innuit, non eſſe animam in materia quaſi ſubiecto: atq; id ipſum eſt, quod dicitur, animam eſſe à materia ſeparatam. Vires autem animæ multæ ſunt. Habet enim principium anima in ſe, mediaq; iterũ, & poſtrema. Materia uero præſens affectat, & quaſi procax efflagitat, intrò cupiens penetrare. At locus totus eſt

tus eſt

animæ ſic accedit extrinſecus, ſicut extrinſecus accidit materiæ bonum. Rurſus animæ bonum intrinſecus oritur ex intellectuali animæ forma, ſicut & materiæ malum latet intrinſecus, ex ipſa intellectualis formæ imaginisq; vacuitate proueniens.

SIquis autem materiam eſſe negauerit, monſtrandum erit illi ex diſputationibus de materia tractantibus, quàm neceſſarium ſit eſſe materiam. Multa enim illic in hanc ſententiam adducuntur. Præterea ſiquis malum in ordine rerū eſſe omnino negauerit, bonum quoq; tollere compelletur: Et quicquid uſquàm eſt appetendum, ipſumq; appetitum: item declinationem, atq; rurſus intelligentiam. Appetitus enim boni eſt, declinatio uero mali. Intelligētia deniq; & prudētia boni ſimul eſt atq; mali, ipſaq; in bonorum numero collocatur. Oportet igitur eſſe bonum: rurſusq; bonum purum, nec non miſtum ex bono atq; malo. Et quod plus mali participat, ad id iam declinare, quod eſt totum malum: quod uero minus habet mali, hoc ipſum quod minus habet, ad bonum ſpectare. Iam uero quidnā animæ malū erit? Et cui nam animę? niſi naturam attingat deteriorem. Alioqui neq; cupiditates, neq; dolores, neq; irę, neq; timores exorirentur. Et enim timentes compoſito metuunt, ne ſoluatur: rurſusq; dolores & cruciatus ubi compoſitum diſſoluitur, oriuntur. Præterea concupiſcentiæ inoleſcunt, ubi aliquid compoſitionem ipſam diſturbat, uel nequid perturbet inſurgunt, quaſi remedio conſulentes. Phantaſia uero impulſio quædam eſt uiuētis irrationalis ab externis illata. Suſcipit aūt impulſionem per ipſum quod non eſt impartibile. Opiniones deniq; falſæ, animæ extra ipſum uerum poſitæ, accidunt. Extra uero ponitur, eò quòd nō eſt pura. At uero inſtinctus ad intellectum uergens, aliud quiddam eſt. Oportet enim intellectui duntaxat hęrere, atq; animam in eo locatam firmiter permanere, neq; ad id unquàm quod eſt deterius, declinare. Malum uero non ſolum malum eſt, ob ipſam boni potentiam atq; naturam: quoniam occurrit ex neceſſitate pulchris quibuſdam uinculis cōprehenſum atq; opertum, inſtar eorum qui catenis aureis uinciuntur: ne palam in conſpectum deorum prodeat, ne'ue homines nudum malum ſemper ante oculos habeant: & ſi quando quoquomodo uideant, tunc pulchris ipſius boni ſimulacris in boni memoriam reuocentur.

*Bonū neceſſario eſt.*

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, DE EDVCTIONE ANIMAE A CORPORE, ARGVMENTVM.

VTrum quandoque liceat animam vi à corpore ſoluere nec ne, quidam inter ſe Platonici litigant, & vtrinque pro cauſa ſua patronos adducunt Platonē atq; Plotinum. Præcipue vero duo, Olympiodorus atque Macrobius diſſidere videntur. Macrobij quidem parti fauent argumentationes quædam Socratis in Phedone, pluresq; Plotini. Argumentatio Socratis autoritate potiſſimum Orphica nititur. Orpheus ſub vniuerſali prouidentia Iouis, ideſt animæ mūdanæ Dionyſii collocat prouidentiam, ideſt naturam, cui Titanes, ideſt dæmones ſubminiſtrēt. Qui perſuaſi à Iunone, ideſt proceſſionis generationisq; cura laniare Dionyſium finguntur: quia commune illius in cunctis æque gignendis & mouendis officium differentes, inter ſe partiuntur in ſortes, rerumq; ſpecies ad ſingula generando deducunt. Fingit præterea Orpheus Titanas qui laniatum Dionyſium deuorauerint, fulminatos, ideſt à Ioue ad alta cōuerſos, atque homines ex illorum incendio genitos, ideſt eorum diuino miniſterio procreatos. Et quia homines geniti ſint ex Titanibus, qui Dionyſii corpore nutriti fuerant, ideo eos nominat Dionyſiacos,

*Dioniſiaci.*

quaſi

quaſi quędam Dionyſii membra ſint ex Titanibus germinantibus inde repullulanda, adeo vt & corpus humanum ſit pars Dionyſiaci idest mundani corporis: & humana natura vitaq́ ſit portio quędam naturæ vitæq́ illius. Et ſiquid in nobis propriæ formę ineſt muneriſq́ proprii, quod & prorſus exiſtit, debeat obtemperare communi. Quamobrem Dionyſii, ideſt vniuerſalis naturę prouidentia cuſtodici, debemus in hac cuſtodia permanere: neque antequam deus iubeat, hinc abire. Item ſeruare quod accepimus inde, quatenus accepimus conſeruandum: neque diſſoluere quod deus ipſe ligauit, neque vim ipſi dei mēbris inferre. Hanc Orphicam ſententiam Socrates in Phædone primo quidē adducit, deinde Philolai Pythagorici autoritate confirmat. Ait enim Philolaus: Ne diuidas in via lignum, ideſt, ne diuidas corpus ab anima, in ipſo vitę ſpatio viam adhuc ad finem habente. Rurſum cum in ſacrum perueneris, ne ſpectes à tergo, ideſt vitam ſummum contemplationis iam adeptam, ne iterum ad inferiora deflectas. In primo quidem pręcepto iubet, vt quemadmodum natura corpus animę alligauit, ſic permittas naturę ſoluendum corpus ab anima. In ſecundo vero præcipit, vt ſicut voluntas noſtra ligauit intentionem animę corpori, ita intentionem hanc voluntas ſoluat à corpore, & ſolutam ſemel non permittat vlterius alligari. Hæc autem Pythagorica Platonicaq́ [illegible] Plotinus ſequitur, primam clauſulam texens carmine Zoroaſtris, atque ita confirmans. Anima tamquàm diuina debet diuinorum more dignitatem quidem propriam retinere, neque interea nulla inuidia vel perturbatione alia prohibere, quo d minus quod ei ſubeſt, ideſt corpus, nonnihil ab ipſa muneris, ideſt vitę aliquid vtcunque poteſt accipiat. Anima igitur in ſe ipſa permaneat, nec vlla vnquàm perturbatione ſocium ſuum corpus à ſe diſiungat. Nam cum perturbatione mox vel circa corpus idem vel circa ſimile quiddam reuolueretur. Quoniam & motus ipſe trahit ad corpora, & perturbatus motus ad corpora inferiora pręcipitat. Itaque anima ſecum pro viribus habitet, nec interea inuideat qualemcunq́ corpori vitam, expectetq́ donec ipſum corpus defectu duntaxat proprio vitam amplius acceptam conſeruare non poſſit, ipſa profecto nullo in ſe diſtracta motu, nulloq́ inferius impetu rapta in ſeipſa penitus extra corpus extabit, non amplius de corpore hoc in illud oberrans, ſed de animali in intellectualem iam tranſlata naturā. Interrogat poſt hęc Plotinus quomodo corpus deſciſcat ab anima. Reſpondet hunc in modum: Quando corpus certam quandam amittit proportionem, per quam ſub anima vitam ſibi cōciliabat, tunc ab anima deficit. Sicut lignum aliquod ſolidum virideq́ cui ex ſpeculo concauo ad ſolis radios flamma quædam per oleum adhibita fuerat, interdum oleo iam cōſumpto, mox amittit & flammam: lumen vero ſolis ſicut anima remanet in ſeipſo. Vniuerſalis profecto natura in ſeminalem hominis generandi materiam vniuerſalis cauſæ more magis prius, diutius agit quàm particularis hæc humana natura. Natura enim hæc propria, ſcilicet virtus humana, agit in ipſa communis naturæ virtute: ac natura viciſſim vniuerſalis ad humani operis huius proprietatem, à propria hominis natura dirigitur. In fœtu igitur huius hominis naſcituri natura vniuerſalis per propriam parentum directa naturam, agitat materiam ſeminalem atque format, proportione quadam humorū & qualitatum vitaliq́ vi afficiens, per quam velut eſcam fœtus, vitam quādam ab anima rationali iam pręſente ſibi conciliat, perq́ vim eandem retinet & eandem. Retinere autem poſſe ad certum ſpacium fermè eſt ab initio datum, quatenus videlicet vis illa conciliatrix viget in corpore. Quæ quidē iccirco ab vniuerſali natura inſerta eſt, vt ad hunc temporis curſum [illegible] cum vniuerſo, vita illic hominis prorogetur. Siquis interea virtute hac per ſe vlterius [illegible]ra, ſeruaturaq́ adhuc in corpore vitam, vinculum hoc violenter abrumpit, quantū in ſe eſt, conſilium vniuerſalis naturæ fruſtratur, dum medium naturę intercipit curſum, certo quodam ordine vlterius percurſuræ. Peccat igitur in Dionyſium deum, ideſt in ipſam vniuerſi naturam, & in Iouem mundi animam, communem ſcilicet communis naturæ rectorē. Peccat & in Saturnum, ideſt diuinam mentem, quę animum noſtrum iubet eſſe tranquillum, [illegible] contrà perturbatione aliqua concitus ſæuit in corpus, vel ſaltem dum circa miniſterium eiuſmodi occupatur, à ſimplici & excelſa contemplatione diſtrahitur. Peccat rurſus in Cœlum Saturni patrem, ideſt in ipſum bonum, dum corpori ſibi commēdato corporeum inuidet bonum. Peccat denique in ſeipſum, tum quoniam animal hoc anima fabricauerat, ac [illegible] hanc ſuam fabricam diruit, nondum proprio vitio ruituram: tum quia longo nobis tempore opus eſt ad expurgādas ab animo vitiorum maculas à teneris annis inuſtas, vt purus decedat à corpore, puruſq́ ſic deinde vitæ ſtatum adipiſcatur. Nemo itaque debet ſpatium ſibimet adimere, quo purgare animum & probare magis magiſq́ poſſit, moraliq́ virtute & diſciplina proficere. Tradūt enim antiqui Theologi in arcanis de animę reditu, Animos in hac vita peccantes eorū eſſe perſimiles qui ſuper ſolum æquale ceciderint: quibus denuo abſque difficultate præſto datur ſurgendi facultas. Animos autem qui ex hac vita delictorum [illegible] recesserint, his potius comparandos, qui in abruptum ex alto præcipitiō

*Philolai Pythagorici ſymbola.*

 delapſi,

delapſi, facultate careant reſurgendi. Monent itaque conceſſis vitæ ſpatijs vti, ne deſit perfectæ purgationis occaſio. His ergo Platonis Plotiniq; rationibus Macrobius perſuaſus, ſic [illegible] uſque mentem interpretatur, vt nulla conditione cuiquã cõceſſuri ſint, ſibimet manus inferre. Idem Porphyrius in libro de abſtinentia ſentire videtur. Eaſdem Olympiodorus rationes intelligit atque comprobat. Sed ex eorundem verbis & hic & alibi vult id aliquando poſſe permitti. Ad id vero conuincendum adducit in medium verba quædam Socratis in Phædone, primum quidem quòd inquit: Philoſophus vim ſibi forte non inferet. Vbi hoc ipſum forte dixit, ſuſpicionem reliquiſſe videtur, id quandoque licere. Deinde quòd ſubiunxit hunc in modum: Philoſophi non debent ſibi mortem conſciſcere, niſi deus ingentem neceſſitatem iniunxerit, qualem mihi in præſentia intulit. Quaſi dicat: Philoſophus in ſimili quadam conſtitutus neceſſitate, iure ſe inde obitu poteſt eximere. Adducit rurſus Platonis teſtimonium in Republica, vbi permittere videatur homini diuturno incurabiliq; morbo prorſus oppreſſo ſe hinc abſoluere, propterea quòd ſit inutilis ciuitati: oportere enim ciues (ait) non ſibi, ſed ciuitati viuere. Item ſubiungit Platonis in Legibus teſtimonium, dicentis hominem inſanabili ſcelere comprehenſum, velut libidine in matrem, vel concupiſcentia ſacrilegij, vel impetu ſimili, quem videat cohiberi non poſſe, decere ſeipſum hinc è medio tollere. Similiter nonnulla Plotini verba Olympiodorus accepiſſe videtur: Primum quidem vbi ait Plotinus: Siquis inſaniam perſenſerit imminentem, eliget tunc hoc ipſum, non tanquàm per ſe expetendum, ſed hac conditione neceſſaria eligendum. Hoc ipſum Olympiodorus accepiſſe videtur, quaſi dicat animũ hinc abigere potius, quàm cum inſania viuere: qua quidem perſeuerante, neque viuat homo, ſed brutum neque vlla proficiendi detur occaſio. Confirmabit hæc inſuper aliquis per id quod Plotinus ait in libro de beatitudine hũc in modum: Si vir felix captiuus forte ducatur, parata via eſt ad exitum, ſi non datur ibi feliciter viuere. Poterit ad hęc [illegible] bius reſpondere. Principio quidẽ Platonem ea dictiõe, forte (vt ſolet) modeſtiæ gratia vſum. Deinde quòd ait, Niſi neceſſitatem deus iniunxerit: Tunc dicet licere philoſopho non necare ſeipſum, ſed è pluribus cædis conditionibus in ſua opinione poſitis, quam malit eligere. Præterea Platonis verba in Republica & Legibus ſic exponet: vt Plato non tam ſui cuiplam cædem permittere velit, quàm & ad ingentem charitatem patriæ prouocare, & ab impio ſcelere acriter reuocare. Plotini quoque verba ſic accipiet, vt in libro de beatitudine ſoluat felicẽ hominem è compedibus, mentem potius à ſenſibus ſeuocando, quàm à corpore vitam. Denique quod hoc in libro ait: Tanq̃ neceſſarium eligendum: exponet aliquis, ſcilicet inſaniã perpeti, tanq̃ rem neceſſario perferendam potius, quàm vim inferre naturæ. Confirmabitur hæc ſententia rurſus Plotini verbis in fine diſputationis contra Gnoſticos: vbi prohibet, ante naturale tempus hinc exire. Afferet contra hæc rurſum Olympiodorus, extorqueri ſic [illegible] Platonis Plotiniq; verba: imò vero decere pro ſalute patriæ, pro honeſtate, pro veritate [illegible]da, certam ſubire mortem vel propria manu. Item inedia quandoque animam à corpore ſegregare potius, quàm permittere vt per inſaniam diuturnam morbumq; penitus inſanabilẽ inutiliter imò cum detrimento ſui cæterorumq; & procul ab omni rationis officio viuat. Sic enim quàmuis aliquis inferioris naturæ ordinem non ſequatur, ſuperioris tamen ordinem ſecuturum, ſemper autem imperfectiori perfectius, & id quidẽ non impetu, ſed conſilio præferendum. Hæc illi vltro citroq; afferunt, & adhuc ſub iudice lis eſt.

## PLOTINI ENNEADIS I. LIBER IX.

### DE EDVCTIONE ANIMAE À CORPORAE.

NEmo extrudat per uim è corpore animam, ne forte exeat in locum ſimilem migratura: alioqui exibit cõi poſei nõ nihil deferẽs, quo per ſimilia emigrabit. Emigrare enim eſt à loco in locum alium pertranſire. Sed expectare debet quoad corpus totum ab anima ipſa deficiat: quando tranſmigratiõe non indiget anima ſed extra eſt omnino. Quo igitur pacto corpus ab anima deficit? quando uidelicet nulla uis animæ amplius in ipſo ligatur. Quippe cũ corpus iam ipſam ligare non poſſit, perdita uidelicet harmonia, quam olim habens, habebat & animam. Quid ergo, ſiquis det operam ut corpus diſſoluatur ab anima? Verum ſic uim inferret; neq; corpus tunc dimitteret animam, ſed ipſum animam deſtitueret.

mentum mundi materia ſimul atque dimenſio: à materia quidem mutabile, à dimenſione diuiduum, ab vtroque inefficax & paſſiuum, neceſſarioq; aliunde dependens. Mundus igitur non eſt facultate ſui corporis propria ſempiternus, ſed tum ab anima velut à cauſa immortalitatis intrinſeca, tum à voluntate diuina velut ab extrinſeco principio atque fine. Si in deo conſideratur natura eius in actu ſemper eodem exiſtens ac penitus immutabilis, mundus videtur inde fuiſſe ſemper & fore. Hinc Mercurius & Plotinus, quia diuinorum eſſe ſit idem atque agere, & actionem illam ſtatim ſequatur effectus, mundum omnino iudicant ſempiternum. Sin autem conſideratur libera in deo volũtas, atque hæc mundi principium iudicatur, quod Mercurius, Plato, Plotinus exiſtimant, videtur mundus à deo nouus ſine nouitate diuinæ naturæ, ſine voluntate noua fieri poſſe. Sic ergo Plutarchus, & Seuerus, & Atticus, nouum mundum exiſtimant, hoc ſenſu Timæi Locri dictum accipientes, vbi ait: Deus animam mundi creauit, ſuo corpore priorem tum poteſtate tum tempore: Vnde Plato etiam in Timæo dicit, animam mundi corpore ſuo priorem tum virtute tum generatione creatam. Quanquam hæc Timæi Platoniſq; verba Plotinus & Porphyrius Proclusq; & alij ſic exponunt, vt tempus & generatio quibus anima præcedit corpus, non ſit extrinſecum interuallum, ſed vt ſucceſſio quædam in anima in ipſa formarum diſcurſione antecedat origine mundi motum, vt hic ſit motus ab illo, atque ille ſit ſeculum ſeculorum. Mitto nunc opinionem Heracliti: Quodlibet mundi corpus etiam ſphærarum ſtellarumq; effluere ſemper atque refluere: ideoq; vel deſinere vel perpetuo renouari: quod & Plato tetigit, vbi mundum ait fieri quidem ſemper, eſſe nunquam: & Plotinus hic & Proclus in Timæo: quod & Plethon nõ negat eſſe probabile, nosq; idem in Theologia fieri poſſe probamus. Quòd ſi ita vniuerſum mundi corpus fluat ſemper & refluat, animæ vero ſubſtantia maneat, non immerito ſic quoque anima tempore generationeq; prior erit nouo quolibet mundi corpore, ſi mundus ſemper fiat ex vetere nouus. Hinc forte Propheta & Euangeliſta dicit: Vidi cælum nouum & terram nouam. Item Euangeliſta: Mundus quidem tranſit. Sed redeamus iam ad Plotinum. Cum eadem ſit in cælo quæ & ſub cælo materia, quærit Plotinus, Vtrum cæleſtia ſicut & alia permutentur, ac ſpecies quidem ſphæræ ſtellæq; cuiuslibet ſemper maneat, dum ſingularis cuiuſque natura permutetur paulatim & quodammodo renouetur, quaſi ſicut accidit infra lunam. Ad hæc ſi quis reſponderit, Vniuerſum ob id eſſe perpetuum, quòd neque ex eo quicquàm effluere neque influere poſſit, cùm omnia complectatur: is quare ſphæræ quælibet & ſtellæ ſempiternæ ſint, nondum ſatis inuenerit: non enim ſphæra & ſtella quælibet omnia continet: Sed neque etiam ſufficientem æternitatem toti mundo tradiderit. Poterit enim forſan adhuc mundus etſi non extra, tamen intra ſe adeo commutari, vt quaſi animalium noſtrorum more ſingularem ſæpe ſubſtantiam mutet, dum tamen ſpeciei ſuæ naturam retineat ſempiternam. Denique dubitatio reſtat, Vtrum vel totum hoc vel ſaltem cæleſte aliquid ſit ſempiternũ: & quam ob cauſam, & cur in cælo ſpecies ſimul & indiuiduum, ſub cælo autem duntaxat ſpecies ipſa maneat, dum ſingula permutantur.

# PLOTINI ENNEADIS II. LIBER I.

## DE CAELO.

*Quærit utrum cælum ſit ſempiternum, tam in qualibet ſingulari eius ſubſtantia, quàm in ſpecie.*

CAP. I.

CVm mundum corpus habentem fuiſſe ſemper ac fore dicamus, ſi perpetuitatis huius cauſam diuinæ uoluntati attribuamus, primo quidem uerum forte dicemus, nihil tamen perſpicuum afferemus: deinde cum elementorum mutua commutatio animaliumq; terrenorum interitus ſempiternam interim retineat ſpeciem, ambiguum erit, num forte ſimiliter fiat in uniuerſo. Quaſi diuina uoluntas id poſſit uidelicet ſubterfugiente ſemper fluitanteq; corpore, ſpeciem alias aliis eandem imprimere: adeo ut non numero, ſed ſpecie unum perpetuo maneat. Nec iniuria dubitatur quã ob cauſam alia quidem in mundo ſolam ſpeciem habeant ſempiternam: quæ

uero

uero in cælo ſunt, ipſumq́; cælum per ſingula quoq; ſemper manere dicãtur. Si aũt ex eo quòd mũdus in ſe omnia complectatur, neq; ſuperſit quicquàm in quod aliquando ualeat permutari, neq; rurſus in hunc externum aliquid quo diſperdatur incidere queat: perpetuitatis eius cauſam adducamus, toti quidem & omni cauſam ſalutis æternæ congruam aſſignabimus. Sol aũt ſtellarumq́; reliquarum ſubſtantia cum ſingula partes quædam ſint, non autem totum & omne, nõdum ab eiuſmodi ratione certam reportabit fidem, quòd in omne tempus ualeat perdurare. Sed quemadmodũ igni cæteriſq; talibus conuenit ſecundum ſpeciem tantum perſeuerare, ſic & iis conuenire uidebitur, imò uero etiam uniuerſo. Nihil enim prohibet & ſi ab extrinſeco non lædatur, partibus tamen ſe mutuo deſtruentibus interitum perpeti ſempiternum, & interea eandem ſibi ſpeciem conſeruare: atq; fluente ſemper natura ſubinde ſub alio quodam ſuſcipere ſpeciem, fieriq́; idem in uniuerſo hoc animali, quod & in homine & equo cæteriſq; efficitur. Semper enim homo eſt & equus, quàmuis non idem. Non igitur aliud quidem in mundo ſempiternum perſeuerabit, ſcilicet cælum, aliud autem uidelicet terrenorum genus interitum patietur: ſed ſimiliter omnia ſe habebunt, ſolo autem ſpatio temporis diſcrepabunt: ſint enim diuturniora cœleſtia. Si igitur hac conditione ſempiternũ tam in uniuerſo quàm in partibus eius acciperemus, minor opinionem hanc ambiguitas ſequeretur: imò uero omnis procul aberit dubitatio, ſi diuinam uoluntatem ſufficientem eſſe demonſtrauerimus, & ſi ita taliq; pacto ad uniuerſum perpetuo continendum. At ſiquid in mundo perpetuitatem in ſubſtantia inſuper propria poſſidere dicamus, reliquum erit, ut demonſtremus nunquid diuina uoluntas id poſſit efficere. Perſeuerabit etiã dubitatio, cur nam alia quidem ſpecie ſimul & numero, alia uero ſpecie tantũ ſempiterna permaneant. Quinetiã partes quæ in cælo ſunt, qua ratione eędẽ perpetuo ſint: quandoquidem ſic & omnia futura ſint eadem.

*Animus quidem cauſa eſt, ut cælum ſit immortale: cælum uero ad hoc animæ non repugnat.* Cap. II.

IN ſecundo itaque capite dubitat idem, innuens vbique mundanum nihil ſuapte natura perpetuum poſſe manere: vt memineris omnia hæc aliunde fieri atque ſeruari. Quòd autem Peripatetici dicunt, ſempiternum eſſe cælum, quia ſit quintum corpus præter quatuor elementa, hic præterit negligenter. Eo enim ipſo quòd corpus eſt, cum neque per ſeipſum ſimpliciter ſit, certe neque eſt per ſeipſum ſemper, præſertim cum ſua ſit natura diuiduum ac corruptibile. Denique ſignificat immortalis vitę cauſam eſſe cælo animam ipſam, quę & ſimpliciter eſt vitæ cauſa: ſed ad immortalitatem etſi non efficiendam, ſaltem ſuſcipiẽdam cæleſte corpus & vniuerſum eſſe naturaliter præparatum, aut ſaltem quòd minus accipiat animæ repugnare.

*Similiter dubitat, & tentat uiam ad reſpondendum.* CAP. II.

SI opinionem hanc admiſerimus, dixerimusq́; cęlum quidem & cæleſtia omnia ſecundum ſingularem cuiuſq; ſubſtantiam ſempiternã habere perſeuerãtiam: quæ uero ſub luna ſunt, idipſum duntaxat ſecundum ſpeciem poſſidere, demonſtrandum erit, quomodo poſſit quod habet corpus, eandem ſemper ſub ſingulari proprietate ſeruare naturam, cum ipſius corporis natura continue perfluat. Vetus enim hæc ſententia eſt, cum aliorum qui de natura diſputauerunt, tum Platonis ipſius, non ſolum circa alia, uerumetiã circa cæleſtia corpora fluxum eſſe *Perpetuus circa corpora fluxus.*

perpetuum. Ait enim quo nam pacto cum corpora ſint atq; uiſibilia, natu-
ram immutabilem ſemperq; eandem conſeruare ualebunt? unà cum Hera-
clito hac in re conſentiens dicente, ipſum quoq; ſolem aſſiduè fieri. Apud
Ariſtotelem quidem haud admodum id difficile fuerit, ſiquis ſuppoſitionem
eius de quinto corpore iam conceſſerit. Apud illos autem qui id minime po-
nunt, qua nā ratione cæleſte corpus ſub ſingulari proprietate ſubſtantię eſſe
poterit ſempiternum? Cum tamen penes illos ex eiſdem elementis cœlum
conſtituatur, ex quibus etiam illa quæ hic ſunt animalia. Præterea multo eti-
am magis dubitādum id erit de ſole & cæteris quæ in cælo ſunt partibus. Pro-
fecto cum omne animal ex anima naturaq; corporis componatur, neceſſe
eſt cęlum ſiquidem ſemper idem numero fuerit, uel ſecundum utrunq;, uel
ſecundum alterutrum eorum quæ in ipſo ſunt, ſcilicet uel per corpus uel per
animam idipſum habere. Quicunq; igitur quod ſit incorruptibile attribuerit
corpori, nihilo ad id anima indigebit: niſi forte ad hoc unum, ut ſemper ani-
ma ſit cū corpore ad animal ipſum conſtituendū. Ei uero qui corpus quidē
ex ſeipſo poſuerit corruptibile, animæ autem æternæ ſalutis cauſam accepe-
rit, conandum erit oſtendere, ipſam quoq; naturam corporis eiuſmodi con-
ſtitutioni perſeuerantiæq; minime repugnare. Quippe cum in his quæ natu-
ra conſtituuntur; nihil ſit diſſonum: ſed ipſam quoq; materiam ad effectus
ipſius intentionem eſſe oporteat prorſus accommodatam.

*Cauſæ quibus mundus ſit ſempiternus, atq; elementorum quatuor diſtributio.* Cap. III.

SEd in tertio quærit, quomodo corpus hoc conducat ad ſtatum, quod naturaliter incline-
tur ad motum. Reſpondet autem, quia non extra profluit, ſed refluit intrò, idcirco perpe-
tuę in eiuſmodi motu perſeuerantiæ non repugnare quidē, imò conducere. Quòd ſi quod li-
bet animal quandiu viuit dicitur eſſe idem: propterea quòd ſub eadem anima fermè ſimilis
natura & figura ſeruatur, quàmuis inde quotidie fiat effluxus: multo magis & mundus per-
manere idem in ſubſtantia dici poteſt, quādiu ſub eadem anima figura eadem perſeuerat, et
nihil profluat extrà, etiamſiquis fingat in qualibet mundi parte effluxu viciſſim atque [illegible]
xu ſubſtantiam propriam commutari, dum videlicet neque quicquàm extra totum [illegible]
que influit aliunde. Sic ergo totum mundi corpus ad ſempiternam perſeuerantiam conferre
videtur. Videntur ad eandem partes quoque conducere: nam ipſę etiam elementorum [illegible]
ræ mole ſua ſaltem permanent & figura. Conducunt ad idem quatuor ipſæ elementorum ſe-
des ſingulæ ſeorſum in mundo diſpoſitæ, ad quas natura duce diffugiunt, adeo vt elementa
quàmuis contraria, tamen ita ſecreta nunq̄ inuicem ſe diſperdant atque confundant. [illegible]
ro quatuor elementa mundi, & ignem purum eſſe cęlum, & qualis ibi ſit ignis, in Compendio
Timæi, & in Theologia libro IIII. & iterum XIIII. abunde tractamus. Cum igitur ignis pluri-
mis à terra qualitatibus diſtet, merito ab eadem diſtat loco q̄plurimum. Sicut igitur in [illegible]
mundi terra in medium cogitur: ſic in ambitum totius extimum ignis extenditur. Ac ſi terra
eſt ſemper ſtabilis, ille profecto maxime diſtans ſemper eſt mobilis: nullus autem in recto [illegible]
tus ſempiternus eſt: ignis ergo natura ſua mobilis eſt ſemper in orbē. Denique ſi igni propria
ſunt, maxima à terra diſtantia, & perpetuus circuitus atque lumen, eſt proculdubio cælum.
Proinde ſicut ipſa mundi natura virtusq; ſub cauſa quadam ſuperiore terminata eſt: ſic [illegible]
plitudo eius atque figura, quę ab inuiſibili mentis & animę circulo coacta ſimiliter eſt in cir-
culum. Sic & figura ſibimet æqualior & ſimilior, eſt item capacior aptiorq; ad motum [illegible]
igitur dum videtur aſcendere, imò dum ſeipſum vndique à medio porrigit, cogitur [illegible]
ſurſum, ideſt per ambitū ſiſtere gradum, ibiq; in circum protendi atque reuolui, vt figura [illegible]
tuq; referat cauſę ſuę circuitum. Figura quidem circuitum in eſſentia cauſę conſiſtentem, [illegible]
tu vero circuitum in cauſę actione per actum. Conducit autem ignis ad mundi ambitus faci-
endos propter naturam eius amplificabilem: facultatem vero amplificabilem ſibi vēdicat
vis ignis admodum efficax, naturaliter rara, lucida, mobilis, à reſiſtente & cohibente ſoliditate
tate admodum aliena. Soliditas vero maxima, quę terræ propria eſt, amplificationi obſtat [illegible]
maxime. Vnde terra confert ad mundi medium faciendum: aer vero & aqua tanq̄ per natu-

tam

ſtia ſitus denſiores euadunt, & denſiora rurſus circa ſe generant: & qui denſiſſimus eſt, orbi terræ reſtat infuſus: at ſi compararetur ad terram, tenuis admodum iudicabitur, & ad motum agilis, ac denſa viuificans. Ne quæras igitur, quam ob cauſam ad medium denſa deſcendant. Hæc enim ideo denſa ſunt, quoniam ab initio ſortita ſunt medium. Rurſus quantum rarefactio & cõdenſatio in gignendis inuicẽ valeat elemẽtis cõſidera: ne forte neges, pro varia primi ſpiritus denſitate, varia præter ipſum elementa contingere. Sed interim memento, raritatem & denſitatem in rebus generandis idearum actionibus formationibuſq; ſeruire. Concludo, animalem quendam ſpiritum ſemper ab anima mundi quaſi interioris vitæ propaginem pullulare: igneumq; hunc eſſe, & quaſi animale lumen ipſum in dimẽſiones iam porrectum, ſpiritum actu lucidum, potentia calidum, generationis omnium vbique fomitem: cælum [illegible] quam non circunfuſum ſolum, ſed etiam cunctis infuſum, cęlumq; cęlorũ. Flatum diuinioris animę, ſub forma quadam animæ proxima, id eſt cęleſti, id eſt ignea: hoc eſt, tralucida, lucida, calida protinus euolantem, mox in aerem aliquanto diſſimiliorem animę tumeſcentem, ſubinde in aquam terramq; compactum. His autem tribus cęleſtem ſpiritũ paſſim ineſſe effectorem omnium atque ſeruatorem: proximum quidem flamen & velamen animæ, & omnium alimentum. Vbicunque igitur alia ſunt, ibidem cęleſtem ſubeſſe ſpiritum: non tamen vbicunque hic eſt, alia ſtatim adeſſe. Sic itaque cęlo proxime reguntur omnia, ipſa inquam cœli ſubſtantia non ſolum virtute cęleſti, quę ſuam vbique ſubſtantiam neceſſario poſtulat. Sic etiam ſub terra quædam quaſi cęleſtia generantur. Sic ſolo calore viuunt omnia, & occulto quodam calore viuunt quæ manifeſtus calor deſtituiſſe videtur. Sic vbi extremum apparet frigus, ignis accenditur, & in frigidorum colliſione mutua procreatur, cęlo videlicet procreante. Similiter in quolibet animali anima continue profert ſpiritum membris quidem cunctis infuſum, ſed alicubi etiam ſolum, alicubi vero humoribus, alibi membris inſuper inuolutum. Sed animæ particulares ſpiritũ hunc qui vapor ſanguinis eſt, quo regunt corpus ex ſanguine calefacto producunt: ſpiritum vero cęleſtem rationales animæ quo quaſi proxime ſe inuoluunt, ab ipſa cęli ſubſtantia vbique præſente ſuſcipiunt, quem Plotinus alibi confitetur accipi etiã ab anima terræ, quo & hic noſtras inuolui Ariſtotelem etiam putauiſſe teſtis eſt Plutarchus, Ioannes Grammaticus & Proclus atque Plethon. Ex quo patet, vbique cęlum eſſe, vt & totum ſingulaq; perfecte continuataq; ſerie ac mira facilitate regantur à cęlo: & animę rationales vbicunque cęleſte corpus accipiunt aut poſſident, in loco cęleſtibus naturali habeant atq; poſſideant. Verum cęleſtis hic ignis, de quo ille inquit, igneus eſt ollis vigor & cęleſtis origo, quamuis cunctis infuſus, nullis tamen eſt mixtus, quandò neque viſibile lumen inde procedens alibi commiſcetur, neque manifeſtus ignis facile patitur mixtionem. Eſt autem cęleſtis ignis ſolus purusq; ignis, neque vim patiens, neque inferens, mirifice lucens, ſed ſuper aſpectum ſuauiſſime calens, ſi quo modo tangatur. Manifeſtus autem ignis atque comburẽs non ignis eſt purus, ſed ignitum potius elemẽtum: qui ſanè quòd facilius quàm alia generetur, generetq; & amplificet ſemetipſum, & longiſſime luceat, & ad ſe omnia trahat, & naſcatur vbique, totum habet à cęlo quòd viget vbique. Hinc Theophraſtus integro libro ignis potẽtiam admiratur. Hinc forſan eſt ille ſpiritus quem Aegyptij rebus infuſum omnibus appellant naturalium genitorem. Maxime vero qualis ſit hic ſpiritus apparebit, ſiquis finxerit, quod & ſemel licet, non multas eſſe cęlorum ſphęras, ſed vnicam, tum implentem omnia, tum etiam circunfuſam, quæ motum illum habeat quem primi mobilis eſſe volunt. Stellę vero omnes tum huius motu ducantur, tum etiam propria progreſſione percurrant, cedente vbique ſine vlla diuiſione cęlo, ſi modo ceſſione ſit opus. Sic potiſſimum ſtellę habere vitas proprias videbuntur, ſi animalium more progrediantur, non plantarum modo figantur: ſic & præter illarum animas vnica erit ſphæræ totius anima. Ego vero hæc forte defenderem vt probabilia, niſi [illegible] magnorum virorum autoritas contineret.

*Cælorum ſphera an vnica.*

*Cælum eſt imago animæ: & ſingula quæ ſunt in cælo, ſingula referunt quæ ſunt in anima.*

Sed rem omnem ab alio rurſus principio repetamus. Si cęlum quod totum implet mundum in forma ſua motu'que procul ab extẽſa materia cogitaueris, ipſum procul dubio mundi animam cogitabis: cuius cęlum quidem imago eſt, reliquum duntaxat eſt vmbra. Illa igitur cęlum eſt indiuiduum, cęlum vero eſt anima iam extenſa. Redde itaque tanquam ab imagine ad exemplar ſingula ſingulis: illa quidem eſt forma ſimplex, hoc ſimiliter corpus eſt ſimplex: illa nõ habet partes, hoc nunquã ſeparatur in partes: illa vnico actu, id eſt animaduerſione ſui præcipuum complet officium: hoc perpetua in ſeipſum conuerſione omnia [illegible]. Anima rurſus immutabilis eſt eſſentia, quæ mutabilis quodammodo fit quadam diſcurſionis ſphęricę mutatione formali. Cælum ſimiliter ſubſtantia non mutatur, dum [illegible] vitur: anima ſemper ſimiliter agit, atque in ipſa etiam formarum ſuarum diſſimilium [illegible] lutionum vices reficiuit ſimiles. Cęlum quoque mouetur immutabiliter ac dum configurat.

tiones quaſdam & extrinſecos habitus commutare videtur, interea centrum circumferentiamq; conſeruat: eiſdemq; curriculis temporum & repetit eadem, & ſimilia recreat. In anima primo eſt intelligentiæ lumen, deinde quaſi calor eſt voluntatis affectus. In cęlo lumen pręcedit vbique calorem. Et quemadmodum ibi voluntas quaſi eſt ipſemet terminus intellectus, & intelligere velle: ita & hic calor quaſi quidam lucis eſt terminus, & lucere calere: ſed quàm pure lucet & late, tam calet innoxie. Hinc itaque fit, vt in materijs cęlo ſimilibus, ideſt diaphanis & tralucidis calefactionem praecedat illuminatio: in opacis vero viciſſim: has enim calefieri oportet prius & calore purgari, & quaſi tralucidas effici quàm lucidę fiant. Ignis autē huius cęleſtis & occulti vbiq; vigentis, & actus quidā manifeſti ſunt ſtellarū radij, & imago quędam eſt aether, ideſt ſublimis ille lunę proximus aer, igneus inquā aer. Solū nāq; cęlū ſolus eſt ignis, reliqua dicitur ignita. Sed cęlū & aer, pręſertim ille ſublimis, vbi vel nihil vel minimū quidem eſt ſolidi reſiſtentis, latitudinis vero plurimum, lucet purius caletq; ſuauius. Aqua vero & terra terreſtriaq; calefacta quidem violenter, calefaciunt violenter. Quoniā vero ignis apud nos accenſus caelo ſimilius adhuc eſt quàm reliqua, idcirco luminis quod incorporeum quiddam eſt, factus eſt particeps & omnium potentiſſimus, & quaſi ſit viuens motu perpetuus, diuidens omnia non diuiſus, omnia in ſe prorſus aſſumens, alienam fugiens mixtionem & [illegible] expeditur, in cęleſtem fugiēs ignem vbique latentem. Hinc forte veteres ad[illegible] verebantur extinguere, ne naturæ cælitus viuæ vim viderentur inferre. Proinde [illegible] ignitę materię in ipſum ignis actum formamq; ſubito conuertuntur: ita & hic ignis hinc refugit in cęli formam, & forma cęli in formam actumq; vitæ ſemper conuerſa cenſetur: materia vero cæli conuerſa videtur in formam. Profecto quemadmodum in vapore quodam ardente ceu cometa, ipſa vaporis materia adeo redacta eſt ad proprium ignis actum, vt nulla iam appareat ibi conditio vel actio niſi ignea: ſic forma cæleſtis vſqueadeo materiam ſuam ſuperat & abſorbet, vt nulla materiæ manifeſta conditio videatur. Id itaque plerique volunt, quando cælum aiunt carere materia, ideſt manifeſtis paſſionibus conditionibusq; materiæ. Similiter qui aiunt, cæleſte animę noſtrę vehiculū expers eſſe materię, quod Iamblichus & Proclus arbitrantur. Iam vero cum natura formæ denique ſit potētior quàm materia, merito ſicut formarum infima, ideſt quantitas, ſic in materiam abſorbetur, vt ipſa videatur eſſe materia, agatq; nihil, & infinitam patiatur diuiſionem: imò nihil aliud ſit, quàm paſſiua quędam materię ipſius extenſio: ſic forma formarum corporalium pręſtantiſſima, ideſt cęleſtis, materiā ſuā occupat penitus atque occulit, totumq; ibi reſultat vt forma: forma inquam corporea, ſed ita corporea, vt ſit quaſi non corpus, & incorporeę vitę occultiorisq; virtutis quaſi coruſcatio quędam foras emicans, pręſertim per cęli oculos, ideſt ſtellas. Non igitur iniuria Iamblichus ait cæleſte corpus ſic in vitam eſſe redactum, vt ipſa ſit vita, & natura iam quodammodo incorporea, hoc tantum corporis habens, quòd partes à partibus diſtare putātur. Atque ſicut in nobis corpus hoc tractabile multum ab anima diſcrepat, ſed ſpiritus ipſe quem multi vaporē ſanguinis ſubtiliſſimū nominant, eſt quaſi anima quædā, ita vt Epicurei & alij quidam vicinitate decepti, hunc eſſe animam iudicarēt: ſic reliquum mundi corpus ab ipſa mundi anima diſcrepat manifeſtius: ſed natura cęleſtis vbique vigens quidam ſcilicet o[illegible] ſpiritus almus, ſic Stoicos & Stratonem propinquitate fefellit, vt diuinam animam [illegible]q; eſſe putarent. Rectius admodum Platonicus ille Maro iudicauiſſe videtur. Cum [illegible], Omnia ſpiritus intus alit, vt ſpiritus per ſe diſſipabilis & fortuitus à natura ſta[illegible]triceq; regeretur, adiunxit: Totamq; infuſa per artus Mens agitat molem. Et cum no[illegible]tus & membra, mundum eſſe animal vnum ſignificauit, vno quodam vbique ſpiritu [illegible], vna ſimiliter intelligentia rectum, rectum inquam facillime atque ſemper. Nam & ſpiritus ille quantò per puritatē eſt vicinior animę, tantò facilius diutiusq; animæ ad perſeuerantiam ordinemq; obtemperat: & reliquum corpus ſpiritu facile penetraturum inde ſuſcipit, atque ipſum naturali loco digredi neſcit, dum anima longe præpotens ſuis quæque locis digerit atque continet, motuq; ſuo motus omnes anticipat, & ad reuolutionis ſuæ normā certis ſingula locis temporibusq; reuoluit.

*Mundus etſi perſeuerantia dicitur infinitus, non tamen virtute, magnitudine, numero, eſt infinitus.*

VNiuerſum igitur per tempus permanet infinitum, quis ipſum magnitudine nō ſit infinitum. Si enim ipſa mundi anima æternitati, ideſt diuinę menti quàm proxima eſt, ide[illegible] eſt, atque eſſentiali vita viuificat, certe & ipſa vitam ſuggerit ſemper, & corpus [illegible] vitam continue haurit ſempiternam. Praeterea ſi anima ſemper conformat hoc ipſis diuinę mentis ideis, certe ſicut ſpecies rerum omnes conſeruat ideard inſtar immobiles, [illegible] ſingula continue commutans: ita & totum hoc opus exemplaris totius inſtar indiſſolubile continet. Sicut enim quęlibet in vniuerſo rerum ſpecies ad ſuas referūtur ideas: ſic to[illegible] ad totum refertur exemplar. Mutātur vero hic ſub ſpecie ſingula ob viciſſitudinem [illegible] ſeminalium rationum, quæ in natura & imaginatione quadam coniuncta naturę

penes animā mundi peragitur, motu interim cæleſti ad idem aſſidue cōferente. Conſeruantur tamen eadem vbique ſpecies, ob æternā perſeuerantiā idearū in mente formarūq; ſimiliſq; in anima quoque vigentium, adiuuāte ad idem ſimili ſemper reſtitutione cæleſti. Mundum vero quis tempore infinitum, non tamē vel numero vel magnitudine infinitum, ſic breuiter cōiectamus. *Infinitas quadruplex.* Quadruplicem cogitamus infinitatem: Primam virtutis ſimul atque perſeuerātiæ, in deo præcipue ſummo: ſecundam, perſeuerantiæ ſaltem in diuinis operibus inde perpetuo permanētibus: tertiam, numeri: quartam denique molis. Infinitas quidem numeri perpetua quadam rerum ſingularum ſucceſſione paulatim prouenire videtur, nunquàm tamen actu ſimul exiſtere. Nam & ipſa ſpeciei vnitate tanq̃ termino definitur, & multitudo innumerabilis actu nullum ſuſcipit ordinem: omnia tamen ſub primo tum communi omnium, tum proprio aliquorum principio ordine quodam definiūtur. Quòd ſi non eſt turba ordinis expers in rebus infimis, multo minus reperitur in ſummis, vbi ſummus eſt ordo: quamobrē neque ſunt innumerabiles mundi, neque mundi partes vnius innumeræ. Tum vero infinita moles longius diſtat à mente diuina quàm numerus infinitus. Cum igitur diuina mens innumerabilem numerum minime velit, multo minus molem patietur immenſam: alioqui nullum hæc ordinem à deo terminumq; acceperit. Neque vero fingere licet molem corpoream ex ſeipſa prorſus exiſtere, vel ex cauſis pluribus inter ſe omnino diuerſis: quod in Theologia ſæpius confutamus. Neque ſub vna omnium cauſa opus eſſe non vnum, neque mundos plures aliū diſtinctum ab alio: id enim refellimus in Timæo. Neque rurſus vnius mundi molem prorſus immenſam: alioqui vel in plura membra diuideretur, vel vnica paſſim moles exiſteret. Si in plura innumerabiliter ſecaretur, nulla foret vſquàm molis infinitudo, ſed numeri: neque foret opus vnum vel ordinatum, ſed diſgregatum prorſus atque fortuitum. Sin vnica foret immenſaq; moles, varietas omnino rerum nulla reſtaret, & hæc ipſa moles ordinem non acciperet vel figuram. Ac ſi fingatur eiuſmodi machina per immēſum vndique ambitum verſus excreſcere ſaltem verſus medium, ſi quod fingi medium poſſit, paulatim redigitur in anguſtum. Igitur ſi moueatur, circuli in ea mole ſignati innumerabiles ita ſe habebunt, vt circa medium ſemper alius alio tardius reuoluatur: verſus ambitum vero viciſſim alius alio continue velocius agitetur: itaque inde quidem in tarditatem infinitam, hinc in velocitatem ſimiliter infinitam motio peruagabitur. Hinc ergo immenſæ molis circuitus momento complebitur: inde ne mouebitur quidem, imò nullus erit motus. Nam infinita tum velocitas tum tarditas concurrere demum videtur in ſtatum. Obijciet & alius aliter. Immenſum fore vndique ſpatium tum totius tum partium ad partes, quæ per lineas à medio productas in longum, continue latiores & diſtantiores euadunt: itaque neque peragi vnquàm ſpatium vel partium vel totius: ideoq; fruſtra moueri, imò neque moueri. Quid plura? Mundanam molem habere in ſe membrorum diſtinctionem ipſa palam formarum differentia, repugnantia qualitatum, motionum oppoſitio manifeſta declarat. Non eſſe machinam hanc immenſam, oſtēdit tum vniuſcuiuſque reuolutionis terminus, tum definitus ordo [illegible]nus. Eſſe in ſummo ſphæricam, interiores eius ſphæræ demonſtrant, ampliſſimam videlicet mutantes. Cunctas ab vna cauſa inter ſe connecti, mira diſcordium rerum concordia probat. Vna denique vita viuere ſpirituq; afflari, diſcimus ex mutua quadam agendi patiēdiq; communione, per quam & inferiora facile à ſuperioribus dona vbique ſuſcipiunt, & ſuperiora videntur inferiorum preces audire, votiſq; proſpicere: & à qualibet mundi parte quis longe diſtante, in quamlibet rite paratam ſæpe motio reſultare.

*Reſpondet cælum eſſe ſempiternum, tum animæ tum corporis beneficio.* CAP. III.

QVo igitur modo materia corpuſq; uniuerſi ad immortalitatem mundi conducet, cum perpetuo fluat? An forte ob id conferre dicemus, quod non effluat extrà. Si igitur in ſeipſo, non autem à ſeipſo fluit, nimirum permanens idem nec augetur, neq; minuitur, neq; igitur conſeneſcit: operæpretium eſt contemplari terram in eadem ſemper figura moleq; permanentem, aerem quoq; nunquàm deficientem, aquamq; ſimiliter. Atqui quod commutatur in ipſis totius uiuētis naturam non permutat. Nam & in nobis dum partes aſſidue permutantur effluuntq; foràs, diu quilibet interea uiuit: ubi uero extrà nihil exhalat, natura corporis non diſſentit ab anima, quo minus unum ex utriſq; conficiatur animal ſempe-

perq; per-

Item nunquid ibi ſit ſolus ignis, uel potius ignis quidem ſit quamplurimus cætera uero illic elementa ab igne penitus ſuperante & attollantur in altum, & per ſublimia transferantur. Siquis enim adiunxerit potiſſimam cauſam, ſcilicet animam unà cum corporibus adeo puris omninoq; melioribus: quandoquidem & in cæteris animalibus natura pro membris principalibus eligit meliora: is certe ſolidam de immortalitate cæli ſententiam in medium adduxiſſe uidebitur. Recte enim & Ariſtoteles ait, flammam eſſe feruorem quendam, & ignem uelut ob ſatietatem iniurioſum atq; luxurians. Ignis autem cæleſtis æqualis eſt atq; quietus, naturæq; aſtrorum accommodatus. Quod uero maximum eſt, cum anima optimis proxima mirabili potẽtia prædita ſit, qua nam uia quicquàm eorum quæ in ea ſemel poſita ſunt, hãc ipſam uerſus interitum ſubterfugere poterit? Siquis autem animam ex deo manantem nõ iudicauerit omni uinculo fortiorem, is profecto cauſam omnia cõtinentem ignorare uidebitur. Abſurdum certe eſt opinari animam quæ ad tempus cælum continere poteſt, non etiam id ſemper efficere: perinde ac ſi per uiolentiam continuerit, quod'ue naturæ conſentaneum eſt, aliud quicquàm præter hoc ipſum ſit, quod in uniuerſi natura ſitum eſt: atq; in his quæ pulcherrime diſpoſita ſunt conſiſtit. Item quaſi quicquàm poſſit ui quadam illata conſtitutionem mundi diſſoluere, ac ueluti regnum & principatum animę naturã labefactare. Proinde hoc ipſum quòd nunquàm mundus inceperit (alioqui abſurdum fuerit) de futura eius perſeuerantia facit fidem. Quid enim in cauſa eſſe poteſt, ut mundus aliquando deſinat. Non enim elementa mundi inſtar lignorum reliquorumq; talium conteruntur. Cum igitur ſemper maneant, nimirum manet uniuerſum. Manet quinetiam ſi continue commutantur, nihilominus permanet uniuerſum, quippe cum mutationis cauſa perſeueret. Mutationem uero mundi futuram aliquando ob quandam animę pœnitentiam opinari, uanum eſſe alibi demonſtrauimus: præſertim cũ gubernatio mundi procul ab omni labore & detrimento ſit poſita. Quinetiam ſi quando corpus totum diſperdi queat, nihil tamen ex hoc animæ accidet alienum.

*Cur cæleſtia non ſecundum ſpeciem tum ſecundum indiuiduum maneant ſempiterna: compoſita uero ſolum ſecundum ſpeciem. Item de geminis animabus.* Cap. V.

CApuт vero quintum ſignificat pro ipſo mundi partium've eius opifice non modo iudicandum eſſe intellectum primum, ſed etiam mundi animam animasq; ſphęrarum, quatenus & intellectuales ſunt omnino, & proxime ſemperq; velut collegę ad opus hoc vnà cum intellectu primo cõſentiunt. Significat rurſus, ſi corpora compoſita proxime ab ipſa cuiuslibet cęleſtis animę ſubſtantia fierent, indiſſolubilia fore: ibi enim & ſubſtantia & actio idest intelligentia, manet: à cauſa vero penitus ſtabili, ſtabilis fit effectus. Quoniam vero talis quælibet anima aliam ex ſe vitam quaſi animam imaginemq; ſui foras effundit, inſinuatq; materiæ, vnde iam eiuſmodi vita fit debilis: iccirco vita hæc cæleſtia quidem & ſimplicia corpora ſemper indiſſoluta conſeruat, vtpote quę conciliationi perſeuerantięq; repugnare minime videantur: compoſita vero aduerſus repugnantium impetus coercere non poteſt. Hic notabis, ſphęras quidẽ cæleſtes tum toto permanere, tum partibus: ſphæras autem alias ſimplices non omnibus iam vndique partibus, ſed toto manere. Compoſita denique neque toto neque partibus permanere debere. Neque obiiciat aliquis, in animalibus pręſertim rationalibus, reſtare poſt obitum anima primaq; materia, partes animalis apud Platonicos reſtaturas. Nam & anima hæc nõ tam pars quàm cauſa eſt animalis: & materia prima ſubiectum eſt potius in quo fit animal. Fit inquam proprie ex propria quadam materia ad propriam formã

tam

iam prorſus accommodata. Vbi vero dicit, quæ ſunt infra cælum, non eſſe cæli partes: intelli ge infra, non tam loco quàm ordine: cælum enim & ſi vbiq; viget, nuſquàm tamen à ſeipſo ſe iungitur. Vbi ait, cælum vſque ad lunam protendi: intellige, vſque ad lunarem conditionem. Sors nanque lunaris eſt in cœleſtis dignitatis gradibus vltima. Regionem enim ſuper lunam antiqui totam ſolarem nominant, ſequentem vero lunarem. Declarat denique, in fœtu homi num in matrice iam figurato infundi vitam ab animabus ſphærarum animaq; totius ad idē, ſcilicet ipſa matris anima ſimul cum virtute paterna interim conferente, per quam vit.. m ve lut eſcam rationalis anima trahatur ad corpus, ipſamq; ad ſe vitam quodammodo contra hat, ſubq; actu conſeruet ducatq; ſuo, ſi quando deſinat, iterum genitura. Ibi quidem eſſe ſim pliciter animal per modum formæ dat inferior anima: eſſe vero ratiōale animal, ſuperior ipſa largitur, parum admodum modo formæ ad eſſe conducens, & id quidem ex rationali poten [illegible] actu: quoniam non ad ipſum ſimpliciter eſſe ratione formæ, ſed ad eſſe tale conferre videretur; atque eatenus ad eſſe tale, quatenus ad eſſe ſimpliciter altera confert. Dici vero for taſſe poteſt per modum efficientis, ad eſſe conferre. *Solaris & lunaris regio.*

*Soluit dubium, Cur cæleſtia maneant potius quàm ſubcæleſtia.* CAP. V.

AT cur nam partes in cælo conſiſtunt? Elementa uero apud nos & animalia minime? Forſan (ut inquit Plato) propterea, quod il la quidē ab ipſo deo ſunt facta: ſed hæc apud nos animalia à diis deo genitis ſunt effecta. Facta uero ab ipſo deo nefas eſt interi re. Id autem idem eſt ac ſi dicatur, proximam poſt mundi architectum ani mam eſſe cæleſtem, noſtraſq; ſimiliter: ab ipſa uero cæleſti imaginem quan dam produci, ac uelut à ſuperis defluentem terrena animalia facere. Cum i gitur imaginaria hæc anima ſuperiorem pro uiribus imitetur, neq; tamen o mnino id aſſequi poſſit, propterea quod deterioribus ad opus ſuum utatur corporibus, locoq; rurſus deteriori, eaq; in unum conciliare contendat, quæ uix congrediuntur, & congreſſa in unum inuita manent, nimirum animalia hæc non ſemper uiuere poſſunt: & corpora hæc haud ſimiliter ualida pote ſtate tenentur, quippe cum alia his anima proxime dominetur. Proinde ſi totum cælum perſeuerare debet, eius quoq; partes ſcilicet ſtellas oportet per ſeuerare: alioqui quonam pacto maneret, niſi illæ ſimiliter perdurarēt? Quæ enim ſunt infra cęlum, non amplius ſunt cęli partes: alioqui non uſq; ad lunā duntaxat cælum protenderetur. Nos autem formari ab anima quæ à diis cæ leſtibus tradita eſt, ipſoq; cælo ſecundū illam corporibus cohæremus. Alia tanquam anima per quam ipſi ſumus, non ipſius eſſe, ſed bene eſſe cauſa eſt: acce dit enim facto iam corpore, parum ratione ſimul ad eſſe conducens.

*Singula elementa in ſeipſis pura ſunt. Cælum eſt ſolus ignis. Item de mortalibus atq; dæmonibus.* Cap. VI.

SExtum caput dubitationes iterum duas adducit: Vtrum ſolus in cælo ſit ignis, & vtrum inde defluat aliqid. Primam quidem ſoluit in hoc ſexto ſimul & ſeptimo, alteram in o ctauo. Eſſe in eo ignem ſimulq; non terram dico, imò ſoliditatem quandam vel reſiſtenti [illegible] conſiſtentiam quaſi terream, Timęus exiſtimat, vt per igneam quidem claritatem vi deri, per ſoliditatem vero quaſi terream tangi poſſit. Sed à quonā ita ſentiri? Non ab aliĳs pr[illegible] [illegible] enim totus mundus eſt partium particulariumq; gratia conſtitutus, cum ſit horū [illegible] perfectiſſimus atque finis. Sed vt primū poſſet à ſeipſo ſentiri. Cum enim animę mū [illegible] prius quodammodo natū corpus ſubiungeretur quaſi propago, probabile fuit tale fo re, vt cognatiſſimum animæ foret atque notiſſimum. Cognoſci vero corpus proprie cogna [illegible] ipſa corporis conditione, nihil eſt aliud quàm ſentiri. Corpus itaque cæli tū ex igne [illegible], vt ab anima ſua per modum intelligentiæ ſentiretur, quod eſt videri. Ha [illegible] eā ſoliditate vel conſiſtētia quaſi terrea reſiſtentiam quandam, vt per modum [illegible] vicęſterum ſentiretur, quod eſt tangi, ſcilicet à ſeipſo primū, conſequenter ab aliĳs. [illegible] neque videri poſſet per lumen, niſi ſoliditas quoque ſubeſſet viſuales quodāmo [illegible] neque tāgi per ſoliditatem, niſi ignę rurſus viuificaret. Significat in *Sentiri. Videri. Tangi quid.*

effectam idest colorem præcipue clarum cæteris adhibere per quæ videantur, quis ſeipſum non admiſceat illis. Præſtat quidem humidioribus magis lumen atq; nitorem tanq̃ cęlo ſimilioribus, ſiccioribus vero calorem: & hunc quidem iam edacem, talem ſiccitate, anguſtia, violentia factum. Hactenus terram eſſe hoc ipſum quod eſt, abſque intima ignis, aeris, aquę cōmixtione monſtrauimus. Aquam rurſus ſine participatione terræ poſſe aquam eſſe per ſimilia patet. Aqua ſane cum ad terrenam cogitur denſitatem, deſinit eſſe iam aqua, fitq; cryſtallū poſtq̃ videlicet nouam acceperit ſubſtancialemq; formam, nam ante fit glacies. Terra igitur non efficit eam eſſe aquam, ſed potius eſſe non aquam. Aerem rurſus non eſſe terrę participē deprehendet quiſquis cōſiderauerit nihil eſſe mollius, cedentius, penetrabilius aere: nihil vero [illegible] ineptius eſſe q̃ terram. Non igitur vt aer ipſe ſit aer, terra facit, cum proprietatem habeat repugnantem. Quod ſi inferiora ſeorſum ab alijs ipſa per ſe ſunt aliquid, multo magis [illegible] impatiens, & omnium præſtantiſſimus idest cælum, neque indiget terra, vt dimenſiones inde continuitatemq; acquirat: nam ob naturam ſuam in materia efficaciſſimā, [illegible] ipſe ſuam mirum in modū in dimenſiones amplificat. Item cum mixtionem mini[illegible], continuitatem ſuam ipſe ſibi conſeruat. Reſiſtentiam vero quandam & conſiſtē[illegible], ſoliditatem in eo vocant, neque propter terrā, neque ob trinā dimenſionem ſimpliciter habet, ſed per quandam ſibi propriam alicubi denſitatem, qua nō ſolum repercutiat radios oculorum, ſed etiam ſuperiorum vires inferioribus magis cognatiusq; accommodet. Nihil vero terrenū cœleſtibus ſubeſſe luminibus patet: quia nuſquam in cęlo videtur eiuſmodi rubor, qualis in colore nubium, quæ terrenum aliquid habēt: ſed talis potius, qualem vel flammæ frequentior, vel congregatus croci pallor reddere ſolet. Soliditatem ſane quocūque modo [illegible] Plotinus aliter eſſe vult in terra, in alijs aliter. In terra quidem vnà cum aſperitate quadam ſiccaq; duritia propria terræ quatenus maxime diſtat à cælo leniſſimo quidem o[illegible] & agiliſſimo. Alibi rurſus proprio quodam pacto. In igne nimirum eſſe ſuam ſoliditatem non per terram, ſed per ſolam alicubi ſibi propriam denſitatem: ſicut in aqua ſæpe non per terram, ſed per propriam cohærentiam coitumq; cryſtallum fiat atque metallum ſcilicet aurum. Quod hic exiſtimare uidetur non eſſe terræ particeps, ſed ex aqua tantum fieri more cryſtalli, ſed arctius in ſe coacta, in qua ſit uiſcus aliquis oleo ſimilis. Vnde contingat vt aurum tum propter arctiſſimam concretionem indiſſolubile ſit, tum propter viſcoſum humorē fundatur ad ignem atque liqueſcat: tum quia non eſt terræ particeps, rubiginem non obducat, fulgorem vero ſortitur à ſpecie ideaq; ſolari. Argētum ferme ſimiliter ſe habere, niſi quòd [illegible] ſequitur. Soli enim aurū attribuunt autores Alchimię, argentum vero Lunæ, Saturno plumbum, ſtannum Ioui, Marti ferrum, æs Veneri, Mercurio argentum quod nominant viuum. Hanc vero diſtributionem in præſentiā magis approbo quàm illam quam in Cōpendio [illegible] ſum ſecutus. Videtur vero Plotinus hanc de metallis opinionem ex Timæo po[illegible] percepiſſe, vbi metalla nominantur concretæ fuſileſq; aquę, & aurum ex aqua inter [illegible] venas compacta velut florem emergere dicitur. Additur æs quia ſit terræ particeps [illegible] rubiginē vetuſtate conteri, dū terra ſecernitur. Plato igitur etſi videtur terræ nihil in auro [illegible] in argento ponere: poteſt tamen probabiliter ex aliorū ſentētia ſic intelligi, vt quicquid terrenum eſt in auro, ſit adeo cum elementis alijs temperatum & exacte commixtū, vt ſecerni ab alijs nunq̃ poſſit. Dicatur autem & aurum & omne metallum aqua ab humore [illegible] glutinoſo, ex quo velut ex matre metalla omnia fiunt, quod & primum occultūq; [illegible] viuum nominant, quod à ſulphure quaſi metallorum patre coqui formariq; pu[illegible] inde metalla omnia fieri, eaq; diuerſa, quatenus in eiuſmodi coitu plus eſt alterius vel [illegible], & prout hoc duorū aut illud eſt ibi purius vel impurius, ac prout minor maior ve[illegible]. Duo igitur hæc in auro eſſe puriſſima, æqualiſſima, contemperata, commixta ſum[illegible] ſimiliter in argento. In cæteris hęc longe aliter ſe habere. Metalla quidem ad ignem [illegible] liquefieri, quoniam mater eorum ſit humor multus & oleoſus atque viſcoſus. Saxa vero non liqueſcere, quoniam terræ plurimum habeant, humorem tamen non habeāt [illegible] pinguem, nec inſtar olei glutinoſum. Sic exponere Platonem poſſumus. Et vbi Plotinus [illegible] ſit aqua, cogi in ſe ſine terra, ſic accipi poteſt, idest cum ad ignem funditur velut aqua, iterum ab igne remotum in ſe ſine adiunctione terræ concreſcit. Sed hæc vtcunque quis vult accipiat. Ad inſtitutum denique reuertamur. Si condenſatio ſola in humore vel cō[illegible] cryſtallū, vel efficit metalli formam, cur non anima quaſi gluten continuet ignem ſibiq; connectens & ſub vitæ forma contineat. Iam vero ſunt & ignea dæmonum corpora, non per terram, non per concretionem quaſi gelu coacta, ſed per virtutem animę connectentē in propriam [illegible] formam & ſphæricam redacta figurā. Sunt enim ſupra nos dæmones in ſua quique ſphæra quaſi ſtellæ, quis plurimum nobis occultę, figuramq; naturaliter orbicularē, per interiorē mentis orbem conferente ad idem affectu locoq; in ſuis corporibus exprimūt:

terra eſt,niſi & aqua inſit ibi pro glutino. Præterea quid nam ibi conglutinabit,ubi nulla ſit magnitudo,quam ad proximam partem continuatione connectat? Si enim quantalibet terræ ipſius fuerit magnitudo,licebit terram ſuapte natura ſine aqua conſiſtere:alioqui nihil amplius erit quod ab aqua cõglutinetur. Item terræ moles quidnam ad hoc ut ſit,aere indigebit? aere adhuc manente antequàm tranſmutetur? Igne uero terram ad hoc ut terra ſit, egere non eſt dictum:ſed ad hoc ipſum ut & hæc & alia ſpectari poſſint,igne indigere conceſſum. Rationi nanq; conſentaneum eſt, concedere aſpectum à lumine fieri:neq; enim uideri tenebras:ſed non uideri dicendum,quemadmodum ſilentium non audiri. At uero ignem ineſſe terræ nequaquàm neceſſarium eſt, ſufficit enim lumen: ſiquidem nix & frigidiſſima multa abſq; igne ſunt lucida : quamuis dixerit aliquis affuiſſe illic ignẽ : & illa antequàm diſcederet,coloraſſe. De aqua inſuper eſt ambigendum : An nequeat eſſe aqua, niſi terræ ſit particeps. Aer item qua nam ratione terræ particeps appellabitur? cum ſit molliſſimus, & penetrantibus quàm facillime cedat. De igne autem dubitatur, num ipſi opus ſit terra, quaſi uidelicet continuitatem ex ſeipſo non habeat: neq; trinam dimenſionem, quatenus corpus eſt naturale. Soliditas uero in ipſo non per trinam dimenſionem, ſed per quandam repercuſſionem forte ponetur. Duritics autem aſpera tantum conuenit terræ, quandoquidem denſitudo auro, quod aqua eſt, competit non ob terram quidem, ſed propter denſitudinem glutinumq; concretum. Proinde ipſe quidem in ſeipſo ignis cur non præſente anima ſe cum ipſo ad animæ potentiam connectatur? Sunt enim & ignea dæmonum animalia. At ita immutabimus id quod dicitur uniuerſum animal ex uniuerſis eſſe compoſitum. Forte uero quis animalia terrena compoſita ſic eſſe conceſſerit. Terram uero in cælum attollere,contra naturam eſſe dicet:contrariumq; his,quæ in naturę ordine diſponũtur. Iã uero nulla ratione uideri probabile,ut celerrimus cęleſtium curſus terrena in ſe corpora perferat. Deniq; terram nitori ſplendoriq; cæleſtis ignis impedimento futuram.

*Cælum eſt ſolum ignis. Item quodlibet elementum eſt alicubi in ſe purum, quamuis in quolibet ſint qualitates quædam etiam aliorum. Item cælum eſt ubiq;. Item qualis ſit terreſtreitas illa cæleſtis.* Cap. VII.

Superiorum caput reſpõſionem ad dubium ſuperiorem confirmat autoritate Platonica: Cęlum ſcilicet eſſe purum ignem. Et quodlibet elementum alicubi eſſe purum, ſcilicet id ipſum quod eſt etiam ſine alijs eſſe: quamuis inuicem ſuas dotes quaſi ab extrinſeco mutuentur & mutuent. Item in quolibet elemento eſſe,non dico ipſam aliorum naturam,alioqui cõfuſa prorſus omnia forent:ſed qualitatem quandam aliorum elementorũ qualitatibus quodammodo ſimilem. Cum enim mundus ſit animal vnum , vna vbique primum anima viuẽs vnaq; materia factum, neceſſario membrum quodlibet ob eiuſmodi vnionem habet aliquid commune cum alijs,& aliorum qualitatis eſt particeps. ſicut in corpore humano apud medicos eſt compertum: Sic cæleſtis ignis non terram,non aerem,non aquam,ſed conſiſtentiã vel aliquam reſiſtentiam habet terræ quodammodo ſimilem: item facilem liquiditatem ſiue agilitatem aeri congruam: denique lenem blandamq; & lubricam æqualitatem aquę perſimilẽ, cæteraq; ſimiliter reliquorum aliquid poſſidere : neque tamẽ ea mixtionis ratione confundi, ita quia ipſum totum ſoleat cum toto miſceri: nec qualitates tãtum quædam,ſed ipſæ quoque naturę materięq; conſlari Sic Plato vbi ait in Timęo, Accendit deus lumen circa ſecundam à terra ſphæram, declarauit eſſe in cæleſtibus ſolum ignem,& ex ignis qualitatibus ſolũ lumẽ, lumen inquam ſolũ, ideſt primum atque præcipuum: ſub hoc enim ibi ſunt cæteræ quæcunque ibi ſunt qualitates. ſcilicet calor vitalis & blandus, in quo actio motrix omnium & for-

matrix. Ac dũ Plato dicit lumen, corpus ipſum ſolis intelligit per ſe lucens, lumine ſcilicet manifeſto, per lucem videlicet intimã, quæ alterius generis eſt à lumine, quod inde velut imago ſolis per omnia manat. Sed & lux eius intima rurſus ab incorporea luce proxime micat: alioqui nec ipſa incorporea foret, nec lumen inde manãs incorporeum eſſe poſſet. Quod enim incorporeum eſt, in corpore ſiue circa corpus quale lumẽ exiſtit, ab incorporeo fit, quod in ſeipſo conſiſtit. Lumen vero non eſſe corporeum patet, quia totum ſubito prorſus illuminat & ſine offenſione totum implet, pluraq; in vnum ſtatim abſque reſiſtẽtia lumina coeunt, nec ſordibus inquinantur. Item ſolis lumen nullius ſubiecti fit proprium: in nullo enim reſtat ad tempus: nec propriam elementi qualitatem in ſubiecto requirit vt adſit, ſed puritatem cælo animæq; perſimilem: idemq; lumen abſque colliſione, cõdenſatione, rarefactione, mora, tam facile per ſpatium ſe fundit ampliſſimum, quàm refundit ſe pretimus in anguſtum. Sic ergo à carbone ad flammam aſcenditur, iam à craſſiore materia diſcedentem: à flamma rurſus peruenitur ad lumen, quod tenuem quoque relinquit materiam. Non enim iam infundit in materiam, ſed funditur potius per materiam. Demum ab hoc lumine quod videtur, proceditur ad cæleſtis animę lumen: cuius vigore motuq; & materia dimenſione protenditur, & per dimenſiones eius lumẽ effunditur, perinde ac ſi à ſcintillæ cuiuſdã rotatu orbis ſtatim lucidus emicet. Sed de hoc in Theologia ſatis. Quòd autem ſolis globum proxime collocat ſuper lunam, non ſolum Platonis opinio eſt, ſed Ariſtotelis Aegyptiorumq; & multorum inſuper tum antiquorum tum etiam poſteriorum philoſophorum. Magnam eſſe diſtãtiam inter Saturnũ & Iouem, & inter Iouem atque Martem patet ex eo quòd Saturnus circulum ſuũ peragit annis triginta, Iupiter duodecim, Mars verò duobus. Magnum quoque interuallum eſſe à Marte ad planetas qui anno percurrunt, ſimiliter eſt manifeſtum. Magnum denique inter hos atq; Lunam, quæ mẽſe curſum implet, plane compertum habemus. Cum igitur Sol & Mercurius atque Venus annuo tempore reuoluantur, ideoq; inter ſe ſint proximi, quęritur quis horum trium ſit Lunæ propinquior. Probabile quidem eſt, illum eſſe propinquiorem, in cuius ſphęra longior eſt diameter, vnde maxima diſtantia ſit ad Lunam: longiorem vero eſſe in ſphęra Solis veriſimile eſt, vt grandiori planetæ magis accommodetur. Verum quid de his Mathematica ratio velit, ſatis alij pertractarunt. Phyſica certe ratio poſtulare videtur, vt fons caloris & fons humoris, ſcilicet vitalis, ideſt Sol & Luna proxime coniungantur ſuper hanc mundi plagam generationi dicatam, quæ imprimis humorem velut materiam & calorem exigit quaſi fomentum. Pręterea Sol & Luna contigua poſſident domicilia: Luna cancrum, Sol vero leonem. Exaltationes quoque contiguas: Luna taurum, Sol arietem. Iure igitur ſphęras quoque contiguas habent. Hoc deniq; ordine Mercurius inter planetas quaſi ſapiens medium obtinebit, & merito, cum debeat in omnes æque conuerti & facile conformari, vt celerius omniũ actiones expediat. Siquid inſuper oculis credendum foret, diceremus Solem ac Lunam propterea ꝙ nobis vtrique ſunt proximi maximos apparere. Vſus vero declarare videt̃ propinquitatem, propterea ꝙ manifeſte nos agant q̃plurimũ, adeo vt reliqua ad hæc comparata ferè nihil agere videantur. Denique Luna quę tanq̃ ſtellarum infima ſola lucem non poſſidet manifeſtam, merito ſola eſt ſub Sole ac proxima Soli, vt à lucidiſſimo manifeſtum lumẽ commodius mutuetur. Mutuatur autem ſpeculi more ſimiliterq; reddit lucis imaginem. Appellant autem cæleſte corpus album, ideſt luminoſum: ac dum album dicunt, ſignificant nitidiſſimum: quod enim eſt inter colores albedo, id plane eſt ibi nitor. Per hęc innuit, formam palloris aut ruboris nõ eſſe quidem in ſtellis, ſed ob vapores quoſdam nobis ita videri. Scimus enim ignis lumen quo purius eſt, eo eſſe nitidius: cõtra vero rubet in materia craſſa, pallet in media, ſed in tenuiſſima nitet. Subdit vrentem flammã nec in cęleſtibus eſſe, nec ad cælum vſque percurrere: ſed vel extingui vento: vel ſi ſit in materia ſicciore atque tenaci, in fulgure reflecti deorſum: vel ſi altius inſuper euolauerit, creare cometas: ſin autem diutius ibi flãma reſtiterit, amplificari per ætherem, mitioremq; euadere, lumenq; à cælo ſortiri. Poſt hęc totum cælum dicit eſſe lumen, q̃uis ob tenuitatem noſtris oculis inuiſibile: in quo tamẽ ſtellarum lumina propter denſitatem aliquam apparere. Lumen profecto purum prorſus videri non poteſt, ſed mixtũ, vel ſub cælo materijs alienis, vel in cęlo ſoliditati cuidam & reſiſtentię quaſi terrenæ. Non dico ſoliditatẽ in cęlo more quotidiã, quę tangẽti reſiſtat, hęc enim reuera eſt propria terræ, ſed quę radios vel congreget, vel reflectat. Protenditur vero lumen hoc etiam inuiſibile, vt in X. de Republica traditur per mundum vndique vniuerſum, quaſi mundanę animę viſu, quo ſuum id totum cernat, & tangat, & foueat. Putant Platonici ſphęram quoque Solis eſſe ſuæ animę viſum, & alias item ſphęras globoſq; viſus aliarum cęleſtium animarum. Vnde videmus in omnium oculis nihil aliud viſum eſſe quàm radium, & oculorũ figuras qualitateſq; eſſe cęlo ſimillimas: quod ve videt̃ eſſe lumen vel luminis apprime particeps, ideſt colores. Sed & ſtellæ planetęq; oculi ſunt non viſuales tantũ, ſed viſibiles, quibus & animalia videãt atq; inde regantur.

gantur: nam per radios denſiores virtutes eorum nobis magis accommodantur. Sphaerę vero reliquę oculis ſunt inuiſibiles, oculis dico terrenis: nam aethereis oculis, id eſt ſenſu qui in noſtro viget aethereo corpore, perſpici poſſunt. Eſſe vero lumen hoc occultum, ſiue ignem ſpiritumq́; vitalem diffuſum per vniuerſum Plato comprobat in Timaeo. Vniuerſae (inquit) naturae circuitus cum circulari ambitu ſuo reliqua rerum genera ſit complexus, ſecumq́; ipſo congredi ſtudeat, conſtringit omnia, locumq́; vacuum relinqui nuſquam patitur. Quocirca ignis per omnia maxime penetrauit: deinde aer, vtpote qui igni tenuitate ſit proximus, & alia ſimili ratione deinceps. Hic exiſtimare videtur, primum ipſam ignis occulti naturam aſpiratiōe quadam mundanae animę prodiiſſe, atque ab intimo circuitu animae in circuitum proſiliſſe, cuius virtute elementa reliqua coaluerint, quę mox ignis ipſius ambitu cōprehenſa & quaſi cohibita, vacui nihil intra ſe reliquerint. Item cum ignis ille amplificatus in orbem cuperet, vtpote circuitus vbique ſecum ipſo congredi, tum nihil vſquam relinquere vacuū, penitus omnia penetraſſe minime penetratum. Subinde aerem penetrauiſſe ſimiliter aquam: aquam denique terram, adeo vt ſi à centro gradatim medios per orbes aſcendas, vbi terra eſt, ſis tria reliqua reperturus, praeſentia ſibiinuicem potius quàm confuſa: deinde vbi aqua, ibi caetera deprehendes, illic & ignem. Sic quatuor elementorum orbes inter ſe comparantur, vt anguſtiſſimus orbis ſit terrenus: latior aqueus tum implens intrinſecus terram, tum terrae ſuperficiem ſupereminens. Aerius quoque terra ſimiliter & aqua ſit latior. Igneus denique ratione ſimili omnium ſit latiſſimus, cūcta tum extra fouens, tum intrinſecus alens. Hunc igneum ſpiritum vitalem Arnaldus & Raimundus putantes rebus omnibus inſitum, & quintam appellantes eſſentiā, diligentiſſime perſcrutantur, quibus machinis ab aliena materia ſeparent, & ſegregatum qua potiſſimum cuſtodia ſibi conſeruent ad vſus vt ſperant omnium ſaluberrimos. Mitto quod ſperant, ſi hunc ex vino tanquàm valde cęleſti diligenter acceperint, eum ſe adhibituros auro cęleſti quàmmaxime, quem mox aurum combibat vt cognatiſſimū, ſemperq́; retineat, fiatq́; potabile. Sed haec illi viderint. Equidē certo ſcio, niſi ſpiritus eiuſmodi rebus omnibus inſit, non poſſe multos pręſtare quę pollicentur: neque verum eſſe Platonicum illud, poſſe ſcilicet mundi vmbilicum eſſe ignem. Probabile quidem eſt centrum cardinemq́; vniuerſi non fecem eſſe terrenam, ſed potius ignem. Quod rurſus ſcribitur in Phaedone, vbi de montibus nubes ſuperātibus agitur, ſcilicet terram puram in puro iacere cęlo, in quo ſunt aſtra, verum eſſe non poteſt: niſi vel caelum illic aeri puro ſit infuſum, vel ſolum ibi ſit caelum; quaſi vertex ſit orbis ſuper nubes. Sed orbis vnitatem in pręſentia dimittamus. Forſan vero ſupremus ille Theologus vbi ciuitatem inquit cęleſtem habere duodecim fundamenta, ciuitatem intelligit vitalem hunc ſpiritum vbique regnantem: Fundamenta vero duodecim, ſphęras mundi duodecim, octo ſcilicet cęlos ſuper aetherem, rurſusq́; cęlos quatuor per aetherem, ſcilicet aerem, aquam, terramq́; ſuffuſos. Deſcribit & portas duodecim, tres ab oriente, tres itē ab occidente, tres à meridie, tres rurſum ab aquilone: vt quatuor ſignorum oſtendat triplicitates: quarum vna ſit orientalis, id eſt ignea, arietem, leonem, ſagittariū continens: alia rurſum occidentalis, id eſt aeria, comprehendens libram, & geminos, & aquarium: alia item meridionalis terrea, taurum & virginem habens & capricornum: alia demum ſeptentrionalis, piſces & cancrum ſcorpiumq́; complectens. Proinde vbi totam ciuitatem ait factā ex auro puro, fulgorem hunc igneum per omnia vult eſſe diffuſum. Addit, hoc aurum eſſe ſimile vitro puro atque perlucido, id eſt diaphano ſimul atque lucenti. Si enim aut vitri perſpicuitati peruiae lucem quaſi propriam adhibueris, aut auri naturali fulgori perſpicuitatem adiunxeris velut propriam, habebis iam cęli ſubſtantiam, quae quidem eſt vbique tralucida ſimul & lucida, etſi nobis non apparet vbique. Vbi vero Theologus addit lapidum pretioſorum varietatem ſtellarum ſignificat lumina, vel apparentium nobis, vel non apparentium. In qualibet enim ſupra nos ſphaera mundi ſuae quaedam ſtellae ſunt magnitudine potentiaq́; mirabili, quàmuis non vbique conſpicue. Totum vero in ſeipſo lucere neceſſarium eſt, ſi caelum eſt vbique, ſi lux eſt propria caelo, ſi lux eſt qualitas pręſtantiſſima reliquarum origo formarū. Quòd autē diuerſe in ſtellis aliter aliterq́; fulgeat, non alia quidem & alia mixtione contingit, ſicut in coloribus noſtris accidere ſolet, ſed proprijs quibuſdam raritatis, denſitatis, diſtātiae gradibus. Sic & croci color congregatus quidem rubet, diffuſus vero pallet, diffuſiſſimus denique nitet. Mitto quantum in his ē longinquo & per media diuerſa nos fallat aſpectus. Sed pręter lumina caeleſtibus adde virtutes quoque diuerſas, ex quibus & colores ibi varij & actiones inde proueniant, non quales ab elementis, ſed proprietate quadam occultiori, ſcilicet ſpeciali fermè quali ferrum trahitur à magnete. Nam quae apud nos ſic agunt, agere dicuntur virtute caeleſti.

aſpectui minime reſiſtentem, quemadmodum in aere quoq; puro cõtingit. Accedit ad hæc interualli etiam longitudo.

*Confirmatur cœlum eſſe tum ex anima, tum ex corpore ſempiternum: & quamuis ſit ignis, tamen in orbem natura moueri.* Cap. VIII.

Octauum caput dubitationi reſpondet quærenti, Vtrum cælo quicq̃ defluat aut influat. Reſpondet, effluere nihil. Nam & anima ſuum vbique continere ſpiritum poteſt. Et ſpiritus libenter obtemperat animę: neque in hoc velut potentiſſimum inferri aliũde violentia poteſt, omniaq; prius eſt in ſe conuerſurũ, q̃ ipſum conuertatur in aliud. Cum igitur nihil defluat inde, merito nihil oportet affluere quo ſeruetur. Neq; licet fingere cęlum eſſe aliud præter ignem, vt circuitus ei ſit naturalis. Circuitus enim naturalis eſt omni corpori ſphęrico in ſuo loco poſito quoties moueatur. Rectus vero motus aut violenta quædam é naturali loco deturbatio eſt, aut ſubitus in locum reditus naturalem. Inter hęc vbi ait potiſſimam ignis actionem calefactionem eſſe, intellige ignis elementalis commixtiq; actionem. Nam pręcipua cœleſtis ignis actio ea eſt, quę pręcipuam actionem cęleſtis animę refert, id eſt intelligentiam: eiuſmodi vero illuminatio eſt. Poſtremo in fine libri notabis, naturam in rebus ſub luna compoſitis quaſi vel debiliorem, vel in loco debiliori, vel inter debiliora non conſeruare perpetuam in ſingulari compoſito vitam, imitari tamen per continuam generationis ſucceſſionem, qua ſeruat ſpeciem, quoad poteſt cęleſtem virtutem, quę ſpeciem ſimul indiuiduumq; conſeruat inquam procul á ſubſtantiali motu, neq; tamen ſeorſum á motu locali. Sola enim intellectualis natura omnem á ſe motum procul expellit.

*Quod cælo nihil effluat, nihil influat.* CAP.™ VIII.

Cum itaq; tale lumen uigeat in excelſo, ubi eſt naturaliter conſtitutum, purum uidelicet in ſede puriſſima, qua'nã uia poteſt defluxus inde ullus accideret? Neq; enim natura talis tamq; ſublimis ſua ſponte defluit: neque rurſus eſt ibi quicquàm, quo impellente deorſum præcipitetur. Adde quòd omne corpus longe ſecaliter habet, quando animæ coniunctum eſt, quàm ſi eſſet ab anima ſeparatum: corpus uero cæleſte nullo modo eſt ab anima deſtitutum. Item quicquid propinquat cælo, aut aer eſt aut ignis. Primo quidem ſi aer eſt, non uideo quo pacto agat in cælum; deinde ſi eſt ignis, nequaquàm ad id congruit, tangitq; cælum ut agat in ipſum. Accedit quòd repente ad cæleſtem permutatur naturam prius quàm cælum patiatur ab ipſo: item & magnitudine admodum minor eſt, & robore longiſſime cedit. Præterea ignis actio potiſſima eſt calefactio. Oportet autem quod calefaciendum eſt, non eſſe calidum ex ſeipſo. Siquid uero diſſoluatur ab igne, calefieri omnino prius oportet, atque in ipſa calefactione ex naturali eius habitu dimoueri. Quamobrem nullo prorſus alio corpore ad id opus eſt cælo, ut ſuam ſeruet naturam: neque rurſus ut circuitus eius ſit naturalis, quamuis nondum de hoc ſit demonſtratum. Neque in rectum uergit cæli motio naturalis: nempe uel quieſcere uel reuolui natura propria cæleſtia iubet. Reliqui uero motus ad uiolentiam pertinerent: neque igitur alimonia cæleſtia indigent. Proinde non decet ex noſtrarum rerum conditione ſublimia iudicare: quippe cum neque animam prorſus eandem habeant continentem, neque ſimilem regionem, neque illic ea ſit cauſa, ob quam inferiora compoſita continue profluentia nutrimento, indigere coguntur. Abſit ergo permutatio ab illis ea, quæ in his corporibus dominans ex habitu naturæ deturbat: quippe cum alia quædam his natura præſideat, quæ propter debilitatem in ipſo

ſuo eſſe continere non poteſt, Imitatur tamen in eo quod generari eſt atque generare naturam quoad poteſt ſuperiorẽ: De qua dictum eſt alibi, nõ poſſe & ipſam eodem prorſus modo, quo intelligibilia, ſe ſemper habere.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE MOTV CAELI, COMMENTARIA.

*Summa libri.*

*Cælum mouetur ab anima propria, rationali, intellectuali: & in orbem agitur, quoniam anima & intellectus in ſeipſis circuitum agunt.*

MOueri cælum non à natura quadam tanquàm elementali vel ſimili, ſed à vita, non à vita quidem externa, ſed interna per quam cælum viuat, vita inquam rationali, imò etiam intellectuali. Item cur moueatur in orbem, atque quo pacto, & Plotinus in præſentia diſputat, & nos in Theologia latius pertractamus. Satis igitur nunc fuerit breuiter attigiſſe. Cælum viuere demonſtrat materia, formaq; illius, viuentium omnium præſtantiſſima: motus maxime ſibi naturalis & intimus, nunq̃ deſerens ſemetipſum: actio perpetua naturaliter cũcta viuificans. Ipſum rationali vita cęlum viuere, ordo in motibus rebusq; omnibus inde genitis mirabilis indicat. Rurſus intellectuali virtute vigere declarat conſtantia in rebus motibusq; tam diuerſis efficiendis ſemper immobilis. Neque igitur vel temerario quodam caſu opus tam mirandum perpetuaq; ratione diſpoſitum agi moueriq; putabis. Vel forte ratione quidem agi regiq;, ſed quaſi cæca quadam tãtum nudaq; ratione naturę. Quemadmodum à vegetali virtutę per ſeminarias rationes tum in animali membra, tum partes in plãta formantur. Eiuſmodi enim ratio naturalis duntaxat irrationalis (vt ita dixerim) eſt & cæca, cum nullam ſui ipſius habeat rationem, neque ſeipſam aliquando ſe animaduertendo poſſideat. Tanq̃ igitur imperfecta regitur à ratione quadam perfectiore, quæ in virtute animę viget ſi opus ſit ratiocinaliter diſcurrente. Atque hęc rurſus velut mobilis à perfectiſſima regitur, quæ in mente regnat immobilis. Illa tãdem ratio eſt verbumq; dei, quo tanq̃ primo quodam cardine cælum regitur atque ſimul eſt atque firmatum. Sed iam redeamus ad animam. Anima mũdi mater, ex intellectu diuino mundi patre per intellectum prægnans, mundum per rationem concipit in natura. Ex naturali denique fœtu dum ad partũ confert, imaginatio quædam affectusq; ſimul mundus naſcitur imago mentis, rationis expreſſio, vitę propago neceſſario viuens. Hinc Orpheus Iouem mundi fabrum & maſculum appellat & fœminam, Plato etiam mundi architectum alicubi mentem intelligit ſimul & animam, tanq̃ patrem ſimul matremq; mundi. Animã eſſe quinque rerum generibus conſtitutam, & qua ratione, in Theologia Timæoq; diximus, & dicemus, eſſentia videlicet, & eodem & diuerſo, ſtatuq; & motu. Eſſentiam igitur animæ mundi eſſentia refert, ipſum quoque animæ idem, eadem in mundo materia communis & forma. Rurſus diuerſum animæ repræſentat hic materiæ huius extenſio, diſtinctioq; formarum. Motum animæ ſimiliter mundi motus. Animę quoque ſtatum mundi ſtatus in motu. Cum enim mundi motus ſic ſtare debeat, vt neque ſubſtantiam ſuam, neque naturalem relinquat locum, merito reuoluitur circa idem. Ita prorſus etiam dum mouetur, minime diſcedit à ſtatu & reuolutionẽ animæ reprę ſentat. Anima enim exordiẽs à bono ſimul atq; intellectu, ad idẽ rurſus per intellectum voluntatemq; reuoluitur. Ac ſi ratione diſcurrat, ad eaſdem formas vnde diſcurrere cœpit, per eaſdem denique redit. Genitalis quoque eius natura imaginationiſq; naturæ comes, ſic ex potentia in actum in ſe rerum motionumq; generandarum ſemina promit, vt ordinatiſſima perpetuaq; ſucceſſio fiat, & tandem ad eadem vel ſimilia certis temporum curriculis redeatur. Hanc reuolutionem tam facile ſaltem mundi reuolutio ſequitur, quàm facile motio formatioq; in ſpiritu noſtro ſequitur efficacẽ naturę præpotentis inſtinctum, ſimiliterq; imaginationis affectum. Hæc autem libri totius eſt ſumma.

*Cælum dum mouetur in circum, quantum poteſt in qualibet ſui parte fit totum, atq; ita ubiq; totam aſſequitur animã. Manet aũt per indiuiſibile centrum, ſicut anima manet per intellectũ atq; ſubſtantiam.* Cap. II.

TRadit vero Plotinus in capite libri primo ex Platonis noſtri ſententia, cęlum moueri per orbem, quoniam intelligentiam imitetur, proxime quidem intelligentiam cæleſtis animæ, altius inſuper diuinę mentis intelligentiam. Hæc enim primus circuitus eſt, nam à bono retortus in bonum per ipſam boni lucem, tum ex intellectu in eundem intellectum per formas proprias reuolutus. Circuitus ergo & in anima fit virtute mentis, & in cælo mentis imitatione peragitur. Sed in mente quidem & quauis intelligentia momento fit æterno, in diſcurſione vero animæ propria ſaltem particulari, fit tempore. In cælo tandem non tempore tantum, ſed loco etiam cogitur indigere, qualiſcunque ſit locus. Quęritur autem quidnam

edat

[illegible] Non corpus ipſum cæli: corpus enim qua ratione corpus, nihil agit.
anima igitur motum ex ſe producit in corpus. Neq; tamen generis eiuſdē eſt motus in anima
ſimul & corpore. Nam & in corpore noſtro ſpiritu q; per voluptatem quidem ſit dilatatio, cō
tractio per dolorē ad quendam animi motū, qui neq; dilatatio neq; contractio in animo tanq̄
in diuiduo eſſe poteſt. Eſt autē anima ſcilicet ſecunda ex qua ſit proxime motus ita quaſi cōti
nua corpori, vt ex ea & corpore animal vnum ſcilicet cælum efficiat: ac dum ipſa quodā mo
tu formali, id eſt ab actu quodā formę in aliū formę actum affectū q; voluit iterum q; reuoluit,
[illegible] cęlum motu quaſi locali aliter & aliter figurat. Si ergo ſtaret anima, ſtaret & corpus:
[illegible] motu animę corpus aliter mouetur. Iam vero corpus qua corpus eſt, quatenus per di
[illegible] partes extenditur, id nactum eſt, vt per diuerſas quoq; partes tēporis per-
[illegible] vtiq; vt traheret in rectū, atq; ita forſan diſſiparet, niſi in figurā ſphęricam
[illegible] ab anima intellectuali redactū, vnde factum eſt ad circuitū natura propēſum. Itaq; cor
[illegible] quaſi ſpiritū ab exſpirante anima proſilire velut in rectū, diſperſioni ſic prot
[illegible] ſed viciſſim anima reſpirante protinus cohiberi: atq; cum ſtante anima quieſce
[illegible] in orbem circa animā, imò intra animā neſſario retorqueri. Huius ergo modi nō
[illegible] localem eſſe memento: locum enim quē nactum eſt ab initio, nunq̄ mutat: neq; totū
[illegible] aliquando tranſit, ſed partibus quodāmodo tranſeuntibus totum interea conqui-
[illegible] ergo circularis cęli localis eſt per accidens, id eſt ſecundū ſui partes pertranſit lo
[illegible] accidens, id eſt non ex propoſito animæ principali. Quid nam eſt principale pro
[illegible] animæ ſimul, & præcipuus corporis huius inſtinctus? Motus certe in anima eſt tran-
[illegible] de alio ſemper in aliud. Cum enim pars eius inferior nō ſit adeo potēs, vt ſicut ſu-
[illegible] ſimul in ſe promat in actum, velit autē in actum ſua omnia promere, ſucceſſio-
[illegible] quod ſemel cōſequi nequit. Cum vero terminatæ ſint ſpecies actuū, omnes
[illegible] ſed cunctas adhuc ſimiliter appetens, viciſſim replicat omnes, idq; q̄ celer
[illegible] vt ipſa reſumendi celeritate videatur quaſi nondum amiſiſſe. Eadē ratione atq;
[illegible] cęlum configurationes omnes perpetua ſucceſſione viciſſitudineq; commutat.
[illegible] animę tum cęli nixu pręcipuū votum non eſt tranſire: ſed ſemel quoad fieri
[illegible] cuncta complecti: ac ſi per tranſeant q̄ primū tranſacta reſumere, actū q; cunctorū
[illegible] Eſt igitur animæ motio vitalis ſentiens, excogitans: ſed ita ſimul, vt affectet omnes
[illegible] ſentiendi, cogitandi actus & formas ſimul habere, & abſolute omnes animaduerte
[illegible] ſimiliter per totam ſe cōuiuere ſimul vndiq; ſua mutuo omnia perſentire, ſimul quoq;
[illegible] vt vbiq; totius ſit vita, ſenſus, conſciētia ſui, non extra ſed intra procedens. Simi-
[illegible] ſit motio cęli. Pinge ſpatiū quoddam æquale cęlo, in quo rotetur: ſiue ſpatium hoc ſit
[illegible] cęlum, ſiue potius id ipſa ſit cęli natura: idq; ſpatium ſicut & cęlum in centū diui
[illegible] a circūferentia ſcilicet ad medium productas in longū, lineis vndique deſigna
[illegible] ab amplo videlicet in anguſtum paulatim ordine deſinentes. Hoc itaq; tanq̄ fundamentū
[illegible] cęlum ſe toto totū appetit poſſidere. Se toto inquam, id eſt cūctis vndiq; parti
[illegible] quanque partem eius attingere. Nequit aūt contingere ſimul, id enim ſpatij pro-
[illegible] prohibet: properat itaq; celeriter ſuccedēdo per omnes ſui partes mox partes eius
[illegible] ſingulas, vt totum vbiq; toto naturali ſpatio, imò tota ſui natura pariter perfruatur.
[illegible] quaſi cōmunis & mutua vbiq; conſpiratio vitæ, & quaſi quędā intimi ſenſus co-
[illegible] cōmunio. Iam vero & ita videtur animā quę per hoc ipſum ſpatium tota eſt ſimul
[illegible] imitari, dum ipſum quoq; q̄ celerrime vbiq; ſit totum, totumq; vbiq; ſit affe-
[illegible] motu ſcilicet quodā animā quę mouetur, mouetur inquā anima non ſolū for
[illegible] ſicut dixi motu, ſed quodāmodo etiā motiōe locali, quatenus ipſa nō reſidet in
[illegible] ſed per totū vndiq; ſpatiū ſe diffundit. Non enim poſſet corpus & extēſum & mobi
[illegible] formare, q̄ ſui quadam diffuſione motuq;: eſt enim vita coporis modo quędam
[illegible] corpus ſolidum viuit eatenus, quatenus per ipſum ſpiritus ſe diffundit & agit, & ſpi
[illegible] quatenus per ipſum ſimiliter anima ſe propagat. Quod igitur in animali ſiue
[illegible] ſiue mundo præcipuum eſt, id eſt anima, connectit reliqua id eſt ſpiritum ſtrum
[illegible] id eſt cælum: connectit inquā tum ſibimet animam, tum ſibi ipſi cęlum: per cælū quoq;
[illegible] connectit ſimiliter reliqua inſuper elementa ſimul & mixta. Vult autem Plato
[illegible] igni ex prouidentia, natura, neceſſitate competere. Nam enim diuina præuidēs
[illegible] & corpus quia per ſubſtantiam in partes extenditur extra partes, ideo
[illegible] ſecundum prius atque poſterius proceſſurum, quodquidem eſt
[illegible] quidem ex prima corporis natura recte moueri: & iccirco igneū corpus diſſi
[illegible] interius, primę corporis naturę, id eſt dimenſioni
[illegible] mobili motu quaſi ſecundum adiecit naturam, id eſt ſphęricam dimenſioni figu
[illegible] igitur igni natura a prouidentia tributa eſt per primā, ſi quando [illegible]
locum

ter [illegible]

# PLOTINI ENNEADIS II. LIBER II.

## DE MOTV CAELI.

*Motus cæli fit ab anima intellectuali, & fit in circuitum: tum quia & anima & intellectus circuitum quendam in ſeipſis faciunt, tum quia ad circuitum confert circularis figura cæli.* CAP. I.

QVare cælum mouetur circulo? quia mentem imitatur. Sed cuius nam eſt ille motus? animæ'ne an corporis? Quid ergo? num quoniam anima in ſphæra eſt: atque hęc circa ipſam procedere properat? Item nunquid eſt in ea quaſi non continua: an potius ita ut ipſa mota cõmoueat? At forſitan oportebat animam commouentem haud ultra mouere, ſed iam mouiſſe. Id autem eſt efficere potius ut permaneat, neq; agitare ſemper in gyrum. Forte enim & ipſa ſtabit: aut ſi moueatur, nõ tamen loco mutabitur. Quo igitur modo mouet hanc, cum ipſa modo quodam alio moueatur? Forſitan circularis motus non uidebitur alicui eſſe localis. Quod ſi ſecundum accidens ſit motus eiuſmodi, qualis nam igitur per ſe eſt hic motus? Profecto conſpiratio quædam in ſeipſam conſentiens, ſuorumq; cõſcia atq; uitalis, nec extra ullo modo uel uſquam nec aliò uergens, in qua oportet cuncta comprehendi. Quod enim in animali principale eſt, comprehendit in ſe cuncta, & conflat in unũ. Non complectetur autẽ uitaliter ſi quieſcat: neq; cum habeat corpus interiora ſeruabit. Etenim uita corporis eſt motio quædã. Quod ſi motus eiuſmodi etiã ſit localis, utcunq; poterit agitabitur: neq; tanquàm anima ſolũ, ſed tanquàm corpus animatum atq; uiuens: Adeo ut agitatio talis ex motiõe corporea ſimul & animali ſit mixta. Quippe cũ corpus quidem ſuapte natura feratur in rectum, anima uero contineat: atq; ita ex utriſq; conficiatur motio quędam, in qua ferri ſimul ſit atq; manere. Si autem circuitus motio corporis eſſe dicatur, quo nã modo rite dicetur? cũ omne corpus uel ipſe ignis recta motione feratur. Forte uero dicendũ eſt uia recta procedere, donec eò perueniat, ubi eſſe eſt naturaliter inſtitutũ. Vt enim ordine inſtitutũ eſt, ita uidetur & manere ſecundum naturã, & ferri in quod eſt ordinatũ. Cur nam igitur non quieſcit ignis, poſtquàm fuerit ſedem propriã conſecutus? Nunquid quoniam ipſa natura ignis eſt in motu uerſari? Itaq; niſi uoluatur, nimirũ diſtractus in rectũ protinus diſſipabitur. Reſtat igitur ut agitetur in orbem. At uero id iã eſt prouidentiæ munus. Eſto id quidẽ: Nam & ipſe ignis in ſeipſo eſt ab ipſa prouidẽtia poſitus. Quapropter ſi ibi fiat, ex ſe circulariter reuoluetur. Aut forſan ſi rectũ cupit motum, ubi non habeat ultra locũ ad quẽ feratur, neceſſario quaſi circumlabens, quibus in locis poteſt, iam reuoluitur: nullus enim huic ultra ſeipſum patet locus, hic nanq; eſt locus extremus. Itaq; circũcurrit ea in ſede quã poſſidet, immò ipſe ſui ipſius eſt locus, ſic naturaliter inſtitutus, nõ quidẽ ut maneat, ſed feratur. Proinde in circulo centrũ quidẽ natura quieſcit: exterior uero circũferentia ſi quieſcat, centrũ erit ingẽs. Potius igitur aderit circa cẽtrũ, corpori uidelicet uiuẽti atq; naturaliter ſe habẽti. Sic enim ad ipſum medium nutu cõtinuo cõſpirabit: nõ uidelicet conſidẽdo, alioqui

orbem perderet: ſed quando id nō ualet, ſaltem circumuagādo: hac enim ratione duntaxat appetitū prorſus explebit. Quod ſi anima circūuoluat nunq̄ defatigatur: neq; enim uel ipſa trahit, uel corpus preter naturā agitur: id nāq; ipſum natura eſt, quod ab anima uniuerſi eſt ordinatū. Praeterea mundi anima ubiq; exiſtens non diuiſa per partes, ſed ubiq; tota, dat & caelo ut & ipſum quoad poteſt ſit ubiq;. Poteſt aūt duntaxat ex eo quod pertrāſeat progrediaturq; per omnia. Quieſceret ſane ipſum, ſicubi quieſceret anima, eſt ubi ad animā perueniſſet: Nūc uero cū anima ipſa quā appetit, totā ſe per totū fūdat, nimirū ipſum quoq; paſſim ſequitur animā. Quid igitur an nunq̄ animā aſſequetur? Forſan uero ſic eā ſemper aſſequitur, imò ipſa potius caelū ad ſe ſemper agēs, ſemper agēdo mouet & ſemper: nō alio quidē mouēs, ſed ad ſe ipſam & in eodē: non quidem in rectū, ſed circulo ducēs: ideoq; tradit illi, ut quocunq; peruenerit, ibi reperiat ipſam. Quod ſi quieuerit anima, tanquàm hac duntaxat illic manente, ubi quodlibet requieſcit, conquieſceret & caelum. Si ergo non alicubi tantum eſt anima, ſed ubiq; nimirum per omnia mouebitur caelum: cumq; non feratur extra, merito retorquetur in orbem.

*Anima rationalis libero motu mouetur, irrationalis ſequitur uniuerſum. Item in uniuerſo circumferentia deſiderat centrum, eoq; fruitur per circuitum. Item ex circuitu animae mentiſq; circa deum prouenit in caelo circuitus.* Cap. II.

IN ſecundo capite queſtiones circa ſuperiora mouet & ſoluit. In prima quaeſtione notabis, caelum quidē per omnia eſſe diffuſum, corporaq; omnia vel proprias caeli partes eſſe, vel partibus eius annexa, ideoq; caeli tractu moueri. In quaeſtione ſecunda conſiderabis, omnem rationalem animam exiſtere aliquid in ſe totum, nec eſſe vniuerſae animae partem. Quod quidem praecipue patet ex tribus: Primo, quia nulla pars toti continua motu proprio reflectitur in ſeipſam: nulla rurſus toti aequare ſe poteſt: nulla denique toti repugnat. Anima vero rationalis in ſeipſam ſuipſius animaduerſione conuertitur: Ordinem vniuerſi metitur ipſumq; tranſcendit, ad cauſam vniuerſi procedens: Seipſam aliter ſaepe ducit quàm trahat natura totius, ſiue ſurgat in melius, ſiue labatur in peius. Quod autem apud nos eſt ſiue corpus ſiue vita propria corporis, pars quaedam eſt mundani corporis mundanaeq; vitae, ideoq; plurimum tractum ſequitur vniuerſi. In tertia quaeſtione tractatur, mūdi corpus iccirco perpetuò peruagari, vt pro viribus vbique ſit totum, ſicut vbique tota ſimul eſt anima, ut vbiq; ſimiliter anima perfruatur. Hinc concluſiones quędam in medium adducuntur. Prima eiuſmodi: Cum poteſtas animae ſcilicet vitalis in centro mundi velut in animalis corde maxime vigeat, atque inde per totum vndique ſe diffundat, merito corpus hoc mundanum vitae cupidum circa medium ſeſe verſat, ad idem videlicet ab anima ductum: ſic enim eſt quaelibet lineas à circunferentia deductas ad centrum ſeſe totum conferens, per eaſdem centrum vndique videtur attingere. Neque vero iniuria à centro fit tum molis extenſio tum propagatio vitae: hoc enim eſt neceſſario primum: quoniam indiuiduum eſt ac prorſus immobile. Vnumquodque vero prius in ſe hoc ipſum quod eſt cogitatur eſſe, quàm extendatur: atque quod eſt indiuiduum atque ſtabile, diuidua omnia mobiliaq; praecedit. Secunda concluſio: Sicut in corpore mundi medium eſt à quo caetera pendent, ſic in anima medium eſt intellectualis ipſa ſubſtantia, à qua tum reliqua virtus omnis, tum vita ſecunda procedit. Atque ſicut in anima quod reliquum eſt circa principium eius velut medium retorquetur: ſic tota machina circa centrum. Vbi notabis, ipſam caeli ſubſtantiam non minus, immò magis in centro ac penes ipſum, quàm in circunferentia eſſe ponendam. Concluſio tertia: ſicut corpus circa animam, ſic anima voluitur circa deum: voluitur inquam, tum perpetuo quodam naturali que inſtinctu, quàmuis nobis occulto: tum meditationis ſtudio & amore: tum vero & ſi non quaelibet anima permanet penes deum, quaelibet tamen certo circuitu quandoque redit ad deum. Item ſi qua non poſſit vnico, vel intuitu concueri, vel tactu tangere deum, ſaltem intuitu tactuque multiplici viciſſim ſe verſat in deum. Poſt haec quaeritur, Vtrum idem rationales animae omnes efficiant. Reſpondet ſtatim, omnes ſemper efficere. Omnes enim perpetuo quodam intelligentiae actu, quàmuis nobis occulto, diuina mente deoq; fruuntur: omnes rationali quadā diſcurſione idem vel agunt, vel agere moliuntur.

Hic autem

[illegible] animaduertas omnem actum ab alio termino in alium procedentem, etiam ſi ſit ſubito ac ſine medio, motum poſſe vocari. Sic intelligentiam ex mente diuina procedentem in ipſum deum, motum & circuitum quodammodo nominabis. Actum vero ab alio in aliud ſubito quidem ſed per medium procedentem, motum nomine magis proprio poteris appellare: hoc inquam motu intellectus animę per diuinum intellectum quaſi medium vertitur circa deum. Actum denique ab alio in aliud tum per medium tum tempore tranſeuntem, nomine maxime proprio motum rite vocabis. Hoc rationalis natura circuitu tum in ſe voluitur circa formas, cum ex ſe ad intellectum ſuum, perq; hunc ad diuinum, perq; diuinum ſe vertit ad deum. Quęritur deinde, vtrum corpora noſtra ſic ad reuolutionem animę noſtrę, ſicut mundi corpus ad animę ſuę ambitum reuoluātur. Reſpondetur: Corpus quidem ſolidum & compoſitum id minime facere: quia potius moueatur in rectum, tum quoniam quę in eo ſunt, extra [illegible] ſunt poſita naturalem, tum quoniam ob indigentiam trahitur ad externa. Corpus vero cęleſte quod eſt in nobis occultum, orbicularem ſui figuram ad figurā terreni corporis cui inſinuatum eſt ab initio redegiſſe, cum hinc exierit eam ſubito recepturū: interea vero orbicularem motum quodammodo impediri. Poſſe quinetiam tentari pro viribus atque [illegible] fert corporis terreni figura. At cum primum anima terrenum exuit corpus, [illegible] animæ nutu corpus illud agiliſſimum ſimiliter agitari. Eſt enim quaſi quidam animæ oculus [illegible] facilius animę nutu rotatur, quàm oculus noſter viſualis virtutis aſpectu. Subdit, deū [illegible] velut centrum, ſuaq; velut eſca mentes & animas ad ſe prorſus allicere. Atque [illegible] non tam notitia quàm affectu ſe vertere circa deum, eodemq; affectu pro viribus ad idem conuertere corpus. Non enim notitia, ſed affectus eſt mouendi principium: illa enim quaſi imaginaria, hic autem ſubſtantialis potius eſſe videtur. Illa rurſus in ſe potius requieſcit: hic vero transfertur ad aliud. Inter hęc ſi de motu ſtellarum quæſiueris, Plotinus cum Platone reſpondet, eas non tantum à ſphæra moueri, verumetiam proprio circa ſuum centrum motu verſari: quoniam quæ quaſi ſeiunctæ propriam ſubſtantiam vitamq; poſſident, motum quoque proprium habeant. Moueri quidem ſtellæ globum ad animæ motum, ita vt quemadmodum anima circuit circa deum, ſic & globus circa ſuam animam reuoluatur. Vbi dicit animam deo fruentem gaudio protinus exultare, ſignificat globum ibi cęleſtē non tam animę cupiditate quàm gaudio volui: ſicut & animi noſtri gaudio ſpiritus dilatātur, mēbraq; [illegible]. Quod autem dicit circuitum ibi fieri non conſilio ſed neceſſitate naturæ, intellige [illegible] ipſum bonum neceſſario quodam tractu rapere animas intuentes. Quoniam ipſum bonum quod omne bonum eſt, in quo omnis volendi ratio cōtinetur, nolle non poſſit, tum quo[illegible] animæ id intuentes non conſultent. deinde vtrum eligant nec ne, & vtrum ſic corpus aliter [illegible], ſed primo ſubitoq; inſtinctu appetant, gaudeantq; & moueantur & moueant: [illegible] quoniam in qualibet mēte idem eſt eſſe naturale ſuum atque intelligere: idem ſuum intelligere quod & velle. Similiter in vegetali natura quæ ibi mentem ſequitur, idem eſt viuere, viuificare, mouere: triaq; hæc tria illa neceſſario comitantur.

*Soluuntur quęſtiones: Quomodo moueatur anima & corpus hominis: rurſus, quomodo cęlum in circulum.* Cap. II.

Cętera vero qua nam ratione mouentur? Profecto non quod quodlibet eſt totum, ſed pars unumquodque & proprio loco contentum. Cælum uero totum eſt ac ueluti locus, nec quicquàm prohibet: ipſum enim eſt uniuerſum. Quo igitur modo mouentur homines? Forte qua ratione à toto dependens, pars eſt unuſquiſque: qua uero ipſi nos ſumus, quilibet totum eſt proprium. Item ſi ubicunque ſit corpus reperit animam, quidnam cogitur peruagari? Forte quia neque ſolum alicubi uiget anima, neque ſolum alicubi eam aſſequi corpus affectat. Si autem poteſtas animæ circa medium uiget, hac etiam ratione fit motus in circulum. Medium uero non eadem ratione in anima, qua & in corpore eſt ponendum: ſed in anima quidem medium eſt, à quo alia dependet uita: in corpore uero medium eſt conditione locali. Quamobrem proportione quadam medium hic eſſe oportet: ut enim ibi, ita & hic medium eſſe debet. Quod quidem duntaxat medium eſt corporis atq; huius quidem ſphæ-

ſic & genitalis in mundo vita per imaginationẽ ſuam ab imaginatione rectam ſuperiore bono fruens atque geſtiens & exultans, corpus ſubito ſuum concitat ducitq; tripudio. Imaginatio quoque ſuperior tum à ratione directa in bonum, tum ipſa bono iam reperto congratulans exultatione mouetur: cumq; circa bonum ſe verſare deſideret, ipſumq; bonũ ſit vbique, [illegible] choream agit vbique. Similiter agit & ratio ad bonum intellectu directa. Similiter intellectus bono proxime concitus. Sed quoniam bono proximus eſt, neque dum agit ad ipſum [illegible] quopiam indiget medio, multoq; minus medio temporali, ideirco dum mouetur, idest agit circa bonum, dicitur & pariter cõquieſcere. In quo certe primus eſſe ſtatus exiſtimatur, per quem conſiſtit in primo: & ideirco quæcunq; dum mouentur, ſtare ſimul dicuntur in motu, quod eſt orbe moueri, id munere ab intellectu nacta cenſentur. Sed argumentum [illegible] hac animaduerſione conclude, vt memineris ſubſtantiam & virtutem animæ ſuperiorem, ſi cum inferiore vita virtuteq; comparetur, tum centrum tum circunferentiam iudicandam: centrum quidem quantum ſuperior hæc ſtabilior eſt, atq; ſimplicior ab hac reliqua prodit, ad hanc appetitu reuertitur: circunferentia uero quantum ſuperior, proculdubio multis inferiorem gradibus virtutis excedit. Quo quidem virtutis exceſſu velut ambitu quopiam [illegible] inferiorem illam velut anguſtiorem ſupereminet & complectitur, atq; conſeruat & [illegible] atq; reducit.

*[illegible] ſuperiora: quoniam anima mundi per ſuperiorem eius uim in orbem retorquet inferiorem [illegible] per inferiorem rotat cælum.* CAP. III.

IDem hac inſuper ratione conſideretur. Poſtrema quidem uis animæ à terra exordiens ſeſe fundit per uniuerſum. Vis autem animæ ſenſualis, & quæ opinantem poſſidet rationem, penes ſuperiora uiget in ſphæris, incubans inferiori potentiæ, atq; ex ſe ipſa [illegible] huic porrigens uitalem magis atq; uiuificam. Agitatur igitur hæc [illegible] circulariter complectente totiq; inſidente, quantum ipſius recurrit in ſphæras. Itaq; cum illa hanc circulo comprehẽdat, merito hęc connuens [illegible] in ſeipſam: huius uero reflexio corpus unà cui eſt infuſa, contorquet. In ſphæra enim quantacunq; pars moueatur, ſi modo permanens moueatur, ſphæram in qua eſt neceſſario cõcutit, unde motus ſphęræ procedit. In noſtris enim corporibus quando mouetur animus, & ſi longe aliter moueatur, uelut lætitia geſtiens opinione boni, motus inde corporis etiam localis efficitur. Illic igitur anima euadens bono proxima, effectaq; ſenſu ſagacior, mouetur circa bonum, corpusq; pro natura ſua ſecundum localem concitat motionem. Senſualis uirtus à ſuperiori rurſus concita, ipſaq; ſuum percipiens bonum ſecumq; congratulans id proſequitur, cumq; id ubiq; ſit, merito ſe per omnia confert. Intellectus autem quidnam agit? Sic certe mouetur. Manet enim ſimul atq; mouetur: nam reflectitur in ſeipſum. Ratiõe itaq; ſimili uniuerſum circulo mouetur ſimul & permanet.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, VTRVM STELLAE ALIQVID AGANT, COMMENTARIA.

*Summa libri.*

*[illegible] & ſingula in ſpeciebus generari præcipue à uirtutibus ſeminalibus in ſpeciebus & ſingulis: cæleſtia [illegible] aliter aliter ue diſponere.*

PORphyrius in vita Plotini ſcribit, eum cum diligentem operam Aſtrologiæ dediſſet, deprehendiſſe, aſtrologorum iudicijs non eſſe credendum. Eaq; tum ſermone tum literis ſæpe confutauiſſe. Quod quidẽ in libro de Fato atq; in libris de Prouidentia fecit. Sed in hoc denique libro, vtrum ſtellæ aliquid agant, diligentius effeciſſe videtur. In quo ſane Plotini cõſilium eſt, imprimis aſſerere, quæcunq; natura gignuntur atq; mouentur, præcipue fieri atq; duci tum à ſe-

minarijs rationibus vniuerſæ naturę, cum à rationibus plurimũ ſeminibusq; proprijs vniuerſę naturæ minime diſſonantibus: ideoq; diſputat, neque ſtellarum influxus naturaſq; [illegible] xat tanq̃ nimis vniuerſales, neque præſentes cæleſtium inter ſe habitudines, velut [illegible] mas rurſusq; communes ſingula hæc proprie facere, ſed interdum forte ſignificare: [illegible] dem ita, vt ex indicijs valde communibus atque confuſis cõiectura ſit fallax, [illegible] ting ac incertum. Oportet profecto tum cõmunia diſtingui per propria, tum mobilia [illegible] ciq; per firma: aut ſaltem per firmiora quędam, ne paſſim res caſũ contingant. [illegible] per quotidianum concurſum cęleſtium inferiorumq; cauſarum, ea dum ſunt qualitate [illegible] tari, non ſpecie: ſimiliter quoque per artem atque vſum. Rerum vero noſtrarũ cauſas partim in ſuperiora, partim in ea quę circa nos ſunt, partim in cõſilium & vſum occaſionemq; refert. Exiſtimat præterea, ſicut corpus ab anima regitur, ſic animam ab intellectu regi poſſeq; [illegible] intelligentiæ munere è communibus fati fortunęq; impulſibus liberari.

*[illegible] planetarum nõ eſt malefica, neque mutabilis mutatione loci. Neque ex eorum radijs [illegible] valia præcipue generantur, ſed ex proprijs ubique naturis & communi natura.* *Cap.* [illegible]

IN primo igitur capite narrat quemadmodum aſtrologi nõ omnes inquam, ſed [illegible] tamen viribus motibusq; ſtellarum & ſignificari & fieri ſingula, tum ad externa, [illegible] corpus, tum ad animum actionesq; animi pertinentia, ſiue bona honeſtaq; ſint, [illegible] rurſus & turpia. Tu vero memento, non autores quidem ipſos aſtrologiæ præcipuos hæc tradere, ſed plebeios quoſdam aſtrologos aſtronomię prorſus ignaros talia diuulgare. Animaduerte præterea Plotinum ſtatim à principio forſan gratia diſputandi concedere, ſignificari quædam motu cæleſti non omnia: fieri quoque inde multa, non omnia: & qua [illegible] vix poſſe diſcerni. Inter hæc dum narrat, in duobus deridet aſtrologos. Primo [illegible] aiunt, ſtellas pro mutatiõe locorum & aſpectuum mutare naturas. Qualis certe [illegible] in rebus quidem terrenis quę mutabiliſſimę ſunt, ex ſola mox mutatione locorum [illegible] tuendi diuerſitate ſolet accidere. Secũdo quòd aiunt, ſtellas & quæ optimę ſunt [illegible] & quę benefico funguntur prouidentię munere, hominibus innocentibus ſæpe [illegible] teſtatur imprimis, quòd cum ſtellæ omnes animatæ ſint, & intelligentia præditæ, deoq; obſequantur ad nutum, quod Ptolemęus ipſe fatetur, alias tamen bonas, alias vero malas appellare non dubitent. Item quòd planetas etiam quos appellant malos, tamen afferant ſæpe bona largiri. Ceu Saturnũ quidẽ & nonnũquam ſtabilire bona quę tribuuntur ab alijs, [illegible] æde vel exaltatione ſua poſitum prodeſſe Saturnijs. Et Martem animi magnitudinem fortitudinemq; pręſtare: & cum alijs noceat, parcere ſuis. Deridet iterum, quòd planetas quos appellant bonos, nocere aliquando fateantur, ſcilicet & Venerem Mercurio mixtam obeſſe [illegible] tiæ & Iouem Marti coniũctum tyrannidem conſtituere. Tum vero planetas ſic aiunt [illegible] viciſſim aſpiciendo vel non aſpiciendo mutari, vt mirum ſit res æternas vſqueadeo [illegible] tam exiguo permutari Sic opinantur Lunam ſi Mercurium aſpicit, appetitum pręſtare rationis legibus obſequentem: ſi non aſpexerit, concupiſcentiam effrenatam, pręſertim [illegible] aſpiciat interim aut Martem. Deridet quòd Mercurium dicãt dum aſpicit Saturnum [illegible] tem, Martium Saturniumq; euadere: mox aſpiciendo Iouem, effici Iouialem: quaſi chamæleontis inſtar nihil habeat proprię conſtantisq; naturę, cum tamen res apud nos nulla adeo ſit incerta prorſusq; mutabilis. Miratur præterea, quo pacto verum ſit quod tradunt, [illegible] quoque inter ſe planetarum adeo inſtabilem eſſe, vt quoties alia ſe figura conſpiciunt, [illegible] tus ille cogatur mutare naturam. Quanta certe mutatio ne in noſtro quidem [illegible] prouenit, dum nos mutuo nunc ex alio, mox ex alio ſitu conſpicimus. Conceſſurus tamen [illegible] propter varios aſpectus ſiderum, etſi minus in illis, tamen in rebus naturalem aliquam varietatem poſſe contingere: quod inquirimus in libro de Vita. Denique quòd volunt ex concurſu cęleſtium radiorum confuſione formam virtutemq; in radijs ipſis ſimul iunctis [illegible] eamq; aliter & aliter differentem pro diuerſitate temporum & locorum, quemadmodum ex diuerſis ſimul liquoribus forma fit vna. Id Plotinus ſecireo damnare videtur, quòd radij neque corpora ſunt ſicut liquores, neque qualitates in corporibus ſicut naturę liquorum. Sed actus quidam ſtellarum vitales atque ſenſuales [illegible] viſuales quidam radij ex [illegible] ex Argi cęleſtis oculis emicantes & conſpicientes mirabiliter omnia, qui in nullo [illegible] qualitatum more ſuſcipiuntur: ideoq; neque [illegible] inde, neque è priori [illegible] tur, neque igitur in communem cunctis formam [illegible] Sicut [illegible] ſuales animalium multorum nocte videmus, [illegible] ſubiecto alicui redduntur [illegible] ti in vnã formam inuicẽ confundũtur. Sed [illegible] Plotinus aſtrologos [illegible] probabit tamẽ forte ſi dixerint, ex radijs paſſim diffuſis, etſi nulli vſquam ſubiecto [illegible] qualitates tamen iam proprias procreari, ſicut ex homine calor, [illegible]

digi

digi formam. Atque ſicut in commixtione liquorum tantò citius noua fit forma, quantò potētior eſt cauſa quę commiſcet, ita ſubito ex communi radiorum concurſu ſubiectis tribui qualitates, easq; in vnum conciliari: quia & cauſæ ingentes ſunt atque potentes, & motus efficaciſſimus atque celerrimus. Concedet quidem Plotinus qualitates in formam vnam eiuſmodi concurrentes ab vna quadam cauſa ſtabili prorſus & vbique vigente perduci, virtute videlicet ſeminariā, quę viget in mundi vita, ne vel fortuito vel inſtabiliter perueniatur ad vnum. Radios autem aliter vel aliter confluentes, aut materiam aliter aliter've afficere, aut agētem cauſam, id eſt ſeminariam rationem ad effectum proprium prouocare. Neque poſſe tamē ex radiorum confluxu, qui alio momento ſemper eſt alius, nouam formam ex pluribus effici, quę certo indiget tempore, ſed forſitan inchoari, talemq; perfici nō qualis dūtaxat eſt ille cō [illegible], ſed qualis etiam pręcedens materię diſpoſitio: ac denique qualem pro eiuſmodi conditione decernit ratio ſeminalis tum proprię tum vniuerſę naturę. Denique quomodocūque ſeſe habeat, de futuris difficile admodum iudicabitur. Nam ſi nobis occultum eſt quid noui in commixtione naturalium oriatur quę quotidie pertractamus, multo nimirū occultius quidnam noui communionis & formę radiorum iactu conficitur. Profecto cum fateātur ex diuerſorum cęleſtium radiorum coitu aliud quàm ex vnius tantum radij iactu confici, fatentur quoque procul dubio ex quadam planetarum omniū copula aliud effici quàm è duobus, Itaq; & aliud longe diuerſum ex omnium ſtellarum confluxu contingere. Sed quanto plures ad agendum cauſę confluunt, tanto iudicium difficilius: quia neque cauſę omnes comprehendūtur, neque ſi comprehendantur ſtatim perpenditur quid noui præterea conficiatur ex cun[illegible] cum ad iudicandum non tantum cæleſtium ſed etiam elemētalium cauſarum [illegible] contingentium confluentiam oporteat circūſpicere, quod etiam Ptolemæus fatetur [illegible].

# PLOTINI ENNEADIS .II. LIBER III.

## VTRVM STELLAE ALIQVID AGANT.

*Narrat opiniones aſtrologorum de motibus & uirtutibus planetarum.* CAP. I.

STellarum motum circa unumquodq; ſignificare quidē futura, non autem facere omnia, ut opinantur multi, alibi diximus, perſuaſiones aliquas adducētes. Dicendum autem & impræſentia exactioribus iam & pluribus argumentis: nō enim parum refert hoc uel illo modo de his opinari. Tradunt aſtrologi multi, planetas ſuis motibus facere non ſolum cætera, uelut inopias & diuitias ualetudinemq; proſperam uel aduerſam, uerumetiam turpia atq; pulchra, atq; id quod maximum eſt, uitia inſuper & uirtutes. Item ſingulas in temporibus ſingulis actiones ab his orientes, perinde ac ſi aduerſus homines ſint irati, in his uidelicet, in quibus homines ipſi iniuriam nullam inferunt, utpote qui tales ſunt, quales à planetis fuerint inſtituti. Addunt præterea, illos quæ bona dicuntur afferre, non propterea quòd diligant accepturos, ſed quoniam ipſi pro diuerſitate motus atque loci uel bene uel male prorſus afficiantur. Rurſus adducantur mutare ſententias pro mutatione curſus, diuerſiq; à ſeipſis euadant, quando uel ſunt in angulis, uel quando declinant. Quod uero maximum eſt, cum dicant alios quidem inter illos eſſe malos, alios uero bonos, nihilominus tum malos ſæpe bona largiri, tum bonos nonnunquam euadere malos. Adiungunt, planetas quandò mutuo ſe conſpiciunt, alia quando nō conſpiciunt, alia facere, quaſi ſui iuris minime ſint, ſed aſpiciendo quidem alii, non aſpiciendo aūt alii fiant. Poſtremo planetam cū certū

[illegible] dicunt: ſtellarum quidem fixarum corpora ſpeciales rerum tradere differentias, Planetarum vero quotidianas conſtitutiones afferre differentias ſingulares: etiam ſi animã [illegible] nullam habeant. Stellarum namque fixarum corpora largiri quidem poſſunt, alias [illegible] corporum qualitates, ſic vniformes quemadmodum & ipſa ſunt vniformia. Figuras vero proprias ſpeciebus ordinemq; ad finem ita demum tribuere poſſunt, ſi animam habeant atque mentem. Praeſertim quia in multis herbarum lapillorumq; ſpeciebus precioſorũ vires quaſdam ſingulares inſunt: quibus mirabiliter agant in ſpiritum, per que ſpiritũ dotes quoque animo miras videantur afferre. Tantum vero muneris nequeunt corpora hęc à corporibus duntaxat cęleſtibus: ſed ab eorum animis accepiſſe. Iam vero ipſa ſtellarũ corpora multo minus eas nobis differentias inferre poſſunt, quae ad artes & fortunas & neceſſarios pertinent. Sicut enim nulla cui corporis natura fit, ſic & cęleſtis corporis nulla natura, vt theologus ſis potius quàm orator, & certo tempore prętor inſcius deſigneris, & patrem talem habeas aut fratrem, Sed horum cauſas alibi prorſus inueſtigare compellimur. Deniq; ſtellae [illegible] & à rebus infimis lõge ſegregatae ſunt, & inter ſe valde diuerſę: & quicquid inde [illegible] diffunditur, accidens eſſe videtur. Quoniam vero ad generandã apud nos ſub[illegible] ſubſtantiali opus eſt cauſa, & ad perfecte generandam cauſa proxima, & ad viuam [illegible] viuente. Item ad conciliãda in vnum agentia inter ſe diuerſa duce communi, nimirum [illegible] vitam vnam vbique regnare, pręcipue facientem omnia, atque ad id cęleſtibus [illegible] terrenis inſtrumentis vtentem.

*[illegible] inanimatae ſint, non faciunt niſi corporea: ſi animatae, non faciunt mala.* CAP. II.

IN Principio conſiderandum eſt, utrum cæleſtia ſint animata, uel contra. Si enim quæ ita feruntur anima careant, nihil aliud præter caliditatem & frigiditatem atque ſimilia quædam adducere poterunt, ſi modo ſtellas ullas eſſe frigidas conceſſerimus. Iam igitur uſque ad corporum noſtrorum naturas tantum actiones ſuas & munera propagabunt: quippe cum corporeus duntaxat impulſus in nos inde proueniat, adeo ut neq; etiam multa inde corporum diuerſitas accidat, quandoquidem defluxus idem ſit ſingulorum: atque ſimul in terra commiſceantur in unum, ubi ſolum pro uarietate locorum diuerſitas orietur, diuerſitate uidelicet nata ex eo, quòd aut propinquius aliquid aut remotius exponatur ad influxum ſic aliter capiendum. Eadem quoque ratio erit, ſi frigus inter hęc admittatur. Sapientes autem & ignorantes, item alios quidem grammaticos, alios autem rhetores, alios citharœdos, cęteriſq; artibus diſcrepantes, item alios quidem diuites, alios uero pauperes qua ratione faciant, minime uideo. Similiterq; & alia quæ nullo modo ex ipſa corporum mixtione cauſam per quam fiant, habere poſſunt: ueluti quòd talem habeas fratrem, [illegible] patrem atq; filium & uxorem. Poſtremo quòd aliquando proſperè tibi res ſuccedant, & nũc dux exercitus deſigneris regnoq; potiaris. Sin autem animata cæleſtia ſint, agantq; cõſilio, dic amabo quidnam iniuriæ à nobis acceperint, unde nobis ſponte quotidie noceãt: præſertim cum & in ſede diuina collocata ſint & ipſa diuina. Non enim illis hæc accidunt, quorũ cauſa homines mali fiunt: neq; omnino ex humana ſiue proſperitate ſiue aduerſitate boni quicquàm uel mali illis accedit.

*[illegible] neque in loco neq; mali fiunt. Item confutantur quae aſtrologi dicunt de angulis, domicilijs [illegible] planetarum. Item tractatur, quomodo ſignificatio fiat, iudiciumq; fallatur.* Cap. III.

CAppitulum eadem ita proſequitur. Admitterent forſan aſtrologi planetas quidem vi[illegible] malos eſſe natura, ſed ex quodam ſignorum gradu, & quadam inter ſe conſpiciendi figura ſaepe maleficos effici, atque vna cum loco mutare naturam. Id autem [illegible] de cauſis improbatur. Prima: quoniam gradus ille ſignorum ſaltem, & ille [illegible]

[illegible] quiſc

qui ſic aſpicit foret natura malus, ſi planeta vel in eo gradu poſitus, vel planetam [illegible] ciens malus euaderet: hunc tamen fatentur nullum cœleſtium naturaliter eſſe malum. [illegible] da: Si gradus figuraque eiuſmodi malum natura in ſe haberet, planetæ omnes in eo gradu [illegible] figura conſtituti mali ſimiliter redderentur, quod tamen aſtrologi non concedunt. [illegible] pe quærendum eſt, quo pacto poſſit planeta hic aut ille in diuerſis gradibus diuerſus euadere, adeoque diuerſus, vt ſit maleficus. Primo quidem planeta nullus eſt in gradu zodiaci, [illegible] giſſime diſtat, vt etiam ſi forte noxius foret ille gradus, planeta non adeo illinc [illegible] Deinde vbicunque ſit, eſt in cœlo. Cælum corpus eſt optimum, diuinitati [illegible] pars vnaquæque cæli optima eſt prorſus atque diuina. Quarta: Cum cælum ſit [illegible] vniforme, motusque localis non neceſſario terrenum mobile ſoleat natura mutare, [illegible] eſt planetam in alia rurſusque alia cæli plaga aliam ſubire naturam: præſertim & [illegible] ſit ſubſtantia potens atque ſempiterna: & in malum, cum vbicunque ſit, neceſſario ſit in [illegible] viuente diuinitus. Quinta: Abſurdum quoque dictu eſt, quod aiunt planetam cum eſt in angulo, aliam habere naturam, aliam cum declinat ab angulo. Eodem namque tempore [illegible] nobis eſt angularis, longinquis vero nationibus eſt declinans, atque econuerſo: [illegible] tur eodem tempore naturas haberet. Quatuor aſtrologi fingunt angulos in figura [illegible] in oriente, in occidente, in medio ſurſum cœlo atque deorſum. Atque angularem [illegible] cunt, quando ad quinque vel ſaltem ad tres vtrinque ſigni gradus tenet angulum, [illegible] pſum orientis punctum, vel occidentis, vel medij vtrinque cæli: ipſum inquam punctum, [illegible] certum ſpatium prope punctum: mox vero cum inde progreditur, cadere ab angulo [illegible]. Martem præ cæteris horrent in angulis, præſertim in occidente. Saturnum quoque [illegible] gunt angularem: Cum enim noxios opinentur, ne potentiores ſint, non cenſent in [illegible] locandos, niſi forte Saturnus in aſcendente aquario ſit domicilio ſuo, vel libra [illegible] præſertim in natiuitate diurna. Saturnum igitur in duodecima figuræ domo, [illegible] ſexta conſtituunt. Nominant vero duodecimam cæli plagam, quæ partem [illegible] talem, ipſamque duodecimam volunt eſſe cadentem, cum tamen reuera ſurgat in altum. [illegible] vero nominant quæ videtur ab occidentis angulo cadere. Mitto nunc alia. Sed quod [illegible] quidem in duodecima, Martem vero in ſexta conſtituunt, ſibimet repugnare videntur: ſic [illegible] eos inter ſe oppoſitos faciunt, quorum oppoſitionem ſolent acriter deteſtari. Adde, quod [illegible] ſextam domum, qua morbi ſignificantur, tum oppoſitione Saturni, tum præſentia [illegible] feſtant, vt morbi omnes ſint incurabiles. Omnino vero cum à fortiſſimo ad debiliſſimum [illegible] que medio tranſire ratio non permittat, nemo dicere audeat, planetam ſi in angulo ſit fortiſſimus, mox fore poſt angulum debiliſſimum. Præterea cum ſidus quo diutius agit in nos, [illegible] abſolutius agat. Signum vero quod duodecimum nominant diuturniorem ſuper nos moram, [illegible] aſcendentis angularis particula traxerit, fateri cogentur magis in nos agere [illegible] ſcilicet angularis, quod tamen fateri non ſolent. Rurſus cum planetam vel ſignum [illegible] cælo Ptolemæus dicere ſoleat potentiſſimum, quo nam pacto Zaelis illud verum [illegible] aſcendens eſſe fortiſſimum, quod procul diſtat à medio. Quinimo duodecima cæli plaga [illegible] atque vndecima, quæ inter aſcendens mediumque cœlum mediæ ſunt, videbuntur [illegible] tiores quo propinquiores ſunt medio, ſi modo medium ſit fortiſſimum. Præterea [illegible] dicant in duodecima & octaua terræ ſimul & aquæ vaporibus offuſcari, & iccirco [illegible] ita enim octaua ferme eſt occidenti, ſicut duodecima orienti propinqua: [illegible] luntur multo magis in angulis orientis & occidentis obtenebrari, magisque [illegible] ſtaculis impediri. Sed neque vnquam aſſignare rationem poterunt cur angulum [illegible] plurimi faciant qui & fugaciſſimi ſunt, & vix ad nos pertinere videntur: cæteræ vero [illegible] ad nos diutius attinent: triginta enim gradus quælibet occupat. Quid vero [illegible] los admirentur, planetas interim quos putant eſſe beneficos, alibi quam in angulis [illegible] confirmant: Solem in nona, Lunam in tertia, Iouem in vndecima, in quinta denique Venerem. Nonam vocant quæ cæli medium ad nos ſuper terram prope præcedit, aliquantulum [illegible] caſum. Vndecimam, quæ medium mox ſequitur verſus ortum. Tertiam, quæ [illegible] nos ſub terram ad ortum prope præcedit. Quintam, quæ medium è veſtigio [illegible] ſui propinquior eſt quàm medium. Nonam quidem, magnæ religionis ſedem. Tertiam vero minoris appellant, & deum atque deam, neque tamen ſunt angulares. Vndecimam [illegible] micitiæ fundamentum. Quintam gaudij ſedem atque filiorum. Mitto quod [illegible] dem in nona, Lunam vero in tertia gaudere volunt, interim oppoſitos faciunt, oppoſitionem vero formidare conſueuerunt. Mitto quod cum Mercurium dicant gaudere ortu potius [illegible] caſu, Venerem vero viciſſim occaſu potius quàm ortu lætari, gaudere ſimul duo [illegible] pariter fatebuntur. Nam planeta dum alijs hominibus oritur, alijs occidit, atque [illegible] Cum orientis angulum eſſe vitæ incipientis angulum arbitrentur, vitæque mors ſit oppoſita,

*Anguli in figura cæleſti quatuor.*

cur non angulum occidentis orienti oppoſitum morti deſignant? Huic enim aſſignant octauam ſedem occidenti propinquam, eamque Saturno committunt. Sed cur etiam primam domum vitæque originem Saturno cōmendant? quaſi in manu eius ſit mors pariter atque vita. Sed video quo confugient. Saturno planetarū primo primā attribuent domū, Ioui planetarū ſecundo ſecundam, aſcendenti in oriente ſigno e veſtigio ſuccedentē, Marti tertiā, quartā Soli, Veneri quintā, Mercurio ſextā, ſeptimā denique Lunæ, id eſt ſignum in occidente locatū. Rurſum igitur a Saturno exordium planetarum repetent in octaua. Sed cum iterū poſt Saturnū nonā Ioui tribuerint, Marti decimā, Soli vndecimā, Veneri duodecimā, nihil iam erit reliqui quod Mercurio Lunæque ſucceſſione ſimili dedicent. Quorū tamen duorū effectus maniſeſtiſſime omnium poſt Solem apud nos apparent: niſi forſan aſcendēs iterū ſicut Saturno, ſic Mercurio Lunæque commendent: quod fingentis erit potius quàm docētis. Proinde cur ætates hominis iam nati non eodem tenore deſignant? Nempe ordine conuerſo, primā Lunæ, ſecundā Mercurio deſtinant, ſimiliterque deinceps. Verum enimuero hæc omnia perbella ſunt, ac penitus arbitraria, nullis omnino rationibus confirmata. Similiter arbitrariū eſt quod Mercurium quem facile ad malum ſicut ad bonum conuerti putant, in loco vitæ exordientis velut in gaudio collocant, cur non Solem potius, aut Venerem, aut Iouem? Cur item Mercurium & rationis autorem ſignificant, quem malum adeo lubricum arbitrantur? Sed fruſtra ab iis rationē diutius hac in re [illegible], qui nulla vnquam ratiōe ſæpiſſime vero ſimilitudine quadā imaginaria & inani [illegible] nituntur. Quis nō videat eos inepte nimiū comparare? cum Saturnū quia ſit altiſſimum planetarum, ſignificetque tenebras & abſentiam, ſigno accōmodent aſcendenti. Nam & propter altitudinē conuenit ei mediū cælum potius quàm aſcendēs: & propter tenebras & abſentiam cum Saturno congruūt potius ſigna ſub terra quàm è terris aſcendēs. Iam vero puerile nimiū eſt, Saturnū iccirco portendere nobis rei alicuius abſentiā, quia ipſe ſit diſtās, perinde ac ſi Luna ſtultitia ſimili referat rem præſentē quia propinqua, mediique planetæ gradus ſimili mediam. Neque minus inſanū eſt, tenebras aſſignare Saturno, qui innumeris ingentibusque ſtellis ſpectatiſſimus, mira neceſſario cunctarum luce coruſcat. Potius vero fatendū eſt, oculum in eius lumine iudicando decipi, quàm minus lucere Saturnū. Summatim vero in omnibus (vt dicebam) ad inanem mox ſimilitudinē confugiunt, nulla cauſarum habita ratione. Cur nam aſcēdens ab oriente ſidus principiū vitæ ſignificat? Quia ſimul & è tenebris terræ ſidus emergit, & è tenebris alui natus egreditur. O vanum prorſus machinamētum. Similiter dicet aliquis: Pater nunc egrediens ciuitate filium ſignificat domo ſimul egredientem, atque inſuper filio conducit egredienti. Verum ſi quid ita ſignificandum ſit, ſidus illud potius quod tunc aſcēdit cum primū viuere incipit fœtus in aluo, ſignificet vitam vitæque principium: quod neque obſeruant neque obſeruare vlla ratione poſſunt. Cur item media cæli regio portendit naſcentibus dignitatem? Num quoniam altiſſima ſedes dignitatis ſignificat altitudinem? Sic & domū etiam quartam, quia ſit angulus ſubterraneus, ſomniant theſauros ſub terra latentes ſignificare. Si adeo hac ficta ſimilitudine delectantur, coniugium quoque per coniunctum aſcēdenti ſignum deſcribere debuerunt, quod tamen per ſeptimum prænunciant longe ab aſcendente diſiunctum. Sed quid nam occidenti cum oriente coniugii? Quoniam (inquiunt) e regiōe vtrumque radii coniunguntur. Sit ita ſane. Verum cur etiam per ſeptimā hanc domum inimicos ſignificant manifeſtos? Planetas aiunt aſcendenti propinquiores iuuenilem ætatem regere, remotiores vero ſenilem, ſane nimium pueriliter. Quaſi localis hic tranſitus velut chorea ludentiū repente per actus efficiat, vt hi quidē dominētur prius, illi vero differāt, & tunc demū agant, quando iam ſunt à priori habitu remotiſſimi. Dicant præterea quandoquidem ſimilitudini ſtudent, cur nam duodecima plaga in quā ad lucem peruenit aſcendens, ſignificet carcerem & occulta, potius quàm ſecunda, ex qua velut è tenebris eſt emergēdum. In omnibus denique ſimiliter ita delirant, coguntque cæteros vel credentes illis vel cum eis diutius diſputantes ſimiliter delirare. Quod Albumaſar vel inuitus oſtēdit: vbi enim cauſas, cur ita duodecim domus vna cum officiis ſuis diſtribuantur, aſſignare contendit, ait inter ſe aſtrologos diſſidere, & alios longe aliter deſignare. Tum vero in rationibus aſſignandis, quibus talia ſigna talium planetarum domicilia ſint, inter ſe longe diſſentiunt: Aliter enim antiqui, aliter Ptolemæus, aliter Almon, aliter Hermes aſſignat: quia videlicet figmēta ſunt potius quàm veritates. Albumaſar Iouem tradit ſignificare diuitias, Mercurium ſapientiam: quoniam vero harum rerum cupiditates oppoſitæ ſunt, ideo ambas Iouis Mercuriique domos oppoſitas eſſe, ſcilicet virgini piſces, geminis ſagittarium. O Albumaſar, ſi ita diſtribuere placet, cur nō etiam Veneris domos atque Mercurii inter ſe opponis? cum libido Venerea Mercurialisque contemplatio multo magis opponantur quàm quæ diximus. Sed inuicem conſonantes eſſe fateris, ſcilicet geminis, Virgini taurum. Item cum Iouialis æquitas & violentia Martialis maxime

inuicem

aliter indicantibus cogitata. Sed in eorum mentibus non ſunt æternæ, non eorum tantũ quę ipſi vel per ſe vel per cæleſtia facturi ſunt, ſed eorum etiam quæ cauſæ quoque elementales conſequẽter facturæ ſunt ſuapte natura. Atque eorum inſuper quæ rationales animæ animorum germanæ cæleſtium communi vel natura vel ſorte vel cõſilio ſunt acturæ. Communi inquam, quia non ſunt hæc in illis pro inferiorum conditione deſignata per ſingula & vſque ad minimum diſtributa: ſed pro communi illorum prouidentia diſpoſita ſummatim per capita rerum, quæ deinceps per proprias inferiorum naturas, affectus, occaſiones, conſilia, diuiduntur vlterius, & in qualitatem quodammodo aliam deducũtur. Quamobrẽ ſingula prorſus inde pro comperto ſciri non poſſunt, ſed plurimum communia quædam, quod & aſſerit Ptolemæus. Proprias vero ſignorum conditiones in ſingulorum naturis imaginationibusq́ oportet inſpicere. Itaque & inde ſimul & hinc indies eiuſmodi aucupari præſagia (vt Origeni Porphyrioq́ credamus) non hominum eſt, ſed dæmonum: dæmonum inquam ſagaciorũ. Nam plerique circa hęc dæmones coniectura ſæpe falli putant, nobisq́ mentiri. Quibus ergo de rebus ę cęlo nobis ſignificatio fiat, aſtrologi veteres dubitarũt. Itaq; Albumaſar vbi de iudicijs agit, nonnullos inquit aſtrologos arbitrari, planetas de rebus tantũ vniuerſalibus ſignificare, ſcilicet de elementis rerumq́ naturalium ſpeciebus. At vero de ſingulis & ſingulorum partibus atque actibus ſcilicet moueri, quieſcere, ſimiliaq́, nihil penitus demonſtrare. Alios autem putare ſtellas oſtendere tãtum quæ neceſſaria ſunt, ſcilicet ignem quidem calidum eſſe, aquam vero frigidam: non tamen quæ ſint contingentia, ſcilicet homo loquitur aut mouet. Alios denique opinari planetas portendere tantum mutationes temporum, & quatenus per eas corporibus accidat. Addit Albumaſar, omnes poſteriores aſtrologos ſequi veteres, nec vlla veterum dicta intentioni huic ſcilicet iudicandi conducere: quoniam dicerent impoſſibile fore ſapientibus etiam aſtronomis quicquam de iudiciorum ſcientia inuenire. In his Albumaſar fatetur iudiciorum cauſas regulasq; nondum inuentas, qui & Ptolemæo fuit longe poſterior, & in iudicijs ipſe nullam affert in medium rationem, ſed pueriles tantum ſimilitudines. Ptolemęus quoque in libro de iudicijs exiguum quid veritatis eſſe in iudicijs innuit, dicens: Etſi contingat prædictionem maiori ex parte non fallere, tamẽ operæpretium fuerit, hæc ſubtiliter indagare, propterea quod veri aliquid ineſt.

*Stellæ non mutant naturam motibus, locis, aſpectibus.* CAP. III.

DIcent fortaſſe ſtellas non ſponte talia facere, ſed locis figurisq; coactas. At enim ſi compulſæ facerent, oporteret omnes dum in eiſdem locis figurisq; ſunt, eadem facere. Nunc autem quid differens hic planeta patitur, dum per gradum hunc aut rurſus per illum zodiaci circuli tranſit, quid'ue differens ille? Neq; enim in ipſo zodiaco eſt, ſed ſub ipſo longiſſime diſtans, & per qualemcunque portionem tranſeat, ſimiliter eſt in cælo. Ridiculum nanque eſt, ſecundum quamlibet cæli particulam quam percurrit, planetam alterius fieri alteriusq; naturæ, aliaq; rurſus & alia exhibere: item aliam habere naturam cum exoritur, atq; eſt in angulo, aliam cum declinat. Non enim tunc quidem gaudet quando eſt in angulo, tunc autem dolet aut torpet, quando declinat: neq; rurſum ſæuit quando exoritur alius, manſueſcit uero cum inclinatur. Vnus uero inter eos cum inclinatur melior. Eſt enim continue quilibet aliis quidem angularis, aliis uero cadens: item cadens aliis, uiciſſim aliis angularis. Neq; tamen eodem tempore delectatur & mœret, & iraſcitur atq; mitigatur. Quod autem aiunt, alios quidem occaſu, alios contrà ortu gaudere, uidetur abſurdum: ſic enim accideret, eundem oblectari ſimul atq; mœrere. Præterea cur nam illorum mœror nobis inferat malum? At enim neq; dolere, neque pro tempore delectari eos eſt concedendum: imò ſemper eſſe tranquillos, bonis gaudentes præſentibus, & quibus ipſi fruantur, & quæ proſpiciant. Nempe

uita illic ſua cuique in ſeipſo conſiſtit, ipſo'que actu ſuum poſſidet bonum. Id autem non uergit ad noſtra. Nimirum uiuentium illorum quæ nullum nobiſcum commercium habent, opus non præcipue, ſed potius conſequenter, imò uero nullo modo ad noſtra declinat. Siquidem tanquàm [illegible] nes augures, ſic & illis accidit futura portendere.

*De quinque aſpectibus planetarum, & quomodo in his errant aſtrologi, & in cæleſtium qualitatibus [illegible] busq; falluntur.* Cap. [illegible]

Poſt hæc deſcẽdit ad amores & odia planetarum, & aſpectus quodammodo & effectus. Prolixum foret nimiſq; abſurdum narrare amores inter ſe & odia planetarum. Et [illegible] turpius eſt recenſere, quemadmodum hic quidẽ amat illum, ille vero non redamat, [illegible] ſed potius odit. Quaſi vero non omnes cognati ſint & optimi tanquàm in regione [illegible] diuinaq; collocati. Nempe cum ſimilitudo in rebus noſtris mutua amorem ęqua [illegible] tione procreet mutuum, multo magis charitatem mutuam procreat in cæleſtibus, vbi [illegible] ſimilitudo viget & copula. Vt autem quæ de aſpectibus loquitur planius cognoſcamus, [illegible] miniſſe oportet, aſtrologos aſpectus quinque ſic afferre, vt coniunctio quidem ſit, [illegible] neta ad perpendicularem ferme lineam planetam ſubit: oppoſitio vero, quando [illegible] ſtant: ceu ſi alter in ariete ſit, alter vero in libra ſeptimo ab ariete ſigno. Sextilis autem [illegible] ctus, quando ſexta inter hunc & illum duodecim ſignorum portio cadit, ideſt duorum [illegible] ſura ſignorũ vt ſi Sol in medio Ariete: Luna in medijs Geminis videatur: Vel ille in Arietis [illegible] cipio, illa in principio ſit Geminorum. Cadit enim inter hunc & illam Taurus quidem [illegible] & pars inſuper arietis atque geminorum. Aſpectus deinde quartus, vbi quarta zodiaci [illegible] inter hunc cadit & illum, ideſt ſigna tria, ceu quando Sol in medio ariete, Luna in medio [illegible] cro, vel vt diximus. Nam tria inter Solem Lunamq; ſigna videntur, taurus integer atque [illegible] mini, partes'que inſuper arietis & cancri. Tria vero ſigna quartam duodecim ſignorum [illegible] dent portionẽ. Trinus aſpectus, quãdo ſimiliter quatuor interſunt ſigna, quę eſt pars zodiaci tertia, ceu ſi Sol ſub ariete ſit, Luna ſimiliter ſub leone. Ptolemęus cauſam cur tot [illegible] aſpectus,* hanc eſſe dicit: Quia ex duodecim ſignis fieri figura poteſt ſex angulos habens, vt in quolibet latere ſigna ſint duo: vbi aſpectus anguli vnius ad alterum ſextilis [illegible] ſextam continens figurę partem. Poteſt etiam deſcribi figura quadrãgularis, item triangularis: in illa quadratus, in hac trinus ſurget aſpectus. Non poteſt autem figura quinque [illegible] los habens ex integris ſignis duodecim fieri. Verum aliter pręterea fieri aſpectus [illegible] dentur. Nam trecentum & ſexaginta gradus ſunt in zodiaco, qui in partes [illegible] uiſi, figuram conficient quinque angulos poſſidentem. Eodem'que modo angulus [illegible] angulum, quo in trigono aſpectu fit atque ſextagono: igitur pentagonus ibi [illegible] ctus conſiderari. Rurſus ex gradibus zodiaci cunctis fieri figura poteſt octo [illegible] aut nouem, aut decem: atque ita erit illic aſpectus octauus, & nonus, & decimus. Quamobrem aſpectus quinque ſolos afferre, fingendis eſt potius quàm vere dinumerandis. Continuus profecto eſt orbis ipſe zodiaci, vbique ſtellæ & ſigna inuicem ſignis [illegible] ſolum per ſigna duodecim quaſi ſint inter ſe ſecreta facere poſſimus aſpectus, ſed per gradus vbique zodiaci. Proinde ſi vere loquimur, nõ dicimus ſidus hoc illud aſpicere vel [illegible] planetam, ob aliam rationem, niſi quia hoc radios iacit in illud. Quęlibet autem ſtella [illegible] iacit in quamlibet: quælibet igitur vbicunque ſit, quamlibet intuetur: atque ex [illegible] radiorum intuitu attingit magis aſpicitq; proximam quàm remotam: quod quidem in [illegible] delis patet accenſis. Nemo itaque dicat, ſignum hoc nõ aſpicit proximum, ſed [illegible] morum: & ſtella non proximam aſpicit, ſed remotam. Hæc enim opinio imò hi[illegible] tingit, quòd cæleſtia quidam metiuntur imò mentiuntur ex noſtris. Solet enim homo in [illegible] rea propinquum ſibi ad latus hominem difficilius intueri quàm ſeparatum. Quoniam caput non vndique habet oculos, quibus æqua facilitate conſpiciat vndique. At in cęleſtibus quęcunque ſunt, ſunt oculi: & oculus quilibet totus eſt oculus, totus vndique viſus. [illegible] ſpectum quidem ſextilem eſſe mediocris amoris, trinum vero perfecti. Aſpectum rurſus quadratum odij mediocris, oppoſitum vero ſummi. Cõiunctionem cum bonis bonam, malam vero cum malis. Atqui cauſam ob quam aſpectus alius ab aſpectu in bono differat, [illegible] ſolum ex figura vel numero aſſignare non poſſunt. Bonum enim malum'ue non ad quantitatem pertinet, ſed qualitatem. Præterea non ad figuram vel numerum actio pertinet, [illegible] paſſio, ſed ad formas & qualitates. Has vero figuræ quædam vel numeri vel conſequuntur vel comitantur. Neque rurſus licet dicere arietem eſſe qualitate quadam [illegible]

rium: ideoq; quadratum ex hoc & illo contuitum planetarum eſſe contrarium & hoſtilem: nulla enim ſunt in cælo contraria, vbi non pugna, non tranſgreſſio, non interitus. Imò vero ſi figuræ quæ ſunt in opere quodammodo inter ſe repugnantes in artificis animo non repugnant: ſi formæ naturales inter ſe pugnaces in contemplatoris mente non diſſident: ſi membra inter ſe aduerſa non aduerſantur in ſemine: certe in cælo non diſſident inter ſe virtutes harum efficaces formarum, quæ certant in viliori materia, non potente videlicet conciliare quæ capit. Iam vero non ſolum non diſſonat cancer ab ariete, ſed conſonat: partes enim vtræque ſunt corporis plurimum vniformis, & ſuapte natura quæ apud nos diſſonãt harmoniæ temperantis, neque minus in cælo quàm in muſico cantu inter ſe omnia conſonant. Sic & nobis forſitã excogitare licebit humanam Muſicam ex harmonia cæleſti. Cælum nãq; Pythagorici dei lyram appellauerũt. Coitum igitur planetarum apud nos octauæ vocis conſonantia referat: hæc enim cum prima coire videtur. Oppoſitionem vero cęleſtium quę fit in ſeptimo, vox quoque apud nos ſeptima ſimiliter omnium diſſonantiſſima, repręſentat. Sextilem aſpectum, qui fit in tertio ſigno, vox tertia: quadratum, quarta: trinum qui in quinto ſigno, quinta. Sicut ergo in conſonãtia noſtra inde pendente quarta vox vel interdum ſeptima, quamuis ſe diſſonarent, tamen vnà cum cæteris ad gratiam conſonantiæ conferũt: ſic & multo magis in harmonia cæleſti aſpectus omnes ad abſolutam concordiam neceſſarij iudicantur. Vnde fit vt ſapientiores aſtronomi quartum aſpectum adiũctum vel ſextili vel trino, nõ ſolum non horreant, ſed exoptent. Fit etiam vt per ſeptenarios vel dierum in morbis, vel annorum in vita, quibus quadraturæ vel Lunæ vel Saturni mox veniunt, mutationes in nobis non ſemper in peius, ſed in melius quandoque contingant. Interea ridere iuuat aſtrologos, qui cum cancrum dicant magis quàm libram arieti qualitate contrarium, aſpectum tamen oppoſitum, qualis ex libra reſultat ad arietem, magis quàm quadratum deteſtari conſueuerunt. Sed quid cancrum garriunt frigidum atque humidum? in quo Sol conſtitutus, calorem maximè auget? Quid calidum ſagittarium? ſub quo Sol terras à frigore vel imbribus non eripit. Ex quo patet, ex acceſſu Solis potius atque diſceſſu, quàm ex ſiderum qualitate calorem & frigus intendi viciſſim atque remitti. Neque nobis obijciant Lunam vel Mercurium in alio atque alio ſigno aerem qualitate mutare: quia videlicet ibi alia ſit & alia qualitas. Nam primo quidem non vbique id efficiunt: neque enim vel æſtus inde Scythis oritur vnquàm, vel frigiditas & humiditas Indis. Deinde etſi forte mutent, non ſtatim conuincitur eſſe illic eiuſmodi qualitates inter ſe æque pugnãtes: alia enim virtute longeq; à noſtris diuerſa hęc in illis proueniunt. Nonne tum ex varijs affectibus animæ, tũ ex contractione & dilatatione quadam ſpiritus, contrarię ſtatim oriũtur in corpore qualitates? quæ non ſunt in animo ſpirituq; vel contrariæ vel qualitates. Ex lumine nimium repercuſſo fit æſtus, qui non exiſtit in lumine. Ex lumine liquor in cera ſimul ſiccitasq; in luto: neque tamen in lumine ſicca eſt vel liquida paſſio. Item certa ſtellarum poſitione ſiue impulſione in terris eleuantur vapores & venti, neque tamen illic aut venti perflant, aut vapores obnubilant. Quòd autem virtutes in cælo valde ab his quę pugnant in elementis alienæ ſint, coniectamus ex eo, quòd omnibus in rebus quæ ex elementorũ qualitatibus commiſcentur, inſunt mirificæ quædam vires & præter & ſupra naturas elementorum, quas ſpeciales proprietates appellant, ſpeciebus his cęlitus attributas. Mitto cætera, innumerabilia enim ſunt. Sic magnes polum ſuum ſequitur Arcticum, ferrum vero magnetem. Sic paleæ ſuccinum. Hoc vero polum fortaſſis antarcticum. Per tales ergo virtutes quales hæ ſunt, & quales in ſcamonea purgant bilem, & in helleboro contra bilem Albumaſar probat præcipuas cæleſtium actiones expleri. Siue fixę virtutes eiuſmodi ſint in ſtellis, ſiue quotidianis earum aſpectibus ab eis ſibijnuicem comparẽtur, atq; inde ad inferiora mittantur. Merito igitur Albumaſar & Albius Ptolemęum vbique reprehẽdunt, quòd qualitates ſtellis elementales & inter ſe repugnantes ſæpe tribuerit: probantq; non eſſe tales in cælo naturas. Mitto nunc, quòd non ſolum ij quos dixi à Ptolemæo diſſident atque alij, ſed Ptolemæus ipſe diſſentit ab alijs, vbi de terminis loquitur planetarum, narratq; alios etiam inter ſe diſſidere. Aegyptios enim à dominis domorum maxime ſolitos accipere terminos, Chaldæos autem à dominis triplicitatum: idq; latiſſime confutat. Mitto quòd in aſpectibus exaltationibusque diſſentiunt. Ptolemæus enim à ſigno ſimpliciter ad ſignum: alij quidem à gradu metiuntur ad gradum. Exaltationes quoque planetarum Ptolemæus in toto quodam ſigno putat accipiendas. Alij vero nonnulli à certo quodam ſpatio ſigni. Similiter de ſignificatore vitæ & de annorum datore diſſentiunt. Redeo parumper ad qualitates. Cum Martem eſſe igneum arbitrentur, cur non in piſcibus cadere tradunt potius quàm in libra? An quia libra maxime diſtat ab ariete domicilio Martis. Sed profecto maior eſt diſtantia naturæ quàm ſitus. Magis itaque diſcrepant ab ariete piſces (vt aiunt) a-

Cælum lyra dei.

ac contingentia ſimiliaq́; ſemper in die ſunt, nunq̃ vero ſub nocte. Maxime vero omnium ab vmbra & frigiditate, quæ duo terræ propria ſunt, Saturnus ſeparatus exiſtit, vt nihil abſurdius videatur, quàm hunc obſcurum frigidumq́; vocare. Præterea concurſum Lunę cum Saturno vel Marte vituperare ſolent: quanquàm ſi vel plena lumine Saturnum ſubeat, vel vacua Martem, damnare non audent. Nam ſi plena coeat cum Saturno, tum hanc illum ſuo fouere lumine, tum illum non frigefacere plenam. Contra vero ſi plena Marti ſe ſubdat, aduri inde ſimul atque comburere: ſi vacua, temperari viciſſim atque temperare. Hic quoque vt alibi audentius errant. Primo quidem, neque ſe cęleſtia tanquàm concordia ſemper, comburunt vnquã vel frigefaciunt. Deinde ſi id forſitan concedatur, contra foret agendum. Luna enim cum ſemicirculo ad nos ſpectante plena eſt, interim eſt altero vacua, atque viciſſim: ideo vt incommodum illud deuitaretur, ſubijcere hanc potius Saturno debebant, quando nobis eſt vacua, tunc enim offert illi ſe plenam. Marti vero quando nobis eſt plena: nam tunc oſtendit illi ſe vacuam. Inter hæc expedit admonere, multas in codice Græco clauſulas videri trãſpoſitas, verbaq́; ſæpius permutata: hæc equidem diligenter pro viribus emendaui, vatis (vt ita dixerim) potius quàm interpretis officio fretus. Quæ igitur mox in textu ſequuntur, ſenſum duplicem admittere poſſunt. Aut enim ſignificant, Saturnum non admodum opitulari nobis interdum, quia ſit procul: ideoq́; Lunam ſaltem eſſe tunc oportere erga nos plenam, vt ſaltem illa nos adiuuet. Aut potius ſignificant, Saturnum non opitulari *Lunæ*, quia ſit procul à Luna: neque illum illi viciſſim ſiquando vacua ſit ad illum: ideoq́; oportere hanc illi ſe porrigere plenam, ſatiſq́; nobis tunc illam facere ſuo erga nos orbe dimidio, quàmuis erga nos vacuo, tum quàmuis Saturnus ſit procul à nobis. Primus quidem ſenſus verba manifeſtius ſequi videtur, quæ vereor eſſe peruerſa: neque enim antecedentibus neque ſequentibus Plotini dictis ſententijsq́; conuenire, ſed potius repugnare videtur.

*Quòd in cælo ſit tantum lumen & calor & humor, frigus autem & ſiccitas circa centrum: nec aliquid cæleſtium per ſe frigus afferat, vel ſiccitatem, vel aliquid vitæ noxium.*

Cum cælum ipſi vitæ ſit proximum, ideoq́; q̃maxime viuens maximeq́; viuificum, putandũ eſt per ſe primoq́; calefacere atque humectare. Duo enim hæc proprie conducunt ad vitã: nunquàm vero per ſe frigefacere vel exſiccare, quæ ſuapte natura ſunt contraria vitæ: atq; ſi conferunt, ex accidenti quodammodo conferunt. Frigus quidem, ne nimium calor excreſcens repente, diſſoluat humorem: ſiccitas autem, ne nimium diffluat humor. Hæc autem duo ſatis nobis ſuppeditantur à terra. Id autem inde inſuper confirmabitur, ſi verum fuerit quod plerique putant. Sicut mors nihil aliud eſt quàm priuatio vitæ: ita frigus & ſiccum mortiferas qualitates non aliud eſſe quàm caloris & humoris priuationes: quod alibi Plotinus ipſe ſignificat. Probabile quoque eſt, ſicut tenebræ in longiſſima à cęlo diſtantia luminis tantum priuatione contingunt: ita frigus & ſiccitatem ex nimia à cælo diſtantia propter caloris humoriſq́; abſentiam forte contingere. Totum vero cælum eſſe calidum patet, quia totum eſt ignis. Totum iterum eſſe ignem, oſtendit ſublimitas, mobilitas, lumen, calor vel occultus omnia fouens. Calor autem ampliſſimus ſpatio nullam patiens violentiam, familiarẽ habet humorem. Profecto in anima cæli tria potiſſima ſunt, vita & intellectus, & motus. Eſt enim anima vita quædam & intellectualis & mobilis: totumq́; hoc eſt vnum. Quod igitur eſt in anima vita, in cælo calor exiſtit. Quod rurſum illic intellectus, hic eſt lumen. Quod tandem illic motus vitalis eſt, hic vitalis eſt humor. Itaque non aliud humor eſt quàm agilitas (vt ita loquar) ad motum. Ignis ergo cæleſtis non ſolum calidus dici poteſt, ſed inſuper humidus, id eſt liquidus, fluidus, agilis atque lubricus, & lenis & blandus. Siquidem in ſiccitate rigiditatem aſperam intelligimus, qualem etiam frigiditas vehementior infert. Quamobrem nihil aliud eſt in cælo noſtris vllo modo qualitatibus ſimile, niſi calor, humor, lumen. Lumen inquam illic eſt intelligentię loco: calor illic efficacia vitę: humor, vitę motus & pabulum. Nec aliter ibi calor ille ſentitur quàm tanquàm fauor, fomentum, recreatio, vigor: nec aliter humor, quàm vt augmentum & amplificatio agilitaſq́; ſuauis. Inde hæc & ſimilia quędã apud nos ſunt. Illi rurſus calori humido humoriq́; temperate calenti, ſimilis eſt quodammodo ſpiritus & calor, humorq́; vitalis, vel manifeſtus in animalibus, vel occultus in plantis, paſſim à cælo inſitus, à cælo inquam omnibus infuſo. Siccitas autem atque frigus rebus noſtris hinc certe non inde contingit. Siccitas quidem ob ipſam loci huius anguſtiam denſamq́; naturam, aſperam, reſiſtentem, percutientem, formationi motuiq́; ineptam. Frigus autem ob diſtantiã tum per naturam à toto cælo, tum per ſitum à ſtellis q̃maximam. Quantum igitur ad frigus pertinet, Auerroem valde probamus dicentem: Cęleſtia nulla frigus inferunt, ſed calorem omnia: quæ vero dicuntur afferre frigus, ea ſunt quæ calefaciunt minus. Hæc ille in libro de Cælo ex ſua Ariſtotelisq́; ſententia. Abraham Auenezra appellat Saturnum frigidum, qui calorem affert noſtro remiſſiorem. Cælum itaq; totum eſt calor lucidus humens, id eſt vita quę-

dam efficax cum fauore amplificabilis, agilis atque formabilis: formabilis inquã facile per
humorem tralucidum ab archetypo, rurſus per calorem lucidum inferiora facile formantẽ.
Sed alicubi eſt in cælo plus caloris aliquantulum quàm humoris: alicubi vero viciſſim, alicu
bi portio eſt ęqualis vtrinque luminisq́; ſimiliter. Atque horum trium diuerſa inter ſe propor
tione ſunt ibi diuerſa, quemadmodum hic ex varia caloris humorisq́; mixtiõe paſſim ſub ſo
lis radijs varia coaleſcunt, ſiccitate interim atque frigore magis minus'ue forſan impedientẽ,
vel etiam adiuuante nõnihil. Meminiſſe vero oportet, calorem humoremq́; cæleſtem eſſe à no
ſtris genere longe diuerſum, multo etiam magis quàm vel calor naturalis in viuo ab ardente
fornacis, vel ab hac ipſa flamma ipſe Solis tepor in amplo: ex quo tamen in concauum quan
doque coacto in materia dura in materiam ſiccam flamma prorſus accenditur. Denique hu
mor eſt in cæleſtibus non deſtillans, calor quoque non edax. Humor ab humore aereo ſaltẽ
tantum differens, quantum aereus humor ab aqueo. Temere igitur in cælo fingitur frigus,
& ſiccum ſiue dura ſoliditas: quippe cum dum à terra ſurſum aſcenditur, ſiccitas fugiatur &
frigus omnisq́; duritia, ac perueniatur mox in humorem & lenitatem, ſimulq́; in auſpicium
blandi caloris ex lumine. Frigidum igitur atque ſiccum ſimul & durum ex naturali & extre
ma ad cælum diſtantia prouenit: & interea quæ media ſunt ad cęli ſimilitudinẽ humida ſunt
atque tralucida facileq́; mobilia. In cælo autem maxime mobili nihil eſt frigoris atque ſicci,
nihil duri motũ impedientis & lumen. Siquid vero fingi ſub cælo poteſt ſimile ſubſtantię cę
li tractabile manibus oculisq́; conſpicuum, id argentum viuum eſſe videtur: in quo calor vi
getus cum humore multo quidem ſed tenaci motum procreat inquietum. Si rurſum ſubtilio
rem & tralucidam huic adhibueris lucidamq́; naturam, habebis & cælum. Quod quidẽ non
eſſe durum ex eo confirmari videtur, quòd inter phyſicos & aſtronomos in eo duritiam aſ
ſerentes, vbi de circulis, centris, diſtãtijs, motibus diſputant, multiplex & inſolubilis oritur con
trouerſia. Phyſici quidem aſtronomos criminantur, quòd impoſſibilia fingãt: aſtronomi phy
ſicos, quòd rationes de his nequeãt aſſignare. Mitto quomodo theologi corpora glorioſa cę
lis inſerant, niſi ceſſerint. Mitto vehicula apud veteres animarum. Facilitatem vero cedendi
ſubito coniunctã rediẽtui, vbi nulla naturalis ſubſtantiæ, vel qualitatis, vel ordinis inde per
mutatio ſequitur, malam appellare non decet. Sed ad alias cæleſtiũ qualitates iã redeamus.
Etſi nihil eſt ibi frigidum aut ſiccum, ſtellam tamen quæ calefacit minus, frigidam appella
mus. Forſan & quia dum illa meatus noſtros radijs tepentibus aperit, facilius ingreditur ter
rena frigiditas. Siccam quoq; ſtellã quę humefacit minus, poſſumus nuncupare. Forte & quo
niam humectando parum, ſępe pabulum ſuggerit igni, inde materiã feruentius ſiccat. Ca
lefaciunt autem omnes vbiq; ſtellę, non motu tantum, ſed etiã ipſa natura, natura præcipue
luminis. Quod probat & Auicenna dicens, vbi plus eſt luminis, etiam plus eſſe caloris. Hinc
Hippocrates ait, aerem nocturnum ſtellarum luminibus ſubtiliorem fieri, & calidum aliquan
tum generationiq́; & vitæ accõmodatum. Ariſtoteles etiam vbi de partibus animalium diſpu
tat ait, noctes in plenilunio eſſe calidiores propter Lunę lumẽ. Luna quidẽ minime calida eſt,
humida multum. Quæ ſi ideo duntaxat dicatur nõ calefacere quia tardius q̃ Sol mouetur,
deberet forſan tarditatem motus cum propinquitate ad nos quodãmodo compenſare, ideo
q́; quodammodo ſicut Sol calefacere motu. Item ſi ſtellæ fixæ q̃uis velociſſime moueantur, ſi
dicantur non calefacere motu, quia maxime diſtent, deberent forſan diſtantiam tamen motu
celerrimo compẽſare, & iccirco ſimiliter calefacere. Verum ſi motus ipſe ſimpliciter cauſa ſit
caloris: nec motus vllus calorem extinguet & flammã: ac ſaltem velocior quidẽ vehementi
oris, tardior vero tepidioris erit origo. Rurſum ſi nõ motus ipſe ſimpliciter calorẽ gignit, ſed
certa velocitas: primo quidem reuera non video, quid nam diſtãtia valeat vel propinquitas,
dummodo motus ipſe ſit velox. Deinde hic ſatis patet caloris effectum in aliam præter motũ
cauſam referendum. Et merito: quoniam motus ſiue ſit voluntatis, exigit ante ſe imaginatio
nis formam atq; naturæ: ſiue ſit naturalis inclinationis, naturæ formam exigit pręcedentem.
Non ergo motus ipſe calorem aliam'ue generat formam: ſed forma quandoque per motum
talisq́; forma talem: quàmuis forma prior ſit natura præſtãtior. Denique quis nam aſſeruerit
talem motum, qui & omni forma deterior eſt atque pertinet ad externa, ſuapte natura ge
nerare calorem. Profecto vel excutit calorem ſępe latentem, vel ex durorum colliſione cor
porum medium confringit aerem, ſoluitq́; rarefacit. Sic extenuatus aer ad competentẽ ignis
conditionem ab idea ſeminaliq́; ignis ratione quaſi fomite, formam ignis induitur. Luna igi
tur calefacit minus quàm Sol, quia calida minus. Superiores ſtellæ minus quoque quàm Sol,
quia vel calidæ minus, vel minores Sole, vel longe diſtantiores, vel inter ſe admodum ſepara
tæ. Videtur autem Sol ſecundum accidens exſiccare: non quia in eo ſit vel ſicca natura, vel
vis aliqua deſiccandi: alioqui nec omnia naturaliter augeret, imò ignis more conſumeret. Sed
[illegible] quando

quotiens radij Solis vel in concauis nimium duris nimium coartantur, vel ex directo percutientes fortius ad nos reflectantur: tunc enim vis per eiuſmodi violentiam noua contingit. Omnino vero quia radij tanquam immateriales liquidiſſimi, immaculati, neque colliduñt vel confringunt propriè, neque confringuntur: ſed vel congregantur, vel e regione redduntur, apparet calorem illis ineſſe natura, qui congregatione propria incendatur ac vehementius agat. Luna quoque frigus ex accidenti videtur afferre: quia & meatus lumen eius noſtros aperiat, & nocturnũ interim frigus extenuet. Quo fit, vt frigus inde ſubtilius per patefactos aditus liberius intret. Frigoris quidem natura eſt interimere atque comprimere. Lumen vero Lunæ gignit prorſus & auget, vtpote quod habet cum humore calorem. Similiter Solis lumen ex accidenti cauſa frigoris eſt nonnũquam, ſiue naturalem corporis noſtri calorem foras prouocet, ſiue poſt calorem Solis mox calori vētoq́; corpus exponas. Saturnum prǽterea [illegible] eſt frigidum vllo modo, & propterea mortiferum appellare: nihil enim in igne tanto [illegible] vitali vel vllo modo frigidum vel lætiferum eſſe poteſt. [illegible] esto, apud Saturnum ab humore vinci calorem. Cumq́; talis ſit & à nobis inſuper remotiſſimus, parum admodum caloris afferre, humoris quoque non multum: quia præter hæc duo vis eſt in eo naturaliter cõ[illegible]ſiſtendi, continendi, cogendi. Vnde quãmuis exſiccet nunquãm, ſicut neque Luna, videtur tamen quodammodo deſiccare, dum in ſeipſum cogit humorem: ſicut & Luna dum [illegible] lumine vel deſcendit. Difficile vero Saturnum eſſe humidum negare poſſunt, vbi a[illegible] ſæpe pluuias augere, & fluxum alui citare. Peſtiferum vero hunc appellare non licet: quippe cum prouidentia cuncta diſponens ſphęra tam ampla hunc honorauerit, proximumq́; vitalibus ſtellarum innumerabilium radijs eſſe voluerit. Mitto quòd theologi veteres mentem ipſam attribuere Saturno, ipſiq́; menti vitam primam æternitatemq́; dicauerunt. Nõne cum hoc aſtrologi aſcendens computant vitæ principium? Nonne primum conceptionis menſem Saturno commendant? Nunquid à mortifero vitam auſpicari decebat? Quid ergo? [illegible] ei menſem iccirco committunt, vt ſicco frigore ſuo cogat ſemen, ſiſtatq́; ne diffluat. [illegible] profecto, cogitq́; non frigida poteſtate vel ſicca: alioqui exordium vitæ peteretur à cõtrario vitæ. Sed mira quadam contrahendi & colligendi & continendi virtute: multa enim ſunt quæ lac alioſq́; liquores alia cogunt virtute quàm frigida. Itaque Saturnus non frigiditate vel ſiccitate cõglutinat: alioqui ſtatim ab initio ſemen redderet generationi vitæq́; prorſus ineptum: ſed virtute potius à circunferentia ad centrum omnia redigente, nec modo frigoris, ſed more manus & pugni, vel natura coaguli arctius comprimente. Sicut & Mars viciſſim ad circunferentiam à centro protendit. Quod autem natus octauo menſe non viuat, ſi modo id ſemper accidat, accidit enim aliter in Aegypto & alicubi apud Gręcos, cauſa erit nõ frigiditas ſiccitaſ'ue Saturni, ſed violentia quædam aliunde tunc illata, quæ naſci eo tempore compellit eum, quo adhuc Saturnus in viſceribus detinebat. Non enim dum hic retinet, naſcitur aliquis, niſi violenta nimium cauſa expulſus ex aluo. Nam & Peripatetici mediciq́; aliunde quærũt Saturno rationes aſſignant. Et aſtrologi tradunt in regionibus Indiæ Saturno [illegible] vitas eſſe longiſſimas. Sed nonne ex accidenti ſaltem à Saturno ſiccam frigidam'ue [illegible] nonnunquàm euenire dicemus? Tunc ita forte videri, ſiquando Saturni radius in frigidiore ſicca materia capiatur: eam enim & per ſe paulum calefacere poteſt vel humefacere [illegible] nimium: vnde cogitur materia gelu. Sed tum in humidiore, tum vel maxime in calidiore quàm plurimum conferre videtur. Nam & humore ſuo temperat caloris exceſſum, & ipſa conglutinandi virtute cohibet humoris effluxum. Mars vero contrà, in materia frigidiore vel humidiore moderatur effectum: calidiorem vero præcipitat, non tam in caloris [illegible], quàm vigore mouendi. Sed quoniam de ſeminali nunc materia fecimus mentionẽ, operæpretium eſt admonere, vim in foetu Solis & Lunæ vniuerſalem eſſe in calorem humoremq́; vitalem. Vim Saturni eſſe, ſeminalem materiam colligere penitus atque firmare. Iouis officium, mouere deinceps intusq́; fouere. Martis actio, ad externa mouere. Mercurij munus, figurare ad ſenſum ſpiritus atque membra. Veneris miniſterium, ad effectum & propaginẽ omnia conformare. Hæ vero ſunt dotes pręcipue pertinentes ad corpus, ex planetarũ ſignorumq́; corporibus ex eorum iterum animabus in noſtris animis. A Saturno cõtemplatio cautioq́; conſeruatio diligens augetur. Ab Ioue ciuilis & prudens potiſſimũ gubernatio. A Marte magnanimitas malorũ iniuriarumq́; expultrix. A Mercurio inquiſitio qualibet & expreſſio. A Venere charitas & humanitas. A Sole honeſtatis cura pudorq́; & gloriæ ſtudium verioris. A Luna denique rerum vitæ neceſſariarum cura, & prouidẽtia diligens. Sed nequis nos forte damnet, planetas ſic ordine Platonico diſponentes: Memẽto diuinam prouidentiam ſtatuiſſe Solem per latitudinem zodiaci minime peruagari: tota enim huius euagatio ſub vnius portionis æſtimationem venit. Quoniam vero Sol planetas ſibi nimium & altitudine

Planetarum vires. (beside: officium, mouere deinceps … Mercurij munus, / figurare ad ſenſum … propaginẽ)

Planetarum dotes. (beside: … A Saturno cõtemplatio cau- / tioq́; … A Mar-)

ita deinceps paulatim creſcit humor in ſphęris, donec ſub media tandẽ aeris regione humor & velut ſuperfluus & tanq̃ à calore iam alienus diffluat & ſpargatur. Superius autem vſque adeo eſt alter alteri neceſſarius atque domeſticus, vt & humor calorem nutriat atque moderetur, & calor humorem foueat atque conſeruet. Vtroque vero cuſtoditur & lumen. Sed vbi plus eſt caloris, ibi lumẽ eſt efficacius & oculis admodum manifeſtius. Vbi vero humor abũdat, lumen & minus eſt efficax, & albedinis inſtar quaſi ſpargens intuitum, minus ſeſe oculis offert. Interea meminiſſe te volo, lumen & calorem in ſtellis humidioribus, etſi quantum ad ſtellam ſolam pertinet, nos minus afficiat, tamẽ paulatim deinceps afficere plurimum atque diutius, niſi forte aliunde ſuperuacuus affluat humor ab initio ſiue frigus: tum quia non fiat in materia reſolutio cita: tum maxime, quia cum hæc ſtella eiuſdem fermẽ temperationis ſit atque ſphæra qua regitur, nimirum vnà cum propria ſui dote contrahit ad nos abundantiùs ſphæræ totius influxum: atque ita quantum cæteræ propria ſunt virtute potẽtes, tantum hæ propotẽtes virtute communi: maximæ vero ſtellæ quæ in ſphæris ſunt amplioribus. Semper enim circus amplior tanq̃ continens & ducens pręſtantior eſt, virtutemq́ ſuę ſtellę mirabilem efficit, ſed occultam. Sed vt ad Plotinum regrediamur: Mars quidem non nocet caloris acumine, ſed humidiorem materiã temperat. Neque etiam Saturnus eſt noxius: ſed quoniam remotiſſimus eſt, idcirco influxus eius quaſi peregrinus nobis, cum non facile congruit præſertim viuentibus, niſi vel cęteris luminibus rite commiſceatur, vel ipſe in ſidere ſedens ſuo mentemq; quo vel habeat domicilium vel exaltetur quodãmodo ſit operis autor. Neque Mercurius eſt aliquando malus: ſed cum ſit medius omnium, facile omnibus fit perſimilis. Denique ſicut in animali ſingula membra q̃uis qualitate diuerſa, & inuicem & toti conducũt ad bonum: ſic in cælo, quod communi etiam vita viuit, Sol quaſi cordis obtinet locum: Mars, fellis: Iupiter, iecoris: Venus & Luna membrorum (vt ita dixerim) genitaliũ: Mercurius linguæ vocisq; Saturnus capitis atque ſplenis & ſtomachi. Stellæ fixæ vicem referunt oculorum: & quæ diuerſa videntur, conferunt ad temperiem. Dixi equidem vniuerſum vita quadam communi vigere, per quam omnia mundi membra viciſſim paſſione communicãt, ideſt ab alio in aliud facile transfertur influxus, & occultus paſſim excitatur ſenſus & incitatur affectus. Quando vero communem dico vitam, vnà cum Plotino irrationalem intelligo vitam, ab anima mundi vniuerſo tributam, in cuius communione in omnibus quędam actionis & paſſionis conſenſio naſcitur. Sed huic vitę non confuſas ſed coniunctas eſſe volumus ſimiles quoque ſtellarum & dæmonum hominumq; vitas, quaſi varias membrorum vitas cum communi totius animalis vita penitus conſpirantes. Vt non mirum ſit hæc inuicem per proportionem quandam fieri ſigna, ideſt ex aliis mundani animalis membris ſimili proportione quæ in nobis indicia nonnulla præberi ad aliorum iudicandos effectus.

*Errores circa naturas planetarum.* CAP. V.

TRadunt uero quendam ex illis frigidum, etiam procul à nobis poſitum magis nobis bonum, in ipſo uidelicet frigido malum ipſius aduerſum nos collocantes: & ſi oportebat in oppoſitis zodiaci ſignis bonum nobis exiſtere. Ferunt inſuper planetam frigidum oppoſitũ calido, ambos euadere graues: quanquàm oportuit ex hoc temperantiam fieri. Præterea alium quidem delectari die, fieriq; diurno calore propitium: alium uero utpote igneum, nocte gaudere: perinde acſi nõ perpetuus ibi ſit dies, ideſt lumen: uel alter occuperur nocte, cum tamen ab umbra terræ ſit remotiſſimus. Quod uero aiũt, lunam lumine plenam huic congredientẽ, fieri bonam: uacuam uero lumine, malam: ſi modo tale quiddam concedendum ſit, contrà dicendum. Cum enim uerſum nos plena eſt, tunc illi ſuper eam incedenti, uacua, altero uidelicet ſemicirculo: cum uero erga nos minuitur, illinc impletur: quapropter contraria oportuit facere diminutam, uidelicet cum lumine illud aſpicientem. Itaq; penes ipſam nihil intereſt quomodocunq; ſe habeat, cũ ſemper ſit ex dimidio plena: at penes illum forſitan intereſt, quem inde calefieri tradunt. Verum calefiet forſan, ſi luna erga nos ſit luminis expers: erga alterũ uero exiſtens bona, dum orba

lumine dicitur, plena interim eſt ad ipſum, ad nos aũt uacua. Proinde quan-do ille non adiuuat, propterea quod ſit procul, deterius ſe habere uidetur: quando uero plena eſt, ſufficit eo quòd inferius, & ſi ille ſit procul. Cum [illegible] ad ipſum igneũ orba lumine eſt erga nos, bona eſſe uidetur: per ſe enim ſuffi-cit poteſtas illius, utpote quod feruẽtius eſt, ſi ad alterum comparetur. Cor-pora uero uiuentium inde currentia magis minusq; inter ſe ſunt calida, nul-lum autem eſt frigidum, quod quidem locus ipſe teſtatur. Præterea quem uocant Iouem, bene temperatus eſt igne, ſimiliter quoq; lucifer: quapropter & ſimilitudine quadam cõcordes eſſe uidentur. Quo ad ipſum uero [illegible] qui dicitur igneus, ad temperationem quandam conferre putandum. [illegible] ad Saturnum deniq;, eo quòd procul, aliene ſe habere dicendum. Poſt[illegible] quod aiunt, Mercuriũ ad omnes indifferentẽ, intelligendum eſt, facile [illegible]-ctis perſimilem fieri. Omnes autem conducunt ad uniuerſum: Itaq; inter ſe ita ſe habent, ut expedit toti. Quemadmodum in uno uiuente partes ſingu-læ diſpoſitæ ſunt, huius enim gratia potiſſimũ ſunt appoſitæ, ceu bilis & [illegible] & parti proxime confert. Oportuit enim animum excitare, neq; permi[illegible] uel totum uel partem proximam iniuriis affici. Quinetiam in uniuerſo [illegible] quiddam oportuit eſſe, & aliud inſuper ad ſuauiorem temperiẽ adhibe[illegible] uero uelut oculos eſſe, & omnia irrationali ipſorum uita inuicem comp[illegible] ſic enim unum eſt totum, & harmonia totius una. Hæc igitur quomodo [illegible] ſigna quædam erunt per proportionem quandam conſiderata.

*Indicia quinque, quòd ſtellæ non omnia faciant.* Cap. VI.

CApur ſextum indicijs quinque confirmat, ſtellas non omnia facere. Primum, [illegible] ne tum dignitate naturæ, tum ſublimitate loci, tum amplitudine poteſtatis [illegible] ſtellarum vel minime bonam, viro vel optimo meliorem prorſus exiſtimand[illegible] obrem ſcelera quæ vir optimus non patraret, ſtellæ minime perpetrant: præſertim [illegible] ſtia omnia viua diuini artificis ſunt inſtrumenta. Quod & aſſerit Ptolemæus, & ratio [illegible] tum quia per illa hic ſingula tam artificioſa ratione formantur, vt ars quidem [illegible] viribus imitetur, ſed nulla vnquàm aſſequi poſſit: tum quia cæleſtia quàmuis [illegible] te prædita ſint, nunq̃ tamen liberius peruagari videntur, ſed inſtrumentorum [illegible] ro quodam tractu ac limite ad præſcriptum directa finem ducuntur, per eadem [illegible] militer reducuntur. Quicquid igitur per cæleſtia diuini artificis inſtrumenta per[illegible] pſo deo præcipue prouenit. Cum vero à ſummo bono malum ab ordine cadens fieri [illegible] certe quod aſtrologi quidam garriunt, per Martem Veneremq; in ariete vel tauro [illegible] nunq̃ apud nos adulteria committuntur. Indicium ſecundum: Cum diuina quidem [illegible] periora neque natura neque modo mutentur: quæ vero inferiora ſunt cælo mutentur [illegible] conſequens fore videtur, cæleſtia tanq̃ media etſi modo quodam ſemper mutari [illegible] nunq̃ tamen natura mutari. Delirat ergo qui dicit, planetas hac hora ex hoc ipſo [illegible] talem ſortiri naturam: hora vero ſequenti naturam rurſus aliam ex alio conſpectu [illegible] militerq; deinceps: neque terminum vel naturæ ſuæ proprium, vel ad alios in tempore [illegible] prorſus vllum habere, ſed more chamæleontis ſemper ad obiecta mutari. Tertium: [illegible] à noſtris admodum ſeparatæ, ſunt communiſſimæ cauſæ, ſunt natura & numero [illegible] fluxus quoque ſtellarum quæcunque ad nos cæleſtium motionum conſtitutione [illegible] communiores ad noſtra veniunt atque definiti. Incerta igitur effectuum multitudo [illegible] ta diuerſitas nequit ex illis ſine medio peragi, ſed inter cæleſtia inferioreſq; effectus [illegible] cauſas occaſioneſq; cadere medias, tum magis natura diuerſas, tum ſorte quotidie [illegible] quibus ad minimos quoſque & innumerabiles deſcendatur effectus. Stellæ igitur [illegible] ſilio terrenis minima quæque diſponunt, alioqui tanta forent ſolicitudine miſeræ [illegible] turali conditione mox ex cõmuniſſima ipſarum natura ad diſtinctiſſima quæque [illegible] Quartum: Solent aſtrologi dicere, Planetam in certo ſigni termino poſitum, nõ ulla [illegible] tere quæ nõ antea præſtet quàm vel ad eundem terminum reuertatur, vel totidẽ anni præterе

ant

ant, per quot gradus aſcenderit. Item quod promiſit non prius abſoluere, quàm ſignum idem in natali reuolutione nobis rurſum aſcenderit: & quot ab initio gradibus nobis aſcẽderat, annis totidem in natali reuolutione aſcendere rurſus. Præterea planetas ſingulos aliasq; ſtellas prout alibi vel alibi naſcentibus imminent, effectum magis minus'ue differre. Totũ quidem hoc hominis eſt pro arbitrio numerantis ac fingentis potius quàm docentis. Etſi planetam probabilius fingere licet, quando redit ad idem facere ſimiliter idem; tamen quod facere primo non potuit, efficere ſecundo non poterit: neque plane perſpicio, cur nam ex prima poſitione non faciat quæ fortior admodũ in nobis eſt ſecunda. Quod item de dilatione ſimpliciter dicitur ad agendum, penitus eſt confictum. Nam ſi cauſa ipſa dum præſens eſt non efficit, multo minus peragit abſens. Afferent forte certam huius cauſæ vim eouſque ſeruari. Ego vero vbi ſeruetur exquiram. Aut enim in cauſis nobis propinquioribus, aut in materia, aut vtrobique ſeruatur. Eſto igitur ita ſeruetur. Ita certe ſeruata, pro eorum quæ ſeruant cõditione ſeruatur, atque ad ipſorum naturam trahitur paulatim, & pro eorum diſtinctione diſtinguitur. Quod ergo denique fiet, ſub proprietate noſtra potius quàm communi cõtinget. Quinetiam quemadmodum in Theologia probauimus ac rurſus alibi repetemus, Omnis cauſarum [illegible] ex vna primaq; dependet cauſa, adeo vt inde ſit & ſeruetur atque ducatur, alioqui [illegible] cauſarum non conducet ad vnum, niſi & deducatur ab vno. Quæcunque igitur [illegible] tanquàm à ſummo bono pendentia, & ordinatiſſime fiunt & optima veniunt. [illegible] ſtellas vel ſolas omnia vel mala etiam facere audeat confiteri.

*Improbantur planetarum actiones.* CAP. VI.

PRæterea quòd aiunt, Martem aut Venerem certo modo diſpoſitos adulteria procreare, ualde à ratione diſſentit: quippe cum id non aliud ſit, quàm illos humanæ intemperantiæ more, mutuam auiditatem indigentiamq; ſuam ardenter explere. Proinde quòd dicunt, quando certa ſe conditione conſpiciunt, gratum eſſe cõſpectum: contrarium uero illis penitus eſſe nullũ, nulla cõcedendum ratiõe uidetur. Item cũ innumerabilia animalium milia continue ſint atque naſcantur, quo nam pacto unicuique ſemper ſingula perficiunt? Afferunt & gloriam & diuitias? Faciunt pauperes atq; incontinentes? ſingulasq; ſingulorum efficiunt actiones? Quæ nam illis eiuſmodi uita foret? aut quomodo tot tamq; diuerſa conficere poſſunt? Perabſurde quoq; dicitur, illos expectare ſignorum rurſus aſcenſiones & reditus, & tunc demum inſtitutum officium cõſummare, & quot partibus aſcendit quodlibet, totidem eſſe aſcenſionis ſiue reditus annos, & quaſi digitis computare, quando facturi ſint, neq; licere illis ante id tempus efficere. Poſtremo nulli prorſus uni gubernationis autoritatem aſcribere, ſed his attribuere cuncta: quaſi nõ unus quidam præſideat princeps, à quo dependeat uniuerſum, diſtribuente uidelicet unicuiq; munera propria naturaliter peragenda, in quibus deinceps ſimiliter coordinata ſunt omnia: id certe hominis eſt & ſoluentis ordinem, in quo ipſe cõnumeratur: & ignorantis uniuerſi naturam, principium habentis cauſamq; primam, per omnia diffuſam penitus propagantem.

*Iudicio Plotini, quòd ſtellæ ſignificant potius noſtra, quàm agant.* Cap. VII.

PLotinus & Origenes condiſcipuli ſub Ammonio Alexandrino ac ſemper amici, hac in re ſicut in plerisque conſentiunt, Stellas neque omnia facere, neque vbi agunt omnino peragere: item multa ſignificare, quæ ipſæ non faciant. Non omnia inquam facere, ne ſi mala fecerint, vel deus non prouideat, vel ſit iniuſtus, ſtellæq; ſimul iniuſtæ. Neque rurſus omninò, ne ſi ad exactiſſimum ipſæ ſingula peragant, naturalium rerum actio vacet, & liberum ceſſet arbitrium. Simili quoque conſenſu frequentem ſtellis ſignificationẽ vel vbi non agant, libenter idcirco concedunt: quoniam ex hoc diuina prouidentia maxime confirmatur. Neq; enim poſſent in præſenti hac vniuerſi facie præferri indicia præteritorum atque futurorum, niſi res paſſim omnes, tempora temporibus certo quodam & conſequenti ordine necterentur,

[illegible] autem quod conſtitutio ſiderum non quæcunque ſignificat, efficit: propria diuinitatis, & naturæ, & artis actio confirmatur. Siue igitur Iouis & Saturni coniunctio nouam portendit religionem, poteſt nihilominus vel vera interim religio à deo perfici, vel ab homine falſa confingi. Siue per cæleſtes motus quæ infra lunam natura contingunt, aliquando deſignentur: nihilominus natura talia facit & efficit tenore naturæ. Siue per eoſdem motus portendantur actiones humanæ, conſilio tamen humano & pro arbitrio noſtro procedunt, ſignaque interdum vana fiunt, quando efficiens cauſa in ſe cauſam permutat ſignificantem. Proinde quod Plotinus & Origenes aiunt, futurorum quaſi literas in cælo vel ſcriptas eſſe ab initio, paulatimque explicari, vel perpetuo ſcribi: intelligunt ſtellas figuraſque tum cõfectas ex ſtellis, tum imaginarias: item ſignorum gradus parteſque minutas, denique planetarum aſpectus & motus, & quæ conſequuntur hæc vbilibet vel comitantur. Tu vero cælum hic intellige vniuerſum: [illegible] enim vbique cælum. Et Timæus cælum nominat vniuerſum. Supra Lunam quidem ſicut rerum inferiorum cauſæ ſunt communes, ita & communia ſigna: infra Lunam vero ſunt cauſæ propriæ, quibus cognitis communia in propria deriuantur iudicia, totum quę hoc quaſi animalis vnius corpus exiſtit. Oportet igitur in mundano hoc animali tùm ſupra Lunam tum infra circumſpicere cuncta atque inuicem penſitare. Sicut enim diuerſa inter ſe agentia ſunt tum ſupra tum infra, tum ſuperiora ad inferiora nonnunquàm: ſic & ſigna paſſim [illegible] ſunt ſæpe diuerſa: quemadmodum in quolibet animali tum naturæ inter ſe contrariæ [illegible] membra diuerſa, tum in aliis ad alia repugnantia ſigna. Iubet itaque Raſis phyſiognomum non vni credere ſigno, ſed cuncta comprehendere inuicemque librare: atque vbi contraria ſunt, ſequi plura ſimul atque certiora. Idem obſeruare debet in mundo diuinatur ex mundo: quem in iudicando cautum eſſe debere, Ariſtoteles in libro de Somno & vigiliis admonet verbis: Sæpe ſunt in corporibus ſigna etiam cælitus velut imbrium & ventorum: neque tamen euenit ſignificatus euentus, cum motus hoc alius vehementior acciderit. Quamobrem diuinationem eiuſmodi Origenes atque Porphyrius hominibus abſtulere, [illegible] conceſſere dæmonibus, quibus pateat cæleſtis liber ille legendus. Non dæmonibus [illegible] atque omnibus. Nam Porphyrius in libro de oraculis poſtquàm probauit quæcunque dii oraculis fatalia nunciant, ſtellarum obſeruatione prædicere: ſubiungit, deos quoque ſæpe mentiri, atque exquiſitam futurorum cognitionem non hominibus ſolum, ſed multis [illegible] deorum eſſe prorſus incertam & quibus deorũ innoteſcere poteſt, non qualibet hora [illegible] eſſe perſpectam. Sic itaque dæmones quãtum ſpectat ad præſens, diſponere libet. Aethereos dæmones aerem colentes ſublimiorem, cæleſtia magis quàm terrena contemplantur [illegible]. Aquei vero dæmones, aerem ſcilicet infimum habitantes, ex noſtris magis quàm ex cæleſtibus rerum argumenta venantur. Medii denique commodius vtrobique ſigna conſpiciunt [illegible] vaticinio apud nos ſunt admodum aptiores. Ab his vtique Origenes ait homines nonnunquàm accepiſſe præſagia. Veruntamen ſiue ab his acceperint, ſiue obſeruatione [illegible], confuſa proſpicere, & caligine quadam hallucinari.

*Cælum, vniuerſum.*

[illegible] *Multis de cauſis iudicium de futuris eſt difficillimum.*

Q[illegible] autem nec homo nec dæmon ſola inſpectione cæleſtium minutiſſima quęque apud nos perſpicere valeat, hunc in modum argumentamur. Sicut quælibet natura cęleſtis [illegible] qualibet natura communior eſt, ita quilibet cæli motus terreno quolibet eſt motu communior. Non poſſunt igitur è cælo ad terram ad minutiſſimum quodque reddi ſingula ſingulis, neque igitur poſſunt hic minima quæque perſpicue inde diſcerni. Semper enim cæleſtis motio quaſi communior, ad plures hic eſt motiones indifferens: vt niſi præter cælum inſuper hæc noſtra conſpexeris, perpendere nequeas qua potiſſimum conditione hic cæleſtis motio capiatur, & vtrã potius in partem determinatur. Suſpice ſi placet in tua geneſi cæli figuram, ſtellas quaſdam & numero paucas in ea notas inſpicies, quibus communes quoſdam & paucos notare inde queas effectus. Motus itaque tuos omnes, qui non in tota ſolum vita, ſed anno quolibet atque menſe innumerabiles ſunt, nunquàm potes inde perſpicere, [illegible] quolibet anno reuolutionem tuæ natiuitatis euoluas, neque rurſum ſi quotidie diligenter obſerues. Mitto in præſentia, quid dæmones poſſint, homines certe non poſſunt. Sapiens nemo negabit, ſtellas omnes quæ nobis innumerabiles ſunt, ad effectum quemlibet conferre nonnihil, ex earumque confluxu commune aliquid, & id quidem pro natura loci & materiæ confici. Aſtrologi vero ſtellas tantum mille vigintique & duas, vel ad ſummum ſuper mille quatercentum ſeptuaginta ſex dumtaxat obſeruant. Quo fit vt cum minorem cauſarum numerum teneant, atque eas nondum perfectiſſime calleant, abſolute eſſe [illegible] iudicare non poſſint, præſertim cum ſuper planetas ſtellæ ſint quàm plurimæ [illegible] ſplendore mirabiles: ſint etiam innumerabiles in orbe lacteo oculis [illegible]. [illegible] vero ad ſtellarum aſpectus aliter atque aliter affici, ne-

*Stellarum numerus.*

gare ex eorum doctrina non poterunt. Mitto quidẽ Phauorinus philoſophus [illegible] lias ſtellas præter notas exiſtere, verumetiam planetas alios diſputat eſſe poſſe [illegible] propter ſplendoris copiam, vel propter exſuperantiam altitudinis: ſine quorum [illegible] one haberi forſan perfecta rerum notitia nequeat. Ad hæc ſiquis obijciat, ſtellas [illegible] miſphærij noſtri agere in hominem ſub hoc ipſo horizonte naſcentem, in alios [illegible] mus, ſtellas vbicunque ſint, omnes in ſeſe inuicẽ conijcere radios, terræ umbra hoc [illegible] impediente, eosq́; vndique ad nos vſque traijcere. Item paucas admodum [illegible] hominibus eſſe notatas. Imò etiam ſi ſtellarum numerus ad minimum [illegible] tus certe non omnis adhuc eſt nota. Imò nec deprehenſæ adhuc ſingulis motion[illegible] lo, nec inſtrumento, nec ætate ad omnes ſufficiente. Quidquid difficillimum [illegible] curij magnitudinem, altitudinem, motionem, ad vnguem eſſe perſpectam [illegible] ſime videtur, & tunc obſcure ſe obijcit, ac fere momento, neque diligentiam [illegible] pectat. Cum ergo quid ſit, quid fiat in cælo nondum perſpectum ſit, nimirum neque [illegible] fiat è cælo. Præterea non ratione aſtrologi, ſed experientia & vſu nituntur [illegible] niſi cuncta quæ vtrobique circunſtant ſimilia ſint, ſæpiſſime fallit. An vero quia [illegible] mulo Mars in ariete angulum orientis habebat, talia geſſit, ſtellis videlicet [illegible] genio ferme ſic eo tempore concurrentibus. Quoniam igitur talis ſub tali [illegible] mulus extitit, nunquid & Hannibal, cui Mars quoque aſcendit in ariete, eundem [illegible] ſequetur euentum? Nequaquam. Quoniam etſi fingas planetas inſuper omnes [illegible] troque diſpoſitos, aliæ tamen ſtellæ firmamentiq́; partes non eodem quo olim [illegible] bent. Signa enim oculis quodammodo manifeſta à Romulo ad Hannibalem [illegible] iam mutauerunt, dum ſub ſignis occultis ſtabilioribusq́; currentia, gradum [illegible] num peragunt: quo quidem in tempore ſignorum poſitio permutatur, ſiduſq́; [illegible] culta ſigna aliter aliterq́; ſe habens, nimirum alia quoque facit & alia. Nam & [illegible] fitentur, ad inuiſibile ſignum omnia referenda. Forſan enim aries manifeſtus qui [illegible] ariete concurrebat occulto, nunc cum tauro cõgruit, aut ſaltem cum alio ariete [illegible] ſiue minuto: ſic & cætera ſigna ſignis aliter ordine conſequenti reſpondent. Vnde [illegible] res per ſigna permutant, planetæ quoque per ſigna commutant. Quandiu vero [illegible] currerit, & quo habitu ſigna hæc comparent ad illa, ne ſuſpicari quidem [illegible] tum vero diuerſitas circa octauam ſphæram valeat, ex eo perſpicimus, quod [illegible] norum milibus planetæ frequentius inter ſe reuertuntur ad idem. Neque [illegible] omnino reuertuntur effectus. Nondum priſtina mundi facies renouatur. Non [illegible] ria eadem & ibidem. Non leges ſimiles atque mores. Diuerſitatem autem octauæ [illegible] cimus non ſolum quæ fit ab occaſu ad ortum, ſed etiam acceſſum eius atque [illegible] quem imagines alijs ſeculis ad ſeptentrionem accedunt, alijs ad meridiem. [illegible] tur aſtrologi certas pro experientia confirmanda regulas poſuiſſe, dum de [illegible] pore diuerſo naſcentibus, ſimilemq́; tamen quodammodo quarundam ſtellarum [illegible] bus poſituram, ſimiles opinarentur effectus. Non prius enim eadem prorſus [illegible] reuertetur, quàm annorum triginta ſex milia conſummentur. Accedit ad hæc, [illegible] admodum regulæ medicorum aliter alibi ſunt obſeruandæ, ſi modo [illegible] ſic & aſtrologorum regulæ mutationem ſub regionibus diuerſis admittunt. [illegible] ſe ſi obſeruationis Chaldæorum ratio conſiſtere, ſiquis ſub diuerſis cæli regionibus [illegible] ratione voluerit. Eædem nanque ſtellæ ſicut non vbique pruinas cient, [illegible] ventosq́; & pluuias, ſed mutant & variant, tempeſtatesq́; eodem tempore alibi [illegible] uenta, alibi violentas, alibi nullas. Cur non euenta quoque humanarum rerum [illegible] alia Getulis & Scythis efficiunt? Profecto ſicut ſub alio curuamine cæli [illegible] tuſtica in cæteris omnino rebus humanis non idem prorſus conijcere poteris, [illegible] cunque terra conſpexeris. Sed eſto: obſeruent in ſingulis aſtrologi regionibus [illegible] tum certis ſeculis fieri è cælo conueniat, quod ad hunc vſque diem [illegible] gurum certo cæleſtem quam deſtinare fatalem vnicuique ſolent, [illegible] poſſunt. Primo quidem cum naſcentis fatum non à figura propria tantum, [illegible] [illegible] figura ſimul & proauorum, & ab [illegible] tempore [illegible] dant: neque tot configurationes explorare licet, neque fatales [illegible] & ſigna diſtracta colligere datur, neque ſicubi [illegible] ra perpendere. Ac ſiquis iſta comprehendat, non tamen ex his [illegible] debit euentum. Veniunt enim, aiunt, ſæpe [illegible] cauſæ [illegible] quæ permutent in deterius videlicet aut melius [illegible] tinentes ad natum. Ptolemæus in Quadripartito inquit: [illegible] mutationem facere, ideoq́; difficile admodum eſſe [illegible]

[illegible] inquit, eſt ad iudicium, qualibet hora optime callere planetarum curſus,
[illegible] ſignorum [illegible] certiſſimum. Profecto ſigna ſex à cancro exordientia
[illegible] horas duas vel paulo plus occupant aſcendendo: ſed reliqua quę à ca
[illegible] quoniam [illegible] oblique, citra duas horas aſcendunt. Diuidenda
[illegible] partes ſigni diſtribuendæ. In rectis quidē gradus
[illegible] quintamdecimam fermè exigit horæ partem, in obliquis fermè vigeſimā.
[illegible] ſignis triginta ſunt gradus, & in quolibet gradu ſexaginta minuta, & in quo-
[illegible] ſexaginta ſecunda: ita partem horæ vtrobique vel quintamdecimam vel vige
[illegible] eſt in partes ſexaginta & iterum ſexaginta ſimiliter diſtribuere, & ſingula ſin
[illegible] Cum igitur aſſerant (vt & Origenes inquit) Aſtrologi, non ſolum
[illegible] minuta neceſſario cognoſci debere, in quibus planetę ſint,
& [illegible] ſiue deſcendant: Nam in minimo maximum eſſe diſcrimen, quod & Nigidi
[illegible] ſiguli rota monſtrauit: quis nam minutias eiuſmodi deprehēdere poteſt. Iam
[illegible] media ſigni pars vnam aſcēdendo occupet horam, quo nam pacto
[illegible] cum tam minutam diuiſionem temporis nequeas obſeruare?
[illegible], non ſolum quota hora, ſed etiam quotis minutis horæ minutorumq́;
[illegible] puer effuſus. In piſcibus vero atque ariete propter obliquam horum a-
[illegible] & tertia horę parte aſcendere pene videntur, minimam temporis par
[illegible] afferre non dubitant, vt vel vigeſima horæ vnius pars gradum
[illegible]. Quoniam igitur aſſerunt tempus vel exiguum quod cadit inter nati-
[illegible] vel duorum quorumlibet hominum, ex diuerſis quidem parētibus,
[illegible] temporis parte naſcentium, diuerſitatem afferre, quæ inter illos effectu de-
[illegible] Auguſtinus interrogat: Aut illud exiguum interuallum exiguam in
[illegible] affert, aut magnam: Si exiguum dixerint, obijciemus Iacob & Eſau ge
[illegible] temporis editos, in magnis fuiſſe diſſimiles: Si magnam, cum illæ minu-
[illegible] deprehendi, ſcilicet ſecunda, tertia, quarta, certe iudicare non
[illegible] afferre, in meis neceſſarijs ſum expertus. Natæ ſunt in familia noſtra
[illegible] alteram poſt hebdomadas ſeptem, proprius interemit mor-
[illegible] menſes [illegible] ſuffocauit. Nati ſunt & gemini ſimiliter: alte-
[illegible], alterū aqua poſt annos quatuordecim ſuffocauit. Nati
[illegible] gemini, qui adulti iam ſunt, & corporibus, ingenijs,
[illegible] quàm diuerſa ſit ſors [illegible] vnà naſcentium plurimorum, præ
[illegible] Profecto ſi tam paruum atq; rapidum eſt momentum tem
[illegible] vt in eodem illo puncto ſub eodem penitus circu
[illegible] ad eandem competentiam naſci queant: ac ſi idcirco gemini quoque
[illegible] quoniam non eodem momento ſunt orti: reſpondeant quæſo, vt
[illegible] interrogem, [illegible] qui vix cogitatione animi
[illegible] quo nam pacto deprehendant? Cum in tam præcipiti cæli vertigine mi-
[illegible] ingentes dicant mutationes afferre. Iam vero maior mora eſt natiui
[illegible] geminos [illegible] in partu. Si igitur in ictu quodam o-
[illegible] fatum, [illegible] erit; vt eodem fati dicant, quot
[illegible] quoque peropportune quæritur, [illegible] explicetur
[illegible] puer ex alio? An potius quo [illegible] medius exit? An for-
[illegible] ab exordio foetus repetēda ves
[illegible] cæli figuram [illegible] ſe profitetur, atque id quidem
[illegible] habeant, nimirum & [illegible] multo magis in-
[illegible] habeant: quibus tandem regulis ex [illegible]
[illegible] gradum Lunæ [illegible] aſcendentis gra-
[illegible] gradum [illegible] in ortu [illegible] Lunæ, cum
[illegible] eſſe poteſt, vnde vero arbitrarij eſt
[illegible] atque [illegible] Iamblichus, alij quinque ad id legi
[illegible] alij vero plures. Porphyrius [illegible] etiam cō-
[illegible] Sed aſio reperias forte qui ſpoſt primordia foetus: Quæ-
[illegible] quando primum inchoabatur opus humanum, ſoli
[illegible] harmoniæ cæleſtes, quæ ſicut & prima [illegible]
[illegible] Si prima ſolum dicantur efficere, mirum eſt [illegible]
[illegible] & cum iam amplius non eſt, [illegible]
[illegible] quaſi ſuperſtitem & [illegible]
[illegible]

[illegible] & totum ad [illegible] arbitror conferre ꝙ plurimum. Quæ quidem [illegible] complecti, diuinitatis eſt proprium. Hinc Eſaias ait: Dicite mihi uentura, atq; ego [illegible] dijeſtis. Hinc Plato deo quidem ſcientiam tribuit, nobis opinionem. Hinc Ptolemæus [illegible] futuris inter neceſſarium & contingens ait media cadere: neque pro certo aliquid [illegible] comperto affirmari debere. Hinc Auicenna in Metaphyſicis negat aſtrologis eſſe [illegible] quia neque cuncta cæleſtia teneant, neque naturas inferiorum ad iudicium ne[illegible] neque nituntur demonſtrationibus, ſed experientia quadam uel uaticinio, probatio[illegible] atque poeticis. Humanum itaque ingenium tum cauſarum numerus & [illegible] experientia fallit, tum ſigna decipiunt. Sané cum multæ ſæpe ad idem cō[illegible] poſſint, uix diſcernitur à qua poiſſimum cauſa effectus talis talis ue prouenerit. [illegible] experimentum non eſt ſimile, niſi in materijs temporibusq; omnino ſimilibus. [illegible] in iudicando fallacia, quod frequenter eiuſdem effectus ob cauſas differē[illegible] & diſſimilia ſigna: atque uiciſſim diſſimilis nonnunꝗ euentus quodammodo [illegible] in diuerſis poſtremo temporibus rerum uariatur indicia. Sic aſtrologus ſaltem [illegible] reuolutionem cogitur obſeruare. Sic medicus quauis hora ægrotantis acci[illegible] inſpicere, futurum predicturus euentū. Similiter auſpex & aruſpex, ſiquid in hoc [illegible] paſſim & omina ſingulis aucupari momentis. Similiter & phyſiognomus, ſi [illegible] hoc eſt ueritatis, ſingulis ætatis humanæ ſeptenarijs argumenta ualetudinis [illegible] ſpicere. Sicut enim ſeptimo quoque die in ægrotantibus noua potiſſimum ca[illegible] in ſeptimo quoque anno noua quędam accidentia & lineamēta nouę figu[illegible] geſtus, uel ſuboriuntur nobis, uel ſaltem apertius demonſtrantur. Sed me [illegible] que modo uel ritu circa futura, uel quomodocunque abſtruſa hominibus ue[illegible] ſæpe caſu cōtingere, apud eos pręſertim qui plurima dicunt. Sæpe etiam quod [illegible] eſt, id euenire, quia multa ſunt in uita omnibus ferme communia, multisq; ua[illegible] quotidie contingētia: nonnunꝗ quod uel caſu uel arte uidetur eſſe perſpectū, [illegible] naturali ſiue dæmonico ſiue diuino fuiſſe prolatum. Naturali inquam inſtin[illegible] natura in nobis ſic ſeperata eſt, ut ab uniuerſali natura facile moueatur. Dæmoni[illegible] ſic eſt affecta, ut opportune pulſetur à dæmone. Diuino, quando ratio [illegible] ſe habet, ut accōmodatiſſime tūc diuinę mēti ſubdatur, etiamſi id nos la[illegible]. Quinque ſunt igitur prędicendi modi: arte, caſu, natura, dæmone, deo. Hinc efficitur, ut [illegible] uel minus in artibus eruditi, pręſagio doctiores excellant. Hinc Porphyrius [illegible] uaticinio Socratis inſtar mirabiliter polluiſſe, ait eum aliquid i[illegible] ſuper cæteros homines habuiſſe: nec ſolum dæmonem, ſed & deum ha[illegible]. Hinc aſtrologicum illud iudicium ex ſtellis non ſolum fit per earum inſpe[illegible] natura qui iudicat. Hinc Ptolemæus: iudicia huius ambigua ſunt [illegible] conſiderat: illi uero qui ex meliori parte futura cognoſcunt, pro[illegible] propter uim animæ in eis dominantem, quis non multam huius ar[illegible]. Concludit tandem: Si agricultores ac medici in re certiore ſæpius præ[illegible] cæteros predictores ſępe falli: quā fallaciam doctiſſimi quique aſtronomi [illegible] iudicia neglexerunt. Mitto cæteros mihi etiam notos. Paulus Florentinus a[illegible] hæc ridere ſolebat, qui & annos uitæ quinque ſuper octoginta imple[illegible] diligentiſſime contemplatus, nihil ad ætatem conferens longam [illegible].

Prædicendi modi quinq;

*[illegible] ſit rerum in uniuerſo communio: & quomodo in rebus ſint latentium indicia quædam.*

[illegible] futurorum atque latentium iudicium ſit fallaciſſimum: etſi quando veri[illegible] ſæpius naturali, dæmonico, diuino quodam inſtinctu quàm arte [illegible] ſunt quędam indicia rerum, quibus admonitus natura ſagacior animus ſua [illegible] facultate, quod indicia leuiter admonent. Eſſe uero ſigna uiciſſim ad res [illegible] ab ipſa uide [illegible] naturę, ex qua una res alia euen[illegible] alteri, ſimiliter in mundo, ſimiliter & in [illegible] in rebus perfecte mixtis, quod elemētum eſt in quolibet, multo magis in a[illegible] ſermoe compoſitum eſt ex membris, ſicut ex elementis conſtatur & mixtum, [illegible]. Compoſitum enim quod natura melius eſt, nimirum eſt & [illegible]. Compoſitum uero nullum natura eſt perfecte connexum, niſi ſi [illegible] partes, ita uiciſſim in partibus ſit & totum. Nō eſt autem totum in partibus, [illegible] duntaxat partem partibus alijs inſicit immo ſi per cunctas omnino par[illegible] ſi in quaſuis partes ſint omnes. Accedit ad hæc, quod in genitali [illegible] ſimul totus eſt homo, & in quolibet membro ſit totus. Similiter in uirtute [illegible] ubicunque membrum aliquod cogitatur, ſimul & reliqua conſequuntur:

hactenus nulla eſt inter membra loci diſtinctio ſed rationis. Cum igitur [illegible]
feſtum ſub hac vnionis conditione tum ex anima tum ex ſemine pullulet, conſequen[illegible]
onem quodammodo ſimilem inde ſuſcipiat. Quamobrem etſi alibi caput eſſe videm[illegible]
ſum manus & pedes, communi tamen participatione quadam forte ſunt in omnibus [illegible]
Sic in cerebro aliquid eſt cordis & iecoris: ſic in corde iecoris nonnihil & capitis: ſic in [illegible]
ſit viciſſim: in vultu, manus & pedes: in manibus forſan, & vultus & pedes: in pedib[illegible]
tam vultusq; manusq;. In quolibet itaque membro ſicut aliquid naturaliter eſt, aliud [illegible]
ter indicia propria, aliorum quoque nonnunquam indicia latent. Tu ergo poſtquam [illegible]
mis & oculos præcipue fueris contemplatus, omnia paſſim circumſpice ſigna [illegible]
cubi vel relatet, vel propter impedimentum minime prodijt, forſan inuenies [illegible]
mili ratione mundanum ex anima quondam ſua, ex ſuo ſemine pullulauit, ea videlic[illegible]
one, vt in quolibet eius membro ſit totum. Sic in qualibet ſphæra ſuo quodam p[illegible]
ſunt omnes, ſtellæ in quauis ſtella ſunt cunctæ, in animantibus animantes, mixta [illegible]
omnia latent adeo, vt facile tum ex omnibus in omnia fiat influxus, tum ſemine in [illegible]
ter propria ſigna, indicia quædam ad reliqua lateant. Mitto quod in Saturno non [illegible]
tura quædam eſt Mercurij atque Lunæ, ſed etiam reliquorum. In Ioue non modo [illegible]
neris, ſed inſuper aliorum: in Sole Martis atque cunctorum. Mitto quod ſimiliter [illegible]
caput pulmones referuntur & ſtomachus, reliquaue deinceps: ad cor ſpiritus atque [illegible]
reliqua: ad iecur ſanguis & genitalia membra, & cætera conſequenter. Collige [illegible]
in corpore noſtro partes partibus obſecundant ad officium prorſus & forſan ad [illegible]
tum: ita totum mundum cuius pars eſt corpus humanum ſuis paſſim indicijs ad [illegible]
cere. Sicut enim in nobis omnia membra virtutem vnam ſequuntur genitalem [illegible]
cem, quæ in ipſis etiam conſeruatur: ſic omnia corpora vna cum eiuſmodi [illegible]
vniuerſi corpus ſimilemq; virtutem eius pariter comitantur: vt nihil fortaſſe [illegible]
uerſo ſigna nobis accommodata percipi poſſe. Sed ea quidem vt inde [illegible]
ora videntur, in nobis autem ad humanam accedunt proprietatem: inde enim ad [illegible]
dammodo pertinent, apud nos trahuntur ad hominem. Verum ſicut in cœlo de[illegible]
per eueniunt, obſtante nonnunquam vel diuerſa cauſa vel aduerſa materia: ita [illegible]
dita fraudantur euentu, cauſis videlicet alijs vel palam vel clam repugnantibus [illegible]
Quamuis enim cauſæ indicationesq; in nobis homini magis propriæ ſint, pleru[illegible]
incertiſſimæ ſunt: tum quia multiplices nimium iam euaſerunt, ac propria turba & [illegible]
ne confuſæ: tum quia noſtra materia non ſolum quam plurimis eſt ſubiecta, ſed [illegible]
dita ſæpius atque fallax: tum quoniam noſtrorum ſimilitudines imaginatio[illegible]
confundunt: tum denique, quoniam animæ virtus tam naturalis quam acquiſita, [illegible]
mutat. Sed quoniam ad animam peropportune peruenimus, notare in verbis Ploti[illegible]
non vna tantum anima omnia viuere. Siquidem ait: Si membra noſtra vires [illegible]
gula proprias habent, cum tamen non tota quædam ſint ſed partes, multo magis [illegible]
animalia quæ in mundo rationalia ſunt, quoniam & maiora ſunt, & non partes [illegible]
ſuper ſunt & tota. Vnde patet præter commune fatum his munera quædam [illegible]
tione fatali vel præter fatum propria conuenire. Confirmat denique, in vniuerſ[illegible]
tam congeriem peruagationemq;, ſed perpetuam rerum motionumq; ſeriem [illegible]
diuina quadam arte diſpoſitam, propterea quod ad certum finem ſingula dir[illegible]
cta conferant ad communem, & conſequens vbique ſucceſſionis ordo ſemper [illegible]
liter atque repetatur.

*Significationes ſtellarum ſunt propter mirabilem rerum in mundo connexionem.*

CAeterum ſi ſtellæ futura portendunt, quemadmodum [illegible]
ta futurorum ſigna obſeruare ſolemus: Quid nam hæc [illegible]
cit: & qua ratione ordo ſeruatur? Niſi enim certo quo[illegible]
ne procederent, ſingula ſignificari non poſſent. [illegible]
quàm literæ in cælo, quæ uel ſcribantur aſſidue, uel iam conſcriptæ [illegible]
explicentur, aliud quoddam opus efficientes, unde ſignifica[illegible]
pſis facta ſequatur: quemadmodum in uno uiuente ab uno princip[illegible]
lio membro aliud iudicare quis poteſt. Etenim mores quoque [illegible]
iicere, uel oculos uel aliam corporis partem rite conſiderans [illegible]
etiam deuitationesq; periculorum. Partes quidem hæc noſtri ſunt [illegible]

*Stellæ literæ ſunt in cælo.*

partes quoq; mundi nos ſumus, aliis igitur alia ſeruiunt. Plena uero omnia ſunt ſignorum: & ſapiens aliquis aliud argumentatur ex alio: multa quinetiam quotidie conſueta, nota ſunt omnibus. Quis nam igitur omnium eſt mutuus ordo? Sic enim conſentaneum eſt in auguriis ualere præſagium: imò & in cæteris animalibus, ex quibus ſingula præſagimus. Oportet igitur cuncta ſimul ordinata eſſe, deincepsq; pendere. Non ſolum enim in quolibet eorum quæ optime ſunt connexa, una conſpiratio uiget: uerumetiam multo magis & prius in uniuerſo: ubi neceſſe eſt ex uno principio, animal ipſum multiplex unum fieri, unum inquam ex omnibus conſtitutum. Et quemadmodum in unoquoque pars quælibet proprium habet opus: ſic & in uniuerſo ſingula opera ſingula ſortiuntur: multoq; magis propterea, quòd hæc non ſolum partes ſunt, ſed tota etiam ſunt atq; maiora. Progreditur igitur unumquodq; ab uno principio, munus proprium peragens: alia uero aliis ubique conducunt. Nihil enim uſquam ab ipſa totius forma ſeiungitur, aguntq; inuicem atque patiuntur: & accedit ad quodlibet aliquid, quo uel adiuuetur, uel offendatur. Procedunt autem non temere, neq; utcunq; contingit: etenim aliud quiddā ex his efficitur, aliudq; naturaliter deinceps aliudq; conſequitur.

*Quæ ſint principia rerū, & quomodo anima noſtra etiā habeat principij rationē: ſuper fatū, cedat fato: puniatur lege diuina. Item quomodo poßit mirabilia facere, & corpus etiā à fato quodāmodo liberare.* Ca. VIII.

TRia ſunt potiſſima mundi principia, bonum, & intellectus, & anima. Mūdus itaque ſub bono inſtitutus ad bonum, intellectuali animaliq; ad id prouidētia ducitur. Animæ rurſus omnes quæ per intelligentiam & rationem tum in ſeipſis efficiunt orbes, tum animę mundanæ orbes & imitantur & aſſequuntur, ipſæ quoque principij rationem habere putantur: præſertim quia velut collegæ ad ipſam diſpēſationem mundi recipiuntur: quàmuis officium ipſum, quod anima mūdi reuolutione vnica peragit: reliquæ rationales animę multis quoad poſſunt reuolutionibus impleant. Rationalis igitur anima non ſolum in mundi chorea ducitur, ſed & ducit. Exorditur enim opus proprium velut agens, quando ex ſeipſa tum ad intelligibile contemplandum, tum ad ſenſibile gubernandum, rite procedit. Rite inquam progreditur ad ſenſibile, quando ad hoc ita ſe gerit, vt huius gratia intelligibile minime prætermittat: hoc autem eſt rectà procedere. Si enim ad finem illum proprie tendit, quorſum prouidentia prorſus intendit. Per obliqua vero præuaricatur, quoties ſenſibile bonum intelligibili nimium anteponit. Videtur autem hic Plotinus more Platonis per nomen recti atque obliqui tangere vim rectitudinis in menſuris. Recta quidem columna grandia ſuſtinet pondera: non recta vero frangitur aut cadit. Radij perpendiculo recti dum videntur repercuti, non per diuerſa labuntur, ſed redeunt ad ſeipſos: & cum ex aere facili in difficultatem aquæ merguntur, non franguntur quidem, ſed rectà procedunt, neque à tenore detorquentur incepto. Obliqui vero, & in ſolidis à ſe diſcedunt, vbi reflecti coguntur: & in liquidis deſcendentes ex aere vel econuerſo, franguntur. Hęc tu ſingula ad animi rectitudinē vel obliquitatem rite admodum transferre potes. Ego iam redeo ad inceptum. Nempe interim prouidentiæ diuinæ iudicium animam deteriori ſe conformantem, in deterius iure transformat. Ad quem ſane in ordine gradum prouidentia, etſi non primo, tamen conſequenter intenderat, vt quiſquis ex primo digreditur, in ſecundum iure progrediatur. Et anima quæ libera quodammodo fuerat hactenus, deinceps quaſi ſerua infelixq; ſequatur illa quæ ardentius adamauit, quoad ab amoris ardore ſe ſoluat. Iudicium vero diuinum nuſquàm vel abeſt, vel effugitur vnquàm. Eiuſdem nanque præpotentis prouidentiæ lege, qua ſua cuique naturalibus vbique rebus accommodantûr, animabus quoque conſentanea, & ſua quibuſque redduntur. Huic autem prouidentiæ legi ad tria potiſſimū ſtellæ ſeruire videntur. Primo quidem vniuerſum hoc ita fermè pulchrum efficiunt, ſicut ſtellis diuina mens idealibus pulchrum prius excogitâuit. Secundo, ad effectus conferunt naturales, quos ſtellarum radijs manifeſte foueri videmus. Tertio, dæmonibus hominibusq; dæmonicis ſigna futurorum latentiumq; indicia præſtant: quæ ſi dicantur portendere cuncta quæ in mundo ſenſibili oriuntur; cuncta intellige notione communi; cuncta pręcipue quæ ſic ſenſibili ratione procedunt.

tionis legibus ſubiugauerit, primum quidem ſeipſum à perturbationibus fatoque [illegible] aliud quidē ſe, aliud animal eſſe cognoſcit, ideoque fati ad aliud pertinere. [illegible] ſibi naturaliter commendatum ab atrociſſimis [illegible] vel [illegible] dit. Vbi vero Plotinus ait, è geminis hominum animabus ſuperiorem quidem mitti ab [illegible] lectu diuino, inferiorem vero à dijs qui perferunt infundi: intellige hic deos eſſe [illegible] terum ſtellarumque cum anima mundi conſentientes: omnes enim moueri [illegible] li quodam motu, ſiue formali ferātur. Sed quo nam pacto ex [illegible] [illegible] dundat in corpus? Num ſicut ex pluribus concinentibus concentus vnus ſub [illegible] at. Rurſumque ſicut è lampadibus multis communis quidam fit ſplendor in aula [illegible] no. Hic enim & concentus & ſplendor coitu quodam vnum potius eſt quam [illegible] vero quæcunque ſit, ſimpliciter ſubſtantia eſt, formaque animalis [illegible] orem animam comparata, quaſi accidēs iudicatur. Quo igitur pacto? Forte [illegible] ex pluribus intra nos vocalibus inſtrumentis ab imaginatione vna vox vna [illegible] catione diſtincta: rurſumque ſicut ex vno Sole lumen vnum per vitra varijs infecta [illegible] penetrans, nō in multa lumina ſubinde deſinit, ſed in vnum quidem [illegible] variorum [illegible] tute formatum: ita fermé vna quædam vitæ forma virtute multiplex reſultat [illegible] na videlicet ex vna mundi vita, virtute quoque multiplex ex multarum præter [illegible] rum ad ſpirandam vitam communione. Character vero animali maxime proprius [illegible] in ſpiritu ab anima generantis imprimitur: cuius quidem proprietate vel [illegible] culum ad familiarem redigitur animam vel corpus ſaltem tali quadam potiſſimum [illegible] fit animabile. Vitam quidem infundi nobis poſſe ab anima animabusque communibus [illegible] animæ propriæ beneficio conijcere forſan poſſet aliquis ex animantibus quæ [illegible] ſcuntur, & quę ex ouis abſque animalis ſui fomento. Contra vero oportere [illegible] videlicet ſuperiorem vnà cum ſuperioribus ad ſpirandam animam conſpirare, ratio [illegible] videtur: tum quia humanum animal eſt perfectiſſimum paretque rationi, tum quia [illegible] mum naturæ communes per proprias definiuntur naturas ad effectus in natura [illegible] ſoluendos, ſic ad propriam vitam, ſi modo perfecta pro viribus diſtinctaque [illegible] communes animas, officio propriæ quidem, quatenus ſuperioris animæ opus [illegible] go dicere quis forte poterit, alicubi præter communem influxum, accedere [illegible] cubi vero nequaquam. Et ibi quidem humanum animal eſſe perfectius & [illegible] temperans, hic vero minus: vbi videlicet rationalis animæ corpus aliunde [illegible] Mitto quod ſi forte ad corpus ita viuens rationalis anima non accedat, bruti [illegible] minis figura naſcetur, eritque anima monſtrum, ſicut quandoque corpore [illegible] Quod ergo Plotinus alibi ſecundam inquit vitam à prima noſtraque manare, [illegible] tes vt diximus intelligere. Memento vero quæ Plotinus de geminis diſſerit anim[illegible] mari ab Iamblicho ex mente Mercurij. Vbi addit, ſuperiorem in nobis anima[illegible] ſummo intelligibili fiat, habere in mundana vim opificiam, ac vim qua mundum [illegible] atur, & à fato ſe ſoluat & ſua præſertim dijs adiutam. Atque hanc ſolutionem [illegible] lem ordinem videtur tranſgredi, eatenus in ordine prouidentiæ contineri. [illegible] tinus animam alteram diſtinguit ab altera, inquit: quæcunque ſunt inferioris anim[illegible] ria, eſſe corporea: quoniam omnes huius affectiones & motiones incitantur [illegible] poris ſeruiunt, motiones corporis comitantur, atque viciſſim efficiunt. Vero [illegible] quæ extrinſecus extat, eſſe ſeipſam [illegible]. Hoc tu [illegible] gicimo ſenſu Ariſtotelicum illud interpretari, Intellectus venit forinſecus [illegible] ſuperior anima: non intellectus [illegible] Auerrois, [illegible] ſed [illegible] alia anima. Forinſecus [illegible] ſpiritu vel calore, non à [illegible] dis, ſed à mente diuina, quæ [illegible] tur. Hinc efficitur, vt [illegible] anima [illegible] cogitatione tum etiam volunta[illegible] ſuper corpus & naturam & corpoream [illegible] pro arbitrio petere, [illegible] tam, fatum, quotiens [illegible] Quatenus enim [illegible] [illegible] æternis coniuncta, [illegible] temporarijs [illegible] vero fit cum cogitatione, tum maxime [illegible] tam illa conſideranda [illegible]. Et [illegible] manet [illegible] tuam [illegible] Ex eodem [illegible] corporum [illegible] cura [illegible] temporalia [illegible] ardentes & amando pro viribus [illegible] cum rurſum [illegible] ſtupenda in corpore [illegible] tum [illegible] animæ [illegible]

neque tam [illegible] frangit ſeriem, quàm ſibi vendicat. Nam & hoc quoque in prouidentiæ legibus, vnde [illegible] factum, inuenias deſignatum. Ergo ſi artificioſæ intelligentię beneficio per [illegible] ſcilicet imaginum atque medicinæ animus in fatali cohorte nonnunquam velut collega aſcriptus recipitur, multo magis id vel diuinioris intelligentiæ vel potiſſimum voluntatis ardore conſequi poteſt. Voluntaris enim actus efficacior eſt quàm cognitio atque liberior, & acti [illegible] principium, mediumque & finis. Ideo mera quidem cogitatione fit nihil, mero autem affectu vel occulto & naturali plurima fiunt. Eſt autem appetitio naturalis quæ voluntatem vtcunque poteſt æmulari videtur, aſſidua & imaginatione prior & naturalior, ſubſtantiæque propinquior. Efficaciam vero artis in fato in ſuperioribus quidem tetigimus, ſed alibi demonſtrabimus. Verum vt ad ſuperiora iam redeam, Animus quidẽ in quo animal ratione formatur, ratio vero mẽte, mens denique deo viuit in prouidentia ſuper fatũ. In quo vero viciſſim forma [illegible] ſub prouidentiæ iudicio viuit in fato, neque vt agens, ſed velut patiens in fatalium [illegible] computatur. Siquid ergo huic portendatur ex ſtellis nimirũ ex eiſdem effici poteſt ſimpliciter vt portenditur, nihil ad hęc animo reſiſtente: ac ſi mala fiant, nõ ex alto mala mittuntur, [illegible] infimo mala reſultant. Ait vero Plotinus, animam in nobis inferiorem, eſſe partem quodammodo vniuerſi: quoniam & ab vniuerſa depẽdet anima, & communem ſequitur [illegible]: fermè ſicut & noſtrum corpus membrum eſt quodãmodo corporis vniuerſi. Animal itaque noſtrum mundano connectitur animali, & inde conficitur. Veruntamẽ ſuperior in nobis anima plurimum vnà cum mundana cæteriſque mundanis ad inferiorem in nobis [illegible] cõcurrit efficiendam, quæ quidem neque fit à matris anima: Sicut enim maternum [illegible] naſcituri corpus nequit efficere, ita nec materna ſimiliter anima poteſt animam procreare. Neque rurſum anima naſcituri vel fit ab anima patris tunc procul abſentis: vel ab ipſa ſeminis virtute procedit, quæ & inferior eſt, & accidens. Reliquũ eſt igitur, vt à mundi anima procreetur, concurrentibus videlicet cæleſtibus animabus: concurrente & plurimum [illegible] naſcituri hominis anima, ſiquidem fœtui viuificando iam adſit. Sicubi vero Plotinus [illegible] animã rationalem ad ipſum animalis eſſe non conferre vel minimum, non efficientis quidem, ſed formæ modum negat. Quàmuis enim erga animal ſit in cauſa vitæ, non tamen eſt propria forma corporis: etſi forma quandoque dicitur animalis ad bene eſſe conferens animali. Qualis præterea in nobis ex animabus geminis & corpore conſpiratio eſt, talem in ipſo mundo, in ſphæris, in ſtellis eſſe iudicat. Vbique enim intellectualis anima regit [illegible] propinquiorem corpori vitam ex anima profluentem. Nam quãtum intellectualis eſt [illegible] & ſuperiora petens, nimium diſtat à corpore: corpori vero per aliquid appropinquat, quod in ipſa vel ex ipſa iam ab intellectu degenerat. Ex ipſa dico: quoniam ſi natura elementalis velut ignis ſubiecto propinquans, non ſolum ſubſtãtiam illi ſuam admouet, ſed [illegible] ſibi ſimilem inſerit qualitatem: multo magis anima tanquam natura potentior, vitalis ſubſtantiæ ſuæ præſentia vitalem quandam infundit corpori facultatẽ. Sint ergo in mundo, in ſphæris, in ſtellis animæ paſſim geminæ: Primæ, angelorum vbique bonorum locum tenentes [illegible] ſequentes vero, angelorum qui ceciderunt in corpora, dæmonumque vicẽ [illegible]. Angeli omnes eiuſmodi primum, id eſt animæ mundanæ angelum comitantur deo ſemper hærentem. Dæmones ſimiliter omnes eiuſmodi, primum, id eſt mundanæ [illegible] dæmonem à deo longius diſcedentem, corporique penitus incumbentẽ vbique ſectantur. [illegible] ad incorporea, dæmones ad corporea vergunt plurimum, animaſque [illegible] angeli à fato ſoluunt animas, dæmones autem eas fato deuinciũt. In dæmonibus [illegible] propinquum corpori mundi huius imperium. Vnde fit, vt ſi hinc ad angelos cõ[illegible] hic iure dicatur poſitus in maligno. Hinc & facile Manichæorum eſt error [illegible] ſicut intellectum noſtrum aſſerit diuinis ſemper incumbere, quàmuis ratio interim [illegible] humanis: ita rationem totamque ſuperiorem in cæleſtibus animam affirmat di[illegible] contemplatione perpetua perfrui, dum inferiores cæleſtium animę corpora regũt, [illegible] & corpora. In his ergo affectus eſſe dæmonicos arbitratur. Affectus quidem di[illegible] in [illegible], humani ſunt in noſtris, ac ſæpe ferini. At vero illic dæmonici quales ſunt? [illegible] ſapientem aſſidue diuinis contemplationibus occupatum, ſed in eo interim in vegetali natura vigere affectum ad corporis alimoniam: ſubrepere nonnunquam pruritum famis in ſto[illegible] generandi libidinem titillare: ſed ſapientis animi rationem ſeparatis inte[illegible], affectus eiuſmodi nequaquam animaduertere: imaginationem quoque vix ſtupide [illegible] ſentire: fermè ſicut in eo ſolet accidere, apud quem in ſomno hæc fere abſque inſomniis [illegible]. Tales itaque ſint affectus ad hęc in cęlo dęmonici. Nihil ergo ex prioribus animabus mali prouenit aut vilis, ex ſequentibus autem non mala quidem reuera, ſed vilia quædam [illegible] bona ſequuntur. Quatenus ex illis tum in corporibus [illegible] interdum ordinata [illegible] cum in animabus natura corpori mancipatis, incitamenta frequenter ſub-

ter ſub-

ter ſuboriuntur, per quę etſi animæ non iniquæ neceſſario fiant, licẽtius tamen [illegible] citamentis indulgeant, aut ſaltem corpus & propẽſius foueãt, & accuratius quotidie [illegible] Ait autem ſuperiores ſtellarum animas nõ eſſe huius vniuerſi partes. Cum enim ad intel[illegible] alem mundum omnino conuerſæ ſint, illius potius dici partes poſſe videntur. Inferiores [illegible] ro ſtellarum animas vniuerſi huius partes appellat, quoniam mancipatę ſunt mundi [illegible] ribus: quæ cum ex eadem inter ſe materia ſint, & ſub eadem communi totius forma, v[illegible] partes eſſe putantur. In hac ergo communi mũdi materia ſimul & forma animæ omnes [illegible] modi in vnum opus tum inter ſe tum cum anima mundi vbique conſpirant, communem [illegible] ter ſe ſenſu quãuis occulto, & latenti quadam compaſſione communicant: tum vero qu[illegible] cunque ab ijs opera fiunt, ſigillatim mundi partes exiſtunt, vel ad partes attinent atque [illegible] Nihil vero ab ijs alicubi prouenit à naturali mundi huius conditione ſecretum. Faciunt [illegible] tem quicquid agunt, fermè ſic animali natura, ſicut natura elementali elementa, & veg[illegible] plantæ animaliaq́; nulla prorſus electione. Cum enim aliud electio ſit quàm vita, ſi [illegible] ſterior: ſi inferiorum vita per ſe ſine electionis officio ſua peragit, multo magis vita ſupe[illegible] rum per ſe ſua prorſus abſoluit. Siqua vero illic intellectualis & rationalis electio eſt, mi[illegible] niſterium quidem hoc, ſed officium ſuperius eligit: atqui & ante electionem illam ſor[illegible] quid intus ex vita priori abſque electione procedit. Omnino vero abſque vlla neceſſitate [illegible] ſilij etiamſi quædam opus imaginatio committur, & ab anima illic prima, ſecunda proc[illegible] & à ſecunda ſimiliter virtus ſingularis in corpore, & à corpore lumen, & in lumine vi[illegible] feriora generans atque gubernans. Multis itaque gradibus à mundo intelligibili diſtant[illegible] hoc in mundo quotidie generantur & accidunt, vt mirum videri non debeat, noſtra hęc [illegible] ad ſummum ordinatiſſima, non feliciſſima prouenire. Talia nanque ſuccederent, ſi ab [illegible] ctu diuino, aut ſaltem ab intellectualibus animabus proxime fierent. Nunc vero ex co[illegible] bus irrationali viuentibus anima perq́; vires à corporibus emanantes agũtur. Siquid [illegible] occurrit in mundo quod moleſtum ſit, quod laborioſum, quod non probes, memento [illegible] à fœmina nobis accidere, ideſt ab anima corpori mancipata, à materia corporis, à con[illegible] tatę rurſus elementalium qualitatum.

*Anima quæ in nobis dependet è cælo, ſubeſt fato: quæ vero datur nobis à deo, libera eſt à fato, [illegible] nos liberare poteſt.* CAP. [illegible]

*Neceſſitas Parcarum mater.*

IN præſentia uero operæpretium eſt in memoriam reuocare [illegible] ſum illum quem apud antiquos Parcę contorquent, per que[illegible] Plato ſignificat quod in mundi circuitu erraticum dicitur, [illegible] non erraticum. Hunc apud eum Parcę ac Neceſſitas [illegible] mater torquent, & in cuiuſq; generatione conuoluunt: atque per [illegible] cuitum reuolutionemq́; in generationem prodeunt quæcunq; gignuntur. In Timæo quoq; artifex mundi deus, tradit animæ ipſius principium [illegible] ro qui perferuntur, graues neceſſariaſq; adhibent paſſiones, iras, libidines, uoluptates, dolores, aliamq́; animæ ſpeciem, ex qua perturbationes [illegible] di oriuntur. Hæc utiq; Platonis uerba ſtellis nos deuincire uidentur, anima[illegible] uidelicet ab illis accipientes: item nos huc labentes, neceſſitati ſubijcere, [illegible] eiſdem quoque mores habere dicit, atque ſecundum mores etiam actiones [illegible] paſſiones à paſſiuo quodam habitu procedentes. Quare perquirendum [illegible] quid nam nos præterea ſimus. Forte uero reliquum eſt, quod ipſi reuera [illegible] mus: quibus & natura dedit ut paſſionibus dominari poſſemus. Etenim [illegible] ter id quod ob ipſam naturam corporis his malis circumuenti ſumus, [illegible] uirtutem largitus eſt à ſeruitute penitus liberam: Non enim uirtute [illegible] opus eſt in tuto quodam ſtatu poſitis, ſed quando abſente uirtute [illegible] in malis imminet. Quamobrem fugere hinc oportet, noſq; ipſos ab his [illegible] in generatiõe adiuncta nobis ſunt, ſegregare. Dandaq; opera eſt, ne id [illegible] forte ſimus quod compoſitum eſt, corpus uidelicet animatum, in quo [illegible]

bet motionem exiſtere poteſt. Nō igitur poſitio ſiderum animam impellit ad corpus, ſed primum quidem ad hoc adducit naturalis quædam ad hoc animæ cura: deinde affectio quædā ex antecedētibus actionibus acquiſita: poſtremo, rationis electio cum natura tandem & affectione conſentiens. Natura quidem & affectio tunc potiſſimum vergit ad corpus, cum opportunius conſonat vniuerſæ naturæ, neque tamen vi cogitur conſonare, ſicut & ſaltantes in tripudio cum cantu conſonant atque ſono: neque tamen neceſſitate ſunt, ſed voluntate concordes: talem vero potius aut talem vitæ formam accipere, in ipſa animę electione conſiſtit. Sed vtcunque id fiat, paſſio vel affectus ingens quo anima inclinatur ad corpus, non à ſideribus irritatur, ſed exorditur ab anima. Quo vero tempore nouum corpus ingreditur, ex pręſente ſiderum poſitura fortunam hanc aut illam ſortiri putatur, electæ iam vitę vtcunque poteſt aliter & aliter accidentem. Tunc ergo pręſens ſiderum harmonia in nobis efficit aliquid, ſuo videlicet miniſterio conferens ad eam vitæ ſortem implendam, quæ maxime congruit vniuerſo. Quælibet enim indies configuratio cæli pars eſt harmoniæ totius, & vt pars obſecundat vniuerſi naturæ, cum qua ſimul cōgruit vnaquæque natura, & corporea ſimul & animalis. Quamobrem ab ipſa mundi natura ſimul cum propria vniuſcuiuſque natura res ſingulæ peraguntur. A motu vero & figura cæleſtium aliter & aliter quodammodo diſponuntur, atque ex quadam ad naturam concordia portenduntur. Quoniam vero ad quemuis effectū naturæ proprię vnà cum vniuerſa natura concurrunt, iccirco de euentus proprietate obſcure admodum per indicia iudicatur.

*Stellæ non faciunt niſi corporea: anima uero per ſe uenit in fatum atq; fortunam.* Ca. X.

QVod ſi res ita ſe habet, nunc quoq; concedenda ſignificatio eſt. Effectiones autem neq; omnino neq; totis ipſorum concedendæ uidentur: ſed & quatenus totius paſſiōes ſunt, & quatenus reliquum eſt ipſorum. Admittendum rurſus, animam etiam antequàm in generatiōem perueniat, labi ferentē aliquid ex ſeipſa: neq; enim deueniret in corpus, niſi paſſiuū aliquid, & id quidem ingēs, haberet. Admittendū fortunas ingredienti corpus accidere, hoc ipſum uidelicet, quòd ſecundū uniuerſi curſum ingredit. Admittendū poſtremo, mūdi curſum ſic efficere, ut cōducat ſimul in opere, & impleat ex ſeipſo, quæ ab uniuerſo ſunt peragēda: quippe cū quæ in ipſo uniuerſi ſunt curſu, partium ordinem ſortiantur.

*Quæ hic mala contingunt, non mittuntur è cælo mala.* Cap. XI.

CAput vndecimum dignitatem cæli tuetur in omnibus quæ inde fieri vel ſignificari dicuntur, ex eo, quòd quæ hic inde fiunt, nec talia ibi ſunt, nec talia in ſe veniunt, qualia hic ſubinde reſultant. Ignem hunc noſtrum dices ab igne cęleſti quodammodo procreari: hic tamen ab illo adeo diuerſus eſt, vt nihil perſeuerantius illo, nihil viciſſim hoc inſtabilius, qui vix momentū ſine alieno pabulo permanet: nihil ſalubrius illo, nihil peſtilentius iſto, qui omnia rapaciſſime deuorat. Mitto quòd ille ferè totus eſt lumen, hic ferè totus eſt fumus. Profecto quantum ad ignis appellatiōem pertinet, poteris forſitan intelligere quicquid ex igne cęleſti datur, eſſe in ſe aliquid igneum, ſed apud nos degenerans exile reſultare. Potes & aliter Plotini verba contexere, vt ignea intra nos natura degenerans à cęleſti ſimul cum hac noſtra affectione ad diligendum, etiam à cęleſti beneuolentiæ ratione longe deficiente, citet ſæpe libidinem minus honeſtam, & hoc quantum ad naturam ſpectat concupiſcendi. Mox adducit exemplum ad naturam iracundiæ pertinens, deinde ad rationem in actione poſitā, denique ad rationem quodammodo contemplantem, vt oſtendat vbiq; aliter in nobis accipi, quod à cælo aliter eſt tributum. Sic Venus neceſſariam vel ſuppeditans vel augens charitatē, ſæpius incuſatur quaſi libidinoſos effecerit, cum tamen per eam oblata charitas in libidinem apud nos euadat laſciuiorem. Sic Mars quòd vel indomitus ferociores effecerit, vel manſuefactus timidiores: ita Sol & Iupiter, quòd ambitioſos & vanos: ita Mercurius, quòd aſtutos nimium atque ſeductores: ita Saturnus, quòd ſegregatiores atque tardiores: cum tamen & Mars magnanimitatem, & Iupiter atque Sol ſtudium honeſtatis, Mercurius induſtriam, Saturnus contemplationem & grauitatem præſtare voluerint: nos autem hæc vel natura vel conſuetudine deprauata contaminauerimus. Inter hæc autem animi dotes non à motibus vel corporibus planetarum, ſed ab eorum animis vel dari vel augeri vel foueri memēto: mala vero neque ab animis neq; à corporibus cæleſtiū nobis inferri: nefas enim dictu eſt, ſtellas vllas reguli ſerpētis more, nobis aſpectu nocere. Pium vero credere, ſtellas naturaliter

omnes

[illegible] ſtruthij more radiorū intuitu cuncta fouere, perinde atque in animali ipſa totius mēbro[illegible] principalium vita membra omnia fouet & adiutat. Sic Solis lumen ſuapte natura confert ad vitam atque ſenſum, quis interdum ob ſubiecti debilitatem humoris've defe[illegible]icatur obeſſe. Sicut & calor iecoris ſtomachum naturaliter adiuuat: ſed eum in quo vel [illegible] ſit humoris, vel liquidi nutrimenti quàmminimū, nonnunquàm forte debilitat. Videtur itaque falſò vel Mars furorem, vel contrà ſtuporem ſiue pauorem adduxiſſe Saturnus. Deme [illegible] bilis exceſſum, tolle copiam atræ bilis, neque Martis aſpectus, neque Saturni [illegible] faciet aut ſtupidum atque pauidum. Ea rurſus in Martem atque Saturnum calu[illegible] quòd infortunatos faciāt, contingit ex eo, quòd Saturnij cum vel contemplatores ſint, [illegible] negligant: vel ad expeditionem ſint tardiores, præſertim ſi in frigidiore materia illi[illegible] acceperint: quo fit, vt opportune nihil aggrediantur. Martij contrà, ſi in calidio[illegible] materia ſuſceperint Martis inſtinctum, præcipiti omnia motu perturbant. Forte etiam Sa[illegible] dæmones tanquàm contemplatores, ſi eis commēdati ſimus, noſtra negligentius agūt: [illegible] vero dæmones ſuorum animos importunius vrgent. Proinde quantum natura differt inferior à ſuperiori natura, tantum diſcrepat ſuſcipiendi conditio. Sic ergo virtutem Saturni [illegible]tem atque ſiſtentem materia ſæpe inferior quādo calore deſeritur, conditione qua[illegible]cipit compacta nimium gelu've concreta. Sic vim Martis motricem, ſubiectū aliquāto [illegible] per inflammationis concitationisq́ ſuſcipit impetum. Quid plura? Quis non intelligat & [illegible]dum cæli calorem euadere apud nos edacem, & humorem cælitus almum apud nos [illegible] ſuffocantem ac protinus diluentem? Vt ergo ſummatim dicam: Sicut ſe habet cælū nobis conſpicuum ad intellectuale cælum, ſic tractabilis hæc noſtra regio ad viſibile cælum. [illegible] rerum in cælo intelligibili à materia, dimenſione, motu ſunt liberę: in cęlo autem vi[illegible] tria hęc neceſſario ſubeunt. Sed ibi materia quidē eſt procul à paſſione: dimenſio quo[illegible] diuiſione: motus ſimiliter ſeorſum à tranſgreſſione ordinis & tranſmutatione ſub[illegible] regione denique noſtra res tria hæc naturaliter patiuntur. Ergo quod in primo cęlo eſt [illegible] participatione vndique bonum, in cęlo ſecundo fit minus bonum, in noſtra regione [illegible] malum. Nemo igitur malum cęleſtibus imputet. Sicut enim quòd loquaris, quòd [illegible] habes ab anima & virtute motrice: quòd autem inepte loquaris & eas, à vitio linguę vel pedis. Sic quicquid ex anima corporeq́ cęleſti ad te demittitur, ordine recto procedit, ſed in te ſæpe claudicare compellitur. Id vero totum vnà cum Plotino & Iamblicho ita concludi[illegible] quinque de cauſis munera cęlitus attributa degenerāt. Prima quia quod prodit ex cauſa [illegible] ſuperiore, eo ipſo quòd exit, etiam deficit inde. Secunda, quoniam dum id accipitur in viliore materia pro vilitate materię capitur. Tertia, cum accipientis natura longe diuerſa ſit, iure quod accipit non deterius tantum reddit, ſed nimium ratione diuerſum. Quarta, [illegible] preter cęleſte munus varia inſuper capiat aliunde, cum inter ſe repugnantia, tum à cęlo diuerſa, merito non ſolum inficit cęleſte donum, ſed valde confundit, redditq́ ſe [illegible] paſſionibus frequenter obnoxium. Quinta, quoniam ex omnibus inter ſe confuſis reſul[illegible] aliquid priori origini diſſimillimum, omnino vero inferioris naturę debilitas ob[illegible] ſæpe bonum cęleſte non ſuſtinet, & competenti ad illud proportione carens [illegible] ſub eo etiam quod ſalubriter agit.

*Munera cælitus tributa quinque de cauſis degenerant.*

*[illegible] contingunt mala, non mittuntur è cælo mala.* CAP. XI.

NEque uero latere nos debet, quod à cæleſtibus prouenit, non tale prorſus euadere in his quę ſuſcipiunt, quale à ſuperis proficiſcitur. Velut ſi ignis in nobis à cæleſti longe degenerans, & affectio propenſa ad diligendum apud nos debilior facta, amorem [illegible] non honeſtum. Sic animoſitas ubi forte præter modum accidit ad [illegible] neceſſarium, excandeſcentiam & furorem procreat uel ſegnitiem. Sic honoris ueri honeſtatisq; ſtudium appetitum eorum affert quæ pulchra & honeſta uidentur. Sic mentis defluxus gignit aſtutiam: aſtutia enim mentem æmulatur, quod uult, aſſequi non potētem. Hæc itaq; ſingula cum apud ſuperos mala non ſint, apud nos mala cōtingunt. Quæ enim inde proueniunt, neq; eadem ſunt atq; illa, neq; etiam permanent qualia prouenerūt, corporibus uidelicet mixta materiæq; & inuicem.

*Quæ hic generantur, naturam propriam magis habent ex cauſis proprijs quàm ex cæleſtibus.* Cap. XII.

DVodecimum caput oſtendit varios è cælo venientes influxus in vnum apud nos confluere, q̃uis aliter alibi: & ex eo cõfluxu quicquid ſub illo gignitur, aliquid reportare. Profecto quod naſcitur, ex communi quidem cæli fauore cõmuniter adiuuatur ad ortum. Vt autem oriatur homo vel equus, nec ex communi influxu nanciſcitur, qui omnibus æque fauet: neque ex hoc aut illo ſortitur influxu: ſub quolibet enim homines pariter naſcũtur & equi. Homo igitur prouenit, quia ex homine naſcitur: & equus, quoniã fit ex equo. Vt autem homo ſit talis, ceu ſanguineus vel cholericus magis minus've, pulcher, procerus vel breuis, & reliqua, partim quidem habere videtur è cælo, ex parentibus certe quàmplurimũ. Quod Ptolemęus confitetur effectu cõpulſus. Vnde prohibet, ex ſolo cæleſtiũ intuitu iudicare de nato: iubet autem parentum eius & nutrimenti & loci naturam & conſuetudinem diligenter conſiderare. Mitto in pręſentia quantum varietatis imaginatio generantium filijs afferat. Certe ad ipſam ſubſtãtię naturaliſq; qualitatis proprietatem natura tum ſpeciei tum indiuidui generantis multo plus valet, quàm cæleſtis influxus, quod manifeſta in omnibus experientia docet, ex ipſa pręſertim ſimilitudine, qua naſcens generantis ſpeciem refert ſimul atque perſonam. Communes itaque cæleſteſq; cauſæ plurimam circa communiſſimas conditiones autoritatem habent: propinquę vero propriæq; cauſæ circa proprias plus admodũ proculdubio poſſunt, præſertim quoniam quæ à ſuperioribus cauſis afferuntur pro natura ſubiecti lociq; & pro determinatione cauſarum propinquiorum accipiãtur, & in formam aliam tranſmutentur. Hinc Ptolemæus ait, teſte etiam Ariſtotele, cæleſtes effectus ob materiam naturamq; inferiorum poſſe mutari, neque ineuitabiliter euenire. Homo igitur velut à cauſa fit ex ſeminaria hominis ratiõe, quę quidem eſt in anima naturaq; propria, regiturq; ſub ideali hominis ratione, quæ in natura animaq; communi vigens regitur tandem ab ipſa diuinæ mentis idea. Dum vero ex ipſa virtute ſeminis concipitur homo, interea poteſt vel è cælo vel ex propinqua ſiue circunſtanti materia vel impedimentum aliquod afferri vel adiumẽtum, quo naſciturus aut deteriorem inde aut abſolutiorem accipiat qualitatem. Prodit tamẽ plurimum ſimilis generanti, ſpecie ſemper & perſona frequenter. Cum vero impedimentum vel ex cælo vel ex materia contingere poſſit, maius admodum eſt quod accidit ex materia: nam manca quædam ſæpe producit. Maximum vero quod imaginatione cõtingit: hæc enim monſtra proferre ſolet. Si ergo maius impedimentum ex materia, & loco, & cauſis prope nos circunſtantibus aduenit, nimirum & hinc potiſſimum prouenit adiumẽtum. Et omnino nullus cæleſtis influxus, ſed ratio ſeminalis autoritatem poſſidet generandi. Nam & vbi ſponte ſub ſole pariter & humore animantes exoriri videntur neceſſario ex ſeminali virtute, quam vita mundi poſſidet, oriuntur: quod in Theologia latius declaramus.

*Res generantur præcipue à ſeminalibus naturæ rationibus, cæleſtis influxus materiam diſponit.*

CAPVT. XII.

PRæterea quæ inde ueniunt, in unum congrediuntur: atque ex hac commixtione quodlibet genitum contrahit aliquid. Vnde & quod eſt, exiſtit, & tale quiddam euadit. Non enim equum facit cæleſtis influxus, ſed dat equo nonnihil: nam & equus ex equo, & homo ex homine generatur, Sol autem ad hanc formationem ut adiutor accedit. Homo uero fit ex ſeminaria hominis ratione, ita tamen ut quod externum eſt, uel impediat uel conducat. Prouenit enim ſimiliter filius parenti congruens, ſed & ſępe in melius, & nonnunquàm accidit in deterius, nunquàm tamen abducitur ab ipſo ſubiecto. Nonnunquàm materia præualet potius quàm natura, adeo ut effectus non proueniat abſolutus, quando uidelicet à materia ſpecies ſuperatur.

*Ex uita mundi communi eiuſq; rationibus ſeminalibus ſimul & à rationibus cuiuſq; proprijs omnia generantur. Item præter actionem animæ mundi communem ſunt in pleriſq; propriæ actiones: influxus uero cæleſtiũ motionum quaſi extrinſecus uidentur accedere.* Cap. XIII.

QVoniam ad rerum cauſas tum communes tum proprias iam deſcenderat, iccirco in tertiodecimo libri capite principia rerũ rite proſequitur. Sicut igitur in omni viuente, ſic in mundo tanq̃ animali q̃ maximo à ſeminali ratiõe, quæ eſt in vegetali virtute aiæ, naturaliq; ſpiritu & vitali format totũ corpus ſub forma totius: formãtur & mẽbra proprijs

membro-

poteſtatem, vt nullam vel ingẽtem mundi partem & motionẽ poſſe penitus eaſ ex [illegible] penitus deturbare, quo minus ex ſpecialibus rationibus certę rerũ ſpecies propriet[illegible] prouenīant, quemadmodum & totius naturæ animalis ordo præſcribit, & natura qu[illegible] illius pediſſequa rite proſequitur. Quid ergo ſtellæ? quid earum quotidianus [illegible] Certe nec faciet ſpecies, neque mutabit, neque earum euentus detorquebit à ſpecie [illegible] litatibus forte quibuſdam in deterius melius'ue afficiet, ſiue ſecundum corpus, ſiue ſecu[illegible] animam corpori prorſus immerſam, ſiue ſecundum actiones quaſdam, quibus exp[illegible] perior anima indiget inſtrumentis. id vero totum cæleſtis influxus ex accidenti quod[illegible] citur agere. Quia tum ex opportunitate quam nanciſcitur ex inferiorum concur[illegible] tum non agit proprio tenore deformia, tum non mouet animam, niſi forſan moto per [illegible] corpore anima vel per accidens moueatur, vel motioni conſentiat. *Siquis autem prop[illegible]* monſtroſos interdum fœtus dubitet vel rationes ſeminarias, vel ſpecies permutari, [illegible] uertat ſemper in eis partem præcipuam & radicem ſpeciei proprię conſeruari, quoniam [illegible] adiunctum ſit aliquid vel ademptum. Adiunctum inquam vel ademptum, non tam [illegible] cæleſti, quàm vel materię locię imaginationis'ue vitio, vel concurſu quodam fort[illegible] ſorum. Conſeruatur autem principale ſemper, aut certe quàm plurimum, quia princ[illegible] tinuumq; illic agens eſt ratio ſeminalis: qua quidem ſublata res caſu potius quàm [illegible] tingerent. Quam eſſe neceſſariam etiam in his quæ ſponte naſci videntur in Theologia [illegible] bamus. Cum enim hæc ſic artificioſe formentur, ſic vita ſenſuq; donentur, ſicut illa quæ pro[illegible] gatione gignuntur, certe hæc ſicut & illa à viua occulti ſeminis ratione formantur. Quæ [illegible] bique in vita mundi regnans, materiam paſſim opportune paratam & artificioſiſſime [illegible] & citiſſime format, vtpote quæ poteſtatem habet excellentiſſimam atque diuinam, per qu[illegible] ex viliſſimis agit momento pulcherrima, dũ & agẽtia inter ſe diuerſa ad vnum dirigit [illegible] & generales influxus ad ſpeciales & proprios pro affectione materiæ diſtinguit effectus.

*De communi mundi uita & actione. Item quæ uiuunt propria uita, actiones proprias habent.*

CAPVT XIII.

OPortet deinceps quando alia quidem à motu mundano fiunt, alia uero nequaquam, diſtinguere iam & diiudicare atque explicare, unde omnino re uera ſint quælibet. Principium igitur eſt [illegible] eiuſmodi. Anima totum id ratione gubernat, quemadmodum in quolibet animali ipſum uitæ principium, à quo ſingula uiuentis membra formantur, & ad totum cuius partes ſunt, ordinantur: in toto quidem [illegible] mnia, in partibus autem tantum duntaxat quantum eſt unumquod[illegible] uero accedunt extrinſecus, partim quidẽ naturali appetitui aduerſa [illegible] tim uero conſentanea ſunt, ipſi tamen toti cuncta tanq̃ ipſius membra [illegible] q; cõcinunt: naturam quidẽ nacta quam poſſident, ſimul'que implent [illegible] petu proprio totam uniuerſi uitam. Quæ igitur inanimata ſunt in mundo, omnino aliorum ſunt inſtrumẽta, & quaſi ab extrinſeco impelluntur ad [illegible] onem: quę uero animata ſunt, ſi ratione carent, motum indeterminatum habent: quemadmodum equi trahentes currum priuſquàm auriga præſcri[illegible] bat eis curſum: quippe cum quaſi flagello quodam agantur. Rationalis [illegible] animantis natura ex ſeipſa aurigam habet. Quod ſi hunc peritũ habeat [illegible] rimum fertur in rectum, neque ut fieri ſolet caſu uagatur. Vtraq; [illegible] intra mundum, ad totumq; conducunt: & quę inter hęc maiora ſunt gradu [illegible] præſtantiora, multa magnaq; faciunt, ad ipſamq; totius uitam undique con[illegible] ferunt, ordinem agendi potius quàm patiendi ſortita. Multa uero in [illegible] do uerſantur, exiguam uim habentia ad agendum. Horum uero medis [illegible] tiuntur quidem ab aliis, agunt autem frequenter in alia, utpote quæ agendi [illegible] faciendi principium habeant in ſeipſis. Quamobrem totus mundus uita [illegible] uniuerſa atque perfecta, dum quæ optima ſunt agũt & optima, quatenus eſt

in

in quolibet optimum. Quod quidem ipſi totius duci quaſi collega eſt adhibendum, ceu commilitones exercitus duci, qui à Platone dicuntur ſequi Iouem in naturam intelligibilem incedentem. At uero quę in inferiori naturę gradu ſunt conſtituta, ſecundum uniuerſi locum obtinent, talia'que fermè ſunt, quales in nobis ſecundæ ſunt animæ uires: cætera quoq; ſimiliter perinde ſe habent, atque partes in nobis ultimæ: neque enim in nobis omnia æqualia ſunt. Viuentia igitur omnia ſunt uel fiunt ſecundum totam uniuerſi rationem, & quæ in cælo ſunt omnia, & quæcunque per totum diſtribuuntur. Neque pars ulla etiam ingens potentiam habet, uel ad rationes mundi ſeminarias ex ſuo ordine deturbandas, uel ad res quæ ſecundum eiuſmodi rationes proficiſcuntur è ſua ſpecie permutandas. Et quàmuis mutationem quandam tum in melius tum in peius poſſit afferre, non tamen à natura propria euadere poteſt. Facit uero deterius, uel ſecūdum corpus, debilitatem inferens, uel ſecundum animam, quatenus uidelicet ex accidenti quodam pœnalis cauſa fit in anima illa compatiente, & à ſuperiori tradita inferiori: uel quando corpore male compoſito impedimentum affertur ad actionem animæ per corpus explendam: ceu ſi lyra non ita compoſita tēperataq; ſit, ut queat perfectam ſuſcipere harmoniam ad muſicos tonos perficiēdos.

*Ut ſingulis quæ hominibus accidunt, ſufficientes apud nos præter cæleſtes motus cauſas reperimus.* XIIII.

Hactenus cæleſtes influxus in rebus quæ ad corpus & animam pertinent, nō multum autoritatis habere diſſeruit: deinceps parum inſuper valere declarat ad illa quæ nominantur externa. In omnibus vero ſummatim cauſas ſub cælo ſufficientes manifeſtasq; adducit in medium, ſiue determinatæ rerum cauſæ ſint, ſiue occaſiones quædam ex [illegible] concurſibus contingentes, ſiue artes & electiones humanæ. Inter hæc nota generantium naturam & qualitatem loci atque nutrimenti plus admodum valere ad corporis valetudinem quàm communes & remotas & momentaneas cæleſtium motiones. Per has igitur ſignificari potius interdum illa quàm effici, quę ex cauſis propinquis ſufficienter agūtur. Ait præterea mutuam conſequētiam rebus ineſſe, per quam mutua præſtare indicia poſſint. Poſſe ſtellas inquam, quantum ad ipſam pertinet vniuerſi connexionem, & apud illum dūtaxat certa ſignificare, qui omnia circunſpiciens, omnium conſpiciat conſequētiam. Tum vero in [illegible] generando rationem virtutemq; ſeminalem eſſe dicit cauſam principalem, imò vero [illegible] cauſam ex propinquo. Quòd enim certæ ſpecies ex certis ſeminibus modis'que [illegible], neque confuſio fiat inuicem neque tranſgreſſio, totum in ſeminalibus conſiſtit [illegible], declaratq; totam eas autoritatem generationis habere. Vbi ſi nihil impedit, fœtus [illegible] ſeminariæ normam rite formatur. Impedire vero dicitur, quòd non abſolutam [illegible] ſuſcipit ſeminariæ virtutis imaginem. Id autem impedimentum non tam ex motibus [illegible] planetarum tanquàm remotis & momentaneis, quàm vel ex vitio matris, vel ex aeris qualitate conceptui diſſonante, procedere iudicat.

*Aſſignat cauſas rerum humanarum præter ſtellas, etiam ubi ſignificantur à ſtellis.* Ca. XIIII.

De paupertate uero atq; diuitiis, & gloria, & imperio, quid nam dicendum? Forte ſi diuitiæ à parentibus prouenerunt, cæleſtia diuitem futurum ſignificarunt: Quemadmodum & generoſum, qui ex genere trahit gloriam, duntaxat declarauerunt. Vbi autē diuitiæ uirtutis præſtantia comparatæ ſunt, ſi corpus ad idem uires ſuppeditauit, profecto qui uires corpori præbuerunt, ad diuitias conferunt cumulandas. Parentes quidem primum: deinde, ſiqua regio cælum habet propitiū: accedit & ſalubris terræ fertilitas. Sin autē uirtus abſq; beneficio corporis pecunias auxit, uirtuti hac in re ſoli plurimū tribuendum, & quotcunq; diuinæ

quadam ſorte ex his quæ uiciſſim commutantur rependunturq;, con... Vbi uero homines dedere diuitias, ſiquidem boni ſint, ad uirtutem ... militer harum cauſa referenda: ſi uero praui, ſed tamen iuſte dederunt, ... mandum eſt ex quodam quod in eis agit optimo, id beneficii prouenit... ſi malus ſit qui diuitias congregauit, iudicãdum eſt præcipuam eſſe cauſam prauitatem, & ſiqua fuit cauſa prauitatis. Aſſumendi præterea ſunt ... in ordine cauſarum ſiqui diuitias contulerunt. Proinde ſi laboribus (ſicut agricultura contingit) bonorum copia prouenit, in agricultorem cauſa re... renda, necnon in ſoli fertilitatem cæliq; clementiam. At ſi theſaurum ... rit, putandum eſt aliquid ex uniuerſo ad id concurriſſe. Neque mirum ... hæc quibuſdam ſignificantur indiciis: omnia enim omnino inuicem con... quũtur, ideoq; poſſunt paſſim ſignificari. Siquis proiecerit diuitias, ip... cauſa eſt: ſi ſurripiantur, raptor cauſa eſt: ſi naufragio facta eſt iactura, ... quæ confluunt cauſam damni dederũt. Gloria uel iuſte habetur uel ... ſi iuſte, tum officiis, tum exiſtimantium æquitate comparata eſt: ſi ... ex honorantium iniuſtitia proficiſcitur. Eadem eſt de imperio ratio: ... nim honeſte poſſidetur, aut contrà. Et alterum quidem ex eorum qui ele... runt æquitate, cauſam habet, uel ad eum pertinet qui id aliorum ... micorumq; fauore eſt conſecutus, uel quomodocunque aliter id ſe habeat. Matrimonium procreat uel electio, uel contingentia concurſusq; ex ... bus. Generatio filiorum hæc ſequitur, atq; uel ſecundum ſeminariam ... nem fœtus nullo impediente formatur, uel euadit deterior aliquo ... pediente, uel concipientis uitio, uel continentis diſpoſitione cõceptui ... aduerſante.

*De fato & fatis, & quomodo anima priuſquàm fato tangatur, tangitur amore corporis. De ... duce. De liberatione à fato. De principijs entium. Quomodo anima noſtra etiam habeat principij ...*

*Fatũ uniuerſum quid.*

POſtquàm quid fati pars, ideſt ipſa tantum indies reuolutio cæli valeat expli... quid totum fatum valeat, explicat. Eſt autem fatum vniuerſum, tota mob... ſeries cauſarum, ſiue animales cauſæ ſint, ſiue corporeæ, ſeu ſuperiores, ſiue ... Cum igitur conſequens deinceps mobilium cauſarum connexio fatum ſit, ... lis anima quatenus ab intellectuali ſtabilitate digrediens latius explicatur in ... nus fati laqueis implicatur: contrà vero, dum totus animus ſtabili prorſus intelli... nullis fati retibus irretitur. Cogita igitur rationalem in anima facultatẽ, poſtquàm ... dam vixit in mente, tandem nouo quodam motu vergere ad naturam ſub ſe vege... ginationemq; quodammodo naturæ coniunctam. Quando videlicet in natura ... neq; eiuſmodi affectus ad corpoream mobilemq; vitam acrius inualeſcit: tunc ani... quodam ſui motu propenſius ad mobilia vergens, atque ita mobilem vitam eligens ... inde prolabitur, quodammodo etiam antequàm terrenũ corpus ingrediatur, ... id corpus concipiatur in vtero. Forte enim ſubito corpus ſubit aereum, ea po... fatali, quam & ipſe pauloante partim elegerat, & partim harmonia totius & tunc ... potius ita ſonans accommodauit. Dæmonem vero vitæ ducem tunc primum ... primum eiuſmodi vitam affectauit ſimulq; elegit. Similiter quando deinceps ... pus affectat & eligit, tunc vitę formam partim pro electione, partim pro harmonia ... eligit ac dum ingreditur regnante ſortiri putatur, ſimiliterq; in his à dæmone ... vero dari nobis Aegyptij volunt ab ipſo dæmonum pręſide deo ad electionem ... atque ad conſonantiam vniuerſi electionis tempori concinentem: non ab aſtro qu... à planeta vt putat Porphyrius, qui in ipſa generationis figura plus poſſit: ideoq; ... monem, quoniam ad concentum mundi tribuitur, fato animam (vt ita loquar) ... re. Quia vero datur à deo & ad animæ ipſius electionem, daturq; diuinus à fato ... dammodo animam liberare: animã inquam in dæmonem, perq; dæmonem in deū ...

conuer-

dummodo ſimiliter afficiatur ad illa: ceu anima cubitale corpus viuificans, poteſt [illegible]
tricubitum. Sed hæc in Theologia latius explicamus. Quantum vero ad princip[illegible]
animaduertendum eſt ipſam entis naturam conſiderari, vel prout eſt in actu p[illegible]
mam, vel prout in actu ſecundo per motum. Vbi vero nõ reperitur proprie mot[illegible]
ſecundo, qui & actio eſt, ibi ipſum eſſe formę locum obtinet actionis, ac motus quo[illegible]
dicitur. Sed cõſideremus ens aut in actu per formam ſimpliciter, aut in actu per mo[illegible]
mo quidem modo entium principium eſt intellectus: ſecundo autem modo eſt und[illegible]
cipium anima iudicatur. Intellectus igitur entis principium eſt, qua ratione ens eſt a[illegible]
ita dixerim aliquid & formale: anima vero entis principium eſt, qua mobile: ac ſi pri[illegible]
eſt formarum, earum præcipue origo eſt, quæ motu proueniunt: aliarum vero ſi eſt p[illegible]
pium, nõ tam vt animalis eſt id habet, quàm vt intellectualis exiſtit. Ipſum autem v[illegible]
numq; intellectu ſuperius, principium eſt entium atque finis, quomodocunque ens [illegible]
cipiatur, ſiue in potentia quadam, ſiue in actu: ſeu in actu primo ſiue ſecundo, ſiue no[illegible]
bile, ſiue iam mobile. Præcipue vero principium eſt entis & finis, qua ens vnum eſt [illegible]
potiſſime quoque principium entis, vt & ipſum & ens eſt vnum: finis eiuſdem, vt [illegible]
hoc eſt bonum. Sed de hoc alibi. Redeamus ad animam. Solemus argumentari, [illegible]
nimam eſſe eſſentiam, ſcilicet formam ac ſpeciem in ſe firmiter conſiſtentem, [illegible]
exiſtere in ſe prorſus habentem, ex eo quòd appetitiones actionesq; quaſdam pro[illegible]
beat tum ſegregatas à corpore tum corpori frequẽter oppoſitas. Plotinus vero v[illegible]
velut ratum accipit, animam eſſentiam ſic exiſtere. Per hoc autem argumenta[illegible]
ra quædam propria poſſidere. Sed vnde nam id habet ratum? Ex eo forſan, quòd e[illegible]
um entis mobilis ordinate ac perpetuo mobilis. Eſt igitur eſſentia fixa: ac ſi mobili[illegible]
bilis, propriaq; vita viuens, ſicut proprio motu & intimo mobilis: vita enim mot[illegible]
eſt intimus. Quamobrem ſi anima quaſi mouetur interdum ab externis atque [illegible]
circo contingit, quoniam ipſa iam ſponte ceſſit ceditq; corporibus. Sed ipſa inter[illegible]
habet, firmamq; tenet in eſſentia formam ſimul & eſſe: ſiquidem ab initio naturali[illegible]
pus, non vt mobilis atque patiens, ſed vt motor acceſſit & agens. Quomodo a[illegible]
etiam noſtra ſit principiũ motus, & in ratione principij ſit animæ mundanæ colleg[illegible]
ologia probamus. Nunc vero concedamus, animam in officio motionis atque form[illegible]
leſtibus conuenire, quæ cum eiſdem in ſuperiori officio, ideſt contemplationis [illegible]
uenit, quo & tranſcendit motum ad æterna reſurgens. Cõcludit poſtremo Plotin[illegible]
animal ex animali mundano pendere, ſcilicet ab initio, quemadmodum aliis d[illegible]
quotidie plurimum. Verum ſicut & quotidie etiam ex anima noſtra dependet: ſic a[illegible]
noſtra quoque pendebat: atque viciſſim, ſicut ab initio, ſic & indies. Tale igitur [illegible]
nobis eſt animal, quale animal eſt mundanum, ſcilicet animam habens corporis [illegible]
liter conſulentem, & cum corpore ſimul agentem, & in nobis ſaltem quodam[illegible]
tem. Item quotidie in noſtrum animal inſtinctus quidam mundani mirabilesq; [illegible]
diuerſa diſpoſitione mundi, tum dormientibus tum etiam vigilantibus. Et hoc a[illegible]
no ſæpe conſentit & compatitur animali. Niſi quatenus anima in nobis ſuperior [illegible]
domina, hincq; ſeparabilis & animę mundanę germana, animal hoc aliter moue[illegible]
enim & ſeparata eſt ab initio per eſſentiam atque eſſe, & ſeparari etiam magis [illegible]
per oppoſitum affectum ſimul & actum, actionesq; proprias habet. Ac ſi anima [illegible]
datum manſuefacere poteſt & ad ſe ita conuertere, quod alibi Plotinus ait: poteſt [illegible]
nunq̃ virtute mirabili ab his malis eruere, ſicut & ipſa ſe eruit, dum quę ad anim[illegible]
tanq̃ aliena nonnunq̃ nihilipendit.

*Anima priuſquàm ſubeat fatum, appetit corpus. Quid fatum, quid fortuna. Anima [illegible]*
*eſſe, quo etiam in fato habet propriam actionem, & poteſt à fato ſe ſoluere.* C[illegible]

PLato cum ante mundani fuſi circuitum ſortes quaſd[illegible]
onesq; ſimul adiuuantes in medium adduxiſſet, dein[illegible]
ſortes'ue in ipſo fuſo deſcripſit, quibus quæ electa fue[illegible]
ſummentur: quandoquidem & dæmon ad eadem imp[illegible]
firmator accedit. Sortes uero quæ nam ſunt? Forte per ſortes ſig[illegible]
ſpoſitio uniuerſi, qualis tunc erat, quando animæ aggreſſæ ſunt ing[illegible]
pus. Item ſignificatur in hoc & eiuſmodi corpus ingredi, & ſub t[illegible]
buſdam parentibus: præterea in tali quadam regione naſci, quod [illegible]

[illegible] dicebam, concurſio externorum. Cuncta uero ſimul facta, & quaſi con[illegible] per unam parcarum Clotho nominatam, tam in cunctis quàm in ſin[illegible]monſtrantur: Lacheſis autem ſortes ipſas adducit in mediū: poſtre[illegible]ropos efficit neceſſario, ut cōcurrentia hæc omnia peragantur. Inter [illegible] autē alii quidē ita fiunt, ut quaſi ab uniuerſo externisq́; faſcinati, uel [illegible] uel in nullis ſint ſui iuris, alii uero dominātur externis, attollētesq́; [illegible]imia caput, nimirū id quod optimū eſt in anima antiquitatemq́; ipſi[illegible] ſeruant. Non enim exiſtimandū eſt animam eſſe talē, ut ipſa dum [illegible]cunq; ab externis acceperit paſſionem, talē reportet naturā, per [illegible] naturā propriam non poſſideat. Sed oportet ipſam multo prius q̃ [illegible]ote quę principii habeat rationē, multas merito uires proprias ad na[illegible]ctiones explendas habere. Fieri nanq; nō poteſt, ut cū eſſentia ſi [illegible] nō [illegible] inſuper unà cū eſſe appetitiones & actiones, facultatemq́; ad bene [illegible]. Quod igitur coniunctū eſt, ex ipſo naturę coniuncto dependet, ta[illegible], & tales nanciſcitur actiones. Anima uero ſiqua ſeiungitur, ſeiun[illegible]um & propria peragit, paſſionesq́; corporis nō eſſe ſuas exiſtimat, [illegible]iam aliud quiddā ſe exiſtere, aliud eſſe uiuū corpus animaduertat.

*[illegible] in nobis. Item quomodo à communi ſeminario mūdi omnia generentur, & quomodo in eo [illegible] quę gignuntur, tū ſemel exeundo degenerent, tū per ſecula deficiant à primordijs.* XVI.

P[illegible] in ſuperioribus & quę non veræ ſint rerum cauſæ demonſtrauit, & quæ ſint [illegible]quodammodo deſignauit, in tribus iam ſequentibus libri capitibus quæ ſint cau[illegible] definit. Tu vero in primis vbi dicit, Quod inſeparabile eſt quando eſt in corpo[illegible] Plotinum velle, vitam corpori dedicatam, quam ſępe animam ſecundam nomi[illegible]bilem eſſe à corpore, ideſt inſeparabiliter agere, ideſt ſingula ſimul cum hoc cor[illegible] dum eſt in eo. Veruntamen poſſe tādem vnà cum ſuperiori anima hinc abire. [illegible] dependet velut actus eius aſſiduus: q̃uis hic actus per actum animæ mūdanę cor[illegible]gatur, ſicut radius viſualis per radij Solaris actū aeri ſe inſinuat. Atque ſicut neu[illegible]neſcit apud Plotinum, ſed vterque in fontem proprium replicatur: ita & actus [illegible]que, tum communis ab anima mundi, tum proprius à noſtra redit in ſuum. Neq; [illegible]bet vnionem vitæ vnitatemq́; animalis eiuſmodi vitæ duplicitas: cum altera quí[illegible] ſit, altera propria: & quę propria eſt, naturaliter cū cōmuni conſpiret ad idē, [illegible] illam determinans, tum ab illa rurſum adiuta, ad opus proprium communi[illegible] conſentaneum. Sed de hoc alibi diligentius. Pręcipuas naturaliū cauſas eſſe vult [illegible] rationes in vegetali animæ mundanæ natura, quibus ſemper ordine certo [illegible] ſeminales in ſpeciebus ſingulis rationes. Sed quo nam pacto ex vniuerſo ſemi[illegible] omnia pullulent, multis quæſtionibus perſcrutatur. Principio quærit, nunquid [illegible] ſingula faciat, quaſi recta quadam ſucceſſione, ſcilicet in ordine graduum oc[illegible]temporalium prius quidem elementa ſecundum originem, deinde quæ ex his [illegible]. Item hominem primum ſecundum dignitatem, deinde bruta: Vtrum inquam [illegible] prouideat vſque ad ſpecies duntaxat rerum, earumq́; propaginem & ſalutem [illegible]gulis indies accidant, non attendat. Quęſtio ſecunda, Vtrum anima etiam ſingu[illegible]lorum [illegible] indies ſingulis accidunt, propterea cauſa ſit, quòd quæ generantur ab ipſa, dein[illegible] quæ ſequuntur: quaſi ſic anima mundi dicatur contingentia quælibet etſi non [illegible] per medias vbique cauſas agere. Quęſtio tertia, Num anima in ſeminalibus pe[illegible] præſcriptas habeat ſingulas ſingulorum actiones atque paſſiones, nihilq́; [illegible] ſed omnia fatali neceſſitate ducantur. Quarta quæſtio, Si anima ſic in ſe ſin[illegible], verum rationes animæ ſeminales hæc efficiant, an ſolum vel ipſę cognoſcāt, [illegible] anima ipſa cognoſcat: adeo, vt ita quotidie circunſpiciat non ſolum res ſingulas [illegible]modo generantur ab ipſa, ſed etiam actiones paſſionesq́; earum omnesq́; euen[illegible]licet præſentia omnia comprehendens, quicquid ad illa ſequitur quaſi argumē[illegible]: ſiue complurima in antecedentibus ſimul quaſi præſentia cōtempletur, ſiue [illegible] ſequētia complectatur, ſed ſingula ſemper in horas proſequi compellatur.

Quæſtio

Quæſtio quinta, Vtrum animã mundi nefas omnino ſit adeo ſolicitam ponere [illegible]
ſit potius, in eius notiõibus hæc omnia ſemel eſſe præſcita, aut etiã in rationibus [illegible]
deſtinata. Sexta quæſtio, Vtrum vitia defectusq; naturarum ex rationibus natur[illegible]
bus deſtinari & fieri poſſint. Forte nanque & quæ ſigillatim mala videntur ad bon[illegible]
ſo conducunt. Soluit denique quæſtiones, negans in rationibus rerum naturali[illegible]
bus quicquàm in actu contra naturæ ordinem contineri, ſicut neque in rationibus [illegible]
tenus tales ſunt, præter artem aliquid continetur. Quicquid igitur formale in rebus [illegible]
formoſum, in rationibus per ſe continetur, & ab eis proprie proficiſcitur. Quicqui[illegible]
formæ contingit, id ex informi materia primum, vel ab eis quæ hac infecta ſunt co[illegible]
euenire videtur. Sed quid nam ſibi vult quod ait, rerum defectus non ſecundum [illegible]
ſecundum potentiam in rationibus contineri? Certe non ſecundum actum, quon[illegible]
ciuntur inde defectus: Quoniam nulla eſt ibi propria forma defectus, ſed ibi [illegible]
dum potentiam eſſe dicitur: quoniam ex integra forma velut exemplari conie[illegible]
quo pacto quo've gradu aliquid inde deficere poſſit. Quæ igitur mala vel minus b[illegible]
præſcita quidẽ illic eſſe poſſunt, prædeſtinata nõ poſſunt: quicquid enim deter[illegible]
def[illegible]tur ex forma: quod vero fit inde, nõ tale prouenit in materia, quale poſſi[illegible]
ma: ſed & quoniã extra fit degenerat, quoniã in materia fit informi, fit deforme, [illegible]
uerſorũ mixtiõe cõfunditur. Anima igitur eouſq; agit per rationes, quouſq; res for[illegible]
gruunt rationibus, quis vlterius etiã, id eſt deformitatẽ conijcere poſſit: generat[illegible]
telligentia, ſigillatim vero ratione vel imaginatione quadã naturæ coniuncta: [illegible]
que non tam diſcurrendo per ſingula, quàm ſummatim. Ait vero & hic, formas in[illegible]
formis naturæ deficere concuſſione quadam, id eſt, tum quia extra rationes diſce[illegible]
tur ab eis, tum quia informi materia deformes euadũt, tum quia miſcent oppoſi[illegible]
niam paulatim à priſtina dignitate degenerãt. Naturalia vero paulatim degener[illegible]
la, Plotinus in ſuperioribus ait, & Plato in Politico, Protagora, Critia, Menexeno [illegible]
causas aſſignauimus, & hic ita breuiter aſſignamus. Degeneratio rerum quædam [illegible]
nior ab initio, ſcilicet mundani circuitus ad finem vſque ſe porrigens: quædam [illegible]
nus ab ingenti terrarum illuuione ad illuuionem alteram perſeuerans. Cogita igitur [illegible]
odecim, quæ in firmamento videntur ſignis ſubeſſe duodecim in nona ſphæra ſig[illegible]
Plato ſphæram etſi non manifeſte poſuit, poſſe tamen exiſtere cogitauit, quãdoq[illegible]
poſſe non negat. Reſpondebant itaque quondã ſigna vndique ſignis, aries ariet[illegible]
ro, gemini geminis, cancro cancer, leo leoni, virgini virgo, libræ libra, ſcorpius [illegible]
gittarius ſagittario, capricornus capricorno, aquarius aquario, piſces denique p[illegible]
felix auſpicium fuit ſeculi ſeculorum, tandiu felix, quandiu eiſdem eadem co[illegible]
Tranſgreſſus autem eſt deinde per motum ad ortum aries arietem, ſequentiaq; [illegible]
ſunt reliqua conſequenter. Naturales interea res ſimili quodam gradu degener[illegible]
Quanquam etiam quibuſdam ſeculis priſtini vigoris nonnihil ad tempus recip[illegible]
dentur, quando ſigna hæc, etſi non ad illa prorſus eadem, ſaltem ad ſimilia ven[illegible]
leonem aut ſaltem ad geminos, vel leo ad ſagittarium vel ad libram, gemini ad [illegible]
bra ad aquarium, cæteraq; ſimiliter: aut ſaltem aſpectus illic oriunt, quos aſtrono[illegible]
magis eſſe concordes. Conferunt interea magnæ quædam planetarum con[illegible]
& viciſſim nonnunquàm nocere contingat. Similiter ad rerum mutationes c[illegible]
imaginum per acceſſum ad meridiem atque receſſum, multis ſeculis reſti[illegible]
prius priſtinam res felicitatem recuperabunt, quàm eadem reuertãtur ad ea[illegible]
dem ſignorum nobis manifeſtorum ad ortum vergens, annis centum grad[illegible]
rit ſignorum ſuperiorum: annorum itaque triginta ſex millibus explebitur [illegible]
rum. Interea ſeculi altera quædam fit mutatio, quando tellus vel aquarum [illegible]
vel flammarum incẽdio deuaſtatur. Siue igitur poſt aquas Solis calor præpo[illegible]
incumbat, ſiue poſt incendia viciſſim imber exuberet, terra mox vtrobique [illegible]
re fœcundior pulcherrima parit, donec ob ſiccitatem ſterilior indies eua[illegible]
parturiat, redeatq; tandem remedij gratia illuuium ſimile vel incendium. [illegible]
ſtium motiones & ſitus non tam ad ipſam formarum generationem, quæ prop[illegible]
libus rationibus, quàm ad materiam pertinere aliter vel aliter diſponendam. [illegible]
randi cauſa eſt præſertim pertinẽs ad humana: quòd in ipſa nouitate mundi, ſiue p[illegible]
nem fiat nouus, ſiue per exitium prius nouus effici videatur, homines ſuperior[illegible]
quaſi paſtorum ſedula prouidentia gubernantur. Debiles enim nudiq; natura [illegible]
ſuperiorum prorſus indigent gubernaculis. Prouidentia vero in rebus neceſſ[illegible]
deſerit: vnde factum eſt, vt & natura in neceſſarijs non deficiat. Quapropter in [illegible]
malis pro maiori membri alicuius neceſſitate magis natura laborat. Igitur re[illegible]

Degenerationis rerũ cauſæ.

ri ſumus,& rationibus ipſis etiam uitia prouenire. Et ſi in artibus [illegible]
rationibus nullus eſt error,neq; quicquã artis expers,neq; rei artific[illegible]
ſtructio:Reſpondebit ad hæc aliquis, nihil uniuerſo malum ac præte[illegible]
ram accidere:ſed quod uidetur deterius, etiam fore melius conce[illegible]
Quid ergo? ſi etiam quod deterius eſt uniuerſo conducat, neq; op[illegible]
eſſe pulchra? Quandoquidem contraria etiam ad perficiendum [illegible]
uniuerſum,neq; abſq; his mundus eſſe poteſt:ſiquidem & in ſingulis [illegible]
tibus natura ſe ſimiliter habet. Profecto quæ meliora ſunt,ratio ipſa [illegible]
rio adducit & format:quę uero minus bona ſecundum potentiam [illegible]
iacent in rationibus:ſecundum uero actum in his quæ gignuntur. [illegible]
mæ nihil iam opus eſt ultra facere,rationes'ue ſuſcitare:quippe c[illegible]
ria iam concuſſione quadam rationum à præcedentibus uenientium [illegible]
nes ipſam ſunt,reddat deteriora:ruſusq; nihilominus ad meliora [illegible]
enda rationibus ſuperetur. Quapropter unus ex cũctis decor efficitur [illegible]
ſingula aliter ex materia ipſa reſultant, aliter in rationibus ipſis conti[illegible]
& fiunt.

*Rationes naturæ ſeminales non ſunt notiones, quamuis in natura fiant à mente. Item degenerãt in [illegible] mum à mente, deinde in materia deficiunt à natura. Rurſus quale futurum ſit animal mund[illegible], ſi [illegible] tione conſideratur.* Cap.

Rationes vero ſeminales ſicut in qualibet anima non ſunt notiones quæd[illegible]
gnoſcendo continue generarent,& generando cognoſcerent: ſic neque in [illegible]
uerſi,cuius vita eſt vita qualibet efficacior:ideoq; ſimplici vitæ virtute po[illegible]
notionis auxilio generare. Primo quidem rationes eiuſmodi intelligentiæ non [illegible]
telligentia enim & ſeipſam,& ſi opus ſit rem intelligendam ſegregat à materia. Vi[illegible]
ficax qualis eſt ſeminis naturalis, cum in materia duntaxat generatura ſit, mater[illegible]
mis aggreditur,penitus'que ingreditur. Deinde neque ratiocinationes ſunt:hæ [illegible]
ſi accidentales & imaginariæ ſunt:ideoq; ſubſtantialia & vitalia facere nequeunt. [illegible]
ro more artis ſolent extrinſecus, externorum'que inſtrumentorum amminiculo, [illegible]
naria quædam. Rationes vero ſeminales intrinſecus agunt:perq; ſeipſas ac per [illegible]
cõiuncta more cuiuſcunque naturæ: faciuntq; ſubſtantias. Præterea neque ima[illegible]
ſunt:hæ nanque vt in nobis apparet abſque affectus efficacia in corpore nihil [illegible]
Quinimo neq; affectus imaginationi ad formas ſufficit generandas:ſed ad mo[illegible]
lem. Nam ex imaginatione affectu corroborata localis è veſtigio motus in ſpiri[illegible]
de. Ex hoc motu deinceps qualitates, quæ iandiu ſunt in corpore iam excitantur, [illegible]
aliam inſuper faciunt qualitatem vel paſſionẽ:ſimiliter in anima mundi imagin[illegible]
mas quidem primo rerum generat:quippe cum ipſa magis ac etiam q̃ ratiocina[illegible]
rium quiddam eſſe videatur. Sed cum affectu coniuncta ad localem motum mun[illegible]
Ante quem motum formæ rerum in mundo iam exiſtunt, ibi videlicet iandiu g[illegible]
te mundi genitali, per ſeminales ſcilicet rationes. Quamobrẽ ex rationibus [illegible]
ræ huic infuſis primæ rerũ formæ procreãtur in mundo. Subinde vero ex imagi[illegible]
ſpectantibus ſingula generãda, per motus quodammõ ſingulos, quotidiani motus, [illegible]
li fiunt. Quibus formæ rerũ ad alterationẽ mutuã concitantur, qua quidẽ alteration[illegible]
tua materia paſſim ad nouas quotidie formas à rationibus ſuſcipiendas rite p[illegible]
tes ergo in anima quidẽ imaginatio naturaq; ſunt. comites ſimiliter in vniuerſo [illegible]
per atq; generatio. Nec iniuria natura genitrix ſingulorum imaginationem com[illegible]
viciſſim, quæ ſe per ſingula diſtrahit:neque tamen rationem proximæ quæ ad V[illegible]
nique refugit,neq; intelligentiã, in vniuerſalibus ſemper perſeuerantẽ:ac ſi intellig[illegible]
ratio ſingula perſpicit, conſequenter id agit. Præcipuum vero habet interim ad v[illegible]
ſtudium. Generatio igitur vel alteratio atque motio quæ duntaxat eſt ſingulo[illegible]
ram mox eſſe videtur imaginationi propinquam:circa ſingula ſolum,& præcipue [illegible]
ti. Omnino vero cum generatio ſit prorſus circa materiam, ſi inuentum [illegible]
ximæ generantem deſcendere cogimur infra virtutem quamlibet cognoſcentem. [illegible]
enim cognoſcendi virtus formam & actionem qua cognoſcit habet à materia [illegible]

Quemadmodum igitur quod in ſummo ſuipſius eſt lumen, & in medio ſplēdor, id in infimo ſui fit calor: atque vt calor generat, non vt ſplendor nec vt lumē. Sic anima quæ in ſuo quodam ſummo intellectualis exiſtit, in medio vero diſcurrens, in infimo denique vitalis [illegible] viuifica, non vt intellectualis, nec vt diſcurrens: ſed vt vitalis generat atque viuificat, [illegible] facit, interea & cognoſcit: non tamen quia cognoſcit, ſed quia ita ſe habet, & ita po[illegible] & ita afficitur naturaliter: ideo ſic & talia facit. Dixi equidē non quia cognoſcat, cogni[illegible] aliqua præter eſſentiam. Nam in ipſo eius ſummo idem eſt intelligere quod & eſſe. [illegible] eſſentiali hac vitaliq; intelligentia per eſſentiales idealesq; notiōes naturaliter for[illegible] ſeminales rationes efficit in natura: ſicut natura per eas in materia formas effingit. [illegible] ergo ex circulo qui iactu lapilli fit in aqua mox alter circulus oritur, deincepsq; ſimili[illegible] ex orbe quodam ideali diuinæ mentis pendet fermē ſimilis orbis in animæ mundanæ [illegible] hinc vero mox in naturam, ex natura ſimiliter in materiam. Vt igitur formulę ab [illegible] intelligentia impreſſæ in naturam animæ genitalē, eſſentiales ſint efficacesq; & ſub[illegible] facta: oportet, & formas tum in diuina mente, tum etiam in animæ mente ita eſſen[illegible]ere, vt ibi ita ſit idem intelligere quod & eſſe, atque etiam intelligere quod intelli[illegible]re naturam: ſicut in natura idem eſt eſſe atque viuere, & quodammodo idē ma[illegible]ficare quod viuere. Sed quæritur nunquid animalis intelligētia naturam formet [illegible] vel imaginali quadam diſcurſione: ſicut artifex ſæpe materiam? nequaquam, nanq; & [illegible]fectiſſima non conſultat vlterius, ſed agit iam more naturę, quam iam aſſequitur, [illegible] quod potuit imitata. Præterea ſi quā cogitationis diſcurſione naturam formare [illegible] iam formas efficiēdas ad alias retulit vt exemplar firmumq; ſpectaculum, in quod aciem vagabundæ rationis intendat: circa quod ſtabile diſcurſio peragatur, ad quod cōpa[illegible]uenta. Quærimus igitur vtrum ſpectacula quædam externa proſpiciat, an fir[illegible] eiuſmodi formas habeat intus. Non externa quidem atque corporea: hæc enim nōdum [illegible] adhuc per naturam videlicet generāda, per naturam inquam adhuc intellectu for[illegible] formas ergo poſſidet intus. Quod vero intrinſecus & naturaliter poſſidetur, nō eſt [illegible] quærendum: ſi ergo natura abſque vllo conſilij miniſterio materiam continue [illegible] multo magis mens naturam ſibi coniunctam format abſque cōſilio atque viciſſim. [illegible] ipſam per momentaneos actus diſcurſionem eſſe vbique aliquid præter eſſentiam & [illegible] quiddam coruſcationum inſtar: deinceps dum apparet per partes ſubito eua[illegible] non poſſe per ſe firma & ſubſtantialia facere, ſed ad effectionem eiuſmodi o[illegible] & eſſentiali naturæ alterius efficacia: ſic non ſolicitudine, nō labore, ſed inde[illegible]: tum naturalia ab ipſa natura, tū naturæ ſemina ab intelligentia pullulabūt. [illegible] ſurſum, ſicut in cœlo natiua lux caliditasq; ſtabiliſſima permanet, dum configura[illegible] circuitu commutantur: ſic in vita mundi intelligentiam & naturam in ſuis rati[illegible] permanere, ſtabiliterq; per eas efficere, etiamſi quis illic vel vniuerſalis vel particu[illegible] agatur. Cum vero anima mundi ſecunda, id eſt, vita quædam per ſe irrationa[illegible] ab intellectuali mundi anima corpori mundano tributa, ſit vltimum veſtigium diuinorū: [illegible] ſemina velut vltima quædam veſtigia poſſideat idearum, nimirum & mundus ex [illegible] corporeq; compoſitus longe à diuinitate degenerat. Et ſæpe tum ſemina ſua impedi[illegible] in opere, tum animal eiuſmodi ad ſuperiora collatum videbitur imperfectum.

Q[illegible] perpetua quadam intellectualis animæ ſuæ præſentia mundanum hoc ani[illegible] atque beatum dici poſſit: tamen quoniam aliud & poſterius eſt hoc animal [illegible]ualis anima, cogitare licet animam ipſam ab animali ſeiunctam. Quod Plato [illegible] Timæo, in Legibus cogitauit. Dic age quale mox futurum ſit vaſtū hoc animal [illegible]ſſimum ſublatis intelligentiæ frenis? Ferrum quidem & ſi nūc ignitum, aerem [illegible] nunc luminoſum: tamen appellare poſſumus natura frigidum, & obſcurum: nā & [illegible] poſt frigiditatem ſuam, & aer obſcuritatem mox manifeſte declarat. Tali [illegible] Plotinus mundanum hoc animal quaſi ferox videtur effingere. Finge [illegible] ſi placet virum corpore nimiū cholerico vel melancholico. Introſpice corpo[illegible], inſpicies animal hoc ſub animo ſapiente quaſi frenis cohibitum quietem [illegible] videri: ſed interim paratiſſimum ad excandeſcentiam atque mœrorem, [illegible] fuerit ad libidinem: quam quidem affectionem & ſi vigilando vix, facili[illegible] indicat. Tale ferme animal finge mundanum ex igne tanquam bile pro[illegible] iracundiam atque ſuperbiam: ex terra velut ex atra bile pronius ad mœrorem, ex [illegible] ſanguine ad laſciuiam & libidinem, ex aqua tanquam pituita procliuius ad torpo[illegible] materia prima, quæ quaſi fex quædam eſt naturalibus ſubſidens, tibi occurret ama[illegible] atque acre. Fex enim ob ſiccitatem frigiditatemq; & amara & acida cogitatur. [illegible] hoc animal tum ex viribus grandioribus ferociſſimum: tum ex materia in-

ops,& puſillanime nimis,& inuidum, & de vilitate ac mutabilitate propria querulum. Denique mirari iam deſines ex animali ſic affecto in quo nõ omnia ſint ad votum, multa etiam accidere alijs præter votum.

*Vtrum ſeminales rationes ſint intelligentiæ uel quælibet notiones.* CAP. XVII.

QVærendum uero, utrum ſeminales hæ rationes quæ animæ inſunt, intelligentiæ ſint. At enim quonã modo per intelligentias faciet? Ratio enim in materia facit.& quod naturaliter efficit, neq; intellectio eſt, neq; uiſio, ſed uis quędã materię agitatrix haud ſane cognoſcens, ſed agens tantum, uelut formam figuramq; in aqua: quemadmodum ex circulo quodam aliunde facto redundat circulus alter. Quippe cum naturalis potentiæ atq; genitalis officium ſit efficere, ſi modo præcipua poteſtas animæ ad id conducat: quatenus materialem genitalemq; animam mouet & format. Sed nunquid mouet & format quadã rationis diſcurſione? At ſi rationali diſcurſu id egerit, iã referet. Nunquid ergo in aliud qddam? an potius in ea quæ ſunt in ipſa? Verum ſi in ea quæ inſunt, nihil opus eſt rationis diſcurſione: non enim hæc mouendo formabit, ſed quod in ipſa continet rationes: id nanq; potentius eſt, atq; ad agendum in anima efficacius: quamobrem ſecundum ſpecies efficit. Oportet igitur & animã ipſam ab intellectu accipientem ſpecies tradere. Intellectus enim eas animæ uniuerſi largit, anima uero intellectui proxima, ex ſe tradit animæ quæ poſt ipſam ſequitur illuſtrãs eã atq; formãs. Hæc aũt tanquã ſuperioris ordine ducta ſpecies facit: facit autẽ alias quidẽ expedita alias impedita, atq; idcirco deteriores. Cum igitur potentiam ſuſceperit ad agendum, rationibusq; non primis imbuta ſit, non ſolum quatenus acceperat agit: ſed fit etiã ex ipſa nonnihil, idq; proculdubio fit deterius. Et uiuens quidem, uiuẽs autem iam imperfectius, ſuamq; uitam grauiter ferẽs quaſi ſit deterrimum, & difficile, & agreſte: compoſitumq; ex deteriori materia quaſi fece quadam præcedentium ſubſidente, quæ quidem amara eſt, facitq; amara: & talia quædam ipſa quoque inferet uniuerſo.

*Vnde mala. Vnde omnia. Tres ſub bono totius artifices. Mundi quatuor.* Cap. XVIII.

IN vltimo libri capite primo quidem breuiter proſequitur malorũ cauſam ex præcedentibus orientẽ: deinde cauſas vniuerſi cõprehendit. Cauſa vero malorũ, altera conſequentiæ ratione, altera ratione finis cõſideratur. Nam ſicut ad bonum maius conſequitur minus bonum: rurſumq; ad minus longo ordine minimum, ſic & ad minimum mala contingũt. Præterea ſicut in concentu muſico quarta vox, imò & ſecunda & ſeptima quæ ſeorſum nõ conſonarent, unà cum conſonantibus gratiorem cõficiunt conſonantiam: ſic in ordine rerũ minora bona cum maioribus, minima cum minoribus, mala cum minimis bonum totius commune reddunt admirabilius. Quid vero? Quod quæ in hoc aut ad hoc mala videntur eadem in illo aut ad illud eſſe bona reperias. Cuncta denique ad commune conducunt vniuerſi bonum. Poſt hæc tres mundi ponit artifices. Primum quidem intellectum diuinum. Secundum vero intellectum animalem animam'que intellectualem. Tertium animæ huius imaginem, id eſt, vitam inde corpori dedicatam. Qua in re teſte Proclo Porphyrius cum Plotino conſentit. Sed cur ipſum bonum non vocat artificem? Quoniam in artifice operum exemplaria ſunt. At in ipſo bono cum ſit vnitas ſimpliciſſima exemplar mundi quod eſt multiplex collocare non audet. Sed ipſum bonum Plato Plotinus'que nominant, tum artificis mūdani patrem, tum mundani operis finem. Quaſi filius amore paterni boni prægnans mundum procreet gratia boni, & conformet ad bonum. Ipſum itaque bonum intellectualem generat mundum. Hic vero procreat animalem, hic ſimiliter naturalem, naturalis vero corporeum. Alius autem ſic ferme ex alio profluit: ſicut in aqua circulus dependet à circulo. Et ſicut ex luce lumen, ex lumine ſplendor, ex ſplendore calor, ex calore generatio

prouenit,

ſeminales effluunt rationes, quemadmodum quandiu ſol ipſe uiget, omnia ab eo lumina profluunt.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE MATERIA, COMMENTARIA.

*Summa libri.*

QVoniam Plotinus neque formoſius neque clarius neque diſtinctius vſquam loquitur, quàm vbi de informi & obſcuro & indiſtincto rerum ſubiecto diſputat: idcirco liber hic de materia diſputans non tam commentaria exacturus videtur à nobis q̄ admonitionibus quibuſdam fore contentus. Probabit igitur in vtroq; mundo tam intellectuali quàm corporeo ſuam quandam eſſe materiam & vtrobique ſub omnibus vnam: atque hanc tantum ab illa diſtare, quantum forma differt hic mundus ab illo. Confutabit opiniones de materia falſas, confirmabit diligentiſſime veras. Concludet materiam quidem vtrobique eſſe infinitatem quandam, id eſt, naturam ſiue potentiam nullum formæ terminum ſuis viſceribus includentem: ſed aliunde duntaxat terminabilem, aliunde formabilem. Materiam rurſus in mundo diuino eſſe ens quidem, ſed actu intellectuali formabile: materiam, vero in mundo ſenſibili non re vera ens iudicari, ſed entis illius vmbram, formis naturalibus tanquam illius entis imaginibus capiendis perpetuo ſubditam.

*Diuerſæ opiniones philoſophorum de materia, & quod materia quædam ſit etiam in rebus incorporeis.*

Cap. I.

IN primo capite deſcriptionem materiæ ponit valde communem, per relationem ſcilicet ad formas. Qua omnes materiam eſſe formarum ſuſceptaculum, conſenſerunt. Sed aliter alij quæ ſequuntur expedierunt, Stoici, Cynici, Cirenaici ſupra corpus nihil excogitantes, materiam duntaxat eſſe ſubſtantiam voluerunt: formas vero nihil aliud eſſe, præter quaſdam materiæ paſſiones: ipſamq; materiam eſſe corpus trina dimēſione porrectum. Quos in primis Theologiæ libris latiſſime confutamus, Pythagorici vero & Platonici atq; Peripatetici ſupra corpus aliquid cogitantes materiam quoque cogitare potuerunt eſſe nō corpus. Ideoq; in rebus etiam incorporeis materiam quandam intellexerunt. Sicut enim formale aliquid ponunt in corporibus atque diuinum: ſic quodammodo concedūt materiale aliquid in diuinis, vt aptius accommodentur hæc illis, & ab eorum ordine exiſtat hic ordo. Excogitamus enim naturam corpoream ab animali natura, animalem ab intellectuali deductam, & ſimili quadam proportione compoſitam. Compoſitionem vero in corporibus perfectiſſimam eſſe compertum habemus, quæ ex materia formaq; conficitur. In hac enim ſola eſt vnio maxima, ſiquidē & materia eſt aliquid formæ, & forma viciſſim aliquid eſt materiæ: imo & materia quaſi forma eſt in potentia, & forma quaſi materia eſt in actu. Itaque ſimilis hic vnio eſt atque in Diapaſon conſonantia ex dupla proportione naſcente. Vbi vox acuta cum graui quaſi forma cum materia coit in vnum. Siqua igitur in animali & intellectuali natura cōpoſitio eſt, quæ certe eſt, cum poſt vnum ipſum exiſtāt: certe compoſitio eſt eiuſmodi, in qua ſit & forma, & inſuper aliquid quaſi materia. Qua quidem de re in decimoſeptimo Theologię libro, & in commentarijs in Philebum latius diſputamus.

## PLOTINI ENNEADIS II. LIBER IIII. DE MATERIA.

*Mouet dubia de materia, utrum ſit in corporibus tantum, an etiam alibi.* CAP. I.

OMnes qui de materia diſputant ſi modo in notitiam illam huius naturæ peruenerint, communi deſcriptione eam ſubiectum quoddam & ſuſceptaculum ſpecierum eſſe aſſerūt: atq; hactenus conſentire uidētur. Quid aūt ſit hęc ipſa ſubiecta natura, & quo pacto, & quę ſuſcipiat, inquirēdo diſſentiunt. Profecto quicūq; res ipſas corpora ſolū eſſe putāt, eſſentiāq; in his cōſiſtere, unā in his materiā eſſe dicūt: quā quidē elementis ſubiecta ſit, ipſaq; ſit eſſentia: cætera uero omnia quaſi materiæ paſſiones, eſſeq; hæc materiam ipſam ſic aut ſic affectam, atq; eſſe ſic

etiam elementa. Audent quinetiam ipſam ad deos uſq; protendere, deniq; illum ſummum ipſorum deum materiam hãc exiſtere, certo modo ſeſe habentem. Tradunt præterea ipſi corpus, dicentes eam eſſe corpus uacuũ qualitate, attribuunt inſuper magnitudinem. Qui autem incorpoream admittũt eſſentiam, & ipſam materiam non unam tantum ipſorum aliqui ponũt, ſed alteram quidem & ipſi corporibus eſſe ſubiectam aiunt, de qua priores illi loquuntur. Alteram tamen in rebus intelligibilibus prioremq; eſſe materiã, ſpeciebus quæ ſunt illic, incorporeisq; eſſentiis ſubditam.

*Quod non ſint principia plura æque prima, & quod materia ſit à deo.* Cap. II.

IN ſecundo capite quærit verũ vlla ſit materia in intellectuali natura & quinque rationes adducit, quibus ibi non eſſe materia videatur, quas in ſequentibus cõfutabit. Tu vero inter hæc notabis eſſe non poſſe principia plura omnium æque ſumma. ad nos quantum cõmuniter ad principia pertinet ſatis in Theologia monſtramus: quantũ vero ad deum pertinet & materiam quod æque principia eſſe non poſſint, hic attende. Atticus eiusq; ſectatores & quodammodo etiam Plutarchus materiam poſuerunt non aliter ex ſeipſa ab æterno fuiſſe, atq; ardidit cũ mundi deum, & illam quidem viuam, ſed vacuam ratione, ideoq; per ſe inordinate agitari. Demum vero rationem diuinitus accepiſſe, vnde formari moueriq; cœperit ratione, mundumq; ſic fuiſſe aliquando conſtitutũ. Qui & antea fuerit anteq̃ redigeretur in chaos, ac viciſſim in chaos ſit aliquando rediturus, à deo quondam reformatus, & à deo iterum reformandus. Hi ſane in hanc ſententiam inciderunt, quia verba Platonis in Timæo, atque Politico non aliter q̃ auribus ſonant accepiſſe videntur, hos abunde Porphyrius confutat in Timæo. Sed à multis quæ adducit in medium tria duntaxat argumenta impræſentia referenda ſunt, quibus confutatur materiam inſtar dei ex ſe prorſus exiſtere, quaſi duo hæc æqua omnino principia ſint velut è regione ſibiinuicem occurrentia. Sic igitur ait: Si neque deus ex materia, neque materia exiſtit ex deo, ſed ambo æque principia ſunt, quærimus quæ nam his differentiæ cauſa ſit, qua ita differunt, vt deus quidem ſit bonus & agẽs, materia vero mala ſit atque patiens. Cauſa quidem differentiæ huius neque ex alterutro eſt ad alterum, cum neutrum fieri dicatur ab altero, neque rurſum ex tertio quopiam ad vtrũque: quippe cum nihil ſuperius collocetur. Cum igitur differant quidẽ inter ſe omnino, nec vlla ſit ratio & cauſa differentiæ, caſu differunt, concurſusq; principiorũ taliũ irrationali ſorte cõtingit. Caſu certe accidit eſſe duo, caſu accidit eſſe principia: horum nanque concurſus ad hoc ipſum quod æque principia ſint, cauſam non habet vel ex alterutro ad alterum, vel ex tertio quodam de temine. Si ergo caſu concurrũt, itaque poſt hæc cõcurrent omnia caſu. Præterea ſi deus aptus eſt ad materiam exornandam, materia vero apta vt exornetur à deo, quærimus vnde nã eis hæc mutua ſit aptitudo: oportet enim eſſe aliquid quod inter ſe rite conciliet: nam cum hæc valde inter ſe diſcrepantia & oppoſita ſint, nunq̃ ex ſeipſis ad congreſſum apta redderentur, non à tertio quidem dices conciliari: nec ego fortunam admitto conciliatricem. Denique cũ materia non ſit ex ſeipſa ad bene eſſe ſufficiens, ſed ad hoc deo prorſus indigeat: deus autem & ad eſſe & ad bene eſſe ſibi ſufficiat: quis non videat deum ſuperiorẽ eſſe materia, ipſamq; materiam ſibimet ad eſſe nullo modo ſuppetere, alioqui ad bene eſſe ſibi quoque ſuppeteret, igitur ab eodem effici deo, à quo perfici non negatur.

*Rationes probantium in mundo intelligibili non eſſe materiam.* Cap. III.

QVamobrem de hac ipſa prius eſt perquirendum, an ſit, quid ſit, & quo pacto. Si autem materiam eſſe oportet indefinitum aliquid & informe: in rebus uero incorporeis utpote optimis nihil indefinitum eſt, nihil informe, non erit ibi materia. Præterea ſi quodlibet illorum eſt ſimplex, nequaquàm materia indiget, ex qua & alio quodam addito compoſitũ quoddam cõficiatur. Rurſus in his quæ gignũtur atq; ſub his quæ ex aliis alia gignunt opus eſt materia, illis autẽ quæ non gignuntur minime. Siquidem in rebus ſenſibilibus materia ex ipſa generatiõe mutuaq; permutatione uidetur inducta. Deniq; unde nã materia apud illa proceſſit & ſubſtitit? ſi. n. facta eſt, omnino eſt ab aliquo facta: ſin aũt ſempiterna eſt, plura

principia ſunt, atq; ea quæ prima ſunt omnium ſecundum contingentiam ſunt. Ac ſi ſpecies illic accedit, quod ita componitur erit corpus: itaq; corpus illic inſuper erit.

*Quomodo deus ſit infinitus, & quomodo ſit in rebus omnibus poſt deum infinitudo quedã quaſi materia, & quomodo diuerſa ſit compoſitio in rebus incorporeis atq; corporeis.* Cap. III.

Rationes vero negantes in mundo incorporeo eſſe materiam, ſoluit in capite tertio. Ipſum bonum ſæpe dicitur infinitum, quia neque ex partibus conſtituitur quarum alia terminetur in aliam, neque deſuper ſuperatur, neque ſubiecti alicuius limitibus coercetur, neque terminum poteſtatis admittit: vnde neque patitur perſeuerantiæ terminum. Dicitur & infinita materia, non quidem velut ſuperans terminos ſicut deus, ſed tanquàm terminis indigens, eosq; ab alio poſtulans. Rurſum bonum ipſum dici ſolet informe, quia forma ſuperius. Informis quoque materia, quia forma deterior, neque tamẽ omnino nihilum. Siquidem ordo formarum ſicut ſuperne non in nihilum deſinit, ſed in actum omnino purum, effectoremq; formarum: ſic ex infimo deſinit proxime non in nihilum, ſed in potentiam ſimiliter puram, capacemq; formarum. Potentiam eiuſmodi ſubeſſe cogitamus non in mundo corporeo tantum formis corporum, ſed in mundo etiam incorporeo formis ibi ſubditã incorporeis. Hanc ibi per ſe appellamus indefinitam, neque ibi id nomen horremus, cum & obedientiſſima ſit formatori, & ſemper ex toto formata: ſic affectionem irrationalis animæ laudare ſolemus, quando rationali ſe præbet rité formandam. Laudamus & rationalem, quando ſimiliter mente formatur. Compoſitio quoque aliter ibi atque apud nos eſſe cenſetur: hic forma ſæpius materialis efficitur, ibi vero contra ſemper materia fit formalis. Præterea compoſitionem illam ibi merito damnaremus, in qua ex partibus forma quædam poſt partes exoriretur, ſicut plurimum in corporibus fieri conſueuit. Quod autem ibi ſint plura quæ non tã faciant vnum quàm ſequantur vnum, damnare non decet. Materia quidem illic & forma nõ tertiam rem efficiunt, neque forma ſic proprie ad materiam comparatur, ſicut habitus ad potentiam, vel qualitas ad ſubiectum: ſed ſicut actus ad habitum, & actio rurſus ad qualitatem: ideæ illic non conſtituunt mentem quaſi partes, ſed actus quidam mentis exiſtunt, in quos ipſa mens prodijt ab æterno. Illic ergo forma non tam accedit materiæ, quàm ipſamet materia eſt in actum æterne procedens. Proinde ſicut totius forma viuentis eſt vna, in qua plures formę partium continentur: ſic & virtus ſeminalis eſt vna totius, ſed in ea virtutes ſunt plures membrorum multiplicium formatrices. Interea vero aliter corpus, aliter ſeminaria virtus compoſita eſt: nam in corpore ex particularibus formis fit forma communis. In virtute vero genitali forma totius in formas partium propagatur. Hic ergo non tam fit vnũ ex multis, q̃ multa propagantur ex vno: alioqui in corpore multa nunquàm rationabiliter perducerentur ad vnum, niſi in ratione ſeminali vnum multa præcederet, ſimiliterq; in mente. Qualẽ ſane compoſitionẽ neque in anima, neque in mente reprobare debemus. Tu hic interim vbi Plotinus de compoſitione eiuſmodi loquitur, ſenſum eius ſpecta, nõ verba. Innuit ſuper vim genitalem eſſe mentem, eamq; ſimiliter ferme compoſitam. Cum enim vis eiuſmodi non tam in ſeipſa concipiat, quàm in materia pariat, neque tam in ſe ſit & agat, quàm in materia & circa materiam: patet eam circa alia pendentem, nimirum ab alio quodam ſuperiore, ideſt intellectu pendere, atque inde non ſolum exiſtere ſemel more ſubſtantiæ, ſed more imaginis aſſidue conſeruari, multiplicemq; formarum rationem ac vim à multiplici illius intelligentia q̃uis quodammodo mobilem ab immobili mutuari. Concludit denique quòd locum materiæ tenet in mundo diuino, nunquàm formas iccirco mutare, quoniam ſimul habeat omnes: ſimul inquam, tum in eodem æui momento, tum in eodẽ (vt ita dixerim) ſui ſigno: quo factũ eſt, vt tota vbique ſit omnium poſſeſſione quieta. Præterea cum ipſa materia propter extremam inopiam & inexplebilem appetitum apud nos dicatur mutabilitatis origo, merito hic talis eſt, vbi formę materiales euadunt: ibi vero non talis, vbi materia penitus eſt formalis. Neque vero ex eo quòd ſimul tempore materia illic eſt & forma, minus ob hoc ibi ordo eſt (vt ita loquar) originis, quo materia formam antecedere cogitetur. Ordo enim & aliud eſt q̃ tempus, & tempore prius: nam tempus ordinem in motu à priori in poſterius exigit. Poteſt igitur in ſupernis eſſe ordo quidam originalis huius ad illud, velut materię cuiuſdam ad formam: ſicut in ſole ordo ſubſtantiæ ad lucem intimam nullo interueniente temporis interuallo. Neq; rurſum quia materia apud nos corporea videatur, horrere debes apud ſuperos materiæ nomen. Nam & in corporibus cum & formas corporum & dimenſiones præcedat origine, neque corpus ipſa eſt, neque re vera corporea iudicatur.

*Soluit argumenta probantia non eſſe in intelligibili mundo materiam.* Cap. III.

Principio

ipſum nuſquàm videatur per ſectionem fuiſſe diſiunctum, materiam quidem [illegible] illic eſſe negabis. Sed aliquid interim inuenies illic quaſi materiam cum multis primo [illegible] tu contemplatus, mox ſub multis inueneris vnum. Offert quidem primo ſe tibi vt [illegible] atque multiforme: prius enim in notitiam formale venit vt mouens, quamuis ibidem [illegible] quadam ipſum materiale ſit prius: quo rurſus materiali prius eſt ipſe boni ipſius [illegible] hoc materiale fit actu. Iam vero cum eſſe ſimpliciter antecedat eſſe hoc, & eſſe tale, [illegible] prius & ibi conſideratur eſſe, quàm eſſe multiplex atque formale.

*Probat eſſe in intelligibili mundo materiam.* CAP. IIII.

PRincipio cum alibi ideas eſſe fuerit demonſtratum, admittentes impræſentia ideas eſſe, ad inſtitutum progrediamur. Profecto ſi plures ibi ſunt ſpecies, commune quiddam in ipſis eſſe neceſſarium eſt: rurſusq; propriũ, quo aliud ab alio diſtinguatur. Hoc utiq; proprium, atq; hæc ſeparans differentia, forma certe eſt propria. Quod ſi illic eſt forma, eſt inſuper & formatum, circa quod differentia eſt: ſubeſt itaq; materia quæ illam accipiat formam, perpetuoq; ſubiectum. Præterea ſi intelligibilis illic mundus exiſtit, hic uero noſter illius eſt imitatio, atq; componitur ex materia, illic quoq; oportet eſſe materiam: alioqui quanam ratione mundum ornatumq; appellabis, niſi ſpeciem ſiue ſpecies contempleris? Quo autem modo contuebere ſpeciem, niſi id quoq; in quo ſpecies eſt comprehendas? Indiuiſibilis quidem prorſus eſt ubiq; mundus ipſe ſuperior, & quadam rurſus conditione diuiduus. Ac ſi partes eius inter ſe diſperſæ ſint, ſectio ipſa atq; diſperſio eſt quædã materiæ paſſio: ipſa enim eſt proprie quæ paſſa dicitur ſectionem. Sin autem quæ multa illic ſunt, unum ens impartibile ſint, nimirum multa illa in uno exiſtentia, in uno illo ſunt ceu materia: ipſaq; ipſius ſunt formæ. Vnum nanq; ipſum quod eſt uarium conſiderandum, imprimis eſt uarium atq; multiforme: conſiderandum rurſus uelut informe antequàm uarium. Si enim cogitatione illinc abſtuleris uarietatem, formas, rationes, intelligentias, proculdubio quod hæc antecedit informe indefinitumq; occurit, nihilq; apparet eorum, quæ penes ipſum in ipſoq; ſunt.

*Confirmatio ſuperiorum de uirtute mentis penetratiua & reſolutiua, quæ ſimilitudo ſit materiæ inferioris ad ſuperiorem, & quæ diſſimilitudo, & quomodo conſtituatur ex alteritate & motu.* Cap. V.

IN quinto capite ſoluit quæ dictis obijci poſſent ſimulq; dicta confirmat, admonens ne ob hoc neges in ſupernis eſſe aliquam materiam, quod eſſentia illic ſuas ſemper habens formas, ſimulq; ſit vnum: quando & apud nos materia ſemper & formata eſt, & cum forma conficit vnum. Neque mirum eſt ibi latere materiam, ſi & hic ſemper materia latet. [illegible] intellectus excogitat, hanc & hic reſoluendo inuenit intellectus. Profecto intelligentiæ [illegible] tus, vtpote quæ efficaciſſima eſt, ignis inſtar naturaliter omnia penetrat & reſoluit [illegible] militer ſimpliciſſima, quieſcit nunquàm, donec ad ſimpliciſſima reſoluendo peruenerit [illegible] in naturalibus reſoluendis quod ſub rationibus rerum formalibus tanquàm [illegible] coniectat, dicit eſſe materiam quaſi profundum: rationem vero formalem eſſe dicit [illegible] tatemque autem circumſtant, quaſi inter ſublime collocat & profundum. Si quando [illegible] tiones rerum formales omnino ſegregatas à materia videris, & tamen efficaciam ſuam ad materiam conuertẽtes, has ipſas in natura videbis ipſamq; naturam. Si præterea [illegible] modi rationes non ſolum ſegregatas, ſed ſuam ad ſe efficaciam conuertẽtes [illegible] mentem protinus contemplabere: mens enim diuina eſt vniuerſi ratio exemplaris & [illegible] per conuerſionem ad ſe cognoſcens omnia ſimul & faciens. Tum vero mens [illegible] nata rationum eſt plena formalium, aſpicitq; formas in rebus formaleſq; rationes, velut quoſdam diuinæ intelligentiæ radios, ſuis quoque rationibus congruentes. Sicut igitur [illegible] ſole creatus, atque ſolaris in ſolari lumine [illegible] vbique ſpectat colores, quod [illegible] tet appellare admonet tenebroſum, ſic intellectus quilibet [illegible] creatus atque [illegible] imbutus

imbutus luminibus idearum, ideales ſimilitudines in rationibus rerũ formalibus ſemper aucupatur, & libenter agnoſcit, atque ſub formis velut quibuſdam intelligentiæ diuinæ luminibus vaticinatur, latere materiam velut in rebus infimum, & quia per ſe formarum tanquam idealium radiorum expers, ideo tenebroſum. Materiam vero corporum cum illa incorporei mundi materia, non genere quidem conuenire memento, ſed habitudine quadam. Similiter enim vtraque tum ad formas ſuas, tum ad ipſum vnum ſe habere videtur. Vtraque ferme ſimiliter per formas ſuas definitur in actum, vtraque quaſi ſimiliter refertur ad vnum. Siquidem eodem inde modo dependet, ſcilicet per merum proceſſiõis modum e veſtigio ſuper nihilum, per modum indeterminati determinabiliſq; cuiuſdam: communicant rurſus inter ſe nõ nihil materia hæc & illa. Sicut enim hæc dona quædam incorporeæ naturæ ſortitur, ſic & illa viciſſim tum in mente habet ideales corporũ rationes, cum in anima præter rationes eiuſmodi ſubit & motiones & affectus quoſdam ad materiam hanc velut paſſiones: quæ rurſus & hic & ibi formarum locum tenent, ſimiliter ferme & materias ſuas ſpectant & vnum. Nã ab vno conuerſionis & aſpectus & termini modo dependẽt, & materias vtrobique ſuas terminare videntur. Differunt vero formæ mundi huius ab illis, quoniam hæ quidem ab anima procedunt, illæ ab intellectu vel deo. Differt & materia hęc ab illa, quoniam hęc quidem profundum eſt imaginum, illa vero formarum eſt profundum, quarum hę videntur imagines. Sicut igitur forma illic vera res eſt, ſic & materia eſt eſſentia: ſicut hic forma eſt imago formæ, ſic & materia hęc eſſentię eſt imago: atque tantum abeſt quòd materiam hanc appellet eſſentiam, vt illam quoque vix audeat eſſentiam appellare, videlicet ſi ad ſequentem perfectioris eſſentię comparetur. Poſt hęc obſeruabis, mundum intelligibilem eſſe quidem ſemper, & exiſtere ſemper ex bono, ferme ſicut lux illa coniuncta ſoli, immobiliter eſt ex ſole. Mundum vero ſenſibilem non tam eſſe vel exiſtere, quàm fieri ſemper ex illo, ſicut ex ſole mobile, vt aiunt, in aere lumen: quę autem ſunt infra lunam, aliquando fieri. Ille itaque mundus totam implet æternitatem, hic totum tempus: quę vero ſubijciuntur lunę partem temporis explent. Conſideramus in mundo intelligibili eſſentiam vt formabilem, ſeipſam præcedere vt formatam, ordine quodam dico, non tempore. Formam vero eius eſſe plenitudinem ac ſeriem idearum conſideramus, & illius mundi patrem tanquàm vnum & tanquàm bonũ: in vnitate eminentiſſimam ſimplicitatem, in bonitate fœcunditatem prorſus communicabilem. Ab vnitate mirabiliter ab omnibus ſegregata cogitamus pendere, quod in mundo intelligibili eſt loco materię ſolitarium indefinitumq; adhuc, & à formis ſequentibus ſegregatum. A bonitate vero quod eſt formale iam atque exuberanti illius communicatione fœcundum. Atque mundi illius patrem, vnitatem & bonitatem ſola relatione diſtinguimus, ſed in mundo illius filio, eſſentiam formabilem ab ideali forma, formaſq; inter ſe ideales diſtinguimus ratione formali. In mundo autem ſenſibili ad formalem diſtinctionem deſuper venientem accedit materialis & localis temporaliſq; diſtinctio. Materia in hoc illius materiã ſequitur, forma formam, ſed ad illam rurſus materiam redeamus. Poſtquàm poſuimus ipſum vnũ, cogitare ſolemus nonnihil inde pendere, quod non ſit ipſum. Hoc ergo & quia pendet inde, non eſt ipſum, & quia non eſt ipſum vnum, viciſſim pendet ex vno. Pẽdere quidem inde mox dependentia eſſe videtur: non eſſe vero ipſum, eſſe videtur alteritas atque diuerſitas. Duo igitur hęc ſimul hic eam conſequuntur, quia ratio non ſit eadem vtriuſque: non enim vbique quicquid non eſt aliquid ſtatim pendet ex illo. Tum vero materia rationẽ quidem formalẽ vel idealẽ nullam habet, ſed duntaxat materialem. Ratio vero hęc hoc ipſum pręcipue cogitatur ſcilicet pendere inde, nec illud eſſe, atque econuerſo: hanc ob cauſam Pythagorici materiam binarium nominauerunt. Sicut enim binarius eſt primus à numerali vnitate proceſſus, ſic ſuperioris mundi materia prima eſt à diuina vnitate proceſſio, conſtat etiam quodammodo geminis elementis qualiacunque ſint, ſcilicet dependentia negationeq; ſimul tanquàm motione alteritateq; prima. Quicquid autem his adiunxeris iam eſt formale, idq; materia reportare videtur per appetitum illuc vnde proceſſerat conuertentẽ: qui ſane appetitus ternarium iam implere videtur. Quamuis autem materia per ſe careat efficacia formæ, non tamen conuerſione caret, ſi modo conuerſio ipſa ſit appetitio: quippe cum appetitio egeſtatem ſequatur materię propriam. Quod vero per appetitum hunc acquiritur, implet iam quaternarium qui proprie ſpectat ad formam. Poſt hunc quinarius ſequitur ad actionem præcipue pertinens, ſenarius ad ipſum internum actionis, ſeptenarius ad externum finem actione ſuperiorem. His certe numeris conſummatur ſuperior mundus, & in agente quieſcit: eiſdẽ abſoluitur & inferior, & agit in ſuperiore quietem. Sed ne forte dicta te turbent, memento vbi iam eſt ens aliquod actu, conſiderari formalem eius idealemq; rationem, qua hoc eſt ipſum quod eſſe cenſetur priuſquàm prout ſit ab alio, vel non ſit aliud. Ipſa vero materia, quia ratione formali idealiq; caret, cogitari prius tanquàm aliunde pẽdens, & tanquàm non illud vnde pẽdet, quàm ſub ratione

quapiã

quapiam abſoluta: nam & hæc ipſius ratio eſt, ipſa videlicet dependentia ipſaq; negatio, ideoq; omnium viliſſimum exiſtimatur. Quod igitur Plotinus ait, materiam motione alteritateq; conflari, quemadmodum diximus intelligere potes. Potes & aliter intelligere, nempe ex eo quod in re quapiam motus eſt, cognoſcitur conditionem eius nondum determinatam perfectamq; exiſtere: alioqui nihil vltra requireret: Conditio vero indeterminata & imperfecta propriè pertinet ad materiam: quinetiam ex eo quod in re aliqua eſt alteritas & diuerſitas, ſi modo illic ſit vnio vera, eſt aliud quidem loco actus & formæ, aliud vero loco potentiæ atque materiæ: imò & eſſe alterum quàm illud, eſt non eſſe illud: Hoc ipſum vero quod dicitur non eſſe illud tanquam ad negatiuam indeterminatamque conditionem vergens pertinet ad materiam.

*Soluit quæ obijci poſſent ſuperioribus, & dicta confirmat.* CAP. [illegible]

SI autẽ ex eo quòd eſſentia eiuſmodi ſemper hæc habet, ſimulq; ambo ſunt unum, dicatur non eſſe ibi materiam, ſequetur ut neque etiam hic ſit materia corporum: nunquàm enim materia hæc eſt abſq; forma, ſed ſemper totum corpus, nihiloq; minus eſt compoſitum, atq; intellectus duplicitatem inuenit: hic enim diuidit quouſque ad id quod ſimplex eſt peruenerit, quod uidelicet ulterius reſolui non ualeat. Quatenus uero referri in aliud poteſt, in eius profundum penetrando progreditur: profundum deniq; uniuſcuiuſq; eſt materia: quapropter materia omnis eſt tenebroſa, quoniam ipſa ratio lumen eſt, & ipſe intellectus eſt ratio. Itaq; rationem in unoquoq; perſpiciens, id quod inferius eſt, tanquam ſub lumine obſcurum eſſe coniectat: quemadmodum oculus cum ſit luminoſus, in lumen aſpiciens, ſimulq; in colores qui lumina quædam ſunt, adducit ut dicas ea quæ ſub coloribus latẽt, obſcura materialiaq; reſtare, coloribus adoperta. Veruntamen longe diſcrepat quod tenebroſum rebus intelligibilibus, quodue rebus ſenſibilibus ſubeſſe coniicimus, utroq; differt ab hac materia illa, quanto ſpecies inhærens illi à ſpecie quæ huic inhæret eſt differens: diuina enim materia accipiens quod eam terminat, uitam determinatam intellectualemq; nanciſcitur. Hæc autem determinatum quidem aliquid fit, neq; tamen uiuẽs, neq; intellectuale quicquam, ſed uita uacuum quiddam quamuis ornatum: forma quinetiam hæc imaginaria eſt, ideoq; imaginarium eſt ſubiectum. Illic autem & forma uera res eſt, & ſubiectum conſequẽter eſſentia uera. Quamobrem qui materiam eſſentiam eſſe dicunt, ſi modo de illa loquuntur, exiſtimandi ſunt recte ſentire: quod enim illic eſt ſubiectum, eſſentia eſt, imò uero unà cum eo quod eſt in ipſo conſideratum: eſſentia enim re uera eſt id totum iam luminoſum. Quòd autem quæritur utrum intelligibilis illa materia ſempiterna ſit nec ne, perinde ſe habet ac ſi quis percontaretur an ideæ ſint ſempiternæ. Genita quidem illa ſunt qua ratione principium habent: ingenita uero propterea quòd non tempore habẽt principium, ſed ſunt ſemper ab alio, non quaſi quæ fiant inde ſemper ut hic mundus, ſed exiſtentia ſemper ſicut ille mundus. Etenim quæ illic alteritas eſt, materiam ſemper efficit, hæc enim principium eſt materiæ, primaq; motio: quapropter & hæc dicta eſt alteritas, quoniam motio & alteritas inde ſunt ſimul exortæ. Indeterminata uero & motio eſt & alteritas, quæ à primo dependent, egentq; illo quo terminentur: terminantur autem quando conuertuntur ad ipſum. Ante uero indeterminatum, id eſt materiaq; & alterum, atq; nondum eſt bonum, ſed

num, ſed

Quod enim trāſmutatur, nō oīo corrūpitur, alioqui eſſentia quędā in nihilum penitus euaneſceret, neq; rurſus quod fit, ex eo quod nullo modo eſt, efficitur. Sed cōmutatio quædā ex ſpecie altera fit in alterā, permanet aūt quod genitæ rei ſpeciē induit, dū exuit alterā. Cōſtat hoc inſuper ex interitu, hic enim pertinet ad compoſitū: quod ſi ita eſt, ex materia & forma eſt unūquodq; caducū. Inductio quoq; teſtat, quod diſſoluit eſſe compoſitū: reſolutio rurſus idē nobis oſtēdit. Veluti ſi phyala reſoluatur in aurū, aurū uero reſoluatur in aquā, aqua deniq; ſimili ratione cum perit proportionale aliquid exiget. Prętęrea neceſſe eſt elemēta uel ſpeciē uel materiā primā eſſe, uel ex materia ſimul ſpecieq; cōſtare. Speciē quidē eſſe impoſſibile eſt, quo enim pacto ſi abſq; materia ſint, molem magnitudinemq; habebunt? Sed neq; etiam prima materia ſunt, quoniam diſſoluuntur. Itaq; ex materia ſimul & ſpecie cōponuntur. Ac ſpecies quidem ad qualitatē ſpectat & formam, materia uero pertinet ad ſubiectum: & id quidem quia non ſit ſpecies, non terminatum.

*Opiniones falſæ de materiis confutantur.* Cap. VII.

OPiniones quatuor de materia falſas in ſeptimo capite reprobat. Primo quidē Empedoclis, materiā & compoſitionis primā, & reſolutionis vltimā, putantis quatuor elementa. Quod ideo falſum eſt, quoniā elementū diſſoluitur, materia vero nequaquā, quod ſatis in Theologiæ quinto probamus. Secūda vero quæ Anaxagoræ ſolet aſcribi: ferunt enim nonnulli, ſi credere fas eſt, Anaxagorā poſuiſſe duo principia rerum, intellectū ſ. & materiā, quæ neque ab intellectu ſit, neque ab eo nouas accipiat formas, ſed ipſa in ſe cunctas habeat ſed confuſas, diſcernantur aūt per intellectum. Verum in miſtura eiuſmodi formæ omnes imperfectæ ſunt & inuicē impeditæ: eſt & imperfecta materia, quæ ſua expedire nō valet. Cum igitur eſſentia hæc imperfecta ſit, ideoq; nec per ſe, ſed per participationē quādā habeat eſſe; ſequitur ſuper hanc eſſentiam eſſe perfectā, neque ſimili conditione confuſam, ne rurſum ſuperiori quodā indigere cogatur. Iam vero hæc intellectualis opificis eſſentia eſt ſuperior q̄ materia, vt dominari materiæ poſſit, ac dominādo perfecte formare. Multo vero imperioſius & facilius & exactius mouebit materiam, artificioſiusq; formabit, ſi formas ipſe in ſe præſcriptas habeat, & imprimat in materiam per ſe prorſus informem: ideoq; ad omnia mira facilitate cedentē, q̄ ſi informis ipſe caſu materiā tractet, & in diſcernēdis cōfuſis quaſi quadā ſorte laboret. Cōfutat poſt hæc Anaximenis vel Anaximandri (vt fertur) opinionē, eſſe dicentis materiam infinitū. Si infinitū hoc appellant quod nequeat pertranſiri, aut hoc primo & per ſe & in ſe infinitū erit, id eſt ipſa formalis infinitudo, aut quaſi accidēs erit in alio. Non primo vtique modo, quod enim ſic eſt infinitū, ex toto eſt ſigillatim pariter infinitū: atque ita in corpore non eſſet totū parte maius, neque pars à parte differens vel à toto. Non etiā ſecūdo modo, ſic enim illud cui accidit infinitū per ſe ante hunc acceſſum non foret immenſum, itaque non caperet infinitum: & quicquid ſit nō eſt materia id quod accidit, quoniā eſt in alio. Non rurſus materia eſt illud cui id accidit, ſi non ſit infinitū ex opinione iam poſita, neque totum hoc compoſitū eſt prima materia, quia non ſimplex, ſed in prius aliquid reſolubile. Tum vero refellit Democritum ponentem pro materia rerum atomos, id eſt corpuſcula quædam indiuidua prorſusq; diſiuncta. Sed neque corpus aliquod indiuiduum eſt, neque ex indiuiduorum numero magnitudo concreſcit, neque ex diſcretis viſcoq; carentibus continuitatis humorę corporum coaleſcit, neque ex vita carentibus vita creatur, neque ex caſu fit ordo perpetuus ad intelligentiam pertinens atque artem, neque ars vel naturalis vel quæſita ex materijs continuitatem naturaliter fugientibus aliquid vnquàm conficere poteſt.

*Confutat opiniones falſas de materia.* CAP. VIII.

PRoinde contra Empedoclē pro materia elementa ponentē, elementorum corruptio ipſa reclamat. Anaxagoras autē miſturā quandam inducens uelut aquā, dicēſq; hanc non aptitudinem quandā habere ad omnia, ſed actu omnia continere, profecto intellectum quem introduxerat tollit è medio: quippe cum non eum dicat formā ſpeciemq; tribuere, neq; priorē eſſe materia, ſed cum materia ſimul.

Impoſſibile quidē eſt ſimul eſſe: ſi enim miſtura ipſius eſſe eſt particeps, certe ens ipſum antiquius eſt. Quod & ſi ipſum ens miſtura quædā eſt, alio quodā his opus eſt tertio: quamobrē ſi neceſſe eſt rerum artificem eſſe priorem, quid nam oportuit ſpecies ſecundum exigua in materia eſſe? deinde intellectum inextricabili negotio confuſa diſcernere? cum liceat materiæ ſiquidem ſit non qualis, imprimere qualitatē, atq; formam per totam extēdere. Poſtremo quæ ratione fieri poſſit, ut in quolibet omnia ſint, profecto non uideo. Qui aūt infinitum materiæ loco ponit, quid hoc ipſum ſit debet exponere. Ac ſi ita infinitum eſt, ut id pertranſire quis nequeat, meminiſſe oportet, nō poſſe huiuſmodi quicq̄ in rebus exiſtere: neq; ſi ipſum per ſe & in ſe infinitum ſit, neq; ſi ipſum alia ſit natura quaſi cuiq̄ corpori accidens. Profecto neq; ipſum in ſe immenſum, quoniā pars quoq; eius neceſſario foret immenſa, neq; infinitum accidens alteri, quoniam illud cui accidit ſuapte natura infinitum minime foret, neq; ſimplex, & profecto neq; materia, ſed neq; atomi etiam materiæ ordinem ſortientur, quæ quidem nihil ſunt omnino. Omne enim corpus eſt per omnia diuiſibile. Refellitur quoq; idem ex ipſa corporum continuitate atq; humore: rurſus ex eo quòd abſq; mente & anima ſingula eſſe nō poſſint, quam ex atomis componi natura non patitur. Item quia nulla prorſus materia præter atomos adinuenta poteſt quicq̄ ex atomis fabricare: quandoquidem nullus artifex ex materia non continua conficere quicq̄ ualet. Quamplurima præterea aduerſus opinionem hāc dici poſſent dictaq; ſunt: quapropter ſuperuacuum eſt in his diutius immorari.

*Materia non eſt quantitas, nec habet propriam quantitatem. Item quòd ratio formalis trahit ſecum quantitatem certam, non econuerſo.* Cap. VIII.

Dum hæc ipſa materia quæ mundi vnius eſt vna, eſt & continua, i. vbique per ſe tota, neq; ſimilis atomis diſgregatis, eſt & formarū omnium expers: inquirit quid non ſit præcipue, vt ſi quid modo ſit, ita demum quid ſit potiſſimum cognoſcatur. Principio non eſt corpus ſi caret forma, ſi corpus reſoluitur in materiam, ſi materia prorſus eadē quaſi corpora penetrat, non habere hanc ſi modo prima materia eſt, neque materia quædā, ſed ſimpliciter proprias qualitates, & ego ſatis alibi, & Plotinus hic perſpicue tractat. Denique q̄to agēs ipſum prius eſt, tanto ei ſubeſt & materia prior, ſicut naturæ quę prior eſt arte ſubijcitur materia prior: artifici ergo diuino tanq̄ primo ſubditur materia prima, ergo prorſus informis, ſi cui ille eſt omniformis. Quoniam vero quantitas parum admodum formalis eſt, & materiæ [illegible] patiensq; q̄plurimum, ideoq; difficile diſcernitur à materia: iccirco diligentius [illegible] in ſequentibus perſcrutatur, vtrum materia vel ſit quantitas, vel propriam ſaltem habeat quantitatem. Non habere quidem propriam quantitatem patet, quoniam indifferenter ſe habet ad magnum atque paruum, & quæ alioqui quanta foret. Cum vero aliud ſit quantitas, aliud vero quantum, ſitq; quantum duplex aliquid: materia ſi quanta fuerit, cōpoſitum aliquid iudicabitur, atque ita in prius aliquid reſoluetur. Itaque non erit materia prima. [illegible] vt prima ſit materia, primumq; formabile, primumq; patiens, oportet ſic penitus formarum eſſe vacuam, ſicuti neceſſe eſt autorem formarum primum eſſe plenū. Qui nō ex formis [illegible] nullis facit in materia formas, ſed obſignatoris more, modoq; ſigilli, quas ipſe formas habet quodammodo exprimit, & imprimit in materiam. Cum formas dico etiam intelligo quantitatem per quam velut formale quiddam, ſic materia fit diciturq; quanta, ſicut & qualis per qualitatem. Sic igitur formarum autor perfecte formabit (vt diximus) ſi materiæ penitus dominabitur, ita dominabitur, ſi ipſe quidem formas habeat omnes, ſed materia nullas: vt materia ita prorſus egena vehementius appetat, quod'ue porrigit, aſciſcat auidius. Item [illegible] non quorundam, ſitq; artifex communis & primus. Iccirco ne illa aliquando propriam qualitatem, ſi quam habuerit, opponat artifici qualitatē aliam præ[illegible]. Ne'ue ſi habuerit propriam quantitatem ſiue figuram, reſiſtat artifici aliam impreſſuro, [illegible] cogat [illegible] modo ſibi potius quàm pro illius autoritate tribuere formas.

Iam vero cum ille primo det quæ tribuit tradatque materiæ vacuæ, merito nec vllum ſubit obſtaculum, neque qualitatem affert neceſſario pro qualitate præterita; neque [illegible] pro quantitate, ſiquidem ipſemet primam tribuit quantitatem. Tu vero de communi rerum artifice naturaque communi & formatione rerum prima potiſſimum hæc dicta putato. [illegible] mento præterea communis artificis, voluntatem non caſu quodam concurrere cum [illegible] materiæ magnitudine, atque viciſſim adeo, vt ita formæ modus quantitatis modum ſequi cogatur. Si enim caſu fit ille concurſus, fortuna erit ordinis fundamentum: idque quod in rebus eſt per accidens erit eo ipſo quod per ſe eſt prius atque ſuperius. Neque tu illis exiſtimes autorem primum in actione præcipua, ex quadam materiæ quantitate pendere, multo quem minus ex certa figura alioqui actiones multas impeditura. Sed ſcito cum artifex ipſe antecedat ordine & poteſtate materiam, ſumma libertate materiæ dominari, & in formanda minime laborare, ne tranſgreſſio vnquam contingat in opere. Ideoque pro natura, proportione, pro voluntate ſua potius quàm pro quantitatis alicuius modo mouere [illegible] formare materiam. Cum enim non per quantitatem, ſed per efficacem formam [illegible] atque faciat, merito actioni ſuæ primum in materia reſpõdet eiuſmodi forma, formam [illegible] inde quantitas comitatur: dum videlicet ad formalis actionis imperium; formæque efficacis ingreſſum materia mouetur atque protenditur: extenditur inquam, eatenus proprie, quatenus cum agitat eam formæ penetrantis impetus, tum ratio idealis ipſa præſcribit; tum denique ratio formalis vel ſeminaria exigit. Nec immerito ad certam ſpeciem certa conſequitur quantitas vel figura potius quàm econuerſo: duo enim hæc velut minus perfecta ex ſpecie tanquàm perfectiori dependent, & tanquàm non efficacia formæ ſeruiunt efficaci, ipſiusque formæ ratione comprehenduntur & fiunt. Neque diffidas quantitatem ſpecie contineri, eſt enim quantitas forma quædam, ac tanquàm aliquid formale minus in ſpecie velut magis formali continetur, & velut illic implicata mox in materiam explicata [illegible] fit vt certæ viuentium ſpecies certas habeant magnitudines & figuras. Pertinere autem quantitatem ad formam, neque eſſe materiam ex eo patet quòd quantitas vbi metitur & numerat, rationem habet determinantis: materia vero pura determinabilis [illegible] eſſe cenſetur. Mitto quantum adducantur paſſim formæ rerum vel inter ſe differre, vel [illegible] mutari ſæpe pro modo mutationeque quantitatis atque figuræ, quod ſane nunquam adduceret materia pura. Taceo nunc effectus occultos qui certis ex figuris & numeris in corpora ſæpe noſtra animoſue reſultant. Certe ante eſſe quantum ponitur eſſe ſimpliciter, nunquam enim aliquid eſſet quantum, niſi ſimpliciter eſſet: eſt autem ſimpliciter etiam ſi non ſit quantum. Quando igitur ipſum ſimpliciter ens quod antecedit eſſe quantum, primo cogitatur extendi: tunc primum quantitas oritur ipſa, ſcilicet entis extenſio. Hæc ipſa entis portio quæ protenditur, materia eſt iam corporea facta, extenſio vero quantitas: extenſio quidem ſubiecto indiget. Siquidem eſt accidens & paſſio quædam formalem entis actionem neceſſario ſequens. Iam vero cum aliquid extendatur, neque tamen ipſa extendatur extenſio; hoc ipſum quod protenditur materia eſt extenſioni ſubiecta, extenſione neceſſario prior, niſi enim quodammodo ſit, protendi non valet. Neque vero ſuſpicari licet quantitati ſubiectum eſſe formam, quælibet enim alia forma tanquàm incomparabiliter efficacior quantitati non ſubit, imò ſubigit quantitatem. Denique quòd in mundo intelligibili copia virtutis eſt, poteſtasque per omnia præſens, & inferioris exceſſus, per quantitatem velut illius imaginem in ſenſibili mundo refertur. Quòd autem illic virtutis copiæ velut [illegible] ſubeſt, per materiam hanc referri videtur. Cum igitur non ad idem ſpectent quantitas atque materia, neque eſſe eadem iudicantur. Sed quis non videat & numeros in rebus etiam à materia ſegregatis exiſtere? & puncta lineasque imò & ſuperficies neque [illegible] eſſe, neque neceſſariam habere materiam. Conclude quantitatem cum ſit formale aliquid ex agente potius quàm ex materia dependere: cumque ſit inter formalia [illegible], [illegible] eo ſic vbique tribui, vt forma præſtantior exigit.

*Quid non ſit, quidue ſit materia, id eſt quòd nullas habeat formas, & quomodo ad formas ſe habeat.* CAP. VIII.

QVænam igitur eſt hæc quæ una continua, qualitatis expers eſſe dicitur? Principio hanc non eſſe corpus, ſi modo qualitatis eſt expers, eſt manifeſtum, alioqui qualitatem eſt habitura. Cum vero dicamus hanc ipſam omnium ſenſibilium eſſe materiam: non autem quorundam quidem materiam eſſe, quorundã uero ſpeciẽ, ceu lutum ſoleamus

dicere

*Quòd materia nullam habeat quantitatem.* CAP. [illegible]

VErum qua nam ratione rem aliquam quis apprehendet, quæ nullam prorſus habeat magnitudinem? Forte uero quod [illegible] non idem eſt quod quantum: non enim idem eſt ens & quantum, nam & alia præter quantum multa ſunt. Omnino autem incorpoream naturam omnem ponere debemus à quantitate remotam: incorporea uero & materia eſt. Quinetiam ipſa quantitas non eſt quanta; quantum enim eſt quod quantitatis eſt particeps: quapropter ex hoc quoque manifeſtum eſt quantitatem ſpeciem quandam eſſe. Quemadmodum igitur albedinis præſentia fit aliquid album, quod autem albedinem facit in animali coloresq́; uarios, non eſt color uarius, ſed uaria quædam ratio: ſic quod facit quantum non eſt quantum aliquid, ſed quãtum ipſum, uel quantitas ipſa, uel ratio quantitatis effectrix. Accedens igitur ipſa quantitas in materiam, nũquid materiam in amplitudinem explicat & extendit? nullo modo. Neque enim in anguſtum coacta fuerat: imò uero magnitudinẽ quæ prius non erat affert, ſicut & qualitatem quæ ante non erat adducit.

*Quomodo materia cognoſcatur, cum ſit informis.* Cap. [illegible]

DVbitatur igitur quomodo cognoſci materia poſſit, cum formis careat omnibus, [illegible] ceat autem tum rem cognoſcendam cognoſcentes mouere per formam, tum cognoſcentes per formam ipſi rei cognoſcendæ conſentaneam agere circa ipſam. Cum igitur per formas cognitio fiat, videmur conſequenter cogitaturi formalia, non informia, [illegible] animo moliamur formas omnes ex animo ſegregantes, coniectare nonnihil in rebus [illegible] mis ſimiliter omnibus ſegregatum. Sed interim dum molimur, forma quadã certe molimur, ideoq́; inuiti molimur & formam, quàmuis vt putamus informẽ, dum videlicet pro viribus cogitamus indefinitam, atque ſub eiuſmodi forma ſuſpicamur indefinitam quoque materiam: ſic igitur indefinitate quadam conceptionis noſtræ indefinitatem materiæ cogitamus. Cõducit ad idem indefinitas quædam quaſi materialis ſub animi forma naturaliter actu [illegible]. Si fingatur circulus infinitus, ratio quidem definitioq́; circuli finita erit & certa: [illegible] oculi vel ſimilis imaginationis per circulum infinitum, infinite vagabitur. Similiter [illegible] omnibus ſublatis formis intuentis oculi more intendat pro viribus animi aciem [illegible] riam, nihil prorſus inſpiciet, ſicut nihil inſpicit oculus luminibus & coloribus vbique ſublatis: ſed hic animus coniectat interea ſubtracto lumine ſubeſſe corpus obſcurum, [illegible] & ibi formis ademptis ſubeſſe conijcit rem informem: conijci quidem vtrunque poteſt, [illegible] eiuſmodi coniectura neque legitima ratiocinatione, quæ ſolet ductu mentis ratio [illegible] lis ex formis concipere formas. Neque legitima rurſus imaginatio, quæ ſolet formas vel [illegible] mente vel ex ſenſibus intueri: coniectio itaque circa materiam ex ſpuria ratione [illegible] rina rurſus imaginatione miſcetur. Sed eiuſmodi quidem indefinitas animi circa indefinitatem materiæ ſuſpicandam, habet interim aliquid definiti quatenus & per formas agit & definit aliquid de materia, neque proprie tamen intelligit: intellectio enim eſt idearum vel ſaltem idealium contemplatio. Neque rurſum ratiocinatur proprie: ratiocinatio enim eſt collectio quædam. Hic vero non tam colligit quàm diſpergit, dum omnia de materia negat [illegible] quid affirmat interea negata confirmat. Dum enim affirmat materiam eſſe formarum omnium ſuſceptaculum, confirmat interim eam per ſe prorſus informem. Et quoniam animus [illegible] pote quæ ſpecies eſt, & eſſentia vera, horret informia & odit eſſentiæ caſum, icirco [illegible] materia negat formas & eſſentiam atque eſſe, interea eam ad hæc omnia refert, [illegible] ſicut negando prius, ita deinde referendo cognoſcit. Similis in hoc eſſe videtur cognitio [illegible] rum & cognitio ſummi, & vtrunque (vt ita dixerim) ignorando cognoſci. Tu vero [illegible] Plotinus ait, ſimili cognoſci ſimile, intellige vim aliquid cognituram, tum ante cognitionem eſſe quodammodo illi cognatam, tum in ipſa cognitione formam illius edere vel ſubire conditionem. Conclude rurſus, vbi cognitio eſt efficacior, ibi ſimilitudinem eſſe maiorem. Et quoniam intelligendi ratio quæ non ſolum ſicut ſenſus rem attingit extrinſecus, ſed etiam efficaciſſime penetrat: iccirco hanc rationibus æternis cognatiorem [illegible] re quàm corpori ſenſus.

Vtrum

*Vtrum & quomodo cogitari materia poſſit, cum careat quantitate & omni forma.* CAP. X.

QVid ergo? intelligam ipſum expers magnitudinis in materia? Quid autem? intelliges quoquo modo informe? Et quænam intellectio quis'ue cogitatiōis intuitus? Forte indefinitas ipſa. Si enim ſimile ſimili quodam attingitur, ergo & ipſa indefinitate indefinitum quoq; percipitur. Ratio quidem circa indefinitum eſſe definita [illegible]. Intuitus autem in ipſum indefinitus euadit. At ſi quodlibet ratione [illegible]gentiaq; cognoſcitur: Hic autem ratio quidem dicit de ipſa quæcunq; [illegible] Quæ uero intelligentia eſſe ſtudet, nequaquam intelligentia eſt: ſed [illegible]itas quædam intelligentiæ, profecto imaginatio circa materiam [illegible]ima eſt, ſed ſpuria: partim ex altera non uera, partim cum altera ratione [illegible]poſita. Ac forſan huc Plato ſpectans ait materiam adulterina perceptione [illegible]. Quænam igitur ipſa animæ indefinitas eſt? Nūquid inſcitia [illegible] abſentia? Forte potius in quadam negatione cum affirmatione [illegible] infinitum conſiſtit: ſicut oculo obſcuritas eſt tenebrarum, quæ quidem omnis inuiſibilis coloris materia eſt. Sic igitur & anima auferens quod [illegible] eſt in genere ſenſibili quaſi lumen, neq; ualens quod reſiduum eſt ter[illegible] ſimilis euadit oculo in tenebris conſtituto. Idem quodāmodo tunc [illegible] quod quaſi uidet? An igitur uidet? Forte tanquam nōnihil, figuræ, [illegible] luminis expers: præterea nullam magnitudinem habens, alioqui in [illegible] redigeret. Quando igitur nihil prorſus intelligit, nōne eadem illa [illegible] hæc animę paſſio? Nequaquam. Quando enim nihil intelligit, di[illegible] uero nihil patitur. Quando uero materiam cogitat, talem patitur [illegible]ionem, qualem ſi quandam informis rei recipiat formam. Siquidem & quando quæ formata ſunt, quæ'ue magnitudinem habent, intelligit, tanq̄ compoſitum quiddam cogitat. Quaſi enim diſtincta uel colorata, & qualitatibus inſignita cōſiderat. Totum ergo quiddam intelligit, ac ſimul ambo, at[illegible] quidem intellectio ſiue ſenſus ſit inhærentium: umbratilis uero [illegible] ſubiecti ſuſpicio. Neq; enim ſpecies eſt. Quando igitur in toto [illegible]ito ſubiectum unà cum his quæ inſunt, accipit: ſi reſoluat & ſepa[illegible]entia, tunc reſiduum quod relinquit ratio, uelut tenue quiddam [illegible] ſuſpicatur, obſcureq; obſcurum, & intelligit, non intelligens. Et quoniam [illegible]ipſa materia informis permanet, ſed in rebus formatur aſſidue: idcirco [illegible]anima repente ipſi rerum adhibet ſpeciem indefinitatem ęgreferēs, perinde [illegible] metuat, ne extra rerum ordinē corruat, neq; tolleret in eo quod non eſt [illegible] immorari.

*[illegible] quantitas, nec habet propriam quantitatem. Item ſuſceptio formarum [illegible] ratione quantitatis [illegible] quantitatem.* Cap. XI.

PRoinde materiā nō eſſe [illegible] aliquid cōfirmat contra dicentes nō eſſe aliā in rebus materiā præter dimenſionē qualitatibus ſubditā, quemadmodū in cęlo ponere videt Auerroes. Plerique [illegible] dimenſionem, [illegible] eſſe, tum ad capiendum accommodatam, qualē eſſe materiam arbitrantur [illegible] ipſam eſſe materiam. His autem reſpondet [illegible] probans dimenſionem non eſſe neceſſariā ad ipſum accipiendum [illegible], quando quidem mens & animus ſine dimenſione res capiant. Præterea cum

ipſum ſimpliciter ens antecedat eſſe quantum, merito quantitas poſterius ad ens acceſſit. Quo fit vt quantitatem ſine priori quantitate recipiat. Similiter materia ſine quantitate præcedente ſuſcipit quantitatem. Ergo & quod recipiat alia, habet non quia quanta ſit, ſed quia materia. Quippe cum ipſa materia primum fuerit ſuſceptaculum. Contingit autem materiam formas in dimenſione recipere, quoniam ſicut formas, ſic & dimenſionem accipit: ac [illegible] ſpatio protenditur in ea ſimul & qualitas, contracto vero contrahitur: ſi vero in [illegible] tione naturæ prior eſſe videtur ſpecies, primaq; ſpeciei proprietas, quam [illegible] figura: ideoq; ſic naturaliter inſtituta materia eſt, vt potiſſima præparatio eius ad ſpeciem ſit potius quàm ad aliquam quantitatem. Materiam dico ſimplicem atque primam. [illegible] da materia iam certo modo ad ſpeciem aliquam præparata, magnitudinem ei [illegible] iam cœpit accipere. Sed & ante magnitudinem certe quandam ſubijt qualitatem [illegible] gruam ſpeciei. Cuius quidem qualitatis virtus magnitudinem & figuram paulatim accommodat ſpeciei. Certa igitur forma quantitatem certam quodammodo antecedit, ac ſi [illegible] quantitatem ſaltem interminatam certas præcedere formas fingemus & nos ſimiliter interminatam quantitatem ab interminata quadam forma præcedi, cuius efficacia in [illegible] materia protendatur: ſic vtique imperium actionemq; ſeparatæ formæ ſuper materiam [illegible] in materia forma ſequetur antecedens videlicet quantitatē longius à ſeparata forma [illegible] tem. Tum vero cum agere & mouere qualitatis ſit proprium non quantitatis, merito non [illegible] tas qualitatem: ſed contra qualitas quantitatem agit & mouet trahitq; ſecum: ſic [illegible] magnitudo facit calidum, ſed calor extendit in magnum: non paruitas reddit frigidum, ſed frigus cogit in paruum. Quid plura? Virtutes vtique ſeminū abſque magnitudine propria [illegible] tas deſtināt magnitudines naſcituris. Quibus ipſa ſua ſpecies ſtatim adeſt, eadēq; [illegible] ſtatim magnitudo debita vel figura. Hæc enim per virtutem ſpeciei temporibus [illegible] tētia ſpeciei paulatim procedit in actum. Quamobrē materia formam ſuſcipit ob hoc [illegible] quia materia eſt arti ſubdita naturali, formamq; in primis ſuſcipit ex agente forma. [illegible] tur quia ſit moles accipit formam, ſed quia materia ſit formabilis: ſuſcipit vero [illegible] do corporeo, quia materia fit interea moles, dum & virtute & gratia formæ quant[illegible] cipit formæ conuenientem. Atqui niſi molem habuerit, adhuc ſuſcipiet qualitatem, [illegible] nondum corpoream. Sicut enim in eodem ſpatio in ſe inuicem multæ ſunt qualitates, [illegible] eas minime diſtrahentes: ſic etiam niſi ſpatium fuerit, eſſe ſimul, multoque magis [illegible] teria poterunt. Materiam plerique tanquam ſpatium cogitant, & id quidem vacuū & [illegible] ſum. Quoniam animus cum aciem in hanc intendit, nequit in ſignum aliquod ſe [illegible] alioqui formam illic aliquam cogitaret, nuſquam ergo ſiſtit intuitum. Ideoq; circu[illegible] & illac diſtractus per interuallum videtur vacuum peruagari, ac rurſus immenſum [illegible] vel cētrum vel circūferentiam vel aliter lineas deſignauerit, formas excogitare [illegible] uera enim ſicut ſpatium ipſum ſine alio quoquā ſpatio capacitas eſt ad alia: ita ma[illegible] ſpatio proprio capacitas eſt ad ſpatium. Et quamuis ipſa quoquē ita per ſe mag[illegible] reat, ſicut & ſpecies idealis, tamen nulla ſpecies apparet ſpatium cōtemplanti, [illegible] mam ſibi propriam ipſa definit, indiuiduamq; conſeruat. Materia vero videtur [illegible] niam & ſpatio ſubeſt & nullum ſibi ſignum ipſa definit, & nunquam ſecum ipſa [illegible] dum ſpecies induit varias ſemper exuitq; viciſſim, nimirum ad formarū curſum [illegible] tere nobis videri ſolet, ſicut ad nauis motū litus ipſum nautis moueri videtur. Qui [illegible] longo variarum ductu formarum tractum interea materiæ cogitat: merito [illegible] ſpatium, & id quidem mobile cogitare compellitur.

*Quod materia non ſit quantum aliquid.* CAP. [illegible]

SEd cur nam alio quodam opus eſt ad corpora cōponendū [illegible] ter magnitudinem oēsq; qualitates? An forte opus eſt [illegible] ſuſcipiat omnia. Non igitur id erit moles. Si enim moles [illegible] foret & magnitudo. At enim ſi expers eſt magnitudinis [illegible] ubi cætera ſuſcipiat non habebit: ſiquidem magnitudine carens [illegible] ducet? Si neq; ad ſpeciem & qualitatem, neq; ad diſtantiam & magnitudinem conferat. Quæ quidem ubicunq; ſit, corporibus ab ipſa materia videntur accidere. Omnino autem ſicut actiones, effectiones, tempora, motus [illegible] ſuſpicionem in ſe materiæ nullam habeant, ſunt tamen in ordine [illegible] neq; prima corpora neceſſe eſt habere materiā, ſed tota ſigillatim [illegible]

quod

corporeo mundo materiam. Sic enim ille in hunc propagari poſſe videtur, ſi ſtatim ex [illegible]
ra materia pullulet: in qua duntaxat oriri dimenſio poſſit naturæ præpotentis imperio. Quis
quidem dimenſionem ad corpora conferre putamus, non quia ipſa ſit materia corporum.
Quorum eadem certe materia eſt, quæ eſt etiam ſub dimenſione dimenſionisq; materia. [illegible]
que rurſum dimenſio neceſſaria eſt, vt ſimpliciter formæ ſint: quæ etiam ſine illa & [illegible]
in materia eſſe poſſunt. Sed forſan neceſſaria eſt, vt quæ ſimpliciter formæ ſunt, aliquando cor
poreæ fiant. Quod enim formæ ſint habent quoniam ex ſeminario ſunt in materia: quod au
tem corporeæ ſint ex eo ſortiuntur quod in materia ſunt extenſa. Hac illud Plotini [illegible]
mæ non circa magnitudinem proprie, ſed circa materiam oriūtur. Nam & magnitu[illegible]
pta, formæ reſtare poſſunt, forſan in ſeminalibus rationibus: forſan etiam in ipſa ma[illegible]
uis non corporeo modo. Id inſuper illorum ſententia confirmatur, qui diſputant in [illegible]
ſubſtantialis aduentu totum vſque ad materiam primam ibi reſolui, vt forma ſubſtan[illegible]
actuſq; ſimpliciter in ipſa ſubſtantiali ſimpliciterq; potentia fiat. Talem itaque formam [illegible]
quantitatē quæ eſt accidēs volunt adhærere materiæ. Ac ſi quantitas ibi præceſſerit, [illegible]
ſubſtantialem formam tranſgredi limitem quantitatis: nudoq; materiæ gremio ſeipſam [illegible]
ſus inſinuare. Ob hanc forſitan rationem formas nonnulli ſubſtantiales eſſe indiui[illegible]
bitrantur, quoniam nulla intercedente quantitate materiæ penitus ſe infundant [illegible]
dimenſio comitetur, quæ formas præcedat accidentales, itaque has tantum efficiat [illegible]
les. Videtur id tetigiſſe Plotinus vbi ait: Si forma ſcilicet ſubſtantialis neceſſario in di[illegible]
ne foret, ſubtracta hac, penitus perituram. Poſſe tamen formam ibi remanere [illegible]
uiſibilē, ſiue in materia propriè, ſiue in natura fundetur. Sed in materia forſan reſt[illegible]
diuiſibilis. Nam prius etiam cogitatur eſſe quàm protendatur. Mitto quod quantita[illegible]
us etiam permutata forma remanet eadem, non tamen eadem remaneret commu[illegible]
ria. Ex quo patet, formam non circa quantitatem fieri: ſed circa materiam. Commiſc[illegible]
tem facile multa corpora in corpus vnum, quoniam in eadem materia congruunt ad [illegible]
æque parata, omnium pariter auida: neque dimenſionem habente ſuapte natura, per [illegible]
diſtare inter ſe multa coguntur: Iam vero cum dimenſio quodammodo corporum [illegible]
vnionem, materia vero conciliet: conſtat & aliud dimenſionem eſſe, aliud vero ma[illegible]
materiam ipſam neque natura ſua dimenſionem habere, neque formas dimenſione [illegible]
re, ſed potius ſemetipſa: præſertim quia prima ſuſcipiendi ratio in eo cōſiſtit, quod [illegible]
omnium ſuſceptaculum. Id profecto maxime omnium capax eſſe videtur, quod [illegible]
que omnia ſimul accipere: dimenſio vero facit, vt nequeant ſimul omnia capi; [illegible]
ſum ſingula diſponantur. Proinde materiam non eſſe dimenſionem ſic iterum co[illegible]
Si dimenſio ſit, ipſa materia erit omnium fundamentum, eritq; ſubſtantia. Cum vero [illegible]
vbique ſit accidens, non poteſt penes infimum rerum gradum quantitas eſſe ſub[illegible]
quæ apud nos accidentia ſunt, quodammodo in ſuperioribus ſubſtantiæ iudicen[illegible]
rea ſicut ad mutationē qualitatis, ſic & ad quātitatis mutationem non neceſſario [illegible]
permutatur, ex quo patet vtrunque eſſe pariter accidens. Hanc ob cauſam vbi re[illegible]
finis, non ſoles quanta ſit definitione decernere: quaſi quantitas ad rationem for[illegible]
vt pars attineat, ſed accedat vt accidens: neque vero minus quātitas quàm qua[illegible]
gis contingens eſſe videtur. Siquidem qualitas per efficaciam & actum & propri[illegible]
gis videtur cum formali ratione congruere. Quamobrem ſi quantitas non eſt [illegible]
rum nec eſt ipſa materia, quæ quidem cum omnium ſit ſubiectum, merito tanquam [illegible]
tia iudicatur: Sed quis non videat quantitatem non eſſe materiam? Modo cogites [illegible]
prorſus indefinitam, ſtatim per quantitatem ſicut per qualitatem determinari, ſcilicet [illegible]
ta proprie ſit & qualis. Quod ſi dimēſionem in ſe indeterminatam accipias, ad[illegible]
illa determinat, ſaltē ad hoc ipſum, vt nō ſolū materia ſit ſimpliciter, ſed etiā vt in lo[illegible]
fundū protendatur, & ampliū, vt occupet locū, vt ſit diuiſibilis, vt tot in ſe habeat p[illegible]
pars à parte ſit differēs, vt pars terminetur ex parte, vt partes terminētur ad totū, [illegible]
do ſit inter ſe partiū & ad totū. Deniq; dimenſionē interminatā materiæ dare, nihil [illegible]
conſiteri materiā ad dimenſionē quālibet ſe indifferēter habere, ſicut ad qualit[illegible]
Sicut ergo concedimus qualitate carere: ſimiliter carere dimenſione cōcedes. Neque [illegible]
quam negare debet eſſe materiam, quod à nobis inuiſibilis & indiuiſibilis iudic[illegible]
quātitas ſi in ſeipſa ſine qualitate cōſideretur inuiſibilis erit, & qualitas viciſſim [illegible]
cul à quantitate ſtatim erit indiuiſibilis. Sunt tamen aliquid, quamuis accidētia ſint. [illegible]
igitur quæ ſubſtantiæ modo talia ſuſtinet, non eſt omnino figmentum, tum vero [illegible]
nullo ſenſu percipiatur, nihilominus aliquid eſt ponenda, nam & naturam ipſam atque [illegible]
tem eſſe aliquid affirmamus, quamuis ſentiri non poſſunt. Materiam vero & ſimo[illegible]
men ratione cognoſcimus. Et ſi [illegible] non ratiocinatione quadam intelligentiæ plena [illegible]

[illegible]

idealibus fundatā formis, tamen argumētatione partim negante formas, partim ad formas materiam referente. Poſſunt quinetiam hic verba Plotini ſic accipi: Materiam ſcilicet cognoſci ratiocinatione quadam, nō ratiocinatione inquā ipſius vacui, ſed vacuo modo, quaſi prohibeat materiam dici vacuum ipſum, vel nihil & vanum: concedat tamen eam vacuo quodam pacto cognoſci, ideſt vacuam formis eam excogitando. Cum vero probatum ſit materiam nec eſſe quantitatem, nec ſuapte natura quantitatem habere vel qualitatem: conſtat eam nec eſſe corpus, nec rurſum eſſe (vt ita loquar) corporeitatem, ſi corporeitas accipiatur pro forma quadam dimenſioni commixta, alioqui materia foret corpus. Neq; rurſum ſi corporeitas ipſa accipiatur pro ratione ideali vel ſeminali corporis effectrice: hæc enim à materia lōge diuerſa eſt, in anima enim & mente conſiſtit. Nemo vero dicere debet corpus ſine materia eſſe poſſe, propterea quòd actio corporis ſine materia videatur exiſtere. Actiones enim nec more corporum componuntur, nec alię de alijs generantur vt corpora: vicem vero materiæ gerit ad illas ipſa agentis patientis've ſubſtantia quæ componitur ex materia.

*Suſceptio formarum non fit ratione quantitatis, ſed ratione materiæ differentis à quantitate.*

## CAPVT. XII.

Conferunt igitur ſpatia corporibus, ſpecies enim corporum in dimenſionibus fiunt. Non tamen circa ipſam magnitudinem quaſi ſubiectum efficiuntur, imò uero circa ipſum quod ſit quantum. Si enim circa magnitudinem ipſam potius quàm circa materiam orirentur, ſimiliter utique magnitudine ſubſiſtentiaq; carerent, uel rationes tantum eſſent: hæ uero circa animam uerſantur, ideoq; non eſſent corpora. Oportet igitur hic circa unum multa uerſari, unum inquam quod ſit quantum, id autem aliud quàm magnitudo eſſe debet. Quoniam quæcunque miſcentur, ex eo quòd materiam habeant, in idem congrediuntur, neq; alio egent circa quod fiant. Quodlibet enim eorum quæ commiſcentur concurrit ſuam ſecum eandemq; materiam afferens. Opus eſt tamē ſimul etiam receptaculo quodam, id eſt, uaſe uel loco. Locus autem materia corporibusq; poſterior eſt: quapropter corpora prius materia indigent. Neq; uero propterea quòd actiones & effectiones immateriales ſint, conuincitur etiam corpora eſſe abſq; materia. Hæc enim compoſita ſunt, actiones uero nequaquam, ipſaq; materia ſubiectum præbet agentibus, quando agunt, in ipſis uidelicet permanens. Neq; tamen in actionem exhibet ſemetipſam, neq; enim agentes ipſi id quærunt, neq; actio altera permutatur in alteram, quo neceſſe ſit ipſis ineſſe materiam, ſed agens ipſe ex alia actione pertranſit in aliam, adeo ut conſentaneum ſit eum actionibus eſſe materiam. Eſt igitur materia neceſſaria tum qualitati, tum etiam magnitudini, ideoq; corporibus: neq; nomen eſt uanum, ſed ſubiectum aliquod eſt, quamuis inuiſibile & magnitudinis expers: alioqui qualitates etiam & magnitudinem ſimili ratione eſſe negaturi ſumus. Horum nanq; quodlibet ſi in ſeipſo tantum accipiatur, nihil eſſe dicetur. Sin autem hæc ſunt, & ſi horū quodlibet eſt tenuiter multo magis materia quoq; erit: quamuis non ſit perſpicua, perceptibilis quidē non ſenſibus. Neq; enim oculis, incolor nanq; eſt: neq; auditu, caret enim ſono: neq; uel olfactu uel guſtu, humorem nanq; uaporemq; non habet. Sed nunquid tactu? Neq; hoc quidem, quoniam nō eſt corpus: corpus enim tactus attingit, percipiens uel denſum eſſe uel rarum, aut molle aut durum, ſiue humidum ſiue ſiccum: horū uero nihil eſt materiæ propriū. Materia igitur non ſenſu, ſed rōne coniici pōt: non ratione inquā intellectu plena, ſed uacua. Ideoq; ratio hæc adul-

hæc adulterina uocatur. Proinde neque corporeitas ipſa eſt [illegible]
pria: ſiue enim corporeitas ſit ratio quædam ſane differẽs à materia [illegible]
materia aliud quiddam eſt quàm illa: ſiue iam in efficiẽdo quaſi com[illegible]
proculdubio iam erit corpus, neq; amplius materia ſolum.

*Materia nec eſt qualitas, nec habet propriam qualitatem.* Cap. [illegible]

QVemadmodum in ſuperioribus oſtẽdit materiam nec eſſe quantitatem [illegible]
ſic in præſentia nec qualitatem eſſe neque qualem: abſurdum enim dictu eſt [illegible]
omnium eſſe qualitatem, cum in ſubiecto eſſe ſit proprium qualitatum. [illegible]
id ſubiectum natura quædam definita certaq; dicatur, materia quæ neceſſario [illegible]
eſſe non poterit: ſiue incerta & indefinita natura, tunc materia quidem erit [illegible]
quaquam. Qualitatis enim proprium eſt determinare aliquid atque diſcernere: [illegible]
quis materiam vel eſſe vel habere qualitatem ex eo quòd omnibus aliorum [illegible]
tibus, quaſi hæc ipſa priuatio ſit proprietas qualitasq; materiæ, per quam à cæteris [illegible]
putetur. Concedemus autem hãc ipſam qualitatum vacationem proprietatem eſſe [illegible]
Sed eam interim qualitatem eſſe negabimus: magis enim diuerſa eſt qualitatis [illegible]
litati, quàm quantitatis vel ſubſtantia. Si igitur priuatio qualitatum qualitas [illegible]
to probabilius ſubſtantia vel quantitas poterit qualitas nominari. Præterea [illegible]
eſt aliquid fieri quale non ab ipſa qualitatis natura: ſed ab oppoſito qualitatis, [illegible]
qualitatum priuatione. Sane cum dicunt materiam ob hoc ipſum quòd ab aliorum [illegible]
tibus altera eſt, ſiue diuerſa, eſſe qualem: nunquid materiam tunc tanquam [illegible]
ſunt? Si ita putant, non erit vt qualis: ſicut neque qualitas qualis eſſe cenſetur. [illegible]
riam tunc eſſe volũt tanquam aliquid alterum? Si ita putant, certe ſicut alteritate [illegible]
ſic etiam qualitate qualis. Qualitate inquam alia præter ſe natura: erit igitur alia [illegible]
litas per quam qualis materia fiat, ſi ſic alio qualis, non eſt materia qualitas. Tum vero [illegible]
alicuius qualitatis priuatio non eſt qualitas illa, ſic omnium orbitas qualitatum [illegible]
tas eſt iudicanda, neque rurſum qualis: ſiquidem qualitatibus vndique vacat. [illegible]
gatio non eſt affirmatio, ſic priuatio nõ eſt qualitas. Ita enim priuatio in negando, [illegible]
litas in affirmando conſiſtit. Rurſum non omnis proprietas eſſe qualitas iudicanda [illegible]
enim opponitur qualitati priuatio, ſic & horum proprietates inter ſe opponuntur. [illegible]
ut eſt aliquid proprium affirmationis & qualitatis, ſic & aliquid negationis & [illegible]
eſt proprium: neque tamen id qualitas erit, ſed oppoſitum potius qualitati. [illegible]
quod ſicut proprietas qualitatis non eſt materia, ſic proprietas materię non eſt [illegible]
priuatio qualitatis: per quam ſane priuationem ſi quis dixerit materiam eſſe qua[illegible]
nus errabit, quàm qui dicat materiam ob priuationem magnitudinis eſſe mag[illegible]
ro ſi materiæ proprietas foret aliquid ipſi materię velut appoſitum, abſolute [illegible]
beret vt qualitas. At vero materiæ ipſius proprietas ipſamet materia iudicatur [illegible]
principio rerum exiſtimare ſolemus. Materia igitur non per aliam proprietatem [illegible]
ſeipſam ab alijs diuerſa cenſetur. Eſt igitur materia quodammodo ipſa diuerſitas [illegible]
alteritas, alioqui non ſeipſa quidem diuerſa foret, ſed ipſa præter ſe diuerſitate [illegible]
ſitas vero hæc quaſi duo potiſſimum ſignificare videtur, ſcilicet & communem [illegible]
gationem per quam in nulla cum illis generali ratione conueniat, & vniuerſalem [illegible]
capiendi, ad alia ſeipſam naturali quadam habitudine referentem. Vtrinque [illegible]
pẽditur eſſe diuerſitas, tum quoniam alia nimium de ipſa negantur, tum quoniam [illegible]
ter refertur ad alia. Sic enim neceſſario & aliud eſt quàm illa, & vt actibus [illegible]
ponitur. Conclude igitur in præſentia ipſammet materiam eſſe ſuipſius propr[illegible]
ro proprietatem hanc, ſcilicet quòd aliud ſit quàm alia, id eſt, quòd neque ſit alia, [illegible]
quam alijs ſimile. Cætera enim quadam inter ſe vel communione vel ſimilitudine [illegible]
Materia vero eſt penitus ſegregata, ſicut & primum principium ſegregatum. Cætera [illegible]
præter id quod vel inter ſe vel à materia diuerſa ſunt, exiſtunt aliquid [illegible]
ſeipſis. Materia vero nõ per aliud quidem eſt, per aliud vero diuerſa eſt: ſed potius [illegible]
uerſitas, ſiue mauis aliquid ab aliorum communione omnino ſecretum. Quoniam [illegible]
tinus metuit ne pronuntiando de materia ſingulari numero vel diuerſitatem vel [illegible]
ria definitum aliquid & formale nobis appareat: ideo monet numero plurali [illegible]
teriam eſſe alia ſiue diuerſa, vt per hoc [illegible] magis excogitemus.

*Materia nec qualitas eſt, nec habet propriam qualitatem.* CAP. [illegible]

Si autem

ratione autem duo. Cum diceret Peripateticus, duo hæc eſſe ratione, rationes in primis, ideſt, definitiones duas aſſignare debebat, vnam quidem priuationis, alteram vero materiæ propriam. Quod quidem niſi fiat quod ſint ratione duo cõuinci non poterit. Quod ſi duæ adducantur diffinitiones in medium, quæremus vtrum ita ſe habeant, vt neutrum duorũ in alterius diffinitione ponatur: ſi fiat ita non erunt ſubiecto ſiue re ipſa vnum, an potius vtrunque in vtriuſque diffinitione locetur, ſicut de naſo ſimo dici ſolet ab ipſo ſimo. Si ita, adhuc res duæ ſunt, naſus ſcilicet atque ſimitas: an forte vnum aliquid eorum in alterius diffinitiõe ſit, neque viciſſim ſicut calor in definitione ignis: neque contra. Si ita dicatur etiam res duæ ſunt, ſubiectum atque qualitas. Poſt hæc diſcutit vtrum materia & priuatio res vna dicãtur propterea quòd priuatio nihil rei materiæ inſuper addat, ſed cętera de materia neget. Sic autem erit ambiguum quomodo rationes duo ſint, altera quidem ad ſubiectum, ideſt, materiam pertinẽs altera vero ad relationem quæ priuatione ſit ad cætera. Probabile profecto eſt nõ ſolum priuationis, ſed etiam ſubiecti rationem ad alia rite referri. Quæ ſupra materiam ſunt, non ſolum referuntur ad finem, ſed etiam id habent vt fines ſint aliquorum. Cum vero materia ſola nullius ſit finis, cui quicquam naturali ordine ſeruiat, ſed ipſa duntaxat ſeruiat omnibus: ac totum quicquid eſt vacuum quidem ſit, munere finis: vndique vero ad finem naturaliter inſtitutum & egenum finis ſemper & cupidum, merito dictum eſt naturã eius ad alia ipſa ſua ratione referri. Vt quemadmodum in ſummo rerum tota finis ratio eſt, ſed non ad finem: ita viciſſim in infimo, finis quidem ratio nulla ſit, ſed omnis ad finem. Noli hic interim relatiões dialecticas ſomniare. Naturæ nanque ipſius relationem hic intelligi volumus prouidentiæq; diuinæ. Nihil vero à materia eſt alienius quàm relatio logica. Hæc enim vel in opinione vel in re quapiam velut ſubiecto fundatur. Materia vero contra ſubiectum eſt duntaxat & fundamentum. Præterea probabile eſt hic priuationis nomine relationem quandam ſignificari, id eſt, indefinitatem ſubiecti huius, & indigentiam ad alia naturaliter inſtitutam cupidè que vergentem. Ideóq; non facile quis diſcernat quomodo duæ quædam ſint rationes: vna quidem priuationis, altera vero materiæ. Non ſolum enim re, ſed etiã ratione ſunt vnum. Nemo vero dixerit materiam eo modo priuationem, quo priuationes alias ſolemus dicere, id eſt, defectus aliquos in ſubiectis: materia enim ipſa omnium eſt ſubiectum. Nullus iterum materiam priuationem putet vt nihilum. quando enim corpora vel ex materia componuntur, vel in materiam reſoluuntur, longe abeſt, vt vel de nihilo fiant, vel deducantur in nihilum.

*Vtrum materia ſit priuatio, uel priuatio de materia prædicetur.* CAP. XIIII.

VErum quærendum iam eſt utrũ materia ſit ipſa priuatio, an potius priuatio de materia prædicetur: qui igitur materiam priuationemq; dixit unum eſſe ſubiecto, ratione autem duo, docere debebat, quam potiſſimum utriuſq; rationem adducere deceat. Materiæ quidem rationem, quæ definiat ipſam nihil priuationis attingens, priuationis quoque ſimiliter. Vel enim neutrum in alterius eſt ratione, uel utrunque in utriuſque: uel alterum in alterius tantum, quodcunque ſit illud. Si igitur utrunque ſeorſum definiatur, neutrum'que exigat alterum: duo erunt ambo, atque materia erit alterum quàm priuatio, quamuis accidat ei priuatio. Oportet autem in definitione alterius, alterum ne potentia quidem perſpici. Si autem ita ſe habeant, ut naſus ſimus atque ſimum. Sic etiam duplex eſt utrunque atque duo. At ſi perinde ſe habet ac ignis atque calôr, uidelicet cum in igne quidem calor ſit, in calore autem non neceſſario ignis accipiatur, atque materia ita ſit priuatio, ut ignis eſt calidus, certe priuatio erit materiæ ſpecies. Subiectum uero aliud, quod quidem oportet eſſe materiam: itaque neque hac ratione erit unum. Cæterum nunquid ita unum ſubiecto ſunt, duo autem ratione, quaſi priuatio non deſignet ad eſſe quicquam, ſed potius non adeſſe. Atque ita priuatio entium negatio ſit: ceu ſi quis dicat non ens. Negatio enim nihil adiungit, ſed non eſſe dicit: atque ita priuatio erit tanquam non ens. Si igitur ita non ens dicatur, quia

tur, quia uidelicet non ſit ens, ſed aliud quiddam: an ſic duæ quædam rationes erunt? Altera quidem ſubiectum ſpectans, altera uero priuationem? Significans quandam ad alia habitudinem, uel potius ratio quidem materiæ ad alia reſpicit, ſubiectiq; ratio prorſus ad alia? Ratio autem priuationis ſi indefinitatem eius oſtēdit forſan naturā eius attinget: hoc forſan excepto quod dicitur utrunq; unum eſſe ſubiecto, ratione autem duo. Sin autem ex eo quod indeterminatum quiddam eſt indefinitumq; & informe, idem eſt atq; materia, quo nam pacto adhuc duæ rationes erunt?

*Infinitudo non accidit materiæ, ſed eſt ipſa materia.* Cap. XV.

Hæc vero priuatio quæ infinitudo dicitur vel infinitas, id eſt, aptitudo tantum per ſe formabilis, nulloſq; per ſe formales in ſe fines poſſidens: hæc inquam infinitudo nō accidit quidem materiæ, ſed eſt ipſa materia. Conſidera rationes & numeros, rationes in [illegible] les ex ſeminarijs idealibuſq; rationibus dependentes. Numeros inquam tū eiuſ[illegible] onum, tum proprietatum quæ ſunt in ipſis, tum graduum virtutis earum, tum differentiarum inter ipſas. Rationes quidem finiunt, & ordinant finiendo. Numeri vero ordinãt, & [illegible] ordinando. Item rationes vireſq; formarum, tū genera quaſi materias in ſpecies ter[illegible] vagum materiæ appetitum terminant ad effectum. Numeri quoque ordinant ſi[illegible] ſeriem quaſi ſubiectam ſibi materiam: vires item & motus definiunt qualita[illegible] per illas materiam quoque terminare videntur. Cū igitur rationes eiuſmodi numeri [illegible], certe ſubeſt eis quod finiatur ab ipſis: id vero primum eſt ipſa materia, nam et compoſita per hanc habent, vt finiri debeant aliunde: & natura vel anima vel mens per ſuā quandam materiam habent, vt formarum terminis egeant. Materia igitur cum ſit hoc ipſum quod aliunde finitur, nimirum ſuapte natura eſt infinitū: ſicut quod aliunde illuminatur eſt per ſe umbroſum. Alicubi ergo re vera imò vbiq; ſubeſt infinita natura, imò vero infinitas ipſa. Sicut enim res infinita reſpondet finitæ, ſic & fini reſpondet infinitudo. Fini inquā ſub[illegible] ſtantialis infinitudo non ficta: infinitudo inquam non in alio, ſicut & finis termi[illegible] non eſt in alio. Siquis vero dicat infinitatem hanc non eſſe materiam ipſam, ſed ipſi [illegible] accidere, cogetur fateri infinitatem nōnihil in ſe habere formale: ſiquidem ſit in ſubiecto, ſubiectumq; ſub tali quadam conditione determinet: quod certe contra naturam infinitatis eſſe videtur. Iam vero infinitas ipſa non eſt ratio vlla formalis, extrema enim eſt formabilitas, [illegible] quia ſiquid proprium ſit formale, ex ea ſaltem parte non eſt formabilis. Veruntamen [illegible] ſummum formatorem ſpectet, omnes tribuere formas, oportet ſubiectū huic proportione reſpondens nullam prorſus habere. Præterea ſi materia per ſe infinita eſt, nō oportet infinitatem huic accidere: ſin terminata dicatur nō eſt materia prima. Denique ſi materia [illegible] velut formalis quidam terminus, illiq; accidere infinitatem, id eſt, aptitudinem [illegible] formabilem, perdetur ſubito ſiquid formalis fingitur in materia. Nihil enim actu for[illegible] extrema formabilitate relinquitur. Quod autem corporei mundi materia ſit infi[illegible] atur ex eo quod materia quoque incorporei mundi eſt infinitas. Nō enim illi [illegible] infinitudo, quicquid enim eſt in ipſa finis exiſtit: ex illa vero hæc pendet per ſimilem [illegible] dum. Cogita igitur illic ipſum ſimpliciter vnum vno ente ſuperius, conſidera in vno [illegible] infinitatem, id eſt, potentiam ab ipſo vno formabilem: quę quidem quatenus in ter[illegible] formales extenditur, potentia & infinitas nominatur: quatenus in perſeuerantiā [illegible] terminos ducitur, nominatur æternitas: illa quidem infinitudo quodammodo [illegible] defectum ſic appellata, ſequitur infinitatem vnius ſecundum ſupereminētem exceſſum [illegible] cogitatam. Et quatenus excedit altera, eatenus ferme ſuccedit & altera, quaſi per relationem oppoſita primæ. Subinde vero ab infinitate quæ illic formabilis eſt, ipſa mundanę materiæ [illegible] infinitas eſt ſub natura formabilis, ſicut illa ſub bono. Duæ vero infinitates hic [illegible] non conueniunt genere, ſub quo per differentias diſcrepent ſpeciales. Atqui & vtraque ſimpliciſſima eſt, & hæc dum pendet ex illa, tum in referēdo illam cōgruere cum ipſa videtur: [illegible] quia nox eſt illa, neque ad formas ſimiles inſtituta, differre nimiū iudicatur ab illa, non quidem per differentiam ſibi additam, imò ſeipſa: vel inſuper quia nō ad ſimiles nata eſt formas, ſed hoc etiam eſt ſeipſa differre. Quoniam vero potentia illa formabilis, & ſi ad ideas quaſi materia eſt, tamen in ſeipſa, & ad noſtra cenſetur vt forma. Idcirco nō adeo iudicatur indefinita ſicut materia corporum, præſertim quia formabilis illa natura ſemper ſimiliterq; eſt ad actum formæ redacta: hæc vero redigitur paulatim, actuſq; diſperdit: fit quoque illic materia illa formalis, hic vero viciſſim forma materialis euadit. Cōditio igitur inde-

 finita in

finita in hac reperit magis quàm in illa. Conditio vero termini ibi ſuperat, hic neceſſario defi-
cit. Proinde ſi compoſitum ex materia formaq; conſideres, dices hoc quodammodo infini-
tum, ſcilicet ratione materiæ: non tamen dices hoc infinitum, eſſe ipſam infinitatis naturam.
Quæ quidem dicitur eſſe ipſius infiniti, qua ratione eſt infinitum: hoc enim pertinet ad mate
riam. Cum vero hanc ipſam materiam quaſi ſeorſum conſiderans, dicis hoc infinitum, idem
profecto eſt infinitũ hoc, ipſaq; infinitas, quam modo appellabamus ipſum infiniti eſſe, qua-
tenus infinitum. Tu vero cum de materia dicis hæc eſt ipſa natura infinitatis, ſiſte hucuſque
gradum, neque addas: hæc eſt ipſa infinitatis ratio. Ratio enim ſiue formã ſignificet, ſiue de-
finitionem ideoq; & terminum, non conuenit deformi & indefinitæ materię. Item cum dicis
infinitum hoc & ipſum naturale infiniti eſſe, idem eſt: caue ne ſub hoc eſſendi nomine intel
ligas aliquem indefinite illius eſſentiæ terminum ſiue actum ſiue modum. Tria enim hæc ad
rationem pertinent, id eſt, ad rationem idealem & ſeminariam & formalem atque formam.
Nulla vero eiuſmodi ratio conuenit ipſius infiniti naturæ, quam ſi tu definire coneris & fru-
ſtra conabere: eam enim amittes definiendo, & cogeris dũtaxat per habitudinem ad termi-
nos, quos nondum habet infinitudinem definire, vbi infinitudo non tam habet rationem ad
ſe & intrinſecus pertinentem quàm extrinſecus ad aliaq; ſpectantem: quod quidem vere eſt
infinitum eſſe. Siquid enim in hac ita ſuum ponas, vt nõ referatur ad aliud, hoc ipſum quod
non erit ad finem, erit finis: finis autem repugnat infinitati. Materiam igitur exiſtimabimus
infinitam, non quidem definientes intrinſecus, ſed ad rationem ipſam extrinſecus referẽtes.
Ad rationem inquam (vt ſæpe diximus) idealem, & ſeminariam, & formalem. Cui quidẽ ve
lut fini & finienti materiam opponimus velut ad finem & indefinitam atque finiendam: op-
ponimus inquam hoc illi, ſimpliciſſimum ſimpliciſſimo. Vnde recte concludimus, ſicut ratio
ipſa non alia dote, ſed ſeipſa ratio eſt, & finis & forma: Sic materiam non alio addito, ſed
natura ſua eſſe prorſus indefinitam. Quicquid enim addideris erit finis, eamq; definiet.

*Quomodo materia dicatur indefinita, ſiue indefinitas, uel priuatio.*

CAPVT. XV.

RVrſus perſcrutandum eſt, num ſecundum accidens ipſum infi-
nitum interminatumq; in alia ſit natura, & quomodo accidens,
& nunquid priuatio accidat. Profecto ſi quæcunq; numeri ratio
neſq; ſunt, extra infinitatem ſunt, quippe cũ termini ordineſq;
ſint, atque ipſa ordinatio ab his deſcendat in alia: ordinent autem non ordi-
natum quidem neque ordines: ſed aliud quiddam præter ordinantem ſit or-
dinatum, terminus autem & finis & ratio ordinet: profecto neceſſarium eſt,
ut quod ordinatur & terminatur ſuapte natura ſit infinitum. Ordinatur
autem materia, aut etiam quodcunque non eſt materia, ex eo quòd uel par-
ticipat eam, uel materiæ ſortitur conditionem. Itaque neceſſe eſt infinitum
ipſum eſſe materiam: non tamen id ita dicendum eſt infinitum quaſi ſecun-
dum accidens, atque ex eo quòd materiæ accidat infinitum. Nam primo
quidem quicquid alicui accidit rationem eſſe quandam oportet. Infinitum
uero non eſt ratio: deinde cui nam exiſtenti accidet infinitum? Nunquid
termino atque terminato? At enim materia neque terminatum quiddam
eſt neque terminus. Item infinitum accedens ad terminatum eius perdet na
turam, non igitur infinitum accidens eſt materiæ: ipſa igitur eſt infinitum.
Quandoquidem & in mũdo intelligibili materia ipſum eſt infinitum, quod
quidem forſan genitum eſt ex ipſa unius infinitate, ſiue potentia, ſiue æter-
nitate, adeo ut in ipſo uno non ſit infinitudo: ſed ipſum ſit infinitudi-
nis autor. Qua nam igitur ratione & ibi & hic eſt infinitum? Forte du-
plex eſt infinitum. Sed quo nam differunt? Nempe tanquam exemplar at-
que imago. Nunquid igitur id quod apud nos eſt minus eſt infinitum?

tus,ſed priuatio. Item ſuſceptaculum termini neq; terminatũ quiddam eſt, neq; terminus:ſed infinitum,quatenus infinitum. At quonã pacto fieri poteſt,ut accedens terminus naturam ipſam infiniti non deſtruat? Præſertim cum infinitum hoc ſecundum accidens non dicatur. Forte ſi infinitum hoc infinitum quantitate foret,diſperderet. Nunc autem non ita fit, ſed cõtra in eſſe conſeruat:ad quod enim natura fuerat inſtitutum, in actum perfectionemq; producit,ceu quod nondum ſatum fuerat quando ſeritur: atq; uelut fœmina cum potitur maſculo. Tunc enim fœminea natura nõ perditur,ſed magis effœminatur,ſcilicet idipſum quod eſt,magis efficitur. Sed nunquid materia bonum nacta,malum eſt? Forte ob hoc quoniam iam indiguit,neque enim habebat. Etenim quod indiget aliquo,idq; nãciſcitur, medio quodam pacto ſe habet bonum inter atq; malũ:ſi modo æque ſe habeat ad utrunque. Quod autem habet nihil utpote inopia preſſum, imò uero cũ ipſa inopia ſit neceſſe eſt eſſe malum. Non enim uel diuitiarum uel roboris hæc eſt inopia,ſed inopia quidem ſapientię:inopia & uirtutis,pulchritudinis,ualoris,formæ,ſpeciei,qualitatis. Quid nam igitur prohibet, quo minus deforme id ſit, & omninò turpe omninoq; malum? Materia uero apud ſuperos ens dici debet,quod enim ſuper ipſam extat,ſuperius ente cenſetur. Apud nos uero quod eſt ſuper materiam ens exiſtit. Quapropter cum de hac non ens dicitur,intelligitur alterum ens ad ipſius entis pulchritudinem.

*Quamuis de materia non dicatur ens uel eſſentia uel eſſe proprie, tamen non debet dici nihilum, ſed aliquid: & id quidem modo ſubſtantiale.* Cap. XVII.

APud Peripateticos quidem ſiquis materiam non ens diceret,hanc omnino diceret nihilum.Sed apud Platonicos qui ipſam vnius naturam latius quàm naturam entis longiusq; ſurſum deorſumq; protendunt,quamuis materiam dicas non ens, non tamen habes eam pro nihilo,ſicut neque pro nihilo habes ipſum bonum:quamuis non ens iudicetur. Sed illud quidem ita non ens, vt ſit ſuperius ente:hanc autem non ens, ita vt ſit inferior ente. Sicut vero deus ſummus apud pleroſque dicitur purus actus,cui non ſubeſt propria formabiliſq; in deo potentia:ſed quaſi eiuſmodi potentiæ loco,illi reſpõdent actui potentię reliquorum:ſic cum materia ſit potentia pura,cui non reſpõdet in ea proprius actus, ſaltem pro hoc ipſo actu cæterorum actus reſpondere videntur. Quamuis autem vbi actum proprio nomine nuncupamus,quia formalem vigorem ſignificet, eum materiæ proprium minime concedamus,tamen vbi actus ſignificaret nonnihil in ſua dependente natura quodammodo præſens atque firmum,firmam huius naturæ ſiue quaſi præſentiæ ueritatem quaſi actum quendam materiæ tribuere non verebimur,appellabimuſq; quodammodo ipſum eſſe materiæ. Qui ſane actus quod'ue eſſe non prohibet materiam puram dici potentiam. Præſens nanq; & firma materialis potentiæ veritas eam efficit verius puriuſque & firmius eſſe potentiam. Neque tu potentiam hanc aliarum debes conditione perpendere. Cæteræ nanque potentiæ ſunt in ſubiectis: hæc omnium naturalium eſt ſubiectum. Eſt ergo potentia hæc (vt ita dixerim) ſubiectalis atque ſubſtantialis. Addam eſſentialis, ſi modo infra entis limites nominari eſſentia poſſit. Sic enim diceremus materiam vel eſſentiam potentialem, vel potentiam viciſſim eſſentialem. Merito enim potentiæ & actus in rebus accidentales & iacentes in alio, ſicut rediguntur in actum primum præexiſtentem, ſic in primam potentiam ſubſiſtentem. Cuius quidem eſſe ſit forte ſubeſſe, ſicut & materialis formæ eſſe forſitan eſt ineſſe. Sed hic præterea theologi nonnulli dicent ipſum ſimpliciter eſſe antecedere naturaliter ſiue ratione quadam & ordine eſſe ſic aut aliter, aut hic aut ibi. Ideo'que neque formam ineſſe poſſe, niſi prius ſit ſimpliciter in ſeipſa: neque materiam recte intelligi poſſe ſubeſſe, niſi intelligatur quodammodo prius ſimpliciter eſſe: quod quidem eſſe primum appellant eſſe eſſentiæ, cui mox addunt eſſe exiſtentiæ. Per primum quidem aiunt rẽ eſſe in ſua eſſentia atq; ex ipſa: per ſecundum vero rem aiunt eſſe in effectu rerumq; ordine, & aliunde pendere. Quamobrẽ

concedent materiæ primum eſſe per ſe, ſecũdum vero per formam. Forte vero Platonici quidam etiam primum eſſe materiæ auferent, præſertim vbi Plotinum audiunt prohibentem aſſignari ipſum eſſe materiæ. Sicut ergo Theologi multi in primo rerum principio eſſe ponunt ſine eſſentia, ſic & hi materiam quaſi eſſentiam ſine eſſe putabunt, neque tamen nihilũ, ſed aliquid appellabunt: nam & Plotinus materiam imaginem appellat eſſentiæ. Sicut ergo res aliæ ſuas habent imagines, quæ quidem quis res ipſæ non ſint, ſunt tamen aliquid: ſic & imaginem eſſentiæ quamuis non veram eſſentiam, tamen nõnihil & aliquid nominabimus. Quamuis aũt materia dici poſſit vnum & nonnihil & aliquid, negare tamen ſolent ipſam proprie aliquid eſſe, ne forſan animus dum audit aliquid, ſuſpicetur aliquid eſſe formale, ſicut plurimum cõſueuit: quippe cum ipſe ſit forma, atque ex formis incitetur ad cogitandũ, cogitetq; per formas. Reuera tamen materia iudicatur re ipſa nonnihil & aliquid quaſi ſubſtãtiale, vnde Plotinus in ſuperioribus ait, materiam eſſe corporibus neceſſariam, neque vanum nomen eſſe, ſed ſubiectum aliquod quamuis occultum, multoq; magis ſubiectum hoc quàm quantitates qualitateſq; ſubſiſtere. Quod & Timæus indicat vbi ait, ante mundũ fuiſſe architectum mundi velut patrem, & materiam ſicut matrem: materiamq; appellat ſubiectum, & ſuſceptaculum atque locum. Ex quibus verbis apparet, materiam rem eſſe præter conceptus & relationes noſtras corporibus ſubſidentem. Quod Peripatetici quoque confirmant, vbi ſubſtantiam diſtribuunt in materiam & formam atque compoſitum: quàmuis autem materiam ſubſtantiam nominemus, quia ſubſtat corporibus, neque iacet in alio, putamus tamen eam deſuper perpetuo dependere, adeo vt nihil in ea vigoris ſit ad ſe conſeruandam. Depẽdet igitur tum ab ipſa natura quaſi neruo quodam inde deuincta, quinetiam per formas à natura in materiam continue iactas, quaſi per neruos aſſidue colligatur. Ipſa vero formam ſuſtinet modo profundi, atque dum cadit ab ente, id eſt à natura quę verorum entiũ infimum eſt, interea ſubeſt vt fundamentum imaginibus entis, formis ſcilicet naturalibus. Quamobrem etiam ſi apud quoſdã materia dicatur habere quaſi eſſe in ſe ſuæ eſſentiæ proprium, quod quidem in ea antecedat eſſe formale atque exiſtere, tamen primum quoque eſſe illi tributum conſeruatur, ipſi ab ipſa natura ſemel ſicut à formis corporum, conſeruatur eſſe ſecundum atque exiſtere, ſed viciſſim ab alia deinceps atque alia quaſi natura varios in horas applicet neruos, per vices ad materiam ſibi cognatius vinciendam. Sed finem iam diſputationi huic imponamus, nam in libro etiam vbi Plotinus diſputat incorporea nihil pati, & alibi multa de materia tractabuntur.

(•)

# MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, DE EO QVOD IN POTENTIA, & de eo quod in actu. COMMENTARIA.

## De eo quod in actu, & quod in potentia, Item de actu & potentia, Item de metallis atq; lapidibus. Capite I.

Liber de potentia & actu & ſummatim confirmat quæ in libro de materia dicta ſunt & per illa planius intelligitur. Diſtribuitur autem in capita quinque. In primo notabis poſt dubitationes quaſdã quicquid eſſe dicitur in potentia referri ad aliud neceſſario, ſ. ad illud quod inde fit, vel eſt in actu. Item potentiam proprie referri ad actum. Rurſum in eo quod in potentia eſt ad aliquid quandoque remanere ſubſtantiam, nouo quodã adueniente quandoque mutari: ſiue ad melius ſiue ad deterius mutatio fiat. Conſiderabis præterea non eſſe potentiam in mundo intelligibili ad nouum actum vel edendum vel comparandum: alioqui ſiue nunquàm perueniatur ad actum, fruſtra eſſe in potentia iudicabitur, ſiue quandoque perueniatur, erit in æternis mutatio temporalis. Ergo ne hæc ſequantur abſurda, omnis ibi potentia ad totum omnino ſuum actum eſt ab æterno redacta. Subinde animaduertes potentiam faciendi non eſſe dicendam in potentia eſſe, potentiam vero patiendi dici poſſe

in potentia eſſe. Obſeruabis denique Plotinum hic quod & bis alibi iam aperuit, putare metallum aquam eſſe concretam, ſiue putet quaſi ſimpliciter aquam modo cryſtalli, ſiue plurimum eſſe aquam. Phyſicorum nanque ſententia eſt, in componendis mixtis calorem & frigus tanquam agentia potius accedere quàm ut materiam. Non enim facile ob vehementiam ſuam commiſceri poſſe, ſiccum vero & humidum ſub his eſſe materiam. Vbi ſane ſiccum pręualet humido concreſcere ſaxum, vbi vero ſiccitatem humor excedit fingi metallum. Quod propter humoris exuberãtiam liquefiat ad ignẽ, quã liquefactionẽ ſiccitas in ſaxo ꝓhibeat.

# PLOTINI ENNEADIS II· LIBER V·
## DE EO QVOD IN POTENTIA, & de eo quod in actu.

*Quod dicitur eſſe in potentia, refertur ad illud quod in actu, ipſa potentia refertur ad actum.*

### CAPVT I.

DIci ſolet aliquid in potentia, aliquid rurſus in actu, aliquid etiam in rerum ordine eſſe actus. Conſiderãdum igitur quidnam ſit quod in potentia, quidue quod in actu, & nunquid idem ſit omnino eſſe in actu, atq; ipſe actus. Item ſi quid eſt actus, num ſit etiam & in actu, an potius utrunq; ſit differens, adeo ut quod actu eſt, non neceſſarium ſit actum quoq; exiſtere. Eſſe igitur in genere ſenſibili aliquid in potentia perſpicuum eſt, utrum omnino & in genere intelligibili aliquid in potentia ſit, eſt inquirendum, an forte ibi ſolum ſit quod eſt in actu. Et ſi quid forſan ibi ſit in potentia, num in potentia ſolum ſemper, ſiquidem ſit & ſemper, neque unquam procedat in actum, propterea quòd tempore minime peragatur. Verum primo exponendum eſt, quid ſit quod eſſe dicitur in potentia: ſiquidem quod in potentia eſt, non ſimpliciter eſt dicendum: Non enim fieri poteſt, ut quod in potentia dicitur, ad aliud quicquam minime referatur, ſicut æs potentia dicitur ad ſtatuam faciendam: alioqui ſi neq; quicquam ex ipſo, neq; in ipſo faciendum foret, neq; futurum eſſet aliquid ultra id quod erat, neq; poſſibile foret aliquid ultra fieri, eſſet utiq; quod erat tantum. Quod autem erat iam & aderat, neq; futurum erat quicquam. Quidnam igitur poſſet aliud præter id ipſum præſens? itaq; dici non poterat in potentia eſſe. Oportet igitur quod eſt aliquid in potentia & iam aliquid actu, ex eo in potentia dici, quòd aliquid præterea aliud fieri poſſit, ſiue quodãmodo ipſo priori manente, ſiue præbẽte ſeipſum ei quod inde fieri poteſt, adeo ut quod prius fuerat pereat. Aliter enim æs eſt in potentia ſtatua, aliter aũt aqua eſt in potentia æs, & aer ſimiliter ignis. Quod igitur ſic in potentia eſt, nunquid etiam eſſe potentia quædam dicitur ad futurum? Ceu ſi æs dicatur potentia quædam ſtatuæ, forte ſi potentia ſecundum effectionem accipiatur, nullo modo ita dicendum. Non enim potentia ſecundum effectionem conſiderata eſſe dicitur in potentia. Sin autem quod in potentia eſt non tantum ad id quod in actu eſt referatur, ſed ad ipſum quoq; actũ, erit utiq; & potentia impotentia. Rectius autem atq; apertius referre quis poteſt, quod quidem in potentia eſt, ad id quod eſt in actu, ipſam uero potentiam ad ipſum ſimiliter actũ. Sane quod eſt in potentia eiuſmodi eſt uelut ſubiectũ quod-

dam

autem quæ nullo modo permanent; manifeſtum eſt illud quod in potentia [illegible] dicitur, alterum penitus eſſe. At quando qui potentia grammaticus eſt, [illegible] dit actu grammaticus: hic illud quod in potentia cur non idem ſit, [illegible] quod exiſtit actu, idem nanque Socrates & qui ſapiens potentia & qui [illegible] ſapiens. Nunquid igitur & qui ignorans eſt, eſt & ſciens? Potentia nanque [illegible] erat, imò uero ſecundum accidens homo inſcius fit ſciens: non enim [illegible] tione inſcius, eſt in potentia ſciens, ſed accidit ei ut inſcius eſſet. [illegible] ſecundum ſeipſam exiſtens apta, in potentia perdurat etiam quatenus [illegible] ſciens, ſeruatq; adhuc quod dicitur in potentia, adeò ut qui iam eſt gramma ticus, non deſinat potentia eſſe grammaticus. Neq; forte quicquam prohi bet aliter id atq; aliter ſe habere, illic enim in potentia ſolum dicitur, hic [illegible] in potentia ſpeciem iam habente. Si igitur quod in potentia dicitur [illegible] ctum, quod autem in actu eſt coniunctum uelut ſtatua, ſpecies quæ [illegible] quomodo nuncupabitur? Forte non alienum eſt actum cognominare [illegible] dum quem in actu eſt ſubiectum, non autem in potentia ſolum, cogno nare inquam formam ſpeciemq; non ſimpliciter actum, ſed potius [illegible] actum. Quoniam & actum quendam alium ratione magis præcipua [illegible] mus nominare, actum uidelicet oppoſitum illi potentiæ quæ [illegible] Quod enim in potentia dicitur, ab alio id ipſum accipit quod fiat [illegible] tentia uero illa per quam aliquid agi poteſt, ex ſeipſa edit actum [illegible] modo oppoſitum uelut habitus, & qui ſecundum illum actus dicitur, forti tudo ſcilicet atq; fortiter agere. Sed de his hactenus.

*Quomodo aliter ſe habet potentia & actus ſub cælo atq; in cælo, & rurſum in mũdo intelligibili. Cap.* [illegible]

POſt hæc autem prohibet in mundo intelligibili aliquid eſſe in potentia [illegible] tia inquam quæ & vergat ad nouum actum, & res quædã naturaq; alia [illegible] Dicit autem quæcunque ibi potentia fingatur, rem ipſam non ſolum eſſe [illegible] ſed actum quoque exiſtere. Tum quoniam quæ ibi quaſi materialis potentia po[illegible] ma quædam, ideoq; & actus: tum quia potentia hæc & actus quem aſpicit non [illegible] ræ ſed vna. Neque tamen debemus ex eo quòd materia illa eandem ſemper [illegible] dicere idem prorſus exiſtere: nam & ſi deus in materia corporis formam in [illegible] nuaret, adhuc forma foret aliud quàm materia, ſicut euenire in cæleſtibus arbi[illegible] ſus quemadmodum in eo qui iam didicit, non perit ipſa diſcendi potentia, non [illegible] ctrinam aufertur potentia docilis, ſed perficitur: ſic in mundo intellectuali [illegible] mali latet etiam potentia quædam, quàmuis neque per hanc dicatur illic eſſe [illegible] tentia, neque hæc alia ſubſtantia ſit quàm actus, ſed ſola differat ratione. Pro[illegible] dum Ariſtoteles materiam & formam ſub Luna duas eſſe naturas voluit, dum [illegible] in cælo autem fortaſſe vnam eſſe corporis illius naturam, quæ ſit loco materiæ [illegible] ad lucem ſuam, quæ lux non ſit alia quædam natura præter naturam illius [illegible] illius naturæ proprietas atque actus: ita Plotinus exiſtimat de materia & forma [illegible] poreo atque incorporeo, hic enim duas eſſe naturas, ibi vnam. Atque hic quidem [illegible] ſicut lumen diffuſum per aerem quaſi forma, ab aerea materia differt: ibi vero [illegible] latio quædam à lumine, & lucere à luce, vel ſaltem ſicut lumen à flamma. Lumen [illegible] alia eſt natura quàm aer, in flamma vero non aliam adiungit naturam, ſed proprietas [illegible] dam eſt, actusq; flammæ perennis. Sicut ergo lumẽ hoc quaſi forma & actus eſt ad [illegible] quaſi potentiam, ita ferme quod formale, ad id quod materiale in mũdo intelligibili [illegible] ſe habere videtur. Qualis ferme diſtinctio inter concauum & conuexum pro[illegible] bit, ſi ſuperficiem ſphæricam conſiderabis, cui nulla ſit ſubiuncta profunditas. Tunc [illegible] concaua & conuexa conditio neque loco ſubiecto'ue differunt, neque natura, ſed [illegible] tan ratione: vnica enim ſuperficiei natura ad illa quidem quæ ſunt extra circulum [illegible] videbitur: ad interiora vero concaua iudicabitur, ſicut & intellectus atque volun[illegible] mo differunt. Sed vt ſummatim dicam in toto hoc mundo corporeo materia & forma [illegible]

[illegible]

[illegible], ſed præter cœlum forma eſt pro natura materiæ, in cœlo materia viciſſim pro [illegible] formæ: in mundo autem incorporeo materia quidem eſt eſſentia & natura formæ, forma vero eſt eſſe, actusq; materiæ. Rurſum materia hæc ad formam in potentia ibi eſt, neq; [illegible] ad formam, ſed eſt potius ipſa potentia formæ. Forma vero non eſt actus aliquis in [illegible] potentia, ſed ipſe potius potentiæ actus. Quoniam vero vbi mundum intelli[gi]bilem nominat, non diuinum tantum intelligi vult intellectum, ſed omnes inſuper intelle[ctus], & animas intelligentiæ compotes, ideo animam quoque intellectualem negat eſſe ad [illegible] aliquid in potentia. Sed eſſe ait ex parte quidem vegetali, poteſtatem animalis pro[creatricem], ex parte vero rationali poteſtatem ſcientiæ productricem. Tum vero ſubdit quamlibet, tum ideam, tum rem à corpore ſeparatam eſſe totum quicquid eſt in actu, atque actum, quia totum ſpecies ſit & forma ab æuo penitus abſoluta: Hic & tu notabis, non ſo[lum] [illegible] aliquid in potentia eſt ad futurum, opus eſſe ſuperiore quodam, quod totum poſſi[deat] [illegible], atque ita quod deeſt adhibeat indigenti, ſed etiam vbicunque potentia & a[ctus] [illegible] naturæ opus eſſe ſuperiore quodam, etiam ſi potentia perpetuo ſit ſub actu, [illegible] in ſe formabilis, tantum ad formalem naturam non perducitur, niſi alicuius [illegible] & ſimplicis beneficio: nam ſuper compoſitum ex duabus naturis extat na[tura] ſimplex actu perpetuo fungens. Quæ quoniam ſuum ipſa ſemper ex ſe edit actum, me[rito] [illegible] & actus. Proinde vbi ait animam ſcilicet intellectualem eſſe in mundo in[telligibili], [illegible] rationalem vero in materia, animaduerte [illegible] illam à mundo intelligibili diſtin[ctam] [illegible] quamuis actione coniunctam, ſicut hæc diuerſa natura eſt à materia, quam [illegible] effectione congrediens. Quæ quidem non eſt actus materiæ, ſed ſuperioris [illegible] actus in materiam, & quaſi forma materię. Prima quidem anima actus præ[illegible], quoniam non ſolum nihil noui naturę ipſius accedit, ſiue recedit, ſed etiam ſuit in [illegible] actum, ac per intellectum æterna fruitur actione: per vim vero diſcurrentem ni[hil] [illegible] ab externis, ſed parit potius in ſeipſa. Anima quoque ſecunda & ſi videtur actio[nes] [illegible] permutare, tamen quantum in ſe eſt, vno quodam actu vel ſaltem vigore viuifi[cat] [illegible] formas influentem atque refluentem. Sicut ignis eodem feruore diuerſa com[burit], [illegible] ac ſi quis eodem ſigillo ſubterfluentes vndas ſedula ſucceſſione figuret. Mitto quod [illegible] diſputant continuo quodam vnoq; cognitionis & voluntatis actu animam ſem[per] [illegible] modo illa, prout in actum hunc animę incidunt, percipere atque velle. Ceu ſi [illegible] opus intuitu oculis prorſus inconniuentibus plura è conſpectu non ſo[lum] [illegible] ſemel, ſed etiam deinceps è veſtigio procedentia cernat. Poſt hęc quæ de [ideis] [illegible], dicens omnes eſſe vitas & actus, alibi tractabuntur. Eſſentiam certe primam [illegible] memento hoc ipſum quod eſt eſſe vitam: vita enim non accedit ad illam, ſi[cut] ad eſſentiam corpoream extrinſecus velut forma, ſed prodit intrinſecus velut actus. Per[fecta] igitur eſſentia illa eſt, & vita perfecta. Itaque per modum perfectum eſt in actu, quod igitur [illegible] in actu exiſtit & actus. Sicut vero eſſentiæ intimus actus eſt vita, ſic vitæ inti[mus] [illegible] intellectus. Ex vita quidem illa prodit anima vera, ex illo rurſus intellectu [illegible] intellectus.

*In mundo intelligibili non eſt aliquid ad aliud in potentia, quàmuis ſit ibi potentia quædam, ſed ita ſemper [illegible], ut totum dicatur actus exiſtere.* CAP. III.

CVius autem gratia hæc prædicta ſunt impręſentia nobis eſt explicandum. Huc itaq; tendebant omnia, quo plane conſideraremus quo nam pacto in mũdo intelligibili ad ipſum quod eſt in actu ſit dicendum: atq; utrũ ibi ſolũ ſit quod dicitur eſſe actu, an etiam [illegible] quodq; ſit actus, ac ſi omnia ibi ſunt actus, qua nam ratione ſit ibi quod eſſe in potẽtia nominatur. Profecto ſi ibi neq; materia eſt in qua id ipſum conſiſtit, quod eſſe dicitur in potentia. Neque quicquàm illorum aliquid quod non iam ſit eſt futurum, neq; permutatur in aliud, neque manens ipſum ex ſe generat aliud, neque à ſeipſo digrediens tradit alteri ut ipſius ſit uice, certe non erit illic quod eſſe dicitur in potentia, ubi entium regnum non eſt temporalium, ſed æternorum. Si quis igitur ponentes in intelligibili mundo materiam percontetur, quomodo poſſit ibi eſſe materia, ſi non ſit ibidem ſecundum materiam illam quod eſſe in

potentia

potentia iudicatur. Etenim ſi alio modo ibi ſit materia, attamen in quolibet aliud quidem tanquàm materia erit, aliud tanquàm ſpecies, aliud uero compoſitum, quid nam reſpondebunt? Forte quod ibi materia dicitur ſpeciem eſſe, quando & anima ſpecies quidem eſt in ſe, aliud uero materia. Num igitur illud in potentia eſt? nequaquàm: ſpecies enim eſt ipſius, neq; ſpecies in futurum, neq; aliter quàm ratione diſtinguitur, atq; ita materiã habet quaſi duplex conſideratum. Sed ambo una natura. Quemadmodum & Ariſtoteles quintum corpus immateriale corpus aſſeruit. At uero de anima quid dicemus? In potentia enim animal eſt, quando nondum natum eſt animal, ſed naſciturum. Item in potentia muſica eſt, & alia ſimiliter, quodcunq; efficitur aliquando neq; eſt ſemper. Quapropter in genere intelligibili ſic erit quod in potentia dici ſolet. Verum anima non eſt hæc in potentia, imò uero anima horum eſt poteſtas. Quod autem in actu eſſe nominari ſolet, qua nam ratione apud ſuperos eſſe poteſt? Nunquid ſicut ſtatua uelut compoſitum eſt in actu, ſic & ibi, quoniam intelligibile quodlibet ſuam poſſidet ſpeciem, uel potius quoniã quodlibet ſpecies eſt, atq; ipſum quod eſt, ſpecies eſt perfecta. Intellectus enim nequaquàm ex potentia quæ intelligere poſſit in actum prodit intelligendi: alioqui alio quodam priore opus huic eſſet, quod ex potentia non prorumpat in actum, ſed totum iam poſſideat in ſeipſo. Quod enim in potentia eſt exigit alterum, quo accedente perducatur ad actum, ut aliquid tandem fiat in actu: quod autem ipſum à ſeipſo ſemper ita ſe habet, eſt actus. Itaq; omnia prima actus exiſtunt, habent enim quicquid oportet habere, atq; id quidem & à ſeipſis & ſemper. Iam uero & anima ita ſe habet, præcipue quæ non in materia eſt, ſed in intelligibili mundo: atque & quæ in materia eſt, actus eſt alius, ſcilicet uegetalis, actus enim & ipſa habet ipſum quod eſt exiſtit. Sed enim in actu ſint omnia, atq; ita: nunquid & ipſa actus ſunt omnia? & qua ratione? Nempe ſi recte dictum eſt intelligibilem naturam eſſe peruigilem & uitam, optimamq; uitam, optimi procul dubio ibi ſunt actus. Ideoq; & in actu & actus ibi cuncta conſiſtunt, & uitæ ſunt omnia: locusq; ille locus eſt uitæ, principiumq; & fons animæ ueræ atq; mentis.

*Materia non eſt aliquid actu.* Cap. IIII.

QVærit in capite quarto, vtrum materia prima ſit aliquid actu, atque concludit primum non eſſe aliquid eorum, quæ ſuper illam ſunt omnino, quæ ſunt entia uera. Neque aliquid rurſus eorum, quæ generantur in ea, quæ entia ſunt non uera. Dubitat interea, nunquid ipſa poſſit aliud quiddam eſſe actu, non certe aliquid ſuper ens, non rurſus ens verum, non iterum ens apparens, quid ergo? Nunquid materia aliud [illegible] erit in actu? certe nihil. Cum enim à tota entis natura & appellatione deficiat, ideoq; non habeat eſſe, nimirum nec eſſe habet in actu.

*Materia prima non eſt aliquid in actu.* CAP. V.

CAetera quidem omnia quæcunq; aliquid in potentia ſunt, id habent, ut etiam in actu aliud quiddã ſint. Quod quidem cum iam ſit, uergatq; ad aliud, eſſe in potentia iudicatur. At uero materiam illam ipſam quam eſſe entia omnia in potentia iudicamus, qua nam cõditione eſſe actu entium aliquid poſſumus affirmare? alioqui non iſta entia cuncta in potentia foret. Si igitur entium nullum eſt, neceſſe eſt neq; ens quidem ipſam eſſe. Itaq; cum nullum ſit entiũ, quomodo aliquid actu eſſe poterit?

poterit

CAeterum ſi ita eſt quomodo de ipſa loquimur? & qua conditione entium materia iudicatur? forte quoniam in potentia. Nonne igitur quoniam iam in potentia, iam & eſt, qua ratione in ea futurum conſideratur. At enim eſſe ipſi ſolũ eſt id ipſum quod futurum promittitur: quippe cum eſſe ipſius in illud quod erit referatur atque differatur. Quod igitur in potentia eſt non quidem aliquid, imò cuncta, neque ſecundum ſeipſum ens aliquod eſt, ſed ipſum quod eſt materia eſt, merito non eſt in actu. Si enim aliquid ſit in actu, id ipſum quod in actu eſt, [illegible] rit materia: non igitur omnino materia erit, ſed tanquàm æs ſe habebit. Iudicabitur igitur id non ens, non tanquàm alterum ab ente quicq̃ [illegible] hic enim adhæret enti utpote qui ab ipſo eſt, atq; in ipſo. Hæc autem eſt quaſi reiecta ac penitus ſegregata, neq; permutare ſeipſam ualet, ſed quod ab initio erat, erat autem nõ ens, ita ſeſe ſemper habet. Sed neq; ab initio [illegible] actu quicq̃, utpote ab entibus cunctis ualde deficiẽs: neq; etiam facta eſt quicq̃ [illegible] nam quæ ſubinducere perpetuo ſtuduit, ab his colorari nunquàm potuit, ſed aſſidue remanet uergens ad aliud in potentia ſe habens ad ea cõtinue [illegible] quuntur. Cumq; ubi entium ordo deſinit hæc iam appareat, atq; ab [illegible] poſt ipſam fiunt coerceatur, nimirum illorum ſimul atq; horum ex[illegible]tas ſubſidet, & cum ſub utriſq; coerceatur in actu quidem eſt ad neutrum. Solum uero reſidet in potentia, relictaq; eſt debile quiddam & umbratile ſimulachrum formari non ualens. Nonne igitur in actu ſimulachrum eſt? [illegible] igitur in actu falſitas eſt? Id uero idem eſt atq; reuera falſitas, atq; id [illegible] eſt reuera non ens. Si ergo in actu non ens, magis itaq; non ens, atq; non en[illegible] enter. Longe itaq; abeſt, ut hoc in actu ſit aliquid entium, quod in ipſo non ente ſuam retinet ueritatem. Quamobrem ſi ipſum oportet eſſe, op[illegible] ipſum in actu non eſſe, ut id quod eſt uere eſſe deuitans, in ipſo nõ [illegible] habeat eſſe: quandoquidem ſi ab his quę falſo ſunt abſtuleris falſit[illegible] re quamcunq; habuerant eſſentiam abſtuliſti. Similiter ſi illis quæ in potentia eſſe eſſentiamq; habent introduxeris actum, ſimul ſubſtantiæ ſuę [illegible] ſuſtuliſti, propterea quòd eorum eſſe erat in potẽtia eſſe. Itaq; ſi op[illegible] teriam incorruptibilem cõſeruare, neceſſe eſt eam ſeruare materiam. Oportet igitur, ut apparet, eam dicere ſolum in potentia eſſe, ut id ipſum quod eſt permaneat, aut rationes eiuſmodi accurate diſcutere.

# MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, DE ESSENTIA ET QVALITATE COMMENTARIA.

*De eſſentia quomodo conſtituatur ex ente, motu, ſtatu, eodem, altero, & quæ illi ſit diſtinctio [illegible] ſtantiali, & ratione formali, & de accidentibus.* Cap. I.

DIſputationem de eſſentia & qualitate rite admodum à prima [illegible] ſentia. Illic igitur ab ipſo ſimpliciter vno procedis, & vnum non quidem ſimpliciter, ſed vnum ens, vnum quidem qua ratione fit ab vno, ens autem qua ratione ſub vno. Quoniam vero entis ipſius origo eſt proceſſio quædam, non infinita ſtatim natura in perpetua quadam proceſſione verſatur, proceſſione inquam intima. Progreſſio enim intima fœcunditatem ibi ſignificat, ſed indi-

ſed indigentiam externa ſignificaret. Proceſſionem eiuſmodi motum quendã nominare ſolemus, [illegible] non localem dicimus, ſed quaſi vitalem. Si motus ibi eſt vllus, eſt inſuper & di[illegible], quam alteritatem diſputationis gratia nominari concedes: in omni ſiquidem mo[illegible] ab altero termino in alterum terminum pertranſitur. Iam igitur ipſi enti motum alteri[illegible] adtribuimus. Quoniam vero proceſſio eius neque à natura diſcedit ſua, ideoq; nec in [illegible] alteram tranſmutatur, merito ſtatus & identitas illic agnoſcitur. Siquidẽ dum non [illegible] permanet, ac dum non tranſmutatur in aliud, permanet idem. Totam vero hãc entis [illegible] progreſſionem, & in progreſſione ſtabilem identitatem, appellamus eſſentiam, ab ente [illegible] denominatam. Simili quodam pacto in ſequenti quauis eſſentia hæc quinque reperiuntur: [illegible], alteritas, ſtatus (vt ita dixerim) & identitas: nam & quælibet eſſentia etiam [illegible] intrinſecus, ante proceſſionem externam ſimili quodã pacto procedit intrin[illegible] rurſum quinque in ipſa rei cuiuslibet ratione formali, quæ definitione comprehẽ[illegible] deſignare, in ea enim genus & differentiam ponimus. Genere quidem res de[illegible] cum aliis conuenit, cæteris eſt quodammodo eadem. Differentia vero qua te[illegible] diſcrepat, altera eſt ab illis, atque eadem interim ſibiipſi. In hac autem principa[illegible] per genus & differentiam deſignata, naturalis & propria eius permanet vir[illegible] ipſa duratione permanet, & ſuam ad agendum continuat efficaciam. In hac [illegible] non ſolũ elucet ſtatus, ſed motus inſuper emicat, ipſa ſcilicet vel inclinatio natura[illegible] ad agẽdum. Hæc omnia in definitione cõprehendi videntur, quàmuis alia [illegible] manifeſtius. Proinde quinque à nobis enumerata, multo magis cum eſſentia quã [illegible] nam ex ipſa eſſentia potius quàm ex ſe inuicem pullulant. Primo quidẽ [illegible] alteritas ſic ab ipſo ente differunt, vt proceſſus à termino, à quo proceditur. [illegible] cum motui alteritatiq; opponantur, aliud ſunt quàm ens, quod quidẽ [illegible] opponitur. Eſſe iterum aliud motum quàm ſtatum, & identitatem quàm alte[illegible] dubitat: ſiquidem opponuntur. Motum quoque ab alteritate differre conſtat ex [illegible] quoque eſt aliud quàm idẽtitas, poteſt enim aliquis ſic in diuerſitate ſicut idẽ, [illegible] non tamen hæc ideo ab eſſentia differunt, quodlibet enim eorum eſt eſſentia [illegible] atque aliter, præſertim ſi ex fundamento conſiderentur: nam in fundamen[illegible] formalibus inter ſe rationibus differunt. Quamuis autem motus quodammodo [illegible], non tamen econuerſo eſſentia ipſa ipſe motus exiſtit, alioqui ſtatui minime [illegible] neque rurſum eſſentia eſt ſtatus, ſic enim motui non congrueret. Similiter de al[illegible] licet argumentari. Vna igitur eſſentia ſit, in ea ſint & multa: quę non tam mul[illegible] quàm (vt ita dixerim) eſſentialia multa. Eſſentiales inquam rationes, & pro[illegible] ferme ſicut in igne lux, calorq; & leuitas: atqui vt quidam putant neque [illegible], tanquàm in ſubiecto qualitates ſunt, ſed tanquàm actus quidã in agente prin[illegible]tipio, ex eodem penitus prodeuntes. Profecto cum prima eſſentia tanquàm forma prima ef[illegible] ſit, nimirum innumerabiles ferme vires eſſentiales, & actus ex ea pullulant, & in [illegible] ſe formali & efficacia differentes ſibiq; omnes tanquam differentiæ quædã [illegible] ſub vna eſſentia videntur eſſentias conſtituere, dum eſſentiales ſpecies ibi conſti[illegible]. Neque vero miraberis illic eſſe plura, quę quidem inter ſe diuerſa ſint formaliter, quis [illegible] ſint vnum, ſi conſiderabis quàm variæ ſint membrorum ſeminariæ rationes in [illegible] vna: & quàm variæ vires in anima ex anima germinantes omnesq; ſimul, itẽ [illegible] extra centrũ inter ſe diſtent, quæ tamen in centro non diſtãt. Cogitabis ſane circulum, vt vnum aliquid, in cuius centro velut eſſentia & fundamẽto lineæ vnum ſint, per [illegible] vero quaſi per formam multæ ſint atque diſtantes: ſimiliter primam finges eſſen[illegible]. [illegible] vero quæ in cauſa ſunt coniuncta, ſint in effectu diſcreta, nemini dubiũ: nam [illegible] non ſolum ſunt ſitu ſimul & tempore, ſed eſſentia inſuper vna, in effectibus pręter [illegible] diſtantiam & temporum interualla, eſſentiis inſuper diſtinguuntur. Eſſentia nã[illegible] debilior non ita ſicut prima poteſt eadem plurimis ſimul ſuppetere viribus, quæ multis [illegible] formis, neque ſufficere pluribus actionibus, quę varijs proficiſcuntur ex formis. Me[illegible] vero [illegible] de eſſentia, & illis quinque dicuntur, tentari potius quã abſolui, de his e[illegible] in libris de generibus entis diligentius pertractabitur. Memento inſuper nullas in rebus diuinis qualitates proprio nomine poni debere. Quæ enim ibi qualitates apparent, ſunt & differentiæ ſpeciales, quibus neceſſario ſpecies ipſæ conſtituuntur atque diſcernuntur, & in [illegible] perpetui [illegible] Apud nos quoque differentias ſpeciales, ſimileſq; actus, nõ de[illegible] qualitates [illegible] Qualitates enim ſunt, quæ ſpeciali [illegible] accedunt in ſe iam [illegible] ſiue accedant inſeparabiliter, vt proprietates quædam ſpeciem vel indiuiduum co[illegible] ſiue ſeparabiliter adueniant, vt quæ accidentia communia nominantur. Atque hęc [illegible] nomina [illegible] conceditur, primas illas differẽtias & pro-

prietates intimas appellari qualitates quaſdã eſſentiales. Vbi vero recte [illegible] calorem in aqua appellamus qualitatem atque paſſionem. Item calorem ſenſibus [illegible] in ignis mole, etiam qualitatem ſcilicet propriam atque actum. Virtutem vero calefa[illegible] ſiue caloris genitricem, quæ in natura ignis ſubſtantiali & quodammodo in defini[illegible] prehenditur, non qualitatem, ſed qualitatis productricem cognominamus. Exiſti[illegible] igitur quicquid in ipſa ratione comprehenditur, ſubſtãtiale ſiue eſſentiale prorſus [illegible] Ipſam vero rationem hic triplicem intelligimus: primo quidem idealem in mente, [illegible] ſeminalem in natura, tertio formalem vbicunque ſit, quæ ſ. definitione perp[illegible] dem in rebus naturalibus reſpondet ſubſtantialis forma, ſpecialiſq; in materia [illegible] ius virtute propriarum qualitatum conſiſtit origo. Effectus autem ſenſibus [illegible] quàm qualitates accipiunt, quæ in rationibus ipſis ſubſtantialia ſunt. Hinc Plato in [illegible] ait, nos in definiendo delinquere, quoties quid ſubſtantiale ſit in rebus definituri, a[illegible] in ea, & adhibemus ea, quæ ſenſibus noſtris occurrunt, hæc enim omnia ſunt acciden[illegible] ſubſtantia nõ tam ſenſu percipitur q̃ ratione perquiritur, & cum ſubſtantialis forma ne[illegible] ceſſario innitatur dimenſioni, plerique hanc indiuiduã putant, & ad genus [illegible] gunt. Quæ vero ſenſus palam attingunt, non eſſentias eſſe Plotinus ait, ſed paſſion[illegible] ab efficacia eſſentialis formæ prouenientes, atque ita ſenſum inde pati quodãmodo [illegible] vero argumentari. Nemo itaque debet in aquæ diffinitione inſerere frigus hoc, vel liquo[illegible] ſenſibus manifeſtum: tum quia frigidum atque liquidum, quale corpus hoc ſit [illegible] non quid ſit definiunt: tum quia etiam ſi calefiat aqua eſt. Ac ſi concreta gelu liquid[illegible] pareat, adhuc eſt aqua. Præterea quod ex pluribus qualitatibus congregatur non eſt [illegible] tia vel eſſentia, vel ratio eſſentialis exiſtimandum. Vna enim vnius eſt forma, rati[illegible] lis accidentium cumulum antecedens. Abſurdum vero eſt propriam ipſam rei [illegible] pluribus ſimul congerere qualitatibus, præſertim vbi quælibet earum ſeorſum ſit [illegible] alioqui ex illis quæ neque eſſentia ſunt, & inferiora ſunt nimium quàm eſſentia, c[illegible] eſſentia. At ſiquis interroget quomodo prima illa omnium eſſentia componatur, primo qui dem reſpondetur, non oportere idem prorſus exiſtere quod conſtituitur, atque [illegible] qui bus dicitur conſtitutum. Deinde non iniuria illam eſſentiã nominari, quę conficitur [illegible] quod quidem ibi ſit primum atque ſimplicius, cui dum adiunguntur actus ipſius [illegible] quos differentiæ quędam intus ſuboriuntur, conſummatur eſſentia, non quidem [illegible] fectior ente, ſcilicet quatenus eſſentia eſt: quippe cum ita ſit proceſſio quædam [illegible] ſceſſio interim ab vnitate prima ſui, ipſum vnum præcipue referente, partibuſque qui bus componitur egeat, ſi modo ibi compoſitio proprie dici poſſit. Hactenus de [illegible] tia ita ſit dictum ad ens vnumq; collata, quomodo autem ad vitam compar[illegible] tem, alibi requirendum.

# PLOTINI ENNEADIS II. LIBER VII. DE ESSENTIA ET QVALITATE.

*Mouet dubia de eſſentia & qualitate, ac tentat ſolutionem.* CAPVT I.

NVNQVID ens eſt alterum quàm eſſentia, atque [illegible] quidem etiam ſecluſis aliis dicitur. Eſſentia uero eſt [illegible] unà cum aliis ſimul adiunctis, uidelicet motu, ſta[illegible] dentitate, alteritate, atque hæc eſſentiæ ſunt elemen[illegible] totum igitur eſt eſſentia. Quodlibet autem illorum [illegible] liud quidem ens, aliud uero motus, aliaque ſimili[illegible] motus igitur ens eſt per accidens. Sed nunquid e[illegible] per accidens eſt eſſentia? an forte eſſentiam complens, quin potius [illegible] eſſentia, atque omnia quæ in diuinis ſunt eſſentia ſunt. Cur non igitur & a pud nos ita ſe res habet? Forte ſic eſt ibi, quoniam cuncta ſunt unum, hic [illegible] tem cum ſimulachra diſcreta iam ſint, hoc quidẽ aliud, illud uero [illegible]

Quemad-

entis ipſius differentiis conſtitutam. Potius autem cum actionum additamento eſſentiam nominatam eſſe cenſebimus, quæ quidem entis perfectio videatur. Forſan uero ex adiunctione facta iudicanda ſit indigētior: quippe cū à ſimplicitate degeneret, & ab ipſo iam ente declinet.

*Quid ſit proprie in rebus eſſentia, quid præterea qualitas.* Cap. II.

IN capite libri ſecundo quid qualitas ſit inquirit, atque vtrum vllo modo ad eſſentialem pertineat rationem. Confitetur autem non ad eſſentiam ſimpliciter acceptā, ſed ad talem eſſentiam attinere. Si enim definias eſſentiam ignis tanquam calefactiuam, merito inſeres ibi calorem: ſed forte ibi calor interea deſinet proprie qualitas nominari. Sin autem abſolutam definias ignis ſubſtantiam, quæ ſubſtantiam antecedit talem non manifeſte interpones ibi calorem: ſubſtantiam vero ignis non corpus tantum eſſe vult, ſed corpus certa in ſpecie collocatum. In cuius quidem eſſentia præcipuum ſit ſubſtantialis forma occulta ſenſui, & occultis prædita viribus, ſecundum vero ſit materia ſua. Primum vero locum tenet forma, quoniam hæc rem in ſpecie collocat, & dat eſſe materiæ: Vocat vero ſubſtantialem formam ſæpe hic & alibi rationem, quia in primis rationi ideali ſeminariæq; reſpondet, perq; ipſam res ipſa tum intelligitur, tum præcipue definitur, & quia proprie ratione cognoſcitur. Tangit interea nonnullorum opinionem dicentium, quæ occurrunt ſenſibus qualitates, non eſſe firmum in ſe aliquid, ſed plerūque paſſiones quaſdam ſuppoſitorum vel oppoſitorum, illatas ab actionibus ſubſtantialium formarum vbique latentium. A quibus quicquid emicat aſſidue in materiam propriam eſſe formarum eiuſmodi actus & actiones, vt calor & lumen leuitasque in igne. Quicquid autem inde tranſit in materiam alienam, paſſiones exiſtere, ſicut ab igne calor in aquam. Reperit inter hęc quæ rei ipſius eſſentiam neceſſario complent non debere illic qualitatē denominari, ſiue eſſentiam talem compleant, ſicut calor eſſentiam calefactoriam, ſiue eſſentiam ſimpliciter, ſicut differentia ſpecialis vel prima virtus in igne antecedens quoque calorem. Subiungit, neque triangulum, neque triangularitatem ipſam in triangulo qualitatem, id eſt accidens eſſe, ſed ceræ vel chartæ triangularem fieri, qualitatis more contingere. Concludit qualitatem proprio nomine acceptam cōtingere poſt ipſam ſimpliciter eſſentiam iam abſolutā, ſiue qualitas ſeparabilis inde ſit, ſiue rurſum inſeparabilis. Hæc confirmari videntur ex eo quod Theologi nonnulli de eſſentia diſputant, vel natura, quam nominant quidditatem, rationem'ue formalem, quatuor enim circa ipſam ſigna conſtituunt. Vt ecce in primo ſigno homo eſt animal rationale terrenum, quæ quidem ratio formalis eſt hominis. In ſecundo adhibentur huic rationi negationes omnium eā proprie conſequentium: negationes inquam rationibus formalibus innitentes, vt homo neque riſibilis eſt, neque non riſibilis, neque docilis, neque non docilis. In tertio ſigno adiunguntur homini proprietates eius, vt homo eſt docilis atque riſibilis. In quarto ſigno communia confluunt accidentia. Oportere autem ante cōmunia eſſe vnicuique propria, patet ex eo quod mobilia firmis neceſſario innituntur. Propria inſuper, ſiquidem plura ſint, rediguntur ad vnum maxime proprium. Hoc iterum ſi more qualitatis adhibet eſſe tale vel tale, etiam ſi tribuat id aſſidue, in ſubſtantialem reſoluitur formam, quæ tanquam perfectior exhibet ſimpliciter eſſe. Quod quidem antecedit eſſe tale, ſicut ipſa potentia ſimpliciter, talem potentiam antecedit. Hucuſque fit comitantium in eſſentiam reſolutio. In ipſa quoque eſſentia, eſſentialis virtus naturaliter inſita reſoluitur in eſſentiā, quā licet cogitādo virtuti præponere, à qua quidē virtute paſſiones propriæ oriunt, poſt hæc cōmunia plurimū aliunde contingūt.

*Quid ſit qualitas, & utrum ad rationem eſſentialem ullo modo pertineat.* CAP. II.

VErum de qualitate quid ſit omnino conſiderandum eſt, forte enim quando quid ſit cognouerimus, dubitationes eiuſmodi propellemus. Principio perquirendum eſt, num exiſtimandum ſit aliquid idem aliàs quidem eſſe ſolummodo qualitatem, aliàs autem eſſentiam quoque complere, adeo ut nequaquam durius contendamus ad id conuincendum, quo qualitas ſimpliciter eſſentiam compleat, ſed eſſentiam potius talem. Oportet igitur in tali quadam eſſentia eſſentiam eſſe, & quicquid eſt antequam ſit talis. Quid ergo? num in igne ante talem eſſentiam ſimpliciter eſt eſſentia? Forte hinc ſequitur ut ſit corpus. Ipſum itaque genus quod eſt corpus eſſentia erit, ignis autem

corpus

[illegible] non idem essentia, sed ita calor erit in [illegible] Quamobrem si auferatur calor & [illegible] esse qualia, & tollatur oppositio, relinquaturque [illegible] dimensiones, pone etiam, atque materia, idipsum quod re [illegible] non uidetur. Species enim magis essentia est. Sed [illegible] species qualitas est? Imo non qualitas, sed ratio species ipsa est. [illegible] subiectoque constat, quid nam est? Non enim id quod [illegible] Id autem quale est, nisi quis forte dicat combustio- [illegible] esse [illegible] atque ita & calefacere, & albefacere [illegible] generis alii esse actiones affirmet. Itaque ubi collocemus quali- [illegible] inuenimus. Forsan uero eas non debemus dicere quali- [illegible] essentias complere dicimus: siquidem actiones uel actus sunt [illegible] illis essentialibusque potentiis orientes, sed eas duntaxat quae [illegible] essentiam sunt, quae non alicubi quidem qualitates, alicubi uero [illegible] apparent, atque superuacuum aliquid post essentiam uidetur af- [illegible] & uitia, pulchritudo atque turpitudo & ualetudo disposi- [illegible] situs. Triangulus uero atque quadrangulus secundum seipsum [illegible] sed hoc ipsum quod est triangulare fieri, quatenus ita forma- [illegible] dicendum. Neque triangulitatem, sed formationem totius qua- [illegible] appellare possumus & artes & aptitudines studiorum. Itaque [illegible] dispositio quaedam in essentiis, quae iam sunt siue aduentitia haec [illegible] comitans. Quae quidem si etiam non comitata fuisset nihil [illegible] essentia, licet hanc dicere partim quidem facile mobilem, [illegible] difficile, ut duplex eius species uideatur: altera quidem stabilis, altera [illegible] mobilis.

Cap. III.

C[illegible] concludit, qualitatem, ubicunque sit, esse pas- sionem quandam subiecti ab occulta quadam essentiae uirtutisque essentialis efficacia de- [illegible] in ipsis autem rerum essentiis rationibusque formalibus loco qualitatum esse [illegible] (ut ita loquar) [illegible], quibus [illegible] rerum [illegible] in [illegible] tum ab aliis distinguuntur: quae quidem [illegible] essentiales sunt, [illegible] in essentiis a materia separatis, subiungit rationem [illegible], scilicet tum semi- [illegible] formae substantialis efficaciam, propagare ex eo quod in ipsis est proprium, & [illegible] calorem [illegible] nō [illegible] sed speciem actumque ignis, in primis intellige calorem, tum formam ignis substan[illegible] ipsius proprietatem, ex qua calor manifestus exoritur, qui non tam in ipsa [illegible]

[illegible]

Albedo igitur in re apparens dicenda est [illegible] actus quidam ex potentia albefaciendi procedens [illegible] dum est, omnes quæ qualitates nominantur [illegible] men ab opinione noſtra qualitatis nomen accipiant, [illegible] ꝙ quælibet ſint proprietates quaſi diſtinguentes eſſentias [illegible] pſas proprium habentes characterem. Quoniã igitur differt [illegible] illic eſt à noſtris, actus enim hæ quoq; ſunt. Forte quia non oſten[illegible] quid ſit, neq; diſcrepantiam ſubiectorum, neq; characterem: ſed [illegible] ipſam quæ qualitas dicitur quæ quidem illic eſt actus. Quapropter [illegible] proprietatem habet eſſentiæ, inde proprie conſtat nõ eſſe qualitatem [illegible] do uero ratio quod in his proprium eſt ſecernit, non inde auferens [illegible] pens, ſed magis accipiens generansq; aliud: procreat quale, quaſi [illegible] ſentiæ capiens ſibi in ſuperficie apparentem. Quod ſi ita eſt, nihil [illegible] calorem igni innatum eſſe ſpeciem aliquam actumq; ignis, neq; [illegible] tatem. At tunc demum qualitatem, quando in alio quodam [illegible] non amplius ſit eſſentiæ forma: ſed ueſtigium tantum, & umbra [illegible] relinquens illam ipſius eſſentiam, cuius eſt actus. Quotcunq; igitur [illegible] neq; actus neque ſpecies eſſentiarum ſunt: præbent autem formas [illegible] quaſdam per quas ſubiecta qualia faciunt, uelut habitus diſpoſitio[illegible] affectiones aliæ à ſubiectis, dicendæ ſunt qualitates. In quarum [illegible] exemplaribusq; actus ſunt, quæ in his ſubiectis qualitates cogno[illegible] Nec idem fit alicubi quidem qualitas, alicubi uero non qualitas: ſed [illegible] eſſentia deſertum eſt, euadit qualitas. Quod autem cum eſſentia [illegible] nimirum eſſentia uel ſpecies uel actus exiſtit. Nulla enim natura [illegible] prout in ſuo fonte eſt: & prout in alio, ubi à ſua origine iam deſti[illegible] tatem ſpeciei actusq; non retinet. Veruntamen quod nullius [illegible] cies eſt, ſed accidens: ſemper pure iam qualitas eſt, ſolumq; quali[illegible]

## MARSILII FICINI FLORENTINI [illegible]
### IN LIBRVM, DE PERMIXTIONE PER TOTA, COMMENTARIA.

*Quomodo in materis atq; natura compoſitio fiat atq; commixtio. [illegible]* *Cap. I.*

Quemadmodum in numeris aliud quidem eſt adiungere, aliud [illegible] re: ſic in rebus naturalibus aliud eſt componere, aliud commiſcere. [illegible] li quadam proportiõe, ſicut in numerorum ordine additur [illegible] narius: ſic in natura additur materiæ forma, fitq; corpus, [illegible] uo ad ternarium procedendum. Hic ſimiliter adiungitur uirtus corpori [illegible] dum, fitque corpus mobile. Illic iterum apponitur unitas numerus [illegible] unde fit quaternarius: aut etiam quaternario ternarius [illegible] ponẽdum. Simili quodammodo gradu natura corpus iam mobile [illegible] mobile ſe conferat atque uiciſſim [illegible] [illegible] muntur. Proinde ſicut in numeris præter adiunctionem multiplicatio fit, [illegible] [illegible] uel appoſitionem fit in natura [illegible]. [illegible] ari, Vbi duo dicis atque duo, [illegible] ternarium. Rurſum nonarium ternis [illegible] creari, dum [illegible] [illegible] in eodem [illegible] dum dicis ter tria nouem, [illegible]

quemadmo-

nullum poſſe augmentũ fieri, ſi non ponantur materiæ iuxta materias: vt linea lineæ per longum addita, ſed ſibi inuicẽ inſerantur, & linea prorſus infuſa lineæ, ſiue ex termino inſeri funditus, ſiue ex latere conſeri fingas. Item vbi conſtat commixtionem fuiſſe completam, intelligi non poſſe, quomodo minimum corpus ibi adæquet maximi quantitatẽ. Reſpondebunt: vel corpus minimum eatenus miſceri cum maximo, quatenus poteſt. Vel etiam poſſe per totum ſeſe diffundere, quando ſcilicet quantitas prior extenditur. Dicent enim forſitan: extenſionem non eſſe ipſam proprie quantitatem, ſed quãtitatis paſſionem atque modum. Itaque quantitatem eandem quaſi materiam varios extenſione modos accipere. Reſponſionẽ eiuſmodi Plotinus ait non eſſe tutam, vbi aſſignatur ab illis, qui plura corpora dum miſcẽtur, ſeruare dicunt prioris ſubſtantiæ formam & qualitatem. Tunc enim minimum corpus dũ priorem ſeruabit, formam forſan non poterit ad maximi modum funditus quantitate protendi. Sin autem aliam acceperit formam, nihil mirum & aliam accipere quãtitatem: ſicut quando ex aqua fit aër.

# PLOTINI ENNEADIS II. LIBER VII.
## DE PERMIXTIONE PER tota.

*Narratio opinionum trium de mixtione, & rationes earum.* CAP. I.

Conſiderandum eſt de illa corporũ permixtione, quæ per tota corpora fieri dicitur, utrum fieri poſſit, ut alter liquor ita cum altero liquore commiſceatur, ut totus perfundatur in totum, ſiue uterq; per utrunq;, ſiue alter tãtum per alterum penetret: nihil enim intereſt utro id modo fiat. Principio qui permixtionẽ in quadam appoſitione collocant quaſi admiſceant potius q̃ permiſceant, dimittendi uidentur. Siquidem oporteat permixtionem reddere totum in ſingulis partibus quàm ſimillimum, adeo ut uel minima quæq; particula ex illis quæ permixta dicuntur conficiatur. Quicunq; uero qualitates ſolas omnino commiſcent, materias uero corporis utriuſq; apponunt, atque per ipſas undequaq; qualitates utriuſq; perducũt: forſan perſuadere poſſent, ex eo quòd reprobari forſan liceat permixtionem illam quæ per tota fieri dicitur. Item ex eo quòd alioqui contingeret magnitudines molium in ſectiones penitus pertranſire, ſi nullum prorſus interuallũ in alterutro corporum relinquatur: quandoquidem continua diuiſio fuerit, ex eo quòd alterum toti penitus ſe inſinuet alteri. Præterea ex eo quoq; perſuaderent, quòd ſæpe quæ mixta ſunt, maiorem ſimul quàm alterum è duobus occupant locum, tantumq; locum quantum ſi cohæſerint, ab utriſq; locus impletur. Atqui ſi totum per totum prorſus ingrederetur, aiunt oportere locum alterius eundem permanere atq; prius in quem alterum ſit coniectum. Vbi autẽ locus duo comprehendens mixta amplior non euadit, adducũt in cauſa exhalatiões quaſdam aeris, quarum uice alterũ eſt ingreſſum. Deniq; pro ſua opinione adducunt, quãdo minus corpus maiori ſe inſerit. Interrogãt enim quomodo fieri poſſit, ut minus hoc adeo extendatur, ut per totum maius ſeſe effundat. Alia præterea multa ſimiliter in medium adducere ſolent. Qui autem permixtionem per totum utrunq; corpus inducunt, uidẽtur poſſe dicere diſtribui quidem corpora, neq; in ſectiones abſumi, etiã ubi permixtio per tota conficitur. Quandoquidem & ſudores ſectiones non inferant corpori, neq; rurſus ibi aliquid perforetur. Iã uero & ſi quis obiecerit, nihil pro-

hibere

hibere ita naturam instituiſſe, quo ſudor facilius exudaret: attamen addent in artificiis quibuſdam quando tenuia continuaq; ſunt, uideri ea ſæpe per totum humore madentia inſtillantiaq;, atq; in alteram partem humorem inde transfluere. At uero cum hæc corpora ſint, haud facile intellectu eſt, qua ratione fieri poſſit, ut alterum abſq; inciſione pertranſeat alterum. Sin autem per totum mutuo diuidant, proculdubio ſe mutuo deſtruent. Deinde quando aiunt, ſæpe ex duorum corporũ congreſſione in mole non fieri augmentum: conceſſuri uidentur aliis exhalationes aeris in cauſa aſſignare. Sed ad locorum augmentum difficile quidem, nihil tamẽ prohibet dicere, ubi utrunque corpus mutuo inſinuatum eſt, magnitudinem quoq; unà cum cæteris qualitatibus neceſſario augeri. Neq; enim hanc ipſam perdi, quemadmodũ neq; cæteræ qualitates: & quemadmodum alia ibi ſpecies qualitatis prouenit ex utriſq; commixta, ſic & aliam magnitudinẽ ubi profecto mixtura ex utriſque conficit magnitudinem. Verùm hic forſan aduerſum hos ſic alii dicerent: ſi materia materiæ adiacet, molesq; moli: quam comitatur & magnitudo, pro noſtra opinione iſtud adducitis. Sin autem materia unà cum magnitudine quæ & prius erat in ipſa, per totam alteram molem ingrediatur, ſic utiq; fiet, nõ perinde ac ſi linea deinceps lineæ iuxta terminos ipſarum punctis conſiungatur, ubi poteſt fieri augmentum: ſed illo inquam potius modo fiet, ueluti ſi ita inſeratur linea lineæ, ut nullum proueniat incrementũ. Poſtremo cõtra hos afferebatur, impoſſibile uideri, minus corpus per totũ maius ſe porrigere, præſertim minimum quodq; per maximũ: ubi uidelicet cõſtet mixtionem eſſe peractam. Profecto ubi non ſatis exploratum eſt, talia ſimul omnino confundi, licet obiicere, minimum per totum maximum nõ percurrere. Vbi uero euidenter id ſit compertum, aſſignari poterunt quædã molium ipſarum extenſiones, quamuis non ſatis probabilia dicant qui molem quamminimam in molem ampliſſimam protendere moliuntur, præſertim cum magnitudinem corpori tribuant ampliorem: neq; tamẽ ipſum ita tranſmutent, ſicut ſi ex aqua aer efficiatur.

*Diſcuſſio opinionum de mixtione, in qua uidetur approbare in mixtione perfecta totum corpus utrinq; confundi per totum.* Cap. III.

IN ſecundo capite tentat quid potiſſimum in his dubitationibus ſit dicendum. Primo quidem uidetur concedere liquidum corpus per aliud tum materia, tum qualitate penitus ingredi: ſicut per bombycem aqua. Atque poſt per eiuſmodi mixtionem ibi magnitudinem æqualem eſſe atque prius: præſertim vbi ingrediente liquore ſubterfluit aer. Poſſe etiam magnitudinem augeri, vbi alterum alteri ſit prorſus imbibitum. Quid enim mirum eſt hoc ex illo nouas accipit qualitates, nouam interim accipere magnitudinem. Atque ſicut per contactum accipit qualitatem: ita dimenſionem illius penitus intromittere, atque inde concreſcere. Sed cum qualitas qualitati potius aduerſetur, quàm vel qualitas quantitati, vel quãtitas quantitati: merito in mixtione prior aliqua qualitas vel tranſit in nouã, vel obſcuratur: quantitas uero magis permanere videtur: quo vero exactior ſit permixtio, eo magis formæ priores ſequenti formæ concedunt. Quod quidem & arte perficitur & natura: forſan vero dimẽſio abſque ſectione dimenſionem ingredi põt, ſicut & qualitas qualitatẽ, & materia ſæpe materiã. Nihil enim hãc prohibet penitus ingredi, cũ ſuapte natura ſit incorporea: vbi aũt impeditur ingreſſio, non qua ratione ibi dimẽſio eſt, impeditur: ſed qua denſitas duritiaq; reſiſtens; hæc enim eſt quæ proprie neſcit cedere, ideoq; intromittere vel ingredi neſcit. Aliud vero eſſe duritiem, aliud dimenſionem nullus ignorat. Impediri aũt ingreſſio ſolet non ſolum à qualitate dura, ſed ab hoſtili etiam qualitate: vbi vero neutra ſit, impediri non ſolet introitus.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hæc vnà cum Plotino tentauiſſe potius quàm abſoluiſſe ſufficiat. Nam & aliquis forte [illegible] rit, quando corpus hoc in illud prorſus infunditur, fitq; interim alteratio, ſi magnitudo [illegible] creſcat, priorem deſinere dimenſionem, vnà cũ propria forma: dum fit vtraque [illegible] nanque dimenſionem in rebus eſſe diſtantiæ cauſam, & idcirco quatenus duæ quædam [illegible] quo dimenſiones exiſtunt, illic eſſe horum ad illa diſtantiam molemq; protendi. Quod [illegible] & Plotinus hic forte ſignificauerit, dicens materiam ſuapte natura nõ reſpuere mixtionem [illegible] præſertim quando neque propriam qualitatem habeat, neque vllam rejciat quantitatem [illegible] at quando repetit corpus aliud penetrare per aliud: non dimenſiones repetit, ſed qualitates atque materiam. Veruntamen non videtur exiſtimare impoſſibile inter corpora valde liquida dimenſionem abſque fractione penetrare dimẽſionem; quippe cum fractio inter dura [illegible] ri ſoleat. Concedet & forſan flammam ſimiliter penetrare ferrum, ſimulq; prorſus [illegible]

*Corpora in mixtione, tum per molem, tum qualitatem, corporibus penitus commiſceri.*

CAPVT II.

HOc autem ipſum inquiſitionem propriam exigit, quidnam [illegible] tingat, quãdo quæ fuerat moles aquæ, fit aer. Quo uidelicet [illegible] do amplior in eo quod gignitur moles efficiatur; impræſentiarum [illegible] uero hæc hactenus pauca è multis: quæ pro utraq; opinione [illegible] duci ſolent, dicta fuerint. Nos autem his in rebus inueſtigemus, quid [illegible] tiſſimum aſſerendum: utra opinio rationi magis conſentanea ſit, Et [illegible] alia quædam ſententia præter dictas appareat: principio, quando per [illegible] fluit aqua, aut lana uel papyrus aquam quam ebibit extillat: cur non [illegible] aquæ corpus per ipſam effluendo pertranſit? Aut etiam quando nõ [illegible] quo pacto materiam materiæ cõiungemus, molemq; moli? Num qualitates ſolas confundi inuicem concedemus? Sane non extra bombycem aquæ [illegible] teria illic apponitur, neq; in quibuſdam duntaxat interuallis: tota enim [illegible] det, nec uſquam materia eſt uacua qualitate: quod ſi ubiq; materia eſt [illegible] qualitate, nimirum per totam bombycem eſt aqua: aut ſi nõ ſit ibi aqua [illegible] qualitas aquæ, quærendum eſt, ubi nam ipſa ſit aqua. Quidnam igitur [illegible] bet, quin eadem ibi ſit moles? Forte quod adductũ eſt extẽdit bõbycem [illegible] cepit enim ab eo quod ingreſſum eſt magnitudinẽ. At ſi accepit, [illegible] dam eſt addita: ſin autem addita eſt atq; appoſita, nequaquam in [illegible] bita eſt: oportet itaque in alio atq; alio ſitu materiam eſſe. Forte [illegible] prohibet, quemadmodum ab altero corpore alterum accipit qualitatem, ſic etiam accipere magnitudinem. Sane qualitas differens cum qualitate [illegible] diens ob idipſum quod cum altera iã conflata eſt, nequaquã permanet pura, neq; quæ erat eſt omnino: ſed iam deleta uel obſcurata. Magnitudo uero [illegible] currens cum magnitudine nõ deletur uel obſcuratur. Ad id autem quod [illegible] citur corpus progrediẽs per corpus, ſectiones prorſus efficere, quo pacto [illegible] catur aliquis obiicere poteſt, quandoquidem & nos qualitates per corpus [illegible] propagare concedimus, neq; tamen facere ſectiones. Sed forſan nõ [illegible] xerit quiſpiam quoniam incorporeæ ſunt: at uero ſi materia ipſa quoq; [illegible] porea eſt, ſicut incorporeæ qualitates, quidnam prohibet paucas quaſdam qualitates unà cum materia penitus per corpus aliud penetrare? Solida uero [illegible] penetrare, quoniam tales habeant qualitates, ut penetrationem ipſam [illegible] diant, uel forte multas ſimul qualitates non poſſe dicemus unà cum materia id efficere: uerum ſi multitudo qualitatum denſum corpus efficeret, [illegible] do utiq; cauſa foret. Sin autem denſitas propria quadam qualitas eſt, [illegible]

corporeitas

miſſus ab oculo, iterumq́ ab obiecto reflexus ad oculum. Sic enim forte naturali [illegible] gore paulatim ad quantitatem ſuæ originis reuertetur. Sunt enim qui dicant lumen [illegible] oculo procedens pyramidali figura rem videndam attingere, perq́ illam ſubito [illegible] & ab ea rurſum quaſi ex baſe pyramidalem verſus oculum figuram reficere, [illegible] pupillam oculi ſimiliter natura pyramidalis. Ex eorū ergo ſententia reſponſio [illegible] prie fortaſſe valebit, nam & communiter valere aliqui forte dicent: quoniā lumino[illegible] mum, id eſt, ſol, lumen quidem effundat circum ex tota circunferentia ſui. Sed [illegible] colligat ſe in conum, ne extra ſuum fontem profluens euaneſcat, ſic etiam [illegible] totum facilius erit vbique. Ac dum tota baſis coartatur in conum, ſol to[illegible] eius per angulum aderit, agetque vbique, poteritque ita in angulo tota eius [illegible] deri: ſic etiam cum in ſole centrum & circunferentia ſit, ipſum eius lumen [illegible] ſolis effluit ambitu, circunferentiam imitatur, quatenus autem colligitur in angu[illegible] tatur & centrum: hinc fieri dicent, vt ex quolibet illuminato corpore lumen ea[illegible] gura ſeſe ad alia & ad oculos colligat: hactenus quidem ſit reſponſio prima. Reſp[illegible] rum alia ratione Formam quidem rei videndæ in ipſa re materialem habere [illegible] de ſpiritali ſuſceptam lumine, materiam exuere ſubito, & ſpiritali quadā ratiōe [illegible] ad longum ſeruare proportionem quandam ad propriam materiam videatur. [illegible] mum incipit proportionem quoque hanc amittere, videri minorem: ac denique [illegible] teriam propriam proportione conſumpta: oculis non vlterius apparere: ſicut [illegible] oculis ipſæ formarum naturalium rationes, formales, ſeminariæ, ideales. Hæc ſint [illegible] opinione reſponſa. Quæ ſane opinio quæve reſponſa quantum habeant veritatis [illegible] hendetur. Poſt hæc ſequitur ad idem propria Platoni reſponſio. Profecto quanta [illegible] dimenſio, tunc plane metimur, quādo ſingulas gradatim eius partes perſpicacius [illegible] Cum igitur vbi procul poſita res eſt, particulæ nos plurimæ lateant: merito to[illegible] nos fugit, minorq́ videtur. Præſertim quia luminoſa qualitas vtpote quæ & effic[illegible] tate, & propria viſui, efficacius prius ve quàm quantitas ſeſe oculis obiicit. Qual[illegible] ipſa ſit, primo videmus: quanta vero, ſecundo. dum videlicet perſpicimus qual[illegible] tur viſualis radius in rem à nobis effuſus, & longiori tandem progreſſione debil[illegible] litatem ſcilicet colorem luminoſamq́ naturam diſcernat minus, merito quan[illegible] confuſe metitur. Iam vero quod eſt in forma ſubſtātiali perfectius atque imper[illegible] accidentali forma intenſius & remiſſius, idem in quantitate malus atque min[illegible] locius atque tardius, in tēpore diuturnius atque breuius. Cū igitur ipſum [illegible] prium quantitatis proportionem quandā habeat cum eo quod eſt intēſius & re[illegible] litatis, cumq́ ipſa quantitas in notitiæ ordine qualitatem ſequatur: nimirum vbi [illegible] miſſiori gradu percipit qualitatem, interim ſub minori menſura percipit qua[illegible] memineris colorem eſſe proprium viſus obiectum: vocem ſimiliter proprium [illegible] ctum. Item vehementiam poteſtatemq́ coloris ad viſum proprie pertinere, vigo[illegible] vocis ſimiliter ad auditum. Magnitudinem vero pluribus percipi ſenſibus, eam[illegible] ipſam rei ſenſibilis efficaciam, quàm eiuſdem diffuſionem quādam per mult[illegible] locum: & hanc non primo quidem, ſed per ipſam nobis qualitatem & efficaciam in[illegible] Quo fit, vt vbi minus patet qualitas, interim quantitas deliteſcat. Tribus autem po[illegible] hæc indiciis confirmantur. Primum eſt eiuſmodi. Si colles variarum rerum for[illegible] ſpexeris, eas ibi formas plane conſpiciens magnitudinem regionis ipſius rectius [illegible] ſi formas eiuſmodi nequaquā intuearis, quaſi per formas pateat magnitudo. Secun[illegible] bulam aſpice prope poſitam, variis figuris impreſſam, niſi figuras inſpexeris ſigil[illegible] tantam iudicabis tabulæ magnitudinem, quantam ſi perſpicue omnes ſigillatim conſp[illegible] atque ſummatim. Tertium, Si in parietem viridi tantum colore depictum aciem [illegible] tantus tibi paries hic occurret, quantus ſi pluribus fuerit coloribus inſignitus. Vix [illegible] menſionis partes inter ſe diſcernere potes, vbi formarum varietas non diſting[illegible] libet dimenſionis parte repente prolaberis, niſi differentia qualitatis ſiſtat [illegible] reſponderi poteſt quæſtioni ſecundæ, quàm videlicet ob cauſam ædificia in oppo[illegible] nobisq́ remotiſſimo ſita, & inter ſe diſtantia ſtadiis, diſtare etiam minus [illegible] ſi centum à nobis ſtadiis ſeparata ſint, breuiori etiam interuallo à nobis vide[illegible] tur abeſſe: vbi enim confuſius formarum cernitur varietas, nimirum nec quantitatem interualli diſcernimus.

# PLOTINI ENNEADIS II. LIBER VIII.

## DE VISV, VEL QVARE PROCVL à nobis parua uidentur.

*[illegible] Plotini [illegible], cur remotiora uideantur minora.* CAP. I.

Quare quæ procul à nobis ſunt, minora uidẽtur: & quæ lõgo ſpatio ſeparata ſunt, paruo diſtare ſpatio nobis apparent? Quæ uero prope nobis occurrunt, quanta ſint apparent, & quantum habeãt interuallum? An minora quidem uidentur aſpicientibus quę ſunt procul, quoniã lumen ad uiſum & ad magnitudinem pupillę quodammodo deſiderat col[illegible] quatenus rei uiſibilis remota materia eſt, eatenus ſpecies quaſi ſub [illegible] ſpeciei forma peruenit. Atqui & quãtitas & qualitas ſpecies quæ[illegible] quaſi ratio huius ſola peruenit. An forte etiam quia quãta ſit [illegible]do ſentimus in quadam ſecundum quamlibet partem gradatim fa[illegible]. Adeſſe igitur hanc oportet, atq; adeſſe prope ut quãta ſit co[illegible]. Num & quia ſecundum accidens cernitur magnitudo, cum co[illegible] cernatur? Cominus itaq; quãtum coloratum eſt diſcernitur, emi[illegible] coloratum eſſe: partes uero ſecundum quantitatem cõ[illegible] non exactam quantitatis notitiam afferunt, quãdo & colores ipſi [illegible] ueniunt. Quid ergo mirum? ſi etiam magnitudines quem[illegible] & uoces apparent minores, quatenus earum ſpecies exilis ac debi[illegible] nempe ibi quoq; ſpeciem auditus affectat, magnitudo uero ex ac[illegible]cipitur. Verum quantum ad auditum ſpectat, ſi magnitudo ſen[illegible] accidens, cui nam potentiæ patet primum magnitudo quæ [illegible] quemadmodum apparet tactui quod eſt uiſibile. Aut certe quod [illegible]do auditus percipit, non ſecundum quantum, ſed ſecundũ [illegible]. Neq; ſecundum accidens, ubi uidelicet percipit tãquam ue[illegible] ſicut & guſtus dulcedinis uehementiam non per accidens percipit. [illegible] & proprie dicta magnitudo uocis protenſio quædam eſt [illegible] hanc uero ſecundum accidens ex ipſa uehementia deſignari cõ[illegible] tamen non exacte: uehementia ſane cuiuſq; naturæ idem eſt at[illegible]. Progreſſio uero in multitudinem ſecũdum protenſionem [illegible] locum, qui impletur, conſiderat. At enim non parui colores ſed [illegible] magnitudines uero paruæ: forte uero utriſq; cõmune eſt quod [illegible] in eo quod eſt dici ſolet, color quidem id quod minus dicitur, ha[illegible] debilis ac caducus. Magnitudo autem, ideſt dimenſio ipſum quod [illegible] dicitur, habet in eo quod parua: nempe magnitudo colorem ſe[illegible] proportione minuitur, manifeſtior autem in ſpe[illegible] fit eiuſmodi paſſio. Quemadmodum in ſpectaculo [illegible] habentium aliaq; permulta. Quorum quodlibet ſi perſpiciatur, efficit ut ex inſpectis ſingulis totũ metiri poſſis. At ubi ſpecies ex ſingulis [illegible], oculus non habet, quomodo quan

 tum ſit

cum ſit totum cognoſcat, metiens uidelicet ſecundum [illegible]
em ſuppoſitam magnitudinem. Quoniam & quæ prope ſunt, qu[illegible]
uaria: intuitus autem ſimul in cuncta repente ſe uertit, adeo ut [illegible]
ſpecies diſcernantur, ſolent minora uideri pro rara ratione, qu[illegible]
cet ſpecies quælibet conſtuenti defraudat. Sed quando ſpecies [illegible]
cue diſcernuntur, tunc recte magnitudinis menſura conſtat. [illegible]
uero magnitudines ex uno colore uniformes occurrunt; [illegible]
um maxime fallunt. Quippe cum uiſus non facile poſſit per [illegible]
metiri. Sed in metiendo ſecundum partem ultra repente laba[illegible]
uidelicet qua differentiæ uia in ſingulis partibus progreſſu[illegible]
Prope autem ſitum eſſe uidetur, quod longe remotum eſt [illegible]
dium ſpatium ſecundum eandem cauſam quantum eſt colligi [illegible]
enim eſt propinquum, quantum ſit non latet, eaſdem ob cauſa[illegible]
ſus non diſcurrit, diſtantiæ longitudinem qualis eſt ſecundum [illegible]
mirum neq; quantum ſit magnitudine metiri poteſt. [illegible]

*Quod non propter minores angulos uideantur minora quæ [illegible]*

Cap. II.

IN capitulo ſecundo reſponſionem ad hæc illorum confutat qui putāt ab ob[illegible]
per lineas radiorum pyramidalem ad oculum protendi figuram, & [illegible]
pillam attingere. Et quanto remotius eſt obiectum, tanto gradatim [illegible]
nuit ita que dum breuiori paulatim angulo rem perſpicimus, breuiorem qu[illegible]
dinem coniectare. Præcipue quando euſque proceſſum eſt, ut angulus ipſe [illegible]
minor. Quid ad cætera ſit dicendum, vnā cum Plotino alibi diſputabimus. [illegible]
ro potiſſimum id reſpuitur, quod aiunt idcirco minus videri corpus, quod [illegible]
ſerit angulus quàm pupilla. Ratio enim hæc ibi concedet alia quadam [illegible]
la videri, quando res vna pupillam angulo ſuo implere non poſſit. At enim [illegible]
adeo ingens, vt nihil vno intuitu conſpici poſſit vlterius, tunc etiam minus [illegible]
quamuis angulus quo videri dicitur, non minus conſerit quàm pupilla. T[illegible]
conſpicitur hemiſphærium, quod vſque adeo pupillam impleat, vt nihil pr[illegible]
queat. Quod igitur minus quàm ſit putetur, non ex eo continget, quòd per [illegible]
gulum quàm ſit pupilla cernatur. Inter hæc animaduertes indicium, quo [illegible]
Plotinum non formam obiecti ad oculos peruenire, ſed ocularadium ad obie[illegible]
que velut actio quædam ad ipſum modum viſualis formæ peragitur. Si igitur [illegible]
pupillæ (vt aiunt) ſe anguſtiam conformaret, non grandius vnquam qu[illegible]
dicaretur: nunc vero longe grandius iudicatur, quoniam radius viſualis [illegible]
ipſam rei magnitudinem ſe diffundit. Sed profecto negare non poſſumus, [illegible]
bus luminoſis pyramidali quadam figura ad oculos peruenire, atque [illegible]
ritalem ſaltem qualitatem rei, vel virtutem aut actum ad nos vſque per[illegible]
que ab oculis emitti radios teſtatur radialis natura viſus [illegible]
dētibus, Quod vt alij cominus vidēt, eminus alij: nec videmus [illegible]
valde proximas, quia non terminant poteſtes adhuc radios oculo[illegible]
& animalia quædam intuitu oculorum extra conficiant. Denique [illegible]
eſt prope obiectum quàm prope oculum, [illegible]
ſuper expedit [illegible] vberiore ſpargi, ſed prope obiectum iam [illegible]
uetur, eodem per obiectum protinus diffundendus. Probabile [illegible]
radium protendi per pyramidalem [illegible]
[illegible]
[illegible] peragi viſionis effectum. [illegible]
commercio quodam confici viſionem. [illegible]
cent, & perſpectiui confirmant. [illegible]
ris adhibitam.

Quod non propter minores [illegible]

Cap. II.

[illegible] tertio ſit vtrunq; alioqui nulla determinata cauſa [illegible]
Temerarius vero caſus in ſupernis eſſe non põt, alioqui nullus foret in ſequ[illegible]
obrē ſicut dicimus quod nõ eſt primū, nõ eſt ſimplex: ſic & dicimus, quod nõ e[illegible]
eſſe primū: quo igit aliquid prius eſt, eo ſimplicius atq; viciſſim quo [illegible]
ciſſimū eſt atq; viciſſim. Quocirca & ipſa (vt ita dixerim) primitas eſt ipſa ſim[illegible]
tra. Cū igitur ſummū in ſimplicitate teneat vnitas atq; bonitas, vtrunq; certe [illegible]
mum omnium atque principium. Bonitas ſane ſimpliciſſima eſt: alioqui cõpo[illegible]
ribus: ideoq; indigeret partibus atque cõponente, itaque per ſe ſuffici[illegible]
ret tamen bonitatem ipſam non ſolum eſſe ſufficientiſſimum, ſed ipſam eſſe [illegible]
enim appetitur tanquam bonum: ipſum itaque bonum cum ſufficientiſſimu[illegible]
pliciſſimum. Eſt itaque primum, praeſertim quia ſi non ſit primum, quod erit [illegible]
rius, erit & melius bonitate, tametſi nihil bonitate melius fingi poſſit, quo [illegible]
quid eſt melius. Tum vero quęrimus, vtrum ipſum bonum appetat illud, quod [illegible]
ponitur nec ne: ſi nõ appetit, mirum eſt effectum non appetere cauſam a qua [illegible]
petit, rurſum mirabile eſt, ipſum bonum aliquid extra ſe cõcupiſcere: [illegible]
deſinat appetitus. Praeterea de rebus alijs ſimiliter percontemur, vtrum vltra [illegible]
petāt quod bono fingitur eſſe ſuperius nec ne: nefas quidem eſt omnia prim[illegible]
nõ appetere. Nefas eſt iterum appetere aliquid vltra bonum. Ex omnibus his [illegible]
bonum eſſe ſimpliciſſimum omnium atque primum. Vnitatem vero [illegible]
pliciſſimum nemo dubitat. In omni enim eſſentia vel eſſe vel fingi compoſitio [illegible]
poteſt, in ſola vnitate non poteſt: alioqui non foret vnitas ipſa, ſed vnum aliqu[illegible]
tudo. Diuiſio quinetiam vnitati contingere nequit, ſi quis enim hanc diuidere [illegible]
diuidet quidem, ſed reperet vnitatem: lignum certe vnum ſecas & [illegible]
nora, vnitatem vero quae cogitabatur in ligno, in nullas vnitatis partes diuide[illegible]
qui forent vnitate minores. Sed vnitatem ita multiplicaſti, ſiue potius propa[illegible]
vno [illegible] erat, ſubinde foret tota eadem in duobus. Cum igitur vnitas ſim[illegible]
prima, merito eſt idem atque bonitas, ne forte ſint prima rerum principia duo & [illegible]
tuna concurrant, & ante vnitatem ſit binarius. Dum vero dicimus bonitatem & [illegible]
eſſe penitus ſimpliciſſimam non intelligimus rem quandam ſimplicem, vel quae ſit in [illegible]
vel ex qua aliquid componatur. Si enim ſit in alio, neque ſeipſam valeat ſuſtinere, [illegible]
debit ab alio. Si rurſum ex hac aliud componatur, nequaquam perfecta res erit, [illegible]
det vlterius, & in formam actumq; compoſiti redigetur. Ipſum itaque bonum [illegible]
idem eſt omnino & ſimpliciſſimum atque primum, nec in aliquo reſidens. [illegible]
ſideratum, vt aliquid in ſe prius ſit, deinde ſit bonum atque vnum. Alioqui ibi [illegible]
det alteri, eritq; prius aliquid imperfectum, fietq; cõpoſitio. Primo igitur & ſimp[illegible]
tis intuitu ipſam bonitatem ſiue vnitatem contemplari debemus, non aliquid de[illegible]
dicantes, ſed primo totoq; mentis ictu ſimplicitatem ipſam percipiētes. Quon[illegible]
haec Plotinus de tribus agit mundi principijs, ſcilicet ab ipſo bono & mente p[illegible]
prima: meminiſſe debemus vbi communia mūdi principia perſcrutamur, [illegible]
prae caeteris in mundo communia contemplari debere. Eſt autem vbique omni[illegible]
ſimum vnitas, nixusq; ad bonum. Id nanque munus ad res etiam nondum form[illegible]
tur. Secundo cõmunitatis originis've gradu forma eſt ordo've formalis. Gradu [illegible]
tio ponitur motus ipſe vitalis. Cum vero munus quo communius eſt, eo ad pri[illegible]
at cauſam: merito prima omnium cauſa eſt ipſum bonum, ſiue vnum, vnde & [illegible]
vnitas nixusq; ad bonū. Secunda vero rerū cauſa mens eſt prima, ad quā ſpec[illegible]
lis, Tertia eſt aīa prima, qua oīs vbiq; vitalis motio regit. Cum igitur vniuerſum [illegible]
& formarū ordine formoſiſſimū, & vitalibus vbiq; motibus efficaciſſimū, mer[illegible]
rem regere, vbique animam ſpirare putamus. Et quoniam tum formarum ord[illegible]
conſpirat in vnum, cū vitalis motio contendit ad bonū, haud ab re tum m[illegible]
dinat omnia, tum animam quae ſic omnia mouet ab ipſo vno bonoq; [illegible]
igitur vniuerſum hoc corporeum, & ab alio mobile ad animā [illegible]
lem, motu proprio cuncta mouentē. Hęc ad mentem omnino [illegible]
ducentē. Sed vtraque ſcilicet & mens & aīa refertur ad bonū, & [illegible]
ter tum aīa mobiliter mouere videt, & in qua [illegible] quieſcit, & [illegible]
uit. Nempe ſiue anima moueantur, & moueat, mouetur ac mouet ad bonū, [illegible]
& firmet, certe quieſcit, & ſiſtit in bono. Hinc omnibus eſt natura [illegible]
ad bonum, ſic & in bono quieſcant. Et profecto quemadmodum [illegible]
dam eſt praeter illa quae mouētur ad ipſum, & praeter [illegible]
in eo ſtant & praeter ſtatum, alioqui in ſeipſo ab initio quieſcit [illegible]

[illegible] mentem animæ proxime [illegible]. Cum enim omne agens agat ad bonũ, [illegible] agendo [illegible] ex seipsa [illegible] in seipsam agendo [illegible]. Anima vero [illegible] per essentiam manet, [illegible] agendo ex seipsa mouetur, [illegible] proxima est omnino stabili, & in seipsam omni [illegible]. Sed quis non videat animam semper ac veræ intelligentiæ compotem, esse in [illegible] quàm proximam. Quòd igitur [illegible] sit motio & actio [illegible] procedit ab anima: quòd autem eiusmodi motio ordinem [illegible] & formas exprimat, sortitur à mente. Quòd denique [illegible] ab ipso bono [illegible] essentia, lux, mobilitas, bonum, mentem, animam repræsentans [illegible] finalis bonum, formalis mentem, efficiens animam [illegible] videtur. Quod [illegible] tribus omnium principiis & passim in argumentis [illegible] & in Theologia [illegible] sufficiat. Post hæc [illegible] vel quoniam alia sint in potentia, alia sint in actu [illegible]. Vel quoniam intellectus alius quidem maneat, alius moueatur: non enim [illegible] vitæ, sed [illegible] Vel quoniam intellectus hic quidem [illegible] intelligat siue suam, siue etiam alienam: ille vero actionem duntaxat alte[illegible] quam alter ille cuius est actio non intelligat. Distinctio sane eiusmodi in ani[illegible] non diuidit substantias animarum: siquidem animus idem qui vel se vel aliud [illegible] intelligere: ergo & [illegible] substantia [illegible] eadem vtrunque explere potest. Iam vero concedimus [illegible] intelligere ratione quadam ab ipsa intelligentiæ animaduersione differre: nã [illegible] essentiã aliquam pro obiecto, hæc aũt pro obiecto actionem spectare vide[illegible] semper qui cognoscit [illegible]. Verumtamen [illegible] commercio separata adeo intelligit expedite, vt quatenus intelligit ali[illegible] intelligere se prorsus agnoscat: præsertim cum ea ibi sit intelligendi conditio, [illegible] intelligentiam suam spectet essentiam [illegible] perfecta intelligentia est [illegible] dependet [illegible] pro obie[illegible] essentiam. Dum vero suam essentiam intuetur, in suo esse, intellectuali & in [illegible] perpetuo positam, cognoscit se esse essentiam intellectualem ac semper in[illegible]. Quatenus igitur intelligit se, [illegible] se intelligit intelligere, [illegible] quod & esse [illegible] in ipso intellectu esse, quod intelligere [illegible] cognoscit, etiam intelligere se [illegible] cognoscit: quamobrem intellectus quilibet [illegible] semper intelligit, ita quod intelligat, ipse semper animaduertit: præsertim cum [illegible] occupatio ipsum ab ipsa sui animaduersione diuertat. Est autem illic actus ide[illegible] & simpliciter intelligit aliquid, & quo illud se intelligere semper agnoscit. [illegible] eiusmodi ibi distinguas, iam dicemus & actum tertium similiter & quartum; [illegible] deinceps ibi distingui, quatenus per sequentem actum innumerabiliter intelligere [illegible]. Istas autem philosophi putant infinitos actus & hos quidem [illegible] sententia ponere, præcipue [illegible] infinitæ illic [illegible] multiplicari [illegible] hæc ipse notabis, Plotinum in mentibus beatis animaduersionem essentiæ acti[illegible] perpetuam ponere, eodemque actu & intelligentiã & agnitionem intelligentiæ esse [illegible]. Quod sicubi dixerit [illegible] intelligentiæ [illegible] scilicet quando animaduersio est actio re ipsa ab intelligentia diffe[illegible] quando fit animaduersio ministerio quodam imaginationis, ab intellectu [illegible] ad aliena interim distrahentis. Restat subinde quod [illegible] inter ipsam [illegible] distantiam quandam, quam rationem quidem ipsam [illegible]. Animam vero dicunt ab hac suscipere rationem, sic enim anima nulla veram habebit [illegible] perpetuam: vera namque perpetuaque intelligentia est vel in ipsa [illegible] quod [illegible] mentis est particeps. Animam vero ex eorum opinione nõ pri[illegible] secundo intelligentiæ [illegible] & imaginem illius [illegible] ita neque seipsam animaduertet, quod est naturæ intellectualis officium, ne[illegible] excogitare poterit à naturis sequentibus absolutam, neque [illegible]

# CONTRA GNOSTICOS.

*Tria tantum principia ſunt, ipſum bonum, mens, anima.*

QVoniam ex aliis diſputationibus nobis conſtitit boni naturam eſſe ſimplicem atq; primam, prima eſſet, ſimplex eſſe non poſſet, conſtat pſa nihil habere, ſed unum eſſe duntaxat, pſius quod dicitur unum eandem eſſe naturā hæc non prius quidem aliud quiddam eſt, per unum, neq; ipſum bonum aliud quiddā eſt, & præterea bonum. quam ita ſit, nimirum quando dicimus unum, & quando dicimus num, intelligendum eſt unam nos eandemq; naturam ſignificare nihil de illa prædicemus omnino: ſed nobis ipſis potius illam mus deſignemus. Atqui & primum iccirco dicitur, quoniam ſimpl item ſeipſo ſufficiens, quoniam non conſtat ex pluribus: alioqui in bus componitur referretur. Rurſus non eſt in alio, quoniam quic alio, eſt & ab alio. Itaq; ſi neq; ab alio neq; in alio, neq; ulla in eo eſt tio, neceſſe eſt eo nihil eſſe ſuperius; quamobrem non eſt conandum principia ſe cōferre. Sed hoc propoſito intellectum deinde, quod intelligit, mox animam poſt intellectum collocare debemus, hic talis ordo eſt: ideoq; neq; his plura neq; pauciora in genere intell cet connumerare, nempe ſiqui pauciora ponant, uel animam & omnino idem eſſe dicent, uel intellectum idem prorſus atq; p autem inter ſe eſſe diuerſa, ſæpe eſt demonſtratum. Reliquum præſentia perſcrutari, ſi plura quàm hæc tria ſint, quæ nam præter ræ ſint, profecto cum ipſum uniuerſi principium, ita ut modo dic habeat, nemo principium ullum ſimplicius & excelſius poterit enim principium quidem alterum in potentia, alterum in actu nere. Ridiculum nanq; eſt in his quæ in actu & abſq; materia ſunt, ctionem quandam potētia actuq; diſtributam naturas plures indu neq; etiam in ſequentibus commētari licet, intellectum quidem quiete quadam poſitum, alterum uero uelut in motu. Quæ nam quies? quis'ue motus atq; progreſſio ſiue prolatio? Rurſus quod quod'ue opus alterius? eſt enim ſicut eſt intellectus eodem modo bili conſtitutus. Motus autem uel ad ipſum uel circa ipſum officium: atqui & ratio ab intellectu in animam uſq; procedens dit intellectualem, neq; aliam quandam adducit naturam mæ mediam. Proinde neque ob id intellectus decet plures alius quidem intelligat, alius autem intelligat alium intelligere in his aliud eſt ſimpliciter intelligere, aliud autem intelligere quod gat: abſque controuerſia tamen unus ibi uiget intuitus, quem action priæ minime latent: abſurdum nanque eſt, aliter de uero intellectum

Sed ipſe

(vt ſæpe ſolet) diuinam intelligentiam intermittere nunq̄. Videtur autem hæc de intellectu ſententia non Plotini ſolum, ſed Ammonij quoque præceptoris eius Alexandrini fuiſſe, quē Plotinus in omnibus dicitur proſecutus. Accepimus & alios quoſdam auditores Ammonij in eadem ſententia permanſiſſe, quam & Iamblichus inter Aegyptiorum dogmata cōnumerare videtur. Notabis interea animam noſtrā, quamuis particularis anima nominetur, quia particularem habeat prouidentiam, nullo tamen pacto eſſe mundanæ animæ partē. Rurſum animam noſtram ideo in regēdo corpore ſolicitari atque laborare, quoniam neque ſummū tenet animæ gradum, quem obtinuit anima mundi, neque permanet in ſummo tota, cum inferioribus prouidet. Eā ſane particulariū animarū conditionē eſſe putat, vt per vices hoc aut illud agant, quantum videlicet ad rationem imaginationemq; pertinet, quātum vero ſpectat ad intellectum nullas agere vices. Quemlibet enim intellectū eſſe in æternitate penitus conſtitutum: ſiquidem in proprietate animæ ſubinde ſequente primus eſt motus, primūq; tēpus.

*Confirmat ſuperiora. Item quòd diuerſo modo anima mundi & anima noſtra prouideat.* CA. II.

IGitur neq; iis plura in mundo intelligibili, neq; excogitationes illic ſuperuacuas quas non admittunt ponere decet, ſed intellectum unum eodem modo ſe ſemper habentem, prorſus indeclinabilem, qui & patrem ſuum pro uiribus imitetur. Animam uero noſtram parte quidem ſui penes illam uiuentem, parte uero ad hęc noſtra uergentem, parte deniq; in medio collocatam. Cum enim una in pluribus potentiis natura ſit, aliquando totam unà cum optimo ſui atq; uniuerſi ad ſuperiora ſe conferre: aliquando uero quod eſt in ipſa deterius, tractum ad inferiora, unà ſecum medium quoq; contrahere. Totum uero ipſius non licere ad inferiora unquàm præcipitare, atq; eiuſmodi paſſionem ob id accidere animæ, quòd in optimo uniuerſi non conſtitit. In quo quidem anima illa conſiſtens quæ non eſt pars, & cuius neq; nos quidem partes ſumus, tradidit uniuerſo mundi corpori munera pro ſuſcipiendi potētia, ipſaq; interim procul ab omni ſolicitudine uiuit, nulla uidelicet conſultatione gubernās, neq; quicquam corrigens curioſe, ſed ex ipſo ſuo intuitu ad ſuperna mirabili potentia totum ornās. Quò enim magis in ſuo ſe figit intuitu eò pulchrior atq; potentior, atq; hinc deſuper hauriens in inferiora transfundit, & tanq̄ diuinitus ſemper illuſtrata perluſtrat.

*Mundum non fuiſſe aliquando nouum, ex noua quadam animæ prauitate, neque aliquando periturū.* Cap. III.

FRuſtra igitur fingebant hæretici animam primam aliquando à diuina beatitudine cecidiſſe, atque ita ad deteriora degenerantem fabricauiſſe mundum. Temere nimium mūdo propterea dabant initium, quòd faber eius nuper eſſet permutatus in malum. Satius admodum erat dicere, mundum ex anima ſemper naturali quadam neceſſitate perductum: quemadmodū & forma corporis à vegetali virtute, & calor lumenq; ab igne. Videmus enim perfectiſſima quæque in naturali largitate ſemper agere, neque ex inopiæ malo, ſed potius ex copiæ bono. Quòd ſi ſemper agunt, illa etiam quorum virtus & actio ad quædam tantū determinata eſt, vt elementum quodlibet & compoſitum, multo magis tria illa principia rerum, quorum virtus eſt communis ad omnia ſemper agunt. Præſtat itaque dicere mundi fabrum æterna bonitatis copia ab æuo mundum progenuiſſe, quàm noua prauitate nouum. Profecto ſi principiorum naturam in actu ſemper abſolutam conſideramus, atque ſic opus ad eam conferimus, opus inde ſempiternum ſequi videtur: quàmuis ſi ad ipſam diuinæ bonitatis vel intelligentiæ voluntatem reſpexeris, mundum valeas tum ſine noua fabri prauitate, tum ſine diuini conſilij nouitate nouum excogitare. Sane cum in diuinitate natura ſit idem atque voluntas, neque voluntas naturæ aufert quod proprium eſt naturæ, neque natura proprium voluntatis adimit voluntati. Tum vero confutat quòd putabāt mundum aliquādo periturum: ſola enim quæ reſolui in aliquid poſſunt interire poſſe videntur, nam aliquid in nihilum euaneſcere bonitas ipſa naturæ non patitur, quandoquidem neque patitur alicubi vacuum. In quid ergo mundus reſolui poteſt? nunquid in materiam? Eſto ſane, ſed ita demum quærimus, nunquid materia illa formam habeat necne. Si habet, adhuc erit id compoſitum in materiam reſolubile, tunc illa neque in nihilum euaneſcere poteſt, neque informis

perſeue-

[illegible], eſſe enim dat vbique per formã. At ſi materia eſt ſine forma manere, tũc alibi quidem [illegible] erit, alibi verò diuina quaſi [illegible] inde diſiuncta, quãdoquidem nihil [illegible] illis [illegible] in materiam, non igitur erunt vbique diuina. Quod dictu nefas eſſe in Theologia [illegible], & alibi comprobabimus. Neque licet fingere materiam in nihil poſſe reſolui: quippe [illegible] nullum agens ad reſoluendum [illegible] ſimpliciter vt reſoluat, ſed vt ſe augeat vel [illegible] vero ex aliquo duntaxat & in aliquid fieri poteſt. Praeterea ſi materia redigatur [illegible], conſtabit ſane materiam ab initio neceſſitatem à nullo praecedente ſubiecto [illegible] habuiſſe, cum ita nullum aliquãdo ſubiectũ praeceſſerit, ſicut denique ſequitur [illegible] Extitit igitur ab initio quadam conſecutionis neceſſitate, ex ſuperiore efficienteq́; [illegible] eadem igitur conſequentiae neceſſitate ſemper erit.

*[illegible] non à caſu animae, ſed à poteſtate eius in diuinis penitus conſiſtente, ideoq; ſempiternum eſſe.* CAP. III.

Semper igitur illuſtrata lumenq; poſſidẽs ſempiternũ, deinceps ad inferiora traducit. Hęc aũt hoc lumine ſemper & continẽtur & uirẽt, uitãq; inde pro ſua quęq; capacitate ſuſcipiũt, perinde ac ſi igne quodã medio alicubi poſito calefiãt inde quęcũq; calefieri [illegible] ignis in mẽſura quadã eſt coarctatus. Quãdo uero potẽtię non [illegible] menſura, uniuerſo nõ deſint, qua nã ratione fieri poteſt, ut exiſtãt [illegible] potẽtiae: Nihil aũt ſit alicubi quod earũ ſit particeps? Profecto neceſſariũ eſt unumquodq; aliquid de ſuo caeteris elargiri, alioqui neq; bonum [illegible] bonũ, neq; intellectus ipſe intellectus erit, neq; anima rurſus erit anima, niſi poſt illud quod primo uiuit, uiuat & aliud conſequenter q̃diu uiuit [illegible]. Quamobrẽ neceſſe eſt omnia poſt primum deinceps ſemperq́; eſſe [illegible] in generatione uerſari, propterea quòd aliũde dependeãt. Nõ igitur [illegible] ſunt aliquãdo, ſed fiebãt & fiẽt, quotcũq; in generatiõe uerſari dicuntur, neq; etiã corrũpentur iis exceptis quae habẽt in quae diſſoluant: quod autem nihil in quod reſoluatur habet, interire non poterit. At ſi quis in materiã [illegible] reſoluendũ, reſpondeat cur nõ ſimiliter & materiã reſolubilem eſſe [illegible]: quòd ſi materiã inſuper fateatur, quaeremus, quae nam fuerit neceſſitas ut fieret: Ac ſi dicant neceſſariũ eſſe deinceps conſequi, aſſeremus & nunc eſſe ſimiliter neceſſarium. At ſi relinquatur ſola, ſequetur ut diuina nõ [illegible] quodã in loco determinato ſint ueluti quodam limite ſegregata. Quòd ſi id fieri nequeat, conſequens eſt, ut perpetuo colluſtretur.

*[illegible] non inclinatione, ſed conſiſtentia fecit mundum.* Cap. IIII.

Reprobat iterũ quod aiunt, animã primã nõ ex eo q̃ in ſua dignitate maneret, ſed quia [illegible] alterauerit mundũ procreauiſſe, ſed anteq̃ confutationẽ Plotini proſequar, recenſere [illegible] Porphyrij verba in eandẽ ſententiã ex libro eius vias ad intelligibilia demõſtrante [illegible] ait: nulla ſubſtantiarũ quae vniuerſę ſunt atq; perfectę ad ſuã conuertit genituram [illegible] perfectae ſubſtãtiae ad generãda potius redigunt, & id quidẽ ad corpus vſq; mundanum [illegible] ſit perfectũ ad animã eſt redactũ. Animã inquã intellectualẽ, ideoq; circulo vel [illegible] ad intellectũ attollũt, intellectus aũt erigit ad principiũ. Subdit vero paulo poſt: in ſubſtãtijs vero particularibus, & ad multa labi potẽtibus, ineſt procliuitas deflectẽdi ad generationem [illegible], ideoq; in his defectũ dicit accidiſſe, in his infidelitas eſt dãnata. Has igitur contaminat [illegible] adhuc deflecti poſſint. Cũ tñ inuerſa ſe ad diuinũ valeãt cõuertiſſe [illegible] quamobrẽ prouectio quidẽ à prioribus ſecũda ſubſtãtiae, conſeruãt eadẽ ad priora cõuerſa. Deflectũt q̃q; alicubi priora quaedã etiã ad poſteriora deflectit, efficitq́; vt haec ipſa diligãt, à ſuperiore interim diuertẽtia. Haec ille. In quibus cõfirmat daemones q̃ſdã vel animas hominum [illegible] degenerando corpora fabricare, mundũ vero [illegible] quadam diuina & in [illegible] fuiſſe conſtructum. [illegible] opus eſſe [illegible] non eſt poteſtatis alicuius [illegible] ſemper habitu [illegible] fabricatam, non

tam vt optima videatur, quàm quia naturaliter ipſa ſit optima. Quòd ſi optima eſt illa poteſtas, vt ex motu apparet, infatigabilis nunquàm quod optime fabricat, vel ob pœnitentiam deſtruet, vel ob defatigationem deſinet conſeruare. Dicere vero mundana inſtitui male, atque hinc argumẽtari mundi naturam eſſe malam, & autorem huius malum, hominum eſt vel iniquorum, vel penitus ignorantum. Stultorum quoque eſt opinari poteſtatem illam vt agat indigere conſilio: ſi enim in natura ipſius erat vt gigneret, cõſilio ad hoc nullo prorſus indiguit. Sin opus conſilio fuit, non erat prima illa poteſtas naturaliter ſufficiens ad generationis effectũ. Nulla igitur natura, nullaq; poteſtas per ſe poterit aliquid generare vel facere.

*Confirmat ſuperiora, probans mundum nec eſſe malum, nec à malo.* CAP. IIII.

SI autem dixerint animam quaſi iam confractis alis prolapſam feciſſe mundum, obiiciemus ipſam mundi animam id pati non poſſe. At ſi animam aliquando præuaricatam adducant in medium, exponere compellendi ſunt prꝗuaricationis erroriſq; cauſam. Præterea quo nam tempore aberrauit? nam ſiue ab æterno, profecto ſecundum eandem rationem adhuc permanet in errore: ſiue incepit aliquando, perquirendum eſt, cur non ante id temporis aberrauerit. Nos autem inclinationem animæ effectricem mundi eſſe putamus, imò habitum potius minime inclinatum: ſi autem inclinata eſt, profecto ex eo quòd eorum quæ illic ſunt iam eſt oblita. Quòd ſi oblita eſt, qua nã facultate fabricat vniuerſum? atqui & unde facit? an forte ex his quæ illic inſpexerat? Sin autem eorũ memor facit non omnino inde diuertit, non enim tenuiter habet, ſi non magis inclinatur illic ne obſcure uideat. Cur enim noluerit continuo regredi quorumcunq; memoriam retinens. Prꝗterea quidnam ex mundi effectione ſibi prouenturũ excogitauit? Abſurdum nanq; dictu eſt, ut honoraretur mũdum progenuiſſe, eorumq; hæc opinio eſt, qui ſculptorum noſtrorum affectus ad ſuperos transferunt. Quoniam & ſi cogitatione fecit, neq; in natura eius erat ut faceret, ad potentiam tamen pertinebat efficere, quo nam pacto mundum hunc effecit? præterea quãdo nam ipſum deſtruat? Siue enim iam pœnituit effeciſſe, quid differt? ſiue nondum pœnituit, neq; pœnitentia unquàm afficietur, utpote quæ iã aſſuefacta eſt, tẽporiſq; diuturnitate indulgẽtior operi iam effecta. Sin autem expectat animas ſingulorum, iandiu oportuit haud ulterius in generationem iterum aduentare, animas uidelicet non ignaras malorum, quæ ipſas in priori generatione preſſerunt: quapropter iã diu deſcendere deſiuerunt. Proinde quòd mundum male inſtitutum eſſe aiunt, ideoq; multa in eo aduerſa moleſtaq; accidere, non eſt admittendum. Hæc enim ſententia eſt maiorem mundo arrogans dignitatem: ſiquidem iudicent eũdem hũc atq; intelligibilem eſſe, quaſi hic nõ ſit illius imago. Tum uero quæ nam pulchrior illius imago fieri potuit? Quis enim ignis alter imago melior intelligibilis ignis quàm noſter hic ignis eſſe poteſt? Item quę terra præter hãc poſt illam terram? & quæ nam ſphæra perfecta magis atq; ueneranda, ac motibus ordinatior poſt illam intelligibilis mundi in ſeipſo cõplexionem? Deniq; ſol poſt illum alter ſuperuiſibilem hunc ſolem, quis nã poſſit effingi?

*Neq; animam eſſe corpoream, neq; mundum fuiſſe à malo principio conſtitutum.* Cap. V.

REdarguit præterea quòd dicebant mundi fabrum animam qua viuit mundus ac mouetur, ex elementis mundi compoſuiſſe, quæ corporea ſit & irrationalis atque mortalis. Primo quidem nefas eſt, vniuerſum habere animam noſtra deteriorem, deinde ani-

aliaq́; permulta percõtari quis poterit qua nam ratiõe talia poſſint animæ aſſignari. Cæterum cum mundanũ hoc opificium minime uenerentur, neq; terram hanc honorent, nouã ſibi terrã aſſerunt reſeruari, in quã hinc deniq; ſint aſcenſuri: hanc uero eſſe ipſam mundi rationẽ atq; exẽplar. Verum cur nam operæpretiũ ſit, eos in exẽplari mũdi quẽ odio habent, illic habitare? Itẽ unde nam hoc exẽplar? Id enim apud illos tunc emicat, quãdo qui concipit hoc exẽplar, ad hæc noſtra iam declinauerit. Si igitur in ipſo efficiente multa eſt mundi cura ad alterũ uidelicet mundum efficiẽdum, ultra intellgibilẽ quem poſſidet mundum, cur nam id illi expediebat? Et ſi ante mundum id iam curabat, cuius nam id gratia decernebat? Forſan ut animæ ipſæ cuſtodirentur. Qua igitur ratione cuſtoditæ non ſunt? Vnde fruſtra factus eſt mũdus. Sin aũt poſt mundũ ex mundo uidelicet accipiens quaſi expilans materiæ ſpeciẽ, ſufficiebat peritia ad cuſtodiã animabus expertis. Si aũt mũdi ſpeciẽ in animabus accipiendã exiſtimant, quæ nam hæc loquendi nouitas eſt?

*Opifex mundi eſt primus intellectus per animam: Item tria ſunt principia, bonum, mens, anima: item primus intellectus & primum intelligibile idem.* Cap. VI.

VEtus erat opinio, formas in materia reſultare ex quadã impreſſione à formis effecta diuinis, dum materia influxũ idearum quaſi ſpeculi more repercutit, ideoq́; pro veris idearum formis veriſimiles reportare, vel reddere, vel ſimulare. Itaq; animas fallere à ſuperno iam mundo prolapſas, donec pœnitentia tandẽ affectæ, ex hac quaſi colonia vel exilio in patriam reuertantur. Veterem hanc ſententiam vſurpantes hæretici, eiuſmodi paſſiones animæ quibuſdam ſubſtantiarum nominibus inepte nimiũ obtegebant. Poſt hæc obſeruabis antiquos inter Chriſtianos hæreticos, tranſcorporationem animarũ à veteribus accepiſſe. Sed arbitror illos ex homine in hominem tantum ſiue terrenum ſiue aereum, non aũt in beſtias animam hominis traduxiſſe, ſic enim & doctores Hebrçorum accepiſſe traduntur. Verba quoque de opificio mũdi hos Plotinus iudicat peruertiſſe: ſiquidem tanq̃ tres ſubſtãtias accipiunt tria verba Timæi, quibus tamen tres eiuſdem ſubſtantiæ proprietates apud Plotinum ſignificantur, videlicet vt idem ipſe deus mundi faber excogitauerit. i. decreuerit, & naturaliter decernendo peregerit tot in mundo rerum ſpecies, quot intellectus ipſe ſuus in ipſo ſuimet viuẽte, id eſt in ſua eſſentia viua contẽplaretur ideas: at hçretici dicebãt ipſum viuens eſſe ens ipſum intelligibile, primum omni ſuperius intellectu. Qui vero contemplatur ideas in ipſo, eſſe primum formaliter intellectum: qui aũt excogitauit efficere, eſſe animã primam, & hanc conſilio quodã facere q̃uis malo, poſtquàm. ſ. à ſupernis degenerauit: Plotinus autem idem eſſe intelligibile primum, intellectumq́; primum ita probabit. Primus intellectus cum perfecto intelligat modo, intimũ habet intelligibile: ipſe igitur intelligitur à ſeipſo tanq̃ ipſemet intelligibile ipſum ſit, ſicut eſt intellectus. Item quod primum perfectumq́; intelligibile eſt, perfecto modo intelligendum eſt. Perfecta vero ratione intelligitur, ſi intelligitur à ſeipſo. Siue igitur intellectum ſpectes, mox intelligibile conſequitur intimum, ſiue cernas intelligibile intellectus ſtatim intimus comitatur: & merito, quoniam lõge maior proportio eſt intelligibili ad intellectum atque viciſſim q̃ viſibili ſit ad viſum. Intellectus enim rem ipſam intelligendã penetrat, & diuidit, & definit, quod circa ſenſibile nullus efficit ſenſus. Cũ igitur mirifica ſit inter ipſum intelligibile intellectũq́; proportio, merito qua via huc vſque peruenit aliquid, vt ſummũ intelligibile ſit, eadẽ cõſequitur, vt ſummus ſit intellectus atq; viciſſim. Hũc vero Plotinus mũdi artificẽ primũ eſſe putat, neq; tamẽ animã primã ab opificis munere vult excludi, ſed negat eã cõſilio mundũ facere, & ſolicitudine ducere: alioqui neq; ſubſtãtia mũdani operis cõſiſtere, nec ordo perſeuerare poſſet, ſi mobili quadã artificis actiõe præſertim laborioſa fieret atque moueretur. Multo magis inſuper deteſtatur, q̃ opificẽ animã dicãt eſſe mẽtis expertẽ, & perturbationi ſubiectã, animabusq́; noſtris deteriorẽ. Cum in hoc opificio nihil inſipienter agatur, nihil appareat perturbatũ: proinde diſtribuit principiorũ ordinẽ hunc in modũ. Abſolutiſſima dei vnitas vel ſimplicitas cũ adeo ſuperemineat omnia, vt neq; ſimilitudinem, neque reſpectum prorſus illum ad aliquid habeat, ideoq́; nec prius hoc quàm illud aſpiciat, certe aut nihil efficit, aut omnia ſimul. Sed enim ſumma bonitas ſuper omnia, merito mox efficit omnia, ſumma vnitas ſtatim efficit vnũ. Quod igit̃ inde proxime manat. ſ. ab vnitate quæ ſuper omnia eſt, nimirũ eſt vnũ omnia, vnũ. ſ. ens, entia cũcta. Hoc ipſum intelli-

gibile

[illegible] eſt intelligibilis [illegible]. Hic primus eſt intellectus, qui [illegible] intellectus, [illegible] abſoluti omnesq; ideas. Mundus intelligibilis eſt ab vno ſuper omnia [illegible] omnia. Hinc naſcitur anima prima iam vnum & omnia, quodammodo viſili [illegible] explicans, quæ primus ſtabiliter complectitur intellectus. Sequitur [illegible] de mundo [illegible] per animam, non tam vnum & omnia, quàm ex omnibus vnum [illegible] quàm anima præcedit ipſa ſua vnitas multitudinem. At in mundo corpo-reo [illegible] vnitas quodammodo multitudinem ſequitur. Potes tamen ita colligere, omnia [illegible] membrorumq; [illegible] ad vnam animæ mundanæ naturā quaſi du[illegible] animas ad vnam mundi animam, velut principem, omnes intellectus qui anima-[illegible] vnum intellectum ſuper animas exiſtentem, quaſi oculos ad ſolis lumen: intel[illegible] purum ad paternam lucem atque bonitatem. Inter hęc obſeruabis quos ple[illegible] à corporibus abſolutos, Plotinum ponere intellectus tantum in ani-[illegible] animales, & animas intellectuales appellat; Qui ſane intellectus ic-circo [illegible] à corporibus expediri, quoniā & ſi in animabus ſunt, non tamen ſunt in [illegible], quandoquidem neque animæ vere corporibus inſunt, & intellectus eiuſmo-[illegible] corpore commerciū habeant, & vt Plotinus ſæpe confirmat, ſemper ſecundum [illegible] coniuncti. Ab hac vero ſententia vix diſſentire videtur Theo-[illegible] apud Græcos Chriſtianorum ſententia, angelis corpora tribuēs. Vbi vero Plotinus [illegible] in inferioribus multiplicare quàmplurimum. Prohibet autem multiplica-[illegible] introducere. Intellige prohiberi multiplicationem illic, quæ [illegible] & quaſi ſuperuacua, & diſiunctim fiat, quemadmodum apud nos fieri ſolet. [illegible] quæ vel in ſpecies, vel in neceſſaria fiat, vel ſummatim colligatur in vnum: pro-[illegible] multiplicare principia rerumq; capita. Quod autem plures intellectus eſſe ve[illegible] intellectus eſſe ſummas animarum rationalium partes, ipſasq; animas dif-[illegible] inter ſe paſſionibus & naturis.

*[illegible] alliget ſibi corpus ſuum, & per hoc quaſi alias animas. Item quomodo etiam anima [illegible] corpori utatur.* CAP. VI.

QVid præterea dicam de cæteris ſubſtātiis quas inducunt? cognominantes tum trāſmigrationes, tum ſimulacra repercuſſa, tum pœnitentias. Si enim talia quædam eſſe paſſiones animæ uolūt, quando ſcilicet afficitur pœnitentia, item repercuſſa ſimulacra [illegible] imagines entiū, ſed nondū ipſa entia contēplatur, profecto id [illegible]loquium eſt confirmādæ ſectę gratia introductū. Atqui cum an[illegible] Græcorum ſapientiā non attigerint, figmēta eiuſmodi cōmentantur. Sane ueteres Gręci & rectę nouerūt, & ſine tumiditate iactātiaq; deſcripſerūt [illegible] et ſpelunca quadā aſcēſiones, animaſq; inde paulatim in ueriorē con[illegible] progredientes, Compertū habemus eos pleraq; à Platone ſur[illegible] quæcūq; innouāt, quo philoſophiam propriam afferant, à ueritate [illegible]: nempe iudicia pœnæ apud inferos, flumina, transmigrationes in corpora [illegible] uaria à Platone accipiuntur. Item quòd in mundo intelligibili [illegible] ponunt uidelicet ipſum ēns, & deinde intellectū, & poſt hæc opificem [illegible], ipſam ſcilicet animam ſibi ex Timæi uerbis uſurpauerunt. Sic enim in Timæo ſcribitur à Platone: Quatenus igitur intellectus ideas exiſtentes in eo quod uiuens eſt, intuetur, eatenus atq; totidem architectus mūdi cogitauit in mundo comprehendi. At illi Platonem nequaquàm intelligentes [illegible] quoddam exiſtimauerunt in quadam quiete in ſe omnia continere. Intellectum uero ſequentem quæ ſunt in illo ſuſpicere, alium autem excogitare. Sæpe uero apud eos id quod excogitare dicitur, anima eſt artifex [illegible] apud Platonem mundi artificem eſſe putant, nulla ex parte intelligentes, quis mundi ſit opifex, quæ ue opificii ratio. Multa præ-

 terea

terea in Platone interpretando mentiri deprehēduntur, opinionesq; eius in deterius detorquere: quaſi uero ipſi tantum naturam intelligibilem fuerint conſecuti. Plato autem cæteriq; beati uiri aſſequi non potuerint. Tum uero ex eo quòd intelligibilium multitudinem nominant, uideri palam confidunt, ad ſummum intelligibilium perueniſſe, cum tamen ex ipſa multitudine naturam intelligibilem in ſimilitudinem deducant ſenſibilis deterioriſq; naturæ. Decet profectò naturam intelligibilem in numerum quoad fieri poteſt minimum quaſi colligere: atq; ipſi quod eſt primum attribuere cuncta, neq; ulterius intelligibilia numerare: quippe cum illud omnia ſit, & intellectus primus & eſſentia prima, & quotcunq; alia pulchra poſt primā naturam conſiderantur. Speciem uero animæ tertiam collocare. Præterea differentias animarum in paſſionibus uel natura decet inueſtigare, nec ulla in re in uiros diuinos cauillari, ſed antiquorū myſteria benigne interpretari, accipientes ab illis quæ rectè dicunt, immortalitatem animæ, intelligibilem mundum, deum primum: item animam oportere commerciū corporis aufugere. Rurſus ſeparationem animæ à corpore nihil aliud eſſe quàm à generatione ad eſſentiam ſe conferre. Hæc utiq; à Platone tractata, ſiquidem ita perſpicue dicant, rectè faciunt, quibus uolentibus diſſentire nulla inuidia, dicentium nefas eſſe cauillationibus conuiciiſq; in Græcos ſua dogmata audientibus confirmare. Quinimò demonſtrandum eſt ſua rectè ſe habere, quotcunq; præter illorum opinionem propria inuenerunt, diſſerendumq́; benigne integritateq; philoſophica ipſas eorum opiniones adducere decet. Et in quibus aduerſantur, iuſte ſpectare uerum, nec ullo popularem approbationem aucupari uiros illos uituperando, qui à uiris nō mediocribus iam multis ſunt ſeculis comprobati. Omnino uero ridiculum eſt profiteri ſe illis eſſe præſtantiores, nēpe quæ de ordine intelligibili ab antiquis tradita ſunt, multo melius eruditiusq; dicuntur, facileq; cognoſcentur ab illis, qui fallacia paſſim homines inuadente decepti minime fuerint. Profectò rebus quas deinceps hi ab illis acceperunt, adiunctiones quædam nullo modo conuenientes annexæ deprehenduntur, ſane in quibus aduerſari contendunt, generationes corruptionesq́; multiplices afferunt. Præterea uniuerſum hoc incuſant, commerciūq; animæ cum corpore criminantur, ipſumq; qui totū diſponit mundū uituperant. Atq; in idē omnino architectū mūdi animāq; reducūt, cui quidē paſſiōes eaſdē, quas & particularibus animalibus attribuūt.

*Anima mūdi alligat ſibi corpus ſuū, & per hoc quaſi alias aīas. Itē quō etiā aīa ꝓpria det corpori uitā. Ca. VII.*

Reprobat iterū q̄ animā genitricē mūdi dicāt animæ nr̄æ more in hac fabrica laborare, & ab ipſo contēplationis officio diſtrahi. Ait enim: Cū tota machina ſit animę mūdanę ſubiecta, nihil illi reſiſtere, nihil effluere ꝓprij, nihil alieni cōtingere. Itē totā corporum molē ab ipſa aīa per infuſam vitā, tū inter ſe colligari, tū aīę deuinciri, ꝓrſusq; ſubeſſe. Animā vero noſtrā ad corpus accedere, quaſi q̄ddā hactenus mūdi membrū, atq; iā inde quodāmodo viuēs in gremio totius aīæ, ſic illi fermè connexū, ſicut fœtus in aluo. Itaq; venientē extrinſecus aīam alligari aīali quaſi iā facto, neq; penitus dominari. Aīam vero mūdi ſibimet aīal generare, ipſumq; ſibi potius, q̄ ſe ipſi ligare: ideoq; nihil in animalis paſſionibus aliq̄n compati. Quod enim tanq̄ deterius eſt, præſtātiori connexū pati quidē ſolet, ſi patiatur illud, neq; tamē fit ecōuerſo. Tu vero memento, q̄uis anima noſtra nanciſcatur corpus iā viuū, nihil tamen prohibere, hanc quoq; adhibere corpori vitam, ceu lumini lumen. Hic enim vita prior ad actum & proprietatem vitæ poſt venientis facilę trahitur. Hæc enim eſt in proprio corpore

*Faber mundi non mutatione sui, sed poteſtatis natur[a]e dit copia facit mundum* [illegible]

QVando interrogantur h[a]eretici quam ob cauſam mundi faber conſtruxerit [illegible] ſpondent: quoniam à contemplatione cecidit, ac redditus ambitioſus ad [illegible] tualis atque imperandum. Præſtabat autem naturalem aſſignare ſeque [illegible] tatis iniquitatem, atque ita interrogantibus reſpondere: Sicut calor qua [illegible] liter calefacit, & lux qua lux, illuminat naturaliter: & ſimiliter vita vivificat [illegible] illud agens poteſtatis ſuæ naturalis præſentia facit. Omnino vero contra [illegible] nem atque philoſophiam eſſe videtur quod dicebant h[a]eretici, opificem [illegible] formaliter permutatum ꝙ faceret mundum. Atque facultatis opificis quæ ſempiterna [illegible] idem eſt ibi quod ſempiternitas, initium aliquando contigiſſe, quando ſcilicet [illegible] ter lapſum à melioribus factus eſt impotentior. Eſt & contra religionem [illegible] dum tanquam malum, nam & in Geneſi Moyſes ait, cum ſingula in mundo [illegible] valde bona mundi artificem effeciſſe. Huc tendit & illud: Cæli enarrant gloriam [illegible] manuum eius annunciant firmamentum. Sic itaque magnitudo, poteſtas, & [illegible] mirabilem divinitatis poteſtatem nobis oſtendit, ordo mirificus ſapientiam [illegible] ga rerum varietate ſervatus, Vſus quoque ad optimum vbique conducens, [illegible] dubio bonitatem. Poteſtatem inquam & ſapientiam, & bonitatem, non ſolum [illegible] fice, ſed quæ communicata etiam ſit opificio: alioqui non poſſemus opificij [illegible] tione, talia de opifice iudicare. Quamobrem ſatius admodum foret vniverſum [illegible] co more quaſi dei ſtatuam honorare, & quæ in eo excellentiora ſunt, [illegible] ſuas idearum, ꝙ h[a]ereticorum more vituperare. Impium enim eſſe Platonici [illegible] dei viuas ab eodem fabricatas, poſitaſque in templo mundano ad cultum [illegible] demonſtrandum deſpicere, nedum criminari. Nam & quid ſibi velit [illegible] naculum ſuum, non eſt negligendum. Non ſolum itaque mundus divinam [illegible] ter imitatur, vt h[a]eretici ferunt, ſed imitatur quoque ſimiliter. Diſſimilis quidem [illegible] ligitur, vbi per oppoſitionum vices fit cōparatio. Sicut illud immateriale, [illegible] bile: ita hoc viciſſim materiale, diuiſibile, mobile: igitur ſicut illud bonum [illegible] Eſt autem in mundo erga divinam mentem per ſimilia inſuper imitatio [illegible] opus hoc repræſentat eſſentiam illam, vitam, intelligentiam, ideas, imò & [illegible] que bonitatem: igitur & hoc eſt bonum tanquam imitatio boni. Emanare [illegible] tinus exiſtimat naturali quadam bonitatis illius exuberantia, ſed cauſam [illegible] ſe. Terram poſt hæc plenam eſſe inquit immortalium animalium, ſimiliter [illegible] ad cælum, multoque magis & ipſum cælum. Immortales in terra ſunt animæ [illegible] ræ animam, ſaltem animæ noſtræ cæleſtibus hic etiam coniunctæ corporibus [illegible] tam quod Orphici terreſtres etiam dæmones introducunt. Immortales in aere [illegible] æthere ſunt dæmones, ſaltem quantum ſpectat ad cæleſte illorum corpus. In [illegible] cælorum omnibus immortalia diuinaque ſunt animalia, ipſæ ſcilicet ſtellæ. Sunt [illegible] bus planetarum vltra planetas in quolibet ponāt dæmones quaſi ſtellas [illegible] iectos, ſicut in firmamento à maioribus reguntur ſtellæ minores. Mitto [illegible] vbique, quas ſolent animalia intelligibilia nuncupare. Quamlibet denique [illegible] ſtantiam vbique ſimiliter eſſe poſſe in Theologia tractamus, & tractabimus [illegible] conuiuerit hominū atque etiā dæmonū animas poſſe quādoque vehiculū [illegible] quo animal eiuſmodi nō ſit immortale. Primo quidē dicimus, nō facile iſtud [illegible] admittat, depoſitionē eiuſmodi corporis haud proprie mortē eſſe dicendā, [illegible] turali ue curſu, nec violētia foris illata vel intus accidat, ſed facili quadā quaſi [illegible] ſtis atque voluptate. Denique ſi cūterrena concedāt viuere, forſan negent cæleſtia [illegible] Theophraſtū dicentē nō eſſe philoſophū qui neget cæleſtia viuere. Sin vero [illegible] priuēt, ꝙ mirabili ratione ſemper incedūt, animaduertāt quādoque ſe eſſe vel [illegible] nis experte. Si negent mundū eſſe à bono, audiant mundi [illegible] ordine meo ad divinam prouocem ſapientiam atque vitam, ſcitote [illegible]

*Mundus non errore, ſed natur[a]e di potentia factus eſt, & bonus, quia divinitatem* [illegible] *æqualis.*

CA[illegible]

QVod autem quæri ſolet, quam ob cauſam fecit mundum [illegible] ac ſi quæratur, quare eſt anima, & quare ipſe opifex [illegible] mo quidem eorum eſt, qui ſempiternitatis ipſius princi[illegible] prehendere moliuntur. Deinde putant opificem mundi [illegible] tatum que ab aliquo in aliquid euaſiſſe cauſam fabricandi. Do[illegible]

ſunt,ſi modo dociles ſe præſtiterint,quæ horum natura ſit,ut deſinant ali-
quando quæ ſunt ueneranda uituperare:quæ quidem propenſius deteſtatur,
cum tamen magnopere deceat uenerari. Et quis nam diſpoſitionem mundi
iure uituperet:quæ quidem in primis magnitudinē intelligibilis naturæ de-
monſtrat. Si enim ita proceſſit in uitam,ut uitam non habeat indiſtinctā at
que confuſam,qualia ſunt quę in mundo ſunt minima,quæ copia mundanę
uitæ aſſidue die nocteq́; gignuntur: ſed eſt continua perſpicuaq́; & multa &
ubiq; uita ſapientiam inæſtimabilem præ ſe ferens,quid nam prohibet ſtatu
am manifeſtam deorum intelligibilium & pulcherrimam affirmare? Quod
ſi mundana hæc ſtatua dum ſupernum imitatur exemplar,nō eſt idem, pro-
fecto hoc ipſum naturaliter habet,alioq imitatio eius minime foret. Quod
autē obiiciunt,diſſimiliter imitari,falſum eſt:nihil enim prætermiſſum eſt
eorum,quę pulchra naturaliſq́; imago poſſet habere:ſiquidem neceſſarium
erat,imitationem hanc extare,neq; tamen ex quadam cogitatione artificio-
ſaq́; cura. Neq; enim fieri poterat, ut ipſum intelligibile eſſet in uniuerſo po
ſtremū,quippe cū actum eius eſſe geminum oportuerit,alterum quidem in
ſeipſo manentē,alterū uero in aliud prodeuntē. Oportuit igitur poſt ipſum
aliud inſuper eſſe. Solum nanq; quod oīm infirmiſſimū eſt,ibi ſe habet, ut ni
hil ipſius ad inferiora deſcendat,poteſtas uero mirabilis ita uiget. Quapro-
pter & opus inde ſemper emicuit,ac ſi mundus alter eſt hoc melior, quis nā
ille? Quod ſi neceſſe eſt mundum eſſe,neq; tamen eſt alter:ſolus hic eſt, qui
ſuperioris imaginē imitando conſeruat. Terra quidem tota uariorū anima-
lium plena eſt atq; etiam immortalium,& uſq; ad cælum horum plena ſunt
omnia. Stellæ uero & quæ inferioribus inſunt ſphæris,& quæ in ſuprema mi
cant,cur dii non ſint cogitari non poteſt. Quippe cum mirabili ordine per-
ferantur,ornatuq́; præcipuo circūcurrant. Quid enim in cauſa eſſe poſſit,ut
uirtutē non habeat,quid'ue illis impedimēti ad uirtutē conſequendam:non
enim ibi hæc ſunt,quę terrenos efficiunt malos:neq; in corporibus illis uitiū
eſt,quale hic quod perturbatur atq; cōturbat. Pręterea quidnā uetat ſuperos
qui in perpetuo uiuūt otio,intelligere,atq; mēte deū cæterosq́; intelligibiles
deos accipere:forſan ſapiā nobis pręſtantior q̄ illis adeſt. At hoc nemo unq̄
niſi inſanus admiſerit. Quandoquidem aiæ ſi huc compulſę à mundi anima
deſcenderunt,quomodo præſtantiores ſunt cum uim patiantur. Sane in ani
mabus quod ſuperat præſtātius eſt & melius:ſin aūt huc ſponte uenerūt, cur
nā huic regioni detrahitis,in quā ſponte ueniſtis? Præſertim cū & abire per-
mittat,ſi cui non placeat habitare. Iam uero ſi tale eſt hoc uniuerſum,ut lice
at in eo & ſapientiam cooperare:& hic habitantes ad ſupernorum ſimilitudi
nem uiuere,proculdubio idipſum teſtatur mundum deſuper dependere.

*Gnoſticorum errores non minus Chriſtianis quam Platonicis aduerſantur.* Cap. IX.

IN ſequentibus vero dum confutat ineptas hæreticorum criminationes in mundum, a-
nimaduerte in mundo eſſe tres præcipue gradus. In primo poni ſphærarum ſtellarumq;
motores. In ſecundo ſphæras:in tertio compoſita infra lunam. Ac ſine graduum horum
diſtinctione mundum non eſſe pulchrum. Similiter tres humanæ vitæ gradus. Sunt enim di-
uini homines,ſunt humani,ſunt & quodammodo bruti. Simili rōne diuerſitas apparet in ciui
tate etiā rectiſſime conſtituta. In eiuſmodi vero diſtinctione & ordine pulchritudinē rū vitæ

tũ ciuitatis eſſe memẽto. Notabis interea cæleſtes deos inferioribus ſingula prouidere: ac dæmones ſub luna plurimos eſſe bonos, hoĩbusq; meliores: cõcedi tamen dæmones aliquos eſſe malos. Scito præterea tam ſtultam fuiſſe in Gnoſticis hæreticis arrogantiam, vt nullam dicerent virtutis ſpeciem eſſe poſſe, niſi in eis qui eandem hæreſim ſectarentur. Item malos eſſe hic dæmones & angelos omnes: rectores quoque ſphærarum cæleſtium eſſe prauos: ipſamq; totius mũdi vitã. Deniq; nullũ vſquã numẽ honorãdum quoquo modo eſſe vel inuocandũ, ſed primum tantum ſine medio exorandum: atque ad id quidem impetrandum ſolam hæreſis ſuæ profeſſionem & verba quædam ritusq; ſufficere. Neque neceſſariam ad hoc eſſe exactam vitæ morumq; puritatem. Denique peſſimum quẽque hæreſis ſectatorem vniuerſo meliorem eſſe cenſendum, vt non mirum ſit Plotinum his etiam acrius indignari. Notabis denique ſicut maxima nobis potentia ſolis elucet, ſi conuincamus ab eo ſolaria eſſe q̃plurima, id eſt, omnium vbique lumina: ſic mira dei potentia fulget, ſi ab vno dij multi fiant atque dependeant: deos poſt hæc ait, tum quæ deo ſuperiori, tum quæ ipſis placent, hominibus inſpirare. Deos hic accipe tum ſtellarum animas, tum dæmones bonos. Stellarum enim aĩæ quæ à mente animæ mundi, menteq; diuina, decreta ſunt, dæmonibus: hi nobis inſpirant. Tu vero dũ Plotinus inuehitur latius in hæreticos, memento neque legitimum Chriſtianorum genus hic attingi, neque ipſam Chriſti perſonam. Quoniam Gnoſticorum errata nõ minus à Chriſto ſunt quàm à Platonicis aliena. Et profecto ſi Porphyrius qui cauſam ſuſcepit contra Chriſtianos Chriſtum oraculis confirmantibus iudicauit ſapientem & pium atque beatum, merito Plotinus qui ſolum contra quoſdam hæreticos agit, Chriſtum à maledictis cenſet excipiendum. Nec iniuria illos inſequitur, qui aſſerebãt mundum eſſe natura malum, atque à malo, animas noſtras eſſe mundi anima meliores, fieriq; etiam meliores angelis: & id quidem abſque labore vllo & purificationis officio, ſola ſcilicet hæreſis illius confeſſione, & quibuſdam ritibus, & certa quadam pronunciatione verborum, neque licere cuiquam aliter fieri bonum. Denique deum ipſum ſolius humani generis curam habere, totius vero mundi rerumq; mundanarum prouidentiam apud deum eſſe nullam. Quæ quidem Chriſtianæ legi nõ minus quàm Platonicis aduerſantur, nam ſiue Paulum audias ad Romanos, deum diſces non vnius tantum, ſed omnium eſſe gentium: ſiue euãgelium, cognoſces deum vniuerſo vſque ad minima prouidere. Item confirmari propheticum illud: Omnes videlicet poſſe dici deos, ac filios excelſi omnes. Et vnà cum Propheta præponi angelos animabus, arrogantiam maxime omniũ extirpari: Solo ſpiritu & veritate deum adorãdum. Sola morum puritate feliciter promerendum, & id quidem munus laborioſiſſime comparari.

*Omnia iuſte diſpenſantur in mundo, bonaq; in eo ſunt numina, & ipſe bonus eſt, ac deus totius curam habet.* CAP. IX.

SI quis autem de mũdi ſorte queratur diuitiarum paupertatisq; gratia, culpans uidelicet, quòd ęqualis in his diſtributio nõ contingat, hic prorſus ignorat probum uirum æqualitatem in his rebus nequaquam exigere: neq; arbitrari homines plus habẽtes pecuniarum, habere plus boni, neque iudicare dominãtes plus quàm priuati habeant, poſſidere, ſed harũ rerũ ſtudiũ aliis conſulto cõcedere: nouit profecto uir probus geminã hic eſſe uitã. Alteram quidem proborũ, alterã uero multorũ, proborumq; uitã ad ſummũ gradũ ſupremamq; naturã erigi, eorum uero uitam qui humiliores ſunt ſimiliter eſſe duplicem, ut altera quidẽ uirtutis memor merito alicuius boni ſit particeps, altera uero ſit uelut turba uilis atq; mechanica honeſtioribus uiris neceſſaria ſubminiſtrans. Si aũt uel committitur homicidium, uel ob infirmitatem animus à uoluptatibus ſuperatur, nihil mirum uideri debet, hic eſſe peccata non quidem in mente, ſed in animabus tanquam in pueris atq; quibuſdam citra pubertatem adoleſcentulis. Quòd ſi eiuſmodi ſors exercitatio quædam ſit uincentium atq; uictorum, hac quoq; ratione recte ſe habet. Sin autem patiaris iniuriam, nihil inde immortali eſt graue futurum. Rurſus ſi occidaris, quod & optabas habebis: ſi uero adhuc talia damnas, nihil te in hac urbe moras trahere cogit. Cõ-

ante quinq; cubitos non excedere. Neſcint quidem qui, quot uſ [illegible] ri: hinc tamē imaginetur numerum quo ipſe ſuperat, eſſe quā [illegible]. Confitentur præterea deum humanarum quidem rerum curam [illegible] tius autem mundi in quo ſunt homines nullam. Sed cur nam mundū [illegible] git? Si enim ideo negligit, quoniam non tantum habet otii, ut pro [illegible] uerſum: nimirum neq; fas eſt ipſum inferiora curare. Item dū proſpicit [illegible] mines, cur non & quæ circūſtant interea conſpicit? atq; ita mundum [illegible] ſunt homines. Sin autem non aſpicit extra, ne mundum uideat, [illegible] det homines. At dicent illo homines non egere, at tamen mundus [illegible]. Quin etiam nouit eius ordinem, & qui ſint in ipſo, qua conditione [illegible] & quo pacto ſint ibi. Proinde quicunq; inter homines deo ſunt amici, q [illegible] mundo contingunt æquo animo tolerantes, quicquid ex ipſo om [illegible] tu neceſſario prouenit, recte ferunt: neq; id quidem iniuria. Non [illegible] um cuiuſq; uotum, ſed ad totum ipſum ſpectare decet, honorantem [illegible] los pro dignitate, eoq; pro uiribus contendentem, quo omnia quæ [illegible] ſunt natura contendunt: exiſtimantem rurſus multa eſſe, imo uero [illegible] quæ illuc annitantur & quę conſequuntur, eſſe beata. Nonnulla [illegible] ſua fert natura, conuenientem ſibi ſortem aſſequi. Profecto uir [illegible] ſibi ſoli arrogat felicitatis conſequendæ potentiam: non enim ex eo q [illegible] tetur aliquid poſſidere, iam poſſidet. Quin & multa pleriq; nō habe [illegible] gnoſcentes, habere ſe iactant: atq; etiam non habentes opinantur [illegible] liq; poſſidere: cum tamen ipſi ſoli ſint qui non poſſideant.

*Quantum errent qui dicunt mundi fabrum errore quodam feciſſe mundum atq;* [illegible]

## CAPVT X.

ALia præterea multa, imo uero omnia quis diſcutiens [illegible] cileq; inueniet, qua ratione ſigillatim qualis ſit illorū [illegible] monſtret. Non poſſum equidem pudore non affici [illegible] quorundam gratia, qui antequam familiaritatem no [illegible] rent, in ſermones eiuſmodi inciderūt: in quibus adhuc neſcio quo [illegible] ſeuerant, quamuis non pudeat eos: ſed impenſius ſtudeāt, ut op [illegible] uera proculdubio uideant. Vel etiā ipſi rem ita ſe habere exiſti [illegible] ad notos tātum uerba facimus, ad multos autem qui illos audiſſe [illegible] hil enim ſuadendo proficeremus, perſuadere conantes, ne ab illis [illegible] ti permittant: demonſtrationes quidem nullas in medium affere [illegible] enim ratione ualeant: Sed pertinacius ſe iactantibus. Cū alter quid [illegible] dus, quo quis ſcribens eos refellat, q non uerentur circa præclara u [illegible] priſcorum diuinorumq; uirorum myſteria cauillari. Quamobrem [illegible] cuſſionis modum miſſum impræſentia faciamus. Qui enim quæ [illegible] cta ſunt perfecte comprehenderint, plane qualia ſint & reliqua poter [illegible] dicare. Mitto & impræſentia dictū illud abſurditate omnia ſuperans, [illegible] do abſurditatem conuenit hanc appellare. Aiunt enim animam [illegible] tiam quandam ad id quod inferius annuiſſe, ſiue nutum hunc inc [illegible] anima, ſiue ſapientia nutandi cauſa fuerit, ſiue ambo idem eſſe [illegible]

utique animas condeſcendiſſe ferunt, & ſapientiæ membra, easq; ingredi corpora uelut humana. Cuius autem gratia animæ collapſæ ſunt, illam rurſus tradunt minime labi: quaſi non annuerit quidem ſed tantum tenebras illuſtrauerit. Deinde hinc ſimulacrum in materia reſultaſſe, deinceps ſimulacri ſimulacrum hic formantes per materiam ſiue per materialitatē, ſiue quomodocumq; nominare uelint aliud quidem hoc dicentes, aliud uero illud, aliaq; multa nomina obſcuritatis gratia confingētes, eum ſic qui apud eos mundi opifex nominatur efficiunt. Atq; deſciſcentem à matre fingentes mundum ab ipſo deducunt ad extrema ſimulacrorum: ut qui hæc ſcripſit mordacius etiam conuiciaretur.

*Reſellit quod dicebant, illuſtrationem ab anima in materiam feciſſe aliam animam, & illam fabricauiſſe mundum.*

CAP. XI.

AT uero ſi anima illa non cecidit, ſed tenebras illuſtrauit, quomodo recte dicetur inferius annuiſſe? Nō enim ex eo quòd aliquid quaſi lumen effluxit ab ipſa, iam dicenda eſt annuiſſe, niſi aliud quidem quodammodo inferius poſitum ſit: hæc aūt ad id quaſi de loco ad locum tranſlata deſcenderit, factaq; propinquior illuſtrauerit. Si autem in ſeipſa permanens lumen effudit, nihil in hoc familiarius operata: cur enim ſola anima illuſtrauit, non autem illa etiam quæ in ipſo rerum ordine potentiora ſunt q̄ anima? Quòd ſi dicant animam ex eo quòd rationalem mundi notionem in ſe comprehēderit potuiſſe ex ipſo rationali diſcurſu illuminare, quid eam prohibet quo minus, cum primum illuminauit, ſimul quoq; mundum effecerit: cur ſimulacrorum genituram ulterius expectauit. Deinde rationalis ipſa mundi notio, quę ab illis terra peregrina hoſpitaliſq; dicitur, facta à maioribus ut ipſi ferunt, haudquaquā effectores deorſum coegit animas. Præterea quænam ratio eſt per quam materia illuſtrata nō corporum naturam, ſed ſimulacra faciat animarū? Iam uero animæ ſimulacrū nihil uel tenebris uel materia indigere uidetur. Sed ſiquid fiat, mox factum conſequitur effectorem, ſecumq; manebit annexum. Item quod primum infunditur in materiam, utrum eſſentia eſt, an potius (ut eorum uerbis utar) excogitamen? Si enim eſt eſſentia, quænam differentia erit inter hoc & illud à quo manauit? Sin autem altera eſt animæ ſpecies, ſiquidem ſuperior rationalis fuerit, forte hæc uegetalis eſt atq; genitalis. Quod ſi ita ſit, quomodo uerū erit, quod memoraretur effeciſſe mundum? Et quo pacto per audaciam ſuperbiamq; fecit? Atq; omnino quod dicitur per imaginationem quandam? & multoq; magis quod per rōcinationem feciſſe dicitur ſic eſt confutatū. Quid'ue rurſus oportuit effectorem ex materia ſimulacroq; intus efficere. Sin autem dicatur quod primum infunditur eſſe excogitamē: primo quidem interpretandum erit, ubi nomen eiuſmodi ſit deductum. Deinde qua ratione, id eſt, niſi excogitamini huic dederit efficiendi uirtutem. At uero quo nam pacto per ea figmentum hoc uigebit effectio. Dicent utiq; hoc quidem prius fieri, aliud uero deinceps. Verum id ſua quadam licētia dicent. Cur autem primo quidem ignis, deinde cætera?

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. I.

IN capite iterum duodecimo planius quoque perſpicies, nõ Chriſtianã legem ulla ex parte, ſed ſuperbiſſimam Gnoſticorum hæreſim improbari, falſos Zoroaſtris libros fingentium, philoſophiæ ſummum profitentium: Platoni ſe arrogancius in ſapientia præponentium. Quibus etiam decepti fuerint philoſophantium multi familiariumq́; Plotini antequam Plotino familiariter vterentur. Quid vero dicam? Vbi hæreticum illud ſtultiſſimumq́; deridet, Ipſum mundi fabrum appellant ſapientiam ſimul & animam: ſapientiam quidem, quatenus ante intellectu uiuebat. Animam vero, quatenus eſt inclinatus ad fabricam. Ambigunt inſuper, vtra vis eius prius ad mundi fabricam declinauerit. Addunt cæteras animas cõſequenter tunc ad corpora deſcendiſſe tanquam huic fatali lege connexas, ac ſimul annuiſſe corporibus ſapientiæ membra, id eſt, dæmones. Tum vero fabrum infudiſſe materiæ nonnihil imaginarium, atque deinceps ex hoc imaginario materiali, imaginarium aliud adhuc vanius reſultaſſe tanquam remotius à ſubſtãtia & forſan adhuc aliud, id'que extremum eſſe mundũ: Vt conuincat id totum eſſe vaniſſimum.

*Refellit eadem & probat mundum factum eſſe ſimul totum.* CAP. XII.

SImiliter quærendum eſt, qua ratione ſimulacrũ illud nuper genitum aggrediatur effectionem recordatione quadam eorum quæ antea nouerat. Non enim erat omnino quo poſſet cognoſcere, neq; etiam erat illa quam illi ſuam matrem eſſe dicũt. Accedit ad hæc quòd illi hunc in mundum nõ tanquam animarum ſimulacra quædam, ſed tanquã ueræ animæ deſcenderunt, & tamen uix inter illos unus & ad ſummum duo ex mundo commoti, ſeq; in memoriam reuocantes, uix tandem nonnihil eorum quæ uiderant animaduerſione reſumunt. Nõne igitur ſupra modum mirabile eſt uel ſimulacrum hoc etiam ſi (ut aiunt) te nuiter attamen ſtatim genitum excogitare ſuperna, uel etiam eius matrem eadem ſuſpicari, quæ ſimulacrum eſt prorſus materiale. Neq; ſolum illa conſiderare, & mundi huius illiusq; accipere notionem, ſed etiam comprehendere ex quibus efficiatur. Vnde nam primo ignem fieri cogitauit, exiſtimãs oportere id fieri primum. Cur non ſimiliter aliud? Sed ſi potuit facere ex eo quòd notio eius inſignita eſt igne: cur nõ inſignita mũdo? Prius enim oportuit inſigniri toto, mundum ſimul totum effecit. In ipſo nanq; excogitato totius ſignaculo illa quoq; ſunt cõſignata: ita certe naturalius iudicabitur effeciſſe. Neq; putãdum eſt artificum more fabricauiſſe, quippe cum artes ſint & natura & mundo poſteriores. Quandoquidẽ quæ in ſingulis quotidie ſpeciebus naturaliter generantur, non ita fiunt, ut primo quidem fiat ignis, deinde reliqua ſigillatim, deniq; mixtura cunctorum, imò uero totius ſimul uiuentis configuratio neceſſariam membrorum ad totum complectens connexionem, in menſtruis coaleſcit. Quidnam igitur obſtat, quin in ipſo rerũ ordine materia ſimul inſignita ſit totius mundi figura: in qua quidem figura & terra & ignis & cætera connexa neceſſario fuerint, forſan illi ita mundũ procreauiſſent, utpote qui meliorem nacti ſint animam. Faber uero mundi ita mundum facere neſciebat, quanquam prouidere magnitudinem cæli, certamq; menſuram, obliquamq; ſignorum texturam, & motus ſub illis actos: & terram, atq; ita hæc omnia præuidere, ut ſingulorum ratio per quam ita ſe habeant, teneatur: non ſimulacri unius eſt munus, ſed alicuius potius poteſtatis, quæ proficiſcatur ab optimis. Quod quidẽ ipſi quoq; uel inuiti confitebuntur: illuſtratio enim illa diffuſa per tenebras diligenter examinata faciet, ut

prouenіant circa ſingulos, tum generationis temporibus, tũ diuerſitate locorum, tum affectionibus animorũ inter ſe longe diſtantes. Nec rurſus exigendum eſt, ut oẽs in mundo ſint boni: neq; ſi id fieri nequeat, repente mundi ordinem incuſare decet, neq; requirere rurſus, ut inferiora hæc nihilo à ſuperioribus differant. Neq; cenſere id eſſe malum, quod ad prudentiã eſt ineptius, minusq́; bonum: deincepsq́; procedẽdo ſemper in minus. Perinde ac ſiquis naturam aſſerat eſſe malam, propterea quòd ipſa non ſit ſenſus: ſimiliterq́; ſenſuale malum eſſe, quoniã non ſit ratio. Alioqui apud ſuperos quoq; mala eſſe fateri cogẽtur: etenim illic anima eſt inferior mente, atq; mens eſt inferior alio.

*Penes intentionem ipſius naturæ totum prius eſt quàm partes operis, ac totum ſimul inchoatur.* Cap. XIIII.

IN quartodecimo capite notabis, quoniam natura per formam agit, agitq́; toto formæ totius impetu, ad totam penitus propagandam: ideo primum in ipſa naturalis agentis intentione formam eſſe totius & integram. Itaque totam vnà cum partibus quodammodo cunctis ex vigore intus agente funditus inchoari. Sic inchoantur plantarum & animaliũ ſpecies, ſic ex diuina cauſa totus ſimul mundus effluxit.

*Refellit quod dicunt certo uerborum ſono ſupera flecti, & morbos eſſe dæmonia, & hæc expelli quibuſdam uerbis & ritibus abſq; uirtute.* CAP. XIIII.

MAxime uero hinc rurſus efficiunt, ut ſuperna inuiolata non uideantur, quòd cantilenas quaſdam componũt ad illa pro arbitrio commouenda, non corpora ſolum & animas, ſed etiam his ſuperiora flectenda. Verum per hæc quidnã in his efficiunt? Reſpondebunt, ſe faſcinationes & delinimenta perſuaſionesq; componere, adeo ut & uerba exaudiant, atq; trahantur. Siquis uidelicet noſtrum artificioſe admodum nouerit talia quædam pronuntiare, & certa quadam ratione cantus ſonosq; edere, atq; aſpiramẽta uocis & ſibila: & quæcunq; alia apud eos ſcripta ſunt uirtutem magicam continere. Quod ſi id dicere nolint, imò uocibus incorporea quædam ſignificare, ſequetur ut dum ſuam artem reddere uolunt honeſtiorem, interim etſi minus aduertant, gloriam ſuam è medio tollant: gloriantur præterea ſe morbos expellere. Quod ſi per temperantiam rectam'que uitæ regulam facturos id ſe pollicentur, recte utique & philoſophorum more loquuntur. Nunc autem cum morbos dicant eſſe dæmones, eos'que uerbis expellere: id'que profeſſi diuulgent, uulgo præſtantiores habentur. Conſueuit enim uulgus magorum uires nimium admirari. Prudentibus tamen uiris nequaquam perſuaderent morbos humanos cauſas non habere: uidelicet ex laboribus uel ſaturitate, uel indigentia, uel putrefactione quadam prouenientes: & ſummatim à mutationibus quibuſdam uel intrinſecus uel extrinſecus orientibus. Declarant hoc nobis curationes ipſæ morborum: ſiquidem ex fluxu uentris & pharmacis morbus per inferiora ſolet educi. Quinetiam miſſo ſanguine atque ieiunio ſæpe curatur. Forſan exuriente tunc dæmone, atque ita efficiente pharmaco, ut dæmon liqueſiat atque tabeſcat. Si quando uero quis ſubito conualeſcat, aut prodeunte aut intus manente dæmone id efficitur. Quòd ſi etiam permanente, cur regnante adhuc intus non ægrotat? Sin autem foras abiit, quidnã in cauſa fuit: nam quid ipſe paſſus eſt? nunquid quoniã morbo nutriebatur?

Erat

Erat igitur morbus aliud quiddam quàm ipſe dæmon. Præterea ſi nulla etiã cauſa exiſtente dæmon ingreditur, quare non ſemper ægrotat? Sin autẽ præſente cauſa ſolum, quid nam ad ægrotandum opus eſt dæmone? Ipſa enim cauſa febrem ſufficienter poteſt accendere. Ridiculum uero eſt cum primũ accidit cauſa, repente adeſſe dæmonem quaſi ſedulo ad id paratum. Cæterũ quo pacto & cuius gratia talia iactantur ab illis, compertum ſatis habemus. Huius enim non minus quàm alterius gratia de his dæmonibus modo fecimus mentionem: cætera legentibus uobis conſideranda relinquo. Illudq́; in primis ubiq; animaduertẽdum, noſtræ philoſophiæ genus rite perceptum, præter omnia reliqua bona morum ſimplicitatem unà cũ intelligentiæ puritate complecti. Neq; inanem iactantiam ſequi, ſed elegantiæ dignitatem. Animoſitatem præterea cum ratione tutaq; cautione & circũſpecta prouidentia continere. Reliqua uero ad id comparata, idq; uiciſſim ad reliqua contraria prorſus ex partibus ſingulis apparere: nihil enim ultra dici põt. Nos uero ita de illis loqui decere uidetur.

*Cælum calere quidem & calefacere, non tamen urere, nec obeſſe.* Cap. XV.

IN capite quintodecimo memento cælum calere quidẽ & calefacere, ſed non vrere: quod addebant hæretici. Si in omni viuente corpore vnà cum ingenita vita cõgenitus eſt & calor, corpus certe primo viuens calet & primo, & calefaciendo cuncta viuificat: atque cũ augeat & foueat omnia nihil vrit. Quod quidem calefaciat, non motu ſolum, ſed natura patet: quippe diffuſis ſine motu per omnia radijs calefaciet, & ſola radiorum in ſeipſos multorũ collectione etiam ſi colliſdatur, nihil vehementius calefaciet: non tamen naturaliter vrit, alioqui cum magnitudine ſua, cum celeritate motus totum reliquum repente conſumeret. Quod autem ignes accendantur in alto, non ab æſtu cæli, ſed forſan ex aeris illius anguſtia prouenit, in quo calor ex calore motuq; cæli leuiter primum accẽſus, euadit paulo acrior anguſtia loci. Cui etiam ſe applicat ſubtilis vapor & ſiccus atque ſulphureus, fit feruor longe vehemẽtior tempore, vbi etiam ex motu vaporum concutiente calor intenditur. Veruntamen plus adhuc eſt ibi luminis quàm caloris. Fulgur autem ab inferiori ſede ex cauſa violentiore demittitur. Tu hæc notabis, cum cæleſtium natura generet omnia, & viuificet, & conſeruet eã naturaliter eſſe bonam. Tum vero quæ iniqua cenſentur, inde ſignificari, non fieri. Denique quæ apud nos ſub communi cæleſtium influxu fiunt, effici inter ſe differentia, tum propter ſpecies differentes, tum propter varias fortunas ſingulis contingentes. Varias inquam prout pertinet ad anni tempora, locaq; diuerſa, affectioneſq; animorũ. Hæc ergo non ex cælo exiſtere differentia: ſed quod datur cælitus influxu communi propter hæc accipi differenter. Gradus vero bonorum à maiori in minus per ipſam boni latitudinem procedẽtes, nefas eſt, tam quàm malos vituperare, atque hinc improbare ipſam vniuerſi naturam. Ridiculum quoque ex eo quòd progredientibus ordine rebus interim mali aliquid ſubrepat, principium inferre deficientium, quaſi malorum ſit efficiens cauſa potius quàm deficiẽs, ac propoſito quodam conſequantur potius ꝙ̄ forte contingant. Profecto dum intentione naturæ ab ipſo rerum principio procedentis, certę generantur formæ: ideoq́; bona fiunt, conſequenter formæ aliæ cedunt, quod malum eſſe videtur. Cum igitur eodem motu quo per ſe fit bonum, per accidens contingat & malum: nemo debet ob differentiam bonorum atque malorum contraria quædam principia ponere: ac præter principium bonum introducere malum. Multoq́; minus per naturã primã eſſentiaq; malum, alioqui eſſentia & eſſe erit malũ: appetitur tanquam bonum, & oppoſitũ eius reſpuitur velut malũ. Præterea principiũ agit ſequẽtia quatenus eſt efficax & in actu, agitq́; per formã: hæc vero ſunt bona, non eſt igit̃ ipſum malũ: neque facit per ſe mala, ſed ſimilia ſibi, id eſt formalia, ideoq́; bona. Malũ vero ad formæ priuatiõem attinet, quæ accidit non intenditur. Per hæc igitur & Gnoſticorum & Manichæorum confutatus eſt error.

*Quàm noxia ſit moribus opinio uituperans totam mundi naturam atq; uitam & quicquid in mundo gignitur, aut etiam ab hominibus agitur.* CAP. XV.

IMprimis aũt hos latere nõ debet quid pariãt in audientiũ animis ſermones eorũ, qui mundũ & quæ in ipſo ſunt, deſpicere perſuadent.

dent. Duplex profecto eſt electio ſectaq; de fine: Vna quidē in uolup... poris finē collocat, altera uero honeſtatē uirtutemq; anteponit. ... appetitio ex deo pendet, in deumq; refertur: idq; qua rōne fiat, alibi ... plandū. Epicurus quidē cū prouidētiā ſuſtuliſſet: quod reliquū eſt ... tem oblectamentaq; ſequi præcepit. Gnoſticorum uero ſermo inſo... etiam dominationem autoritatemq; prouidentiæ propriam, ... dentiam culpans, & quæ hic ſunt leges omnes, atq; uirtutē multis ... probatā honore priuans, & ridiculam exiſtimans temperantiam: ne... ni apud nos eſſe appareat, extirpat temperantiam, & iuſtitiam ... tam ratione exercitationeq; comparandam. Atq; omnem prorſus ... quis uirtutem cōſequi poſſit, adeo ut nihil aliud illis reliquum ſit, ... luptatem ſequi, propriisq; rebus duntaxat incumbere, deſertaq; ... mani communione propriç ſolum utilitati ſtudere: niſi forte quis ... tura ſermonibus eiuſmodi ſit præſtantior: nam eorū quæ apud nos ... neſtaq; cenſentur, nihil apud illos bonū exiſtimatur: ſed aliud quiddā ... cunq; illi aliquando proſequantur. Quanq̄ decebat eos qui iā nou... iam proſequi: ſequentes autem prima hæc noſtra corrigere ex ... ra ad hæc accedentes. Illius nanq; naturæ duntaxat quæ uoluptat... ris negligit eſt, quid benum honeſtumq; ſit intelligere: qui autē ... pertes ſunt omnino, nullo modo ad ſuperna accedere poterūt. Te... id quoq; his adhibet, quòd nullum faciunt de uirtute uerbum, ... omnem de his quæ ad uirtutem pertinent, omnino demittunt. N... re ſtudēt, quid uirtus & bonū, quot'ue ſint, & oīno quæcunq; tam ... multa priſcorum diſputationibus continentur. Neq; rurſus ex qu... rantur bona atq; poſſideātur: neq; quo pacto animus excolatur ... Quod enim ſolent dicere ad deum aſpice, nihil prodeſt omnino, ... cto inſpecturus ſis perſpicue doceant. Nam nihil prohibere quis ... aliquis aſpiciat quidem, nulla tamē abſtineat uoluptate, neq; cohi... Atq; commemorans duntaxat ipſum dei nomen, ſuccūbat interim ... bationibus omnibus, neq; eas propulſare contēdat. Virtus profe... dentiam acquiſita ad ſummumq; progreſſa deum nobis oſtendit, ... tem abſq; uera uirtute pronuntiat deum, nihil habet aliud præter ...

*Oratio non adoratum deum numenq; mutat, ſed adorantem.*

CApit decimumſextum deridet hæreticos quòd putent verbis ritibusq; ... habitu flecti cæleſtia corpora animasq; cælorum numinaq; cælo ſuperiora ... omnem orationis vim in vocum modulis, & odoribus, characteribusq; ... Præterea quòd morbos omnes nihil velint eſſe aliud quàm dæmonia. At euangelic... na deum in ſpiritu & veritate præcipit adorari, neque deum mutari vult, ſed ... toſq; curat ægrotantes non occupatos à dæmone.

*Non adoratio, ſed uirtus impetrat à deo diuinum munus,*

MVnus prouidentiæ proprium elucet in optima vniuerſi diſpoſitione, ... mūdani opificis habitu. Totum hoc ſtulte nimium auferebant hæretici, ... di diſpoſitione vituperanda, dominum autorem'que prouidentiæ ... ro vt conuincerent nihil eſſe in mundo boni, dicebant nullas vel naturæ vel h... ges eſſe bonas: & quæ virtutes dicuntur nihil eſſe. Neque ipſi de virtutibus ... tur, neque de purgandis animis penſi quicquam habebant. Prædicabant enim ... xat cogitaret deū, certisq; apud eos precibus inuocaret, oīa prorſus ...

Atqui & uniuerſi anima à deo curatur magis atque exornatur. [illegible]
ipſum eſſe mundi eſſeq; ſapienter. Et quis nam eorum, qui [illegible]
tam ordinatus eſt atque ſapiens, quàm uniuerſum? Imò [illegible]
prorſusq; abſurdum in comparationem hæc adducere. Et qui [illegible]
diſputandi gratia comparat, ab impietate alienus eſſe non poteſt. [illegible]
de his ambigere, nequaquam prudentis eſt: imò cæci cuiuſdam [illegible]
mnino neque ſenſum habentis neque mentem, proculq; ab [illegible]
lis mundi cognitione ſemoti, quippe cum hunc mundum [illegible]
Quis nam uir muſicus erit, qui cum intelligibilem compre[illegible]
niam, non deinde commoueatur, cum harmoniam ſentit in [illegible]
nantem. Aut quis geometriæ numerorumq; peritus, qui ubi [illegible]
ectaculum congrua proportione compoſitum, non admodum [illegible]
Siquidem haudquaquàm ſimiliter conſpiciunt eadem, uel in [illegible]
bus ipſis atque picturis, qui per artificioſos oculos contuentur [illegible]
uertunt imitationem quandam in eo quod ſentitur, illius quod [illegible]
ligentia poſitum. Itaque quaſi ſtupent, in ueri'que memoriam [illegible]
Ex qua quidem affectione amores inſuper oriuntur: at uero qui [illegible]
dinem in uultu cernit aptius refulgentem, ad intelligibilem [illegible]
le igitur animo erit prorſus ignauo, neque ad aliquid un[illegible]
tabitur, quiſquis uidens cuncta in hoc mundo præclara ſpec[illegible]
lutumq; ordinem ex perfecta menſurarum proportione com[illegible]
ſpeciem in ſtellis quamuis longe remotis mirifice reſplendentem [illegible]
admiratione intentiſſima contempletur & colat, qualia uideli[illegible]
proficiſcantur admirans: alioqui neq; hæc conſiderauit, neq; ille [illegible]

*De mundo animi, dæmonibus, pulchritudine. Et quod pulchritudo procedit ex bonitate [illegible] mitatis.*

SI Egrega ſi potes à mundo dimenſionem atque materiam relinque cætera [illegible]
bus intelligibilem, id eſt, animalem atque multiplicem. In qua quidem [illegible]
gruens vniuerſo ſecundum virtutem orbis amplior erit. Orbes ſubinde [illegible]
guſtiores, reliquę per ordinem intellectuales animę: ſic alia fermè potentia co[illegible]
ſicut in his quæ videntur, orbis alius amplectitur alium. Sed in animali mundo [illegible]
menſio diſtrahit, quodlibet paſſim totum in toto quolibet reperitur [illegible]
circuitus, qualis intellectuali animæ conuenit. Dimenſio vero non actu quidem [illegible]
quadam actui proxima. Nam ex virtute animæ prodituſ proceſſura eſt co[illegible]
tam ab anima in materia exigens quantitatem atque figuram. Et quæ [illegible]
ſtas animæ proceſſionis, eatenus pro viribus extenditur in corpore [illegible]
inſpexerit intimã animæ motionem, videbit & formalem ibi diuerſitatem [illegible]
temporale ab alio quodam actu in aliud interuallum. In hac ergo diuerſitate [illegible]
lis circuitus interuallo, incipies iam dimenſionem futuri corporis [illegible]
ex crebro quodam ſcintillæ vibratu orbem continuum ſuſpicatur. Eſt [illegible]
ſphæricum animarũ, ex intellectualibus quibuſdã facultatibus ſtabile, qua[illegible]
quibuſdam ex ſequentibus vero potentijs mobile. Ex illius [illegible]
dus corporeus, & conſiſtit atque mouetur: ex cuius perſpicua [illegible]
turalem ipſius & intimam bonitatem exiſtimare, atque ex his duobus pulch[illegible]
nitatem animæ coniectare. Proinde vbi ait dæmones ſentiri poſſe, atque [illegible]
intellige ſentiri quidem poſſe, quemadmodum in libro de pulchritudine [illegible]
rimos inſuper eſſe, quos magnus [illegible] bonos [illegible]
ignea partim aerea, lucida pulcherrimaq; ſicut ſignificauerit Dauid [illegible]
ſtros eſſe ſpiritus atque flammas. Sic ergo putat [illegible] angelos [illegible]
quieſcere, [illegible]

[illegible] Hac itaque ratione ſiue dæmones bonos ſiue angelos nominare mauis, ſunt in [illegible] benefica numina, honore cultuq; aliquo digna, ex Platonicorum ſententia ſi[illegible], contra ſententiam Gnoſticorum. Qui dum benefica ex mũdo numina [illegible] ordinem vniuerſi, & ea ſibi adimunt media, per quæ ſuperis conciliari [illegible]. Summatim vero quæcunque ſunt extrinſecus reuera pulchra ſunt, & naturali [illegible] ex intimæ formæ perfectione atque victoria ſeminariæ rationis ſuper [illegible] externa formoſitas. At ſi deficit ſpecies intima, tunc res ipſa & diminuta [illegible] intimis, & deficit à melioribus, id eſt ab illis quæ ſunt in gradu præſt[illegible] pulchra eſt, ſed pulchritudine mutilata. Vnde Porphyrius dæmones quo[illegible] iniqui, corpora quoque dicit habere deformia, quorum vero probi ſunt ani[illegible] eſſe formoſa. Et Origenes ex luce ordineq; cæleſtium argumentatur ſpi[illegible] propinquiores, lucidaq; intelligentiæ compotes, atque vna cum Apoll[illegible] à deo longe degenerantes corporibus ex aere caliginoſo concretis includit. [illegible] dependet ex anima, nimirum talis quædam corporis diſpoſitio à tali qua[illegible] animæ prouenit, ſiue naturali, ſiue more naturæ per habitum iam contracta, [illegible] inclinatione propenſius quandoque concepta, præſertim quando corporis pri[illegible] & quandiu inſuper incrementa. Corpus itaque pulchrum ſignum eſt animæ [illegible] harmonicæ penitus atque lucentis, & omnino bene concinneq; ſe habentis [illegible] ad cogitationem imaginationemq;, tum ad affectum ſeminariamq; natur[illegible] corpus eſt animæ incompoſitæ ſignum, & in habitum vel affectum diſſonũ iam [illegible] ergo mundus pulcherrimus ſit, pulcherrima ſimul & optima eſt anima mũdi [illegible] ſphærarum animæ omnium atque ſiderum. Apud nos quidem poteſt forte, ſed [illegible] formoſo eſſe anima impræſentia non formoſa, quoniam anima quæ ab ipſo [illegible] initio formoſa fuit, poſtea paulatim deformis euaſit: ſed omnino pulchra erat [illegible] elegit corpus, pulchrum corpus effingere, ſub pulchro ſidere rurſum a[illegible] [illegible] etiam eſſe anima pulchra nonnunquam in corpore non formoſo; vel quia [illegible] pulchra non fuit, pulchra tandem euaſit: vel quoniam ſæpe animæ pulchræ [illegible] corpus effingere, impedimentum quoddam ex his quæ circunſtant, & [illegible] contingit vel contingit. At animæ mundi neque accedit quicquam, neque re[illegible] impedimentum, nihil enim vniuerſo tale poteſt accidere.

*[illegible] corporeum eſt mundus animalis, mobilis quodammodo & dimenſiones corporum [illegible] magnitudine poſſidens, & producens mundum hunc ipſa ſuæ virtutis ſtabilitate, & pul[illegible] pulcherrimum.*

CAP. XVII.

[illegible]Iſi forte ad odium corporis prouocati ſunt à Platone ubi de corpore queritur, quòd impediat animam, & ubi totam corpoream naturam longe inferiorem anima iudicat, oportebat tamen naturam corporis intelligentia ſegregãtes inſpicere [illegible] intelligibile uidelicet ſphæram in ſe mundanam ſpeciem cõplecten[illegible] in ordine abſq; corporibus magnitudinem ſub ratione intelligi[illegible] in diſtantiã producentes, adeò ut eius quod gignitur magni[illegible] rationem impartibilem exemplaris pro uiribus adæquatio fiat. Quod [illegible] eſt uirtute magnum, hic mole magnum euadit. Ac ſiue a[illegible] ipſam ſphæram conſiderare uoluerint à diuina potentia cir[illegible] continente totius ſphæræ principium mediaq; & finem: ſiue cõ ſiſtentem quaſi nondum quicq; aliud gubernãtem, profectò ſic rite ad excogitandam animam, quæ mundum gubernat accedent. Ac ſi deinceps animæ corpus annectãt, non ita uidelicet, ut hæc aliquid patiatur, ſed aliquid potius alteri largiatur, propterea quòd nephas ſit eſſe penes deos inuidiam, quo [illegible] ſingula inde pro facultate percipiant, recte admodum de mundo ſentire [illegible], [illegible] ex eo potentiã in mundi anima cogitãtes, quod [illegible] pulchram pro ipſius capacitate participẽ pul chritudinis efficit: quæ quidem pulchritudo animas ad ſe rapit quaſi diui-

nas. Niſi forſan illi dixerint ſuos animos ab hac minime [illegible] ſenti ratione corpora turpia formoſaq; ſpectare. Quod ſi id [illegible] tur etiam, ut neq; erga turpia atq; honeſta ſtudia differenter [illegible] doctrinas pulchras cęteris anteponant, neq; ergo contem[illegible] neq; igitur ipſum deum. Etenim hæc propter prima ſunt bona [illegible] ſi igitur hæc bona pulchra'ue non ſunt, coniicimus neq; illa [illegible] na uel pulchra, itaq; poſt illa iam hæc bona pulchra'ue cenſ[illegible] quoties aiunt hanc ſe pulchritudinē nihilipendere, ſi formam [illegible] lieribusq; contemnant, ne libidini pareant, recte utiq; faciunt. V[illegible] nos latere non decet eos nequaquàm gloriaturos, ſi turpe ali[illegible] derent. Sed hoc ipſo iam gloriari, quòd ſpernant quod prius [illegible] eſſe pulchrum, ipſiq; affecti quodammodo fuerint. Præterea [illegible] eſſe pulchritudinem in parte atq; toto & omnibus atq; uniuerſo. [illegible] ta eſſe adeo pulchra in rebus etiam quæ ſentiantur, particulare[illegible] in ordine dæmonum, ut horum autorem ſæpe hinc admod[illegible] facileq; hæc ab eo facta credamus, atq; hinc autoris inæſtimabil[illegible] tudinem laudare poſſimus, ſi modo his quidem nequaquàm [illegible] ab his ad illa uolemus, neq; opera hæc illius uituperemus. Profe[illegible] ra quoq; ſicut exteriora pulchra ſunt, cōſentire inter ſe aff[illegible] ſin autem interna mala ſunt, in melioribus diminuta fuiſſe. Sed [illegible] quit, ut quod eſt extrinſecus re uera pulchrum, intrinſecus ſit [illegible] nim quod extrinſecus pulchrum eſt omnino, eo quod eſt inte[illegible] te fit tale. Qui uero dicuntur aſpectu quidem pulchri, intus [illegible] ſam quoq; habent extrinſecam pulchritudinem. Quòd ſi quis [illegible] diſſe formoſos quidem corpore, animo tamen turpes, arbitror [illegible] uidiſſe, ſed alios quoſdam pulchros exiſtimare. Ac ſi fortè uide[illegible] pitudinem aduentitiam illis eſſe natura pulchris: multa enim [illegible] ad finem conſequendum impedimenta. Toti autem mūdo, a[illegible] rimo, quid impedimēti eſſe potuit, quo minus intrinſecus quoq; [illegible] tum uero quibus perfectionem ab initio natura nō dedit, iis for[illegible] finē minime peruenire, ideoq; praua fieri poſſunt. At uero [illegible] tigit, ut aliquando quaſi puer eſſet, atq; nondum perfectus, neq; [illegible] ulterius progredienti mundo noui quicq̄ coaluit, corporiq; eius [illegible] tum. Vnde enim id fieri potuiſſet? quippe cum omnia ii habent [illegible] eius animæ ſubiunctum quicq̄ licet fingere. Ac ſi forſan id [illegible] conceſſerit, non tamen mali quicq̄ licebit admittere.

*Animus noſtra quia eſt ſoror animæ mundi, poteſt & fatalia ſuperare, & ad [illegible] tire.*

VBi ait animam noſtram eſſe ſororem animæ mundi, atque [illegible] to animam intellectualem neque eſſe parentem, neque prolem [illegible] ſtium'ue animarum. Item poſſe quandoque ad [illegible] illarum quodammodo in mundi gubernatione collegam. Præterea poſſe [illegible] do ſe recipit in ſeipſam fatales ictus aut minuere, aut etiam [illegible] hac mundana cuſtodia vinculis vi [illegible] vel animas incuſare.

& quaſi nequeant detrahamus, neq; unquàm patiamur idem, quod [illegible] putantes aſtra non currere, propterea quòd ſenſus eis nunc [illegible] illa q[illegible] Ob id enim & ipſi non putant aſtrorum naturam, ea quæ ſunt extra [illegible] re, quoniam ipſi non uident ipſorum animam extrinſecus exiſte[illegible]

# MARSILII FICINI FLORENTIN[illegible]

## IN LIBRVM DE FATO COMMENTARIA.

*De æternis & actione illorum. De cauſis eorum quæ fiunt. De quatuor opinionibus circa [illegible]*

Caput I. & II.

IN ordine rerum alia quidem ſunt duntaxat, alia inſuper fiunt. Item quæ ſo[illegible] principia ſunt, aut ex principijs. Rurſum quę fiunt, aut ſemper fiunt, [illegible] quidē quæ primæ ſunt, quàtenus primę ſunt, in alias cauſas referri non p[illegible] enim ſimpliciter primum eſt, ſimpliciter quoque non habet cauſam: quod [illegible] aliquo genere primum, cauſam in eo genere nullam habet. Itaque in genere [illegible] per ſe mobile, quia primo mobile eſt, non habet ſuperiorem cauſam, per quam ſi[illegible] quam vero intellectuale ſit, aliquam habet. Primus ſimiliter intellectus non pr[illegible] riorem cauſam eſt intellectus, ſed quòd exiſtat vnum aliquid atque bonum, ex [illegible] ſa poſſidet: ipſum vero bonum ex nulla cauſá quicquàm habet. Quæ igitur [illegible] ſunt à cauſa, eſſentiam quidem habent ab illa, quàm eſſe perpetuo comitatur [illegible] quidem actio ſiue actus (vt ex Plotini ſententiá loquar) idem ibi eſt atque eſſe. [illegible] actio tráſit extra, proculdubio aliud eſt quàm eſſe. Item vbi actio etiam q[illegible] aduentitia forma procedit, aliud etiam eſt quàm eſſe. Vbi autem & intima [illegible] à forma ſolum eſſentiali, idem nimirum eſt quòd eſſe, vel ſaltem quod ex[illegible] & ab illa & in illa eadem forma eſt eſſe, tunc à qua prouenit, & in qua reſidet a[illegible] factio quidem ex igne in aquam procedens, proculdubio aliud eſt quàm ig[illegible] calere in ferro ignito, aliud eſt quàm eſſe ferri, quoniam à forma fit aduent[illegible] lere, nihil aliud eſt quàm eſſe ignem. Quoniam igitur in ſubſtantijs prorſus [illegible] aduentitia forma, ideóq; ab eadem & in eadem naturali forma eſt agere à q[illegible] tam proxime, merito idem eſt agere, quod & eſſe. Nam eſſe dicimus actum [illegible] liq; formę: qui ſanè actus intimus eſt, & àctio penitus intima. Hanc ob cau[illegible] vita non ſit aduentitia forma, viuere eſt eſſe animæ. Similiter in ipſo intelle[illegible] intellectuali forma naturaliter micans, intellectus ipſius eſt eſſe: præſertim q[illegible] ctio eſt àctio prima, ideóq; cum perfectiſſima ſit & intima, ab eſſe non di[illegible] mam Platonici ponunt, qui actionem proprie in ipſo bono non ponunt, [illegible] circa bonum. Hactenus de his quæ proprie ſunt, ſit dictum, quæ quidē nec v[illegible] fato, nec in fato. Quæ vero fiunt, ſi aliquo in tempore fiunt, fato ſubiecta p[illegible] ſemper, ideſt ſi perpetuo reuoluuntur non tam ſub fato, q̃ in fato locamus, [illegible] actionem omnem in motu quomodolibet poſitam, tanq̃ nō omnino perfe[illegible] mus in cauſam, & illam quidē deniq; permanentē. De eo quidem quod mouetur [illegible] eſt dubium, motum actiōemq; eius ab alio proficiſci. Quod inſuper ex ſe [illegible] uetur, quod mobiliter agat habet ſuapte natura, quòd autem ſimpliciter agat [illegible] de ſortitur. Actio enim mobilis cum imperfectior ſit quàm ſtabilis, ſignificat [illegible] eſt ab alio proficiſci: atque eiuſmodi actio à ſtabili quadam eiuſdem eſſentiæ [illegible] tur: nempe cum motio velut accidens quiddam indeterminatum ſit, & indig[illegible] & diſperſionem patiatur admixtam, merito maxime pendet. Quamobrē ex [illegible] eſt, & efficiente virtute, ex qua editur, & ex fine cuius gratia fit, & occaſione [illegible] te dependet. Nemo itaque ſomniet inclinationem quādam incurſionemq; [illegible] pertinam alicuius corporis motionem, vel ſimilem inclinationem animæ [illegible] dentem rebus dediſſe principium, ſed omnem eiuſmodi vel actionem vel p[illegible] met à cauſa quadam ſuperiore productam, vel etiam à circunſtantibus [illegible] tur quicquid aliquando fit, à cauſa fiat, cauſas in pleriſque propinquas & ma[illegible] mus. Vbi vero cauſæ propinquæ non ſatis patent, vel non ſunt ad effectum [illegible] motiores merito cauſas perſcrutamur: præſertim quando ſub eadem propinqu[illegible] nente effectus in alio quidem ſequitur, in alio vero non ſequitur: & quando ex [illegible] minum ſimilibus ſimilia cuilibet non eueniunt. Item vbi fortuna rerumq; [illegible]

actionum merita fauet, atque contra. Denique ingeniorũ & motum fortunarũq; diuerſitas, q̃ ex cauſis nobis notis eſſe tanta non poteſt, occultiores ſuperioresq; cauſas indagare cõpellit. In cauſarũ vero occultarũ inueſtigatione ſuborta eſt inter philoſophos opinio fati. Fatũ quidem communi quadã notione definiunt, neceſſitatem quandam deſuper rebus illatam. Cum igitur quatuor pręcipue ſint ſententiæ de principijs, nimirum opiniones quatuor ſunt de fato: alij enim neceſſitatem rebus inferri à corporibus quibuſdã quæ ſint principia rerũ iudicauerũt: ſiue ab atomorũ concurſionibus, vt Democritus: ſiue ab aliorũ quorundã corporum naturis & motibus inferatur, vt Thaleti Anaximani Anaximãdro placuiſſe ferunt. Alij principium cunctis vitale arbitrantur infuſum, à quo paſſim neceſſitate fatali ſingula moueantur, quod nonnulli Stoici voluerunt. Sunt & qui inter Aſtronomos reuolutionem cæleſtium eſſe rerum principium arbitrentur & fatum. Neque deſunt inter Phyſicos atque Metaphyſicos, qui ſingula quotidie fieri putent à ſerie quadã connexioneq; cunctarum inuicẽ cauſarum ſiue cęleſtiũ, ſiue ſuperiorũ, ſiue rurſum inferiorũ, atque inde fatũ omnibus imminere: Siue congeries eiuſmodi cauſarum principium habeat vnum, ſiue non habeat.

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER I. DE FATO.

*Alia ſunt, alia fiunt: quæ fiunt, à cauſa fiunt, ac præter cauſas propinquas ſæpe remotiores inueſtigare compellimur.* CAP. I.

ORDO eorum quæ ſunt & quæ fiunt, eiuſmodi eſſe debet, ut uel tam quæ ſunt, ſint per cauſam, q̃ quæ fiunt, fiant quoq; per cauſam: uel utraq; ſine cauſa, uel in utriſq; partim quidẽ abſq; cauſa, partim uero ex cauſa. Vel quę fiunt quidẽ omnia ex cauſa ueniant: quæ uero exiſtũt, partim cauſam habeant, partim uero non habeant. Vel exiſtentium nullũ in cauſam referatur, aut uiciſſim exiſtentia quidem omnia ſint ex cauſa. Quæ uero fiunt, partim quidẽ hoc modo, partim illo, uel eorum nullum à cauſa ueniat. Principio in ordine rerũ ſempiternarũ, quæcũq; primæ ſunt, ob idipſum q: primę ſunt, in alias cauſas referri nõ poſſunt: quęcũq; uero pendẽt ex primis eſſe ab illis accipiãt. Actiões quoq; ſingulis rite diſtribues, ſi referas in eſſentias. Id enim eſt illorũ eſſe, actũ uidelicet eiuſmodi edere. In eorum uero genere quæ fiunt, uel quæ ſemper quidem ſunt, non eundem tamen ſemper producunt actum, omnia prorſus fieri ſecundum cauſas affirmandum. Fieri uero aliquid ſine cauſa nullo modo debemus admittere, patefacientes uidelicet aditum, uel inclinationibus incurſionibusq; uanis, uel repentinæ corporum motioni nullo præcedente duceq; prodeunti, uel impetu animæ temerario atque ſubito, nullo uidelicet animam incitante ad aliquid agendum eorum quæ antea non agebat: forte uero ex hoc ipſo maior animam aſtringet neceſſitas, quòd ſuiipſius minime ſit. Feratur autem eiuſmodi motionibus præter uoluntatem atq; cauſam propriã incidentibus: aut enim uolendum aliquid animam incitauit, ſiue id extra ſit, ſiue ſit intus, aut concupiſcendum aliquid prouocauit: alioqui ſi nihil proſequendum mouiſſet, nullo prorſus modo uſquàm mota fuiſſet. Cũ uero ſecundũ cauſas fiãt omnia,

propin-

propinquas quidē ſingulis cauſas facile poſſumus inuenire, effectuſq; in eas reducere: uelut eundi in forū cauſa propinqua eſt exiſtimatio per quā decernimus quendā inueniendum, uel debitū exigendū, atq; omnino eligere hæc aut illa & proſequi. Deniq; ſimilium cauſa eſt opinio, in qua cuiq; uideatur talia quædam eſſe efficiēda: & nonnulla quidem in artes referimus uelut cauſas, ceu conualeſcentiam in medicinam atq; medicum: & diuitiarum nuper accumulatarū cauſam in theſaurum ſorte repertum, uel largitionem ab aliquo factam, uel labores, uel quæſtuariam artem. Similiter pater eſt filii cauſa, & ſiquid præterea conducit extrinſecus ad liberos procreandos, dum uidelicet aliud procedit ab alio. Velut tales quidā cibi, uel aliquanto priora remotioraq; ad generandos filios conferentia, ceu fœmina ad fœtum partumq; aptior, & omnino referimus in naturam.

*Quia cauſæ ſæpe è propinquo ſufficientes non ſunt, ideo ſuperiores cauſæ indagantur. Vnde naſcitur opinio de fato in quatuor ſententias diſtributa.* CAP. II.

HVcuſq; uero progreſſum ſubito conquiſcere, neq; uelle ad ſuperiora procedere, pigri forſan hominis uideatur, eiuſq; qui uiris ad ſublimes cauſas aſcendentibus aures non præſtiterit. Quid enim in cauſa eſt, ut iiſdem prouenientibus uelut apparente luna, alter quidem rapuerit, alter uero minime. Atque ſimilibus uenientibus à continente cælo uel aere, alter quidem ægrotet, alter uero nequaquàm. Quinetiam ex eiſdem operibus hic diues euadat, at ille pauper. Præterea uarii ingeniorum modi, moreſq; differentes, & fortunæ diuerſæ nos admonent, ut remotiores cauſas perſcrutemur. Itaq; cum philoſophi nunquàm in propinquis cauſis conquieſcere uellent, quicunq; principia corporea poſuerunt, uelut atomos earum motu impulſibuſq; & complicationibus mutuis ſingula facientes, dixerunt ea conditione fieri, atq; ſe habere ſingula, qua illa principia coeunt, faciuntq; atque patiuntur: noſtros quoque impetus affectioneſq; tales eſſe, quales illa faciunt. Hi ergo neceſſitatem hanc in principiis, & in iis quæ ſunt ab illis paſſim rebus inducunt, & quæcunque alia quis corpora eſſe principia dicit, ab eiſq; omnia fieri, is nimirum neceſſitati cuidam in his fundatæ, ſeruire omnia putat. Alii uero ad ipſum uniuerſi principium aſcendentes, ab ipſo cuncta deducunt, atque cauſam hanc primam per omnia ſe diffundere, neque mouere ſolum, uerumetiam ſingula facere arbitrantur. Quam quidem & fatum uocant, fatum exiſtimantes cauſam potentiſſimam cuncta mouentem, non modo cætera quotcunque fiunt, ſed cogitationes quoque noſtras ex ipſius motionibus proficiſci, non aliter quàm in animali partes ſingulæ moueantur, non quidem à ſeipſis, ſed ab eo quod in quolibet animali obtinet principatum. Alii præterea totius mundi circuitum omnia complectentem, motuq; ſingula facientem, atque habitibus cōfigurationibuſq; ſtellarū, tam errantium quàm non errantium mutuis peragentem fatum iudicant, & prædictionibus per cæleſtia factis freti, ſingula inde fieri arbitrantur. Poſſet inſuper aliquis alia quadam ratiōe deſcribere fatum, dicens id eſſe complexionem mutuam cauſarum, ſeriemq; connexam

proſus erit, neque præſagium ullum ex arte. Quo enim pa[illegible]
ordinatis ars ulla eſſe poteſt? neque ex oraculo inſpiratione q[illegible]
mentis inſtinctu, nam in his quoque oportet futurum [illegible]
tum: & corporibus quidem accidet ab atomis pulſantibus [illegible]
atomi ferant ex neceſſitate. Animæ uero actiones & paſſiones [illegible]
motibus atomorum aſcribere poteris? Qui nam impulſus [illegible]
ſum, ſiue per qualemcunque incidentiam atomorum, faciet in[illegible]
quoſdam rationis diſcurſus, uel tales impetus? Aut omnino [illegible]
uel impetus, uel motus, neceſſario prouenire, uel quomodo[illegible]
prouenire. Præterea quando animus perturbationibus corpo[illegible]
tur, quid nam atomi ad id conducunt? Dic rurſus per quas di[illegible]
morum homines compellantur, ut alii quidem geometræ ſint, [illegible]
træ, atque aſtronomi, alii ſapientes. Omnino uero libertas a[illegible]
noſtrum tolletur è medio, atque id inſuper quod eſt animal eſſe[illegible]
enim quocunque corpora trahant, ita ut inanimata corpori nos [illegible]
tia. Eadem ſimiliter illis obiici poſſunt qui alia corpora eſſe om[illegible]
ſas arbitrantur: quod'ue præterea calefacere, frigefacere, diſſo[illegible]
& quæcunque illis infirmiora ſunt poſſunt. Actiones uero [illegible]
rit anima ab his fieri nequeunt: ſed has oportet ab alio qua[illegible]
cipio fieri.

*Non eſſe in uniuerſo tantum unum agens.*

NEque rurſum exiſtimandum eſt, mundum ſic vnum duntaxat animal [illegible]
ſit anima niſi vna, vnicumq; corpus. Et omnes vbique motus pariter [illegible]
ra tantum eiuſdem animæ ſint neceſſario procedentia: nullaq; ſit alia [illegible]
cauſa, nullum denique agens. Sic enim & ordo tollitur cauſarum, in quo fatum [illegible]
muniſer arbitrantur, & dignitas mundo ſumma detrahitur, ſi vnicum in eo ſi[illegible]
mouẽs, cætera patiantur tantum atque moueantur. Perfectio enim mundi po[illegible]
conſiſtit, vt vniuerſum hoc maxime formale ſit & agens, in eoq; ſit form[illegible]
ordo quàmplurimus. Præterea cum tota primi agentis natura ſit ipſa effica[illegible]
menſa, res plurimas efficaces ideoq; agentes ex ſe propagat, quandoquidem [illegible]
agentemgenerat ignem. Item primus ipſe motor quæcunque ſolus agit & [illegible]
ptime peragit. Multa vero paſſim præter ordinem exactiſſimum atque optim[illegible]
in ſingulis eſt naturis, videntur accidere: ex quo patet, naturis ſequentibus [illegible]
dum proprium non deeſſe. Denique intellectualis anima dum ad ſe conuer[illegible]
ſim in oppoſitas conſultando ipſa ſe diſtrahit coniecturas, dum opera naturæ [illegible]
dat, inſtaurat, dum alias quidem recte progreditur, alias vero præuaricatur, d[illegible]
rum & animarum ſupergreditur ordinẽ, profecto declarat nec eſſe ſe animalis [illegible]
tem, nec illi neceſſario ſubditam.

*Non eſſe in uniuerſo tantum unum agens.*

SEd nunquid una quædam anima per cuncta diſcur[illegible]
peragit? adeo ut quodlibet ceu pars perferatur illuc [illegible]
totum? Ferantur autem inde cauſæ conſequentes [illegible]
atq; continuam horum omnium connexionem, [illegible]
lare debemus? Perinde ac ſi in planta habente principium à radice [illegible]
plantæ fatum dicat diſpoſitionem ab ipſa radice per omnes [illegible]
quaſi gubernando diffuſam, conſpirationemq; mutuam, [illegible]
paſſionem una diſpenſatione contentam. At uero nimius hic [illegible]
exceſſus, fati'que eiuſmodi conſtitutio ipſum fatum [illegible]

earũ complexionẽ funditus aufert. Sicut enim in partibus noſtris à noſtro principali motis, abſurdũ eſt dicere ſecundũ fatalem ſeriem agitari. Non enim aliud quidẽ eſt quod tradit motũ, aliud uero quod accipit ipſum quoq; proprium quendam habens impetũ, ſed primum illud eſt quod crus etiam mouet. Eodem modo ſi & in uniuerſo unum erit omne faciens atq; patiens, neq; aliud prorſus ab alio ſecundum cauſas continue reductas in aliud, certe non erit uerum, omnia ſecundum cauſas fieri, ſed erunt omnia unum. Quapropter neq; nos ipſi nos erimus, neq; noſtrum opus ullum, neq; ipſi ratiocinabimur: ſed alterius cuiuſdã ratiocinatio erit, alterius quoq; cõſilium. Neq; agemus ipſi quemadmodum nunc, neq; pedes calcitrant, ſed nos per pedes tanquàm partes noſtras dicimur calcitrare. Oportet tamẽ quemlibet noſtrũ id proprie quod eſt exiſtere, actionesq; & cogitationes eſſe noſtras: & uniuſcuiuſq; uel honeſtas uel turpes actiones ab ipſo unoquoq; procedere, neque decet uniuerſo actiones turpes aſcribere.

*Neq; nos à cælo cogi, neq; cætera à cælo tantum, & neceſſario fieri.* Cap. V.

TErtij fatorum aſſertores ſunt aſtrologi, non omnes inquam, ſed plures: idq; fatum eſſe dicunt, quòd ſuus cuiq; aſtrorum conſpectus neceſſitate decernit. Deſtinari vero inde ſuam cuique ſortem ex eo confirmant, quòd aſtrorum obſeruatione ſingulis ventura prænuntientur. Præterea quod ex acceſſu & deceſſu & habitudine luminum in corporibus mutationes multæ contingant. Plotinus autem nullo pacto ferre poteſt hominem in ſingulis motibus radiorum confluxu cæleſtium neceſſario agitari: quia neque corpus humanum pars mundi continua eſt, neque anima hominis pars animæ mundi, neque à mundi anima procreatur. Habet ergo corpus humanum præter figuram propriam, motorem quoque intra ſe proprium, propriumq; progreſſum. Motorem inquam intellectualem, qui ſane per intellectualem naturam tranſcendit corpus vitamq; mundi: quippe qui non ſit pars vniuerſi, ſed ipſe in ſe aliquod vniuerſum. Cumq; omnis motio ſit gratia boni, animus vero noſter communem ipſam totius boni ſimpliciter teneat notionem, in hac autem bona ſingula comprehendantur, merito motus animi non ad hoc aut illud tanquàm bonum neceſſario deſtinatur, ſed ad quodlibet pro coniecturarum varietate æque conferre ſe poteſt. Iam vero longa in ſingulis conſultatio, ac per oppoſita viciſſim penſitatio diligens, & exacta quædam electio, & mox ad coniecturas alias retractatio, declarat animum non ferri natura quadam vel more vel inſtinctu naturæ, ſed vniuerſali potius liberaq; mouendi & agendi facundia. Cum igitur propriam naturam & efficaciam habeamus, ideoq; propriam inſuper actionẽ, merito non ſolum ſub cæleſti patimur actione, ſed cæleſtem quoque influxum pro efficaci proprietate ſuſcipimus, ipſiq; aliquid inde proprium agimus: itemq; aliquid mera noſtra proprietate peragimus. Mutatur etiam cæleſtis influxus circa nos ex natura locorum, nam & ſub exigua climatis cuiuſque particula, vbi etiam ſtellarum influxus eſt idem, eodem momento & ſemper diuerſa naſcuntur atque contingunt pro diuerſitate ſitus, & terræ, aeriſq;, & aquæ & ventorum, atque vaporum, morumq; & legum. Præterea ſimiles plerunque filij ſunt parentibus & nutricibus in quacunque hora naſcantur & nutriantur, vtpote qui plus admodum à ſuis, quàm ab hora ſuſcipiant. Atque etiam ſi ob communem loci & generationis nutricioniſq; naturam forma inter ſe ſint ſimiles, ſæpe tamen plurimum moribus & ingenio differunt: quippe cum diuerſitas animorum tum ingenio tum moribus differens aliunde inſuper quàm ex his corporeis cauſis oriatur. Denique vbi animus incitamentis corporis aduerſatur, idq; facit tranquillitatis & intelligentiæ gratia, declarat ſe & operari libere, & à corpore proprio non dependere, neque igitur à cæleſti corpore. Quod quidem per noſtrum corpus ſolum agere nos poſſe videtur, Corpori vero noſtro mentis tum virtute, tum gratia poſſumus reluctari, vitamq; eligere menti conſentaneam, quàmuis corpori noxiam. Ac ſæpe dum ſimilis permanet natura & incitatio corporis, quædam diſſimilia inter ſe quãdoque ſolemus eligere pro coniecturarum duntaxat varietate. Atque etiam vbi euaſit natura corporis iam diſſimilis, ſimilia nihilominus eligere conſueuimus, ſi ratio ſimilis perſuaſerit, vtpote qui tunc non tam ex influxu corporeo, quàm ex intelligentiæ rationiſq; affluẽtia pendeamus. Quod autem nonnulli tradunt, noſtra hæc à ſtellis effici, quia ſignificentur ex ſtellis, confutatum eſt alibi etiam diligentius: tu vero ita conclude. In quolibet mo-

mento ac etiam in eodem ſtadio quamplurima ſimul ...
ſingularibus accidentibus, uerumetiam ſpecie atque genere. Quibus ...
ſors obtigit, quaſi non ab hora duntaxat natura rerumque fortunæ ...
hinc etiam confirmatur, quod quamplurimi ſæpe eodem communi ...
neque tamen uel eadem hora ſunt nati, uel ſimul ad locum exiſſ ...

*Neque nos à cælo regi, neque cætera à cælo tantum, & neceſſario fieri.*

CAP. V.

FOrte uero non ita ſingula peraguntur, uerum ... ſtium cuncta gubernans, aſtrorumq; motus ſing... nunt, prout ſe mutuo inter ſe habent, ſecundum ... tempus atq; ſitum, & ortus, & occaſus, atq; congreſſ... tiq; præſagientes prædicunt de his quæ circa uniuerſum, & quæ ... libet futura ſunt, neque ſolum qualis fortuna, ſed etiam qualis ... tio ſit futura. Videre licet alia quoque animalia plantaſq; ... conſenſione tum augeri, tum minui, tum cætera ab illis omnia ... giones quinetiam in terra inter ſe differre ſecundum habitum ... uniuerſum, præcipue uero per aſpectum ad ſolem. Sequi autem ... apparet nõ ſolum plantas & bruta, uerumetiã hominum ſpecies ... dines, & colores, iras, cupiditates, ſtudia, mores. Itaque omnia ... penes ipſum conſiſtere uidetur uniuerſi circuitum. Ad hæc ... dicendum eſt, hunc quoque ſermonem quàmuis alio quodam ... rioribus omnia noſtra ſubiicere, uoluntates, paſſiones, uitia, ... bis autem nihil aſſignare noſtrum, ſed nos exiſtimare tanquam ... tari, potius quàm tanquàm homines quoddam ex nobis noſtr... proprium munus habentes. Veruntamen concedere decet noſ... opinariq; præterea peruenire quædã ab uniuerſo uſque ad noſtr... per ſe aliquid ſint, nobiſq; propria. Sane diſtinguendum eſt, ... nos agamus, quæ'ue neceſſario patiamur, neque cæleſtibus ... da: exiſtimare debemus à regionibus aeriſq; circunfuſi diuerſ... bis accidere, uelut in corporis complexione frigus atque ... quoque ab eorum qui gignuntur conditione. Nonne pare... nati ſimiles oriuntur: tum forma atque figura, tum quibuſdam ... tionalis affectibus. Quinimò ſæpe ſimiles forma ſunt ob com... naturam, q̃ plurimam tamen habent in moribus & cogitationib... tiam, quaſi hæc ab alio quodã principio oriantur. Præterea re... tionis aduerſus complexionẽ corporis atq; libidines ad hæc ... da cõducit. Sin aũt ex eo ꝙ habitudinẽ ſtellarum ſuſpicientes ... ra prænuntiant, ab illis quoq; fieri opinentur: perinde id ſe ha... eorum quæ ſignificant cauſæ forent: ſimiliterq; ſi omnia que ... ne uates præſagiunt, facere etiam quæ ſignificant dicerentur. ... dem perfectius conſiderare licet, quæ nato prædicit aſtrologus ... ſtellarum diſpoſitionem quando naſcitur conſtitutam: ... dixerint non ſignificari tantum à præſenti diſpoſitione ſed ... rientur: nempe quando de generoſa ſtirpe indicant ...

tum vitæ ſortiſq; fatalis executores. Dæmones quidem ...
Saturnia munera peragunt. Iouij ſimiliter Iouias ...
mines in qualibet regione partim Saturnij, partim ...
in qualibet ſphæra mundi verſantur. Meliores quidem ...
ra, deteriores vero inter eoſdem, deterior es ſub eodem ...
cto Martij, cæteriſq; ſimiliter. Vbi vero Plotinus ait: Quotidianas ...
communem mundi ſalutem, eſſe inſuper vtiles, vbi ...
oſtendit ſignificata poſſe vitari, ſi mala ſint: ſin bona, iterum adiuuari ...
dicus poſſit ad ſigna quæ ſunt in nobis, valetudinem adiuuare ...
in medicina ſignorum obſeruatio foret inanis, ac deus qui ſigna ...
ſaluti proſpiciens fruſtra præmonuiſſet.

*Singula hic à naturis proprijs, magis quàm à cælo propriam ingenerationem ... quamuis à cælo ſignificentur.*

SEd profectò ſingula ſecundū naturas ſuas ſiunt ...
quoniam ex equo, homo autem quoniam ex ho...
Quinetiam talis uel equus uel homo, quoniam ...
ducat ad idem quoq; cæli motus, concedens ...
genitisq; quàmplurimum. Tradant uero cæleſtia quantum ...
ctat multa & hæc quidem conditione corporea, colores, frigo...
nes corporum conſequentes. At quo nam pacto mores & ...
quæcunq; non uidentur corporum complexionibus obſequi ...
quis ſit grammaticus, uel geometra, uel aleator, taliſq; rei auc...
Iam uero prauitas morum quomodo à cæleſtibus qui dii ſunt ...
dari poteſt? Et omninò quotcunque dare dicuntur mala, ipſi ...
mali, propterea quòd occidant, uel ſub terram ferantur, quaſi ...
quid patiantur, ſi nobis occiderint, non autem ſemper per ...
ram circunferantur, & quantum in ſe eſt, terram eadem ratione ...
Neq; etiam dicendum eſt, deorum alium dum alio atq; alio ſit ...
meliorem deterioremue euadere, adeo ut affecti bene, nobis ...
ciant, male uero affecti noceant. Præſtat uero dicere, cæleſtia ...
ſalute percurrere, ſed interim ad alium quendam uſum condu...
cet qui illa ſuſcipiunt quaſi literas, qui uidelicet literaturam ei...
rint, futura legant, ex ipſis figuris comparatione quadam ana...
tes ſignificatum. Quemadmodum ſi quis dixerit, auem per ...
lantem actiones quaſdam ſublimes ſignificare.

*Qui neceſſariam rerum ſeriem introducunt, ineuitabiliter ſingula peragentem ... gentiam, tum conſilio libertatem.*

QVarta de fato ſententia quam ſuſcipimus pertractandam, vnà cum ...
conuenit in eo quòd ab vno quodam vitali principio cunctis infuſo ...
ſeminales exiſtimat generari, quod eſt potiſſimum ...
vero in eo quòd non ſolum eiuſmodi vitale principium eſſe efficax ...
præterea ſub eo aliquam agendi efficaciam poſſidere: ita tamen, vt non ...
mo trahantur. Adducunt cauſas ſub his alias deinceps alias ſubinde ...
cti, vt & à prioribus ſequētes neceſſario deducantur ...
rio facere quicquid inde fit, neceſſario fieri. Atque ...
cem quis aliter alibi conſpirare, quæ maxime videtur ...
ſentia, quòd hæc opinio rebus aufert contingentiam ...
quiq; arbitrantur accidere ... Plotinus ...
electionis libertate & actionis autoritate procul dubio ...
nē quálibet animæ ab impetu quodam, & impetū ab ...

rerum ſerie vel in nobis vel circa nos agente neceſſario proficiſci. Quàm vero turpe ſit intel
lectualem animam, incorporea à corporibus ſegregantem, illaq; his præponentem, corporum
neceſſitati ſubijcere, in Theologia ſatis oſtendimus. Non incitari autem à cęlo quemlibet ani
mi motum, Zael & Meſadach & alij, vbi de interrogatione loquuntur, oſtendunt. Aiunt enim
interrogationem tunc & iudicium duntaxat habere effectū, quando interrogans vehemen
tiori quadam ſolicitudine quęritat, quaſi tunc ſolum moueri cælitus videatur. Sed quando in
terrogatio non eſt ſolicita, fallaciſſimum eſſe reſpōſum, quaſi tunc interrogator non mouea
tur à cælo. Quid plura? Studium & induſtria contradicendi fato, nobis non datur à fato. Cui
us ſupercæleſtis dei in cauſam cælo ſuperiorem poſtremo reſoluitur.

*Qui neceſſariam rerum ſeriem introducunt ineuitabiliter ſingula peragentem, auferunt tum infi mis contingentiam, tum conſilio libertatem.* CAP. VII.

REliquū eſt conſiderare opinionem dicentem cuncta ſimul im-
plicari atq; connecti, unde ſingulis cōditio aſſignatur: ponentē
quoq; principiū unum à quo per rationes ſeminales ſingula ge
nerentur. Eſt autē hæc opinio illi perſimilis, quæ dicit omnem
habitum atq; motum tum noſtrum tum uniuerſum ab anima uniuerſi pro-
cedere. Et ſiquis uelit nobis & ſingulis condonare, ut nōnihil à nobis ipſis ef
ficiamus: habet tamen omnino omnium neceſſitatē. Sane omnibus unà cau
ſis comprehenſis impoſſibile eſt unumquodq; non effici. Nihil enim præte
rea reliquum eſt, quod uel prohibere queat, uel aliter fieri forte compellat: ſi
quidem cuncta comprehendātur in fato. Cum uero talia ſint ut ab uno prin
cipio profluant, nihil iam nobis aliud reſtat, niſi ut feramur quocunq; nos il
la compulerint. Nam & imaginationes cauſas ſequentur antecedentes, & im
petus imaginationes comitabuntur: arbitriiq; libertas nomē erit inane. Nō
enim ex eo quòd ipſi nos aliquid impetu quodam aggredimur, arbitrii plus
habebimus: quippe cum impetus omnis ab antecedentibus incitetur, iusq;
noſtrum erit tale, quale animalium reliquorum infantiumq; atq; furentium
cæcis quibuſdam ſtimulis diſcurrentium: nam & in his ſunt impetus. Et per
Iouem ſimilis fermè impetus eſt in igne, atq; in omnibus quotcunq; condi-
tioni propriæ ſeruientia, ipſius inſtinctu præcipitantur. Id autē omnes per-
ſpicue contuentes non ambigunt: uerum alias quaſdam huius impetus cau-
ſas indagantes in hoc quaſi principio minime conquieſcunt.

*Quomodo anima ſit ſuper fatum, in fato, ſub fato.* Cap. VIII.

COmmunis de fato philoſophorum opinio eſt, eſſe neceſſitatem quādam ex corporearū
cauſarum conſpiratione rebus illatam. Cum vero & corporum motus ab anima, & or-
do corporaliū formarū ab intellectu proueniat, merito intellectualem animā à neceſſi
tate, quæ ex motu & ordine vel ſerie corporali ſolet inferri, exiſtimamus naturaliter eſſe ſo-
lutam, tantumq; abeſſe, quòd ſubijciatur fato: vt etiam ipſa ſit ipſius fati principium, ſiquidem
fatum ſit corporea ſeries, hæc aūt ab anima intellectuali dependeat. Ab aīa inquā vniuerſi, ſe
ries cōmuniter vniuerſa. Ab aīabus quoq; ceteris ſimili quadam intelligentia præditis, ſeries
alibi, paſſim alibiq; propria. Duo ſunt igit in fato genera cauſarū: cauſæ inquā animales velut
fati principia, id eſt animæ ſeſe corporibus regendis accōmodantes: cauſę iterū corporales tā
quam complentia fatū. Eſt ordo prætereà triplex, tū corporum omnium ad primum corpus,
tū animarū ad primā animā, tū corporū ad animas, perq; animas ad animā primā, perq; illam
intellectualē ad intellectum primū: atq; ita ſeries vniuerſa fatorū ad diuinā tandē redigit pro
uidentiam. Si igit anima extra corpus ſit omnino, ſimiliter eſt extra fatū: ſi ſit in corpore, qua-
tenus indulget corpori naturaliter patiēti ſub fato, ipſa quoq; eatenus in fato patit. Sin autē
pro viribus ſe à corpore ſegregat, ſolamq; huic uim accommodat vegetalem, in fato dunta-
xat cōputatur vt agens, agit tamen pro conditione fortunæ. Et nonnulla quidem ipſa vel na
turali facultate permutat, vel arte quadam emendat & corrigit, vel magnanimitate facillime
tolerat. Quod autem anima eatenus fatum ſubeat, quatenus ſe immergit in corpus, oſtendit

[illegible] dicens, [illegible] Hinc enim facit [illegible] quandoque ſe ſoluere [illegible] quod [illegible] um docuiſſe [illegible] culpam [illegible] [illegible]

*Quomodo anima ſit [illegible] in [illegible] ſui ſuis.*

Q[illegible] igitur [illegible] quæ extra [illegible]: conſequenter [illegible] aliquid eſſe permittat, prædictionem [illegible] itaque oportet, quæ aliud principium ſit, [illegible] uniuerſi tantum, ſed etiam cuiuslibet animam [illegible] te quæ principium ſit non paruum cuncta [illegible] non ſicut cætera ex ſeminibus [illegible] ſed in [illegible] dentium, ordine collocetur. Quamobrem quando [illegible] maxime ſuipſius domina eſt atq; libera, & extra [illegible] At infuſa corpori, haud amplius in omnibus domina [illegible] uel libertatem, utpote quæ unà cum aliis iam fuerit [illegible] ſcilicet ea quę circũſtant, quibus cum concidit profecto [illegible] plurimum, uſqueadeo ut anima propter circumſtantia [illegible] dam uero quodam imperio quocunq; decreuerit agat, [illegible] minatur anima, ſi melior ſit: in paucioribus uero, ſi peior. [illegible] xioni corporis obſequens concupiſcere uel iraſci compellitur [illegible] ri ſuccumbens euadit humilior, aut admirata diuitias [illegible] tans imperio tyrannidem iam exercet. Anima uero bona [illegible] ſi in eadem inciderit, his repugnat atq; dominatur, potius [illegible] permutetur. Et partim quidem mutat, partim abſq; culpa [illegible]

*Quomodo animus in fato ſit et agens, quomodo ut patiens: item de contingentia [illegible]*

AD illos autem qui dicebant, quicquid [illegible] ſic [illegible] neceſſario [illegible] cunctæ ſimul cauſæ conpediuntur [illegible] oſtis autem omnibus [illegible] ceſſario ſequitur, iam ſic obiicitur. Etiam ſi nobis id conceditur [illegible] non poteſt animus retinere. Nam [illegible] ipſe eſt [illegible] cauſarum, [illegible] vim vegetalem non patitur ſed agit in corpore, cum earum [illegible] ſe libereq; mouentur. Quando igitur animus linguam brachia [illegible] trio fit motus in membro: ſi modo cauſæ cunctæ concurrant, [illegible] propoſito, ſingula quæ circũſtant, id eſt, quæcunque ſunt præter [illegible] ſus hic fortuna vocatur: ſcilicet vt & membra ſint apta, & [illegible] inter externas cauſas, quæ fortunæ nomine deſignantur, ſi quid [illegible] ſequentibus cauſis conducit ad opus. Opus itaque, tunc neceſſario [illegible] mus tanquam compulſus mouetur ad opus, ſi neque [illegible] quitur eligendo, neque externum cogitat circa corpora [illegible] que omnino ſpectat externa, neque falſa opinione [illegible] tam & paſſionis expertem habet ducem, atque ad [illegible] omnia dirigit. Ex eo [illegible] quod [illegible] [illegible]

[illegible]

tmus, ſic à Porphyrio in libro de oraculis confirmatur: [illegible]

[illegible] enim nobis adhuc [illegible] inhæreat corpori. Idcirco [illegible] non quia proprie Deus bonus ſit placet, ſed ut recedant [illegible] dere, ut in ipſis quoque [illegible] corporis [illegible] [illegible] Quare cum [illegible] mata eſt, & Voluptatis ardor [illegible] [illegible] probat verbis.

Nam [illegible] [illegible]

RAtio tandem ſummatim [illegible] docendo, [illegible] cauſas ſignificari atque fieri. Cauſas vero [illegible] delicet ad animam, partim ad circumſtan[illegible] mas inter agendum, ſi ſecundum rationem [illegible] omnia facere, cætera vero facere ueluti impeditas [illegible] pati magis quàm facere. Quapropter quod anima [illegible] cauſas eſt putandum, [illegible] agere ſecundum fatum, [illegible] præcipue penes illos qui putant fatum cauſam exter[illegible] quæque à nobis ipſis agi cenſendum eſt. Optime [illegible] ſoli ſumus. Denique iudicare decet probos quidem [illegible] honeſta facere: alios autem quatenus [illegible] [illegible] libere honeſta [illegible] agere. Nec aliunde [illegible] ries [illegible] ſed cum [illegible] non impediuntur [illegible]

## MARSILII FICINI FLOR[illegible]

### SUMMA DE FATO.

*Quod non omnia fato [illegible]*

[illegible]

contingere poterat atq; nõ fore, id totũ & dũ iam eſt, neceſſarium eſt exiſtere. Et cũ præterijt, neceſſariũ præterijſſe. Et collectis per conditionẽ vndiq; circũſtantijs ex contingẽti plerunq; neceſſariũ videt̃ euadere. Proinde nõ eſt putandũ neceſſitatis oppoſitũ ſecundũ formalẽ rationem eſſe ipſum quod dicitur impoſſibile: in ipſo enim formali neceſſitatis oppoſito nulla debet includi neceſſitas. Hæc tamen in eo quod impoſſibile eſt includitur, impoſſibile enim eſt quod eſſe non poteſt: quod vero nequit eſſe, neceſſarium eſt non eſſe. Item in ipſo neceſſario impoſſibile videt̃ includi: quod enim neceſſarium eſt exiſtere, impoſſibile eſt non eſſe. Verum igitur oppoſitum neceſſarij eſt contingens: ſicut enim ipſa neceſſarij ratio ad eſſe tantũ vel non eſſe ſolum definita eſt: ſic viciſſim ratio contingentis ad eſſe vergit pariter atq; non eſſe. At vero inter neceſſarium id've quod pariter contingit vtrinq;, medium videtur eſſe cõtingens vt plurimum. Cuius quidem oppoſitum rarius accidit: ſic itaq; humanam ſpeciem eſſe neceſſarium eſt, hominem vero hũc & illum moueri vel quieſcere pariter accidit. Hominis manum habere digitos quinq; contingit vt plurimũ, rarius aũt ſex habere vel quatuor. Eſſe aũt ipſum æque ad vtrunq; contingens rerum ordo requirit, vt ſi datur neceſſariũ, detur & ipſius oppoſitum: in qua quidem oppoſitione propria ipſius quod dicitur ens diſtinctio reperitur. Sic ergo ſi dandum eſt oppoſitum neceſſario, ratione formali, extare oportet ipſum pariter ad vtrunq; contingens. Rurſum ſi dandum eidem eſt oppoſitum ratione materiæ, dicemus ei quod eſſe neceſſariũ eſt opponi quod impoſſibile ſit exiſtere. Inter hæc vero medium poſſibile collocabimus: id autem eſt contingens, tum ſæpius quod neceſſario potius appropinquat, tum rarius quod declinare videtur ad impoſſibile, tũ indifferenter eſſe vel non eſſe contingens, quod ſane concedendum eſt tanquam verum & æque diſtans hac rõne mediũ inter neceſſariũ eſſe, atq; impoſſibile fore. Naſcit̃ vero contingẽs ipſo rerũ ordine per gradus cõtinue plurimos deſcẽdente. Quo quidẽ in ordine quæ propinquiora ſunt primo penitus immobilia ſunt: ipſi videlicet intellectus. Animę deinde tanq̃ paulo remotiores motu tantum formali mouentur ſubſtantiã non mutante. Cæleſtes ſubinde ſubſtantiæ dum ipſæ quoque permanent, locali interim quodam motu voluuntur, & formali rurſus quatenus configurationes quaſdam viciſſim orbe commutant. Sed mouẽtur (vt ita dixerim) immobiliter, Quatenus eodem ſemper ordine neceſſario reuoluuntur. Ad hæc autem conſequens eſt, vt quæ ſub cælo ſunt iam mobiliter moueantur: in hac ſane vaga motionum ſorte naſcitur contingentia. Dum quæ ita mouẽtur à proprio nõnunq̃ ſolitoq; ordine digredi & præuaricari videntur, q̃uis communem ordinẽ vniuerſi tandẽ tranſgredi nequeant. Cum enim per plurimos deinceps agentiũ gradus & virtus efficax minuatur, & cõplurima tandem repugnantiũ formarum confluat multitudo: nimirum ſequitur, vt propria quæq; natura ab officio quandoq; deficiat, dum paulatim dum debilitata virtus aliquando diuerſorum occurſu facilius impeditur: ſic itaque ſeminaria plantę animalis've natura prolem ſuam neque parit ſemper, neque opportune parit vbiq;, neque perfectã. Quãuis igitur q̃tũ ad naturã cęleſtẽ pertinet rẽ procul dubio neceſſariã, abſoluta proles hæc vel plãtæ animalis certis foret tẽporibus prouentura. Contingit tamen interdum non euenire, vel non prouenire perfectam. Quando ſcilicet natura generantis propria vel intrinſecus deficit, vel impeditur extrinſecus. Sæpe quidem præſens diſpoſitio cæli certam quandam in hac materia qualitatem iamiam productura videt̃. At diuerſa materiæ qualitas ex propinquis cauſis conditionibusq; contracta effectum cæci aliter aliter've permutat. Neque nobis obijciat aliquis hanc quoque materiæ qualitatem idcirco à cæleſtibus eueniſſe, quia propinquæ cauſæ à cæleſtibus moueantur. Eſto moueantur quidẽ, ſed pro natura ſua: neq; enim vel deus dũ per cęlum agit inferiora, aufert ſua munera cælo: vel cælũ cũ per cauſas inferiores agit in noſtra, interim proprias naturaleſq; his cauſis vires actioneſq; ſubducit. Cũ igit̃ effectus vniuſcuiuſq; forma ſimul atq; conditio pro affectione materiæ ſoleat prouenire: ipſaq; materiæ huius affectio à cęleſtibus quidẽ cõmuniori quodã pacto, à propinquioribus vero cauſis nõ penitus proprio fiat: ſequit̃ vt propria effectus terreni cõditio talis proueniat potius, qualẽ cauſa propinqua materiã afficiẽdo reqrit, q̃ qualẽ tentare vel inchoare cauſa remota videt̃. Non enim ſi cauſa remota neceſſaria eſt, mox euentus inde omnis prouenit neceſſarius, niſi etiam cauſa propinquior neceſſaria fuerit. Iam vero manifeſtum eſt, quod ſæpe iam dicimus effectus ſingulos cauſis vbiq; proprijs ſimiliores euadere quàm remotis: vt plantæ & animalia quęlibet, non tã cæleſtibus ſimilia iudicantur, q̃ proprijs genitoribus & ſeminibus vnde naſcuntur. Ex quo patet, effectus eiuſmodi naturã ſortemq; ſuorum ſeminum ſequi, potius q̃ cæleſtium. Ac pro conditione familiarium cauſarum, rerumq; omnium circunſtantium, quę omnino mutabilis eſt, mutabiliter euenire: non neceſſario pro conditione cæleſtium. Et merito, quorum natura non neceſſario ſuum retinet eſſe, ſed ab eo deficere poteſt: eorũdem quoq; virtus non neceſſario agit, ſed interdũ cadit ab actione. Quamobrẽ quæ neceſſaria fore forſan iudicarentur ex cælo, eadẽ apud nos ex hac

materia

materia regioneq; contingenter eueniunt. Materia inquam [illegible]
rum ſemper eſt auida. Regione inquam, quoniam innumerabiles hic [illegible]
fluunt qualitates. Influxum ergo cæleſtem proprio quodam ordine [illegible]
quid proceſſurum, tum materia hæc aliorum quoque auida, facileq; [illegible]
alijs & perdit, ſubinde aliud recepturam, tum regio plena diſcordiam [illegible]
protinus atque transformat, vt vix certum aliquid hic cælitus oriturum [illegible]
turum valeas coniectare, niſi forte circumſpexeris vniuerſum vt quot [illegible]
to, tum è medio, tum ex infimo cauſæ conditionesq; quolibet momento [illegible]
rurſus & quale conſurgat ex cũctis perpẽdere poſſis. Proinde ſi [illegible]
inferius corpori cæleſti ſubijcitur, & ad vnum quiddam potiſſimum [illegible]
neceſſario cæleſtes admittit influxus: tales dico prorſus, quales [illegible]
rationalis anima, cuius notio motioq; & intima & latiſſima eſt, & ſæpe [illegible]
greditur, corporiq; repugnat, cæleſtem inſtinctum neceſſario ſequitur [illegible]
ra dediſſet, vt quotidie conſultando poſſit pro cõiecturarum diuerſitate plu[illegible]
ſita in conſultatione proponere, niſi poſſet ad vtrũlibet eligendo ſeſe [illegible]
ad vtrũlibet ſe conferre, ſi certa quotidie conſtitutione cæli compelle[illegible]
ad hæc, quòd cum diuina prouidentia permittat in rebus naturalibus [illegible]
bet contingentiam, ex earum defectu naſcentem: multo magis in agendo [illegible]
hæc ex perfectione oritur permittit eãdem. Quæ profecto magis admir[illegible]
eſt: quippe cum illa quidem ex impreſſa tantum forma, hæc autem [illegible]
tione moueantur & agant. Adde quòd omnis cæleſtis inſtinctus [illegible]
mo diuinæ prouidentiæ inſtrumento, atque inde mirabiliter ordinato [illegible]
certoq; ordine ducit. Quod igitur abſque ordine recto ſæpe vagemur [illegible]
aberremus, non à cælo quidem, & multo minus à motore cæli, ſed à prop[illegible]
aut moris, aut fortunæ conditione cõtingit. Iam vero ſi generis noſtri [illegible]
leſtem influxum ex ordinato bonoq; in oppoſitum peruertere poteſt [illegible]
libet alia qualitate in aliam ſæpe conuertere. Dedit natura communis [illegible]
bus vt deſcenderent: deſcendent igitur omnia grauia quodam naturæ cõ[illegible]
ſi forſan impediantur. Impediri vero proculdubio poſſunt, ne moueantur [illegible]
vi, vt rapacius quàm natura ferat præcipitentur, tum vero pro diuerſitate fi[illegible]
ralis, ſiue artificioſæ aliter per decliuia, aliter've deſcendent: aliter [illegible]
drus, aliter angularis figura labetur. Quod quidem Chryſippus ille fatem [illegible]
gnus aſſertor: ergo ſimiliter præſens hæc aut illa conſtitutio cæli his hæc [illegible]
que illis, communiter tum in corpore calorem, tum in animo vehementiam [illegible]
Sed in hoc quidem natura parentum, loci, temporis, nutrimenti frigida [illegible]
cæli vim temperat, & conuertit forſitan ad oppoſitum: in illo autem [illegible]
natura, moderatam quodammodo qualitatem cęlitus venientem producit [illegible]
ſum tum proprię variæq; naturę generantium atque naſcentium, tum leges [illegible]
diuerſę impulſum tam animi quàm corporis talem cęlitus deſcendentem [illegible]
duum modorumq; forte diſtinguunt. Quo factum eſt, quemadmodum ſæpe [illegible]
tam pro agentis natura præſertim remoti, quàm pro conditione propinqui[illegible]
& denique pro affectione materiæ, ac diſpoſitione loci ſæpius effectus [illegible]
plurat Radius ſolis idem aliud aliterq; agit ſi ex recto quàm ſi ex obliquo [illegible]
rem ſerenum quàm ſi per caliginoſum tranſeat. Caliginoſum vero [illegible]
terreſtria reddũt, item aliud agit ſi ceram quàm ſi lutũ aggrediatur: hanc [illegible]
exiccat. Rurſum ſi glaciem quàm ſi cryſtallum: illam aliquando fundit, hoc [illegible]
Si niuem in cacumine montis quàm ſi in concauo montis inuadat. Illam [illegible]
dum, hanc citius liquefacit. Licet & hic ſæpe videre in eodem cacumine [illegible]
pſam tempore: qua parte ad meridiem vergit, citius admodum [illegible]
trionem durare diutius, quamuis pars à parte vix cubito diſtet, [illegible]
crepantia ſitus. Denique radius ſi ad breue tempus agat, ſępe caligines [illegible]
gum, diſgregat. Et aliter per aperta, aliter per concaua facit, & alijs [illegible]
prodeſt, alijs vero vel in eodem loco nocet. Tantum vero ſuperiorum [illegible]
atque materia, vt cum ad motum lunę aquę plerunque creſcant atque [illegible]
omnes id aquę faciant: nam & mare non vbique id patitur aut æque [illegible]
detur id obſeruant, vento ſępe contrario impeditur excreſcere. Sunt [illegible]
libet ſidere qualitates, aliæ quidem paluſtrium, aliæ vero campeſtrium [illegible]
domeſticorum collium, aliæ vero ſylueſtrium. Item pro varietate caloris [illegible]
humoris, ventorum, vaporum, fluminum, vallium qualitates longe diuerſ[illegible]

ALexander Aphrodiſius in libro de fato ad Antoninum Chryſippum [illegible]
futat,multiſq; argumentis oſtendit,nihil aliud eſſe fatum vel [illegible]
ra ſit,& oſtendit propter naturam etiam fieri nonnulla [illegible]
imento quodam naturam detineri.Cum ergo praeter naturam [illegible]
ra fieri eſt fato fieri,ſicut etiā praeter fatū.Atque ita [illegible]
tationibus alijs aliud ſecundum particularem eorum naturam eſſe [illegible]
am naturalem eiuſmodi corporum habitudinem diligenti norma [illegible]
te,& deorum conſilio in melius verti:quod ſimiliter animo quoque [illegible]
turalem inclinationem eius quam complexione corporis habet, [illegible]
pe fit melior. Vnde cum phyſiognomon Zopyrus turpia quaedam de [illegible]
us aliena dixiſſet,& à multis idcirco derideretur,reſpondit Socrates [illegible]
his enim natura forem,niſi naturam philoſophia ſuperaſſet [illegible]
bus natura praeeſt. Quae naturalia nihil à fatalibus differſt. à fortuna [illegible]
lo modo intenduntur:Quando alterius gratia quaedam fiūt, [illegible]
nec ſperabat quidem:vt ſi quis agrum fodiens theſaurum reperiat, [illegible]
ret:quae certe non aguntur fato.Sunt autem cauſae quaedam [illegible]
nulla enim ſuſpenſa collo morbos quoſdam curare dicuntur,in quibus [illegible]
mus cauſam.Excantationes etiam maleficaeq; artes quam cauſam habeant [illegible]
praeter haec nonnulla ſunt,quae ad vtrūlibet contingentia nominantur, [illegible]
no negamus:vt mouere pedem,leuare ſupercilia,tacere,loqui, [illegible]
numerabilia,quae fieri fatis nullo modo dici poſſunt:quod enim [illegible]
rium nequit.Praeterea conſilium hominis omnino vanum eſſet nō [illegible]
ſi quaecunque agimus, neceſſario faceremus. Proculdubio autem id [illegible]
homo poſſidet,vt non ſimiliter atque illa phantaſiam vbique ſequatur [illegible]
qua facienda dijudicet,cuius quidem vſu quae in phantaſia [illegible]
dem examinando probat,phantaſiae concedit:atque ad agendum deinde [illegible]
improbat,illa reijcit expellitq; obtemperans rationi.Itaque de his [illegible]
ſumus vel non agere,deliberare ſolemus:ac ſi quādo cōſilio nō maturo [illegible]
cipiti aliquid perpetremus:poſtea nos ipſos temeritatis ſpretiq; conſilij [illegible]
omnes temere aliquid agentes vituperamus,hortamurq; conſilio vti: [illegible]
di poteſtas.Quod autem opinio quae de fato habetur, falſa penitus ſit, [illegible]
opinionis eiuſmodi autores & docēt,& diſcunt,& hortantur,& conſulunt, [illegible]
caſtigantq; ſuos tanquam propria voluntate peccantes: quare [illegible]
haec fati neceſſitas.Libertas igitur noſtra natura omnibus ineſt. [illegible]
poteſtatis concedimus:Vt quae natura vel fortuna fiūt,quę nullus [illegible]
ſua audebit.Haec Alexander.Similia ferme tradit Enomaus philoſophus [illegible]
concludens animalia bruta proprio quodam appetitu,quolibet momento [illegible]
git moueri,potius quàm neceſſaria quapiam ſerie cauſarū. Multoq; magis [illegible]
conſilio viuere.Qui etiam multas ex cauſis quo minus concurrant ad [illegible]
ſua poſſint induſtria permutare.Confirmat eadem Diogenianus philoſophus [illegible]
Chryſippum,probatq; non omnia fieri neceſſaria quadam ſerie cauſarum [illegible]
currentium:ſed & alia inſuper propria quadam & ſingulari natura , alia [illegible]
conſilio noſtro,alia voluntate deorum.Confirmat Ptolemaeus & ſaepe [illegible]
to,dicens:effectus & à deo in caeleſtia,& à caeleſtibus inter ſe indiſſolubil [illegible]
ficiſci:ſed à caeleſtibus aduerſus inferiora non ſemper ineuitabiliter [illegible]
to. Permutari enim & impediri poſſe tum naturis inferioribus aliquando [illegible]
arte ſimul atque conſilio.Tum vero in libro de iudicijs inquit,hominēs non [illegible]
nerales inſtinctus cęlitus inſtitutos propter particulares locorum [illegible]
propter conſuetudines varias,atque regionum occaſiones ad [illegible]
tes vel adiuuantes.

*Confirmatio ſuperiorum per Bardeſanem Syrum per[que] dict & per [illegible]*

Cap. III.

BArdeſanes Syrus quem tradunt aſtronomia Chaldaeorum [illegible]
[illegible]iſſe,longo quodam dialogo diſputat:bruta quidem ferri ſingula [illegible]
dam inſtinctu naturae. Homines autem praeter naturalem [illegible]
& orationem quae à mente profertur,cuius munere non omnino [illegible]
ria ſit hominum vita.Non victus vnus more brutorum,non [illegible]
les atque leges,non cupiditas rerum ſimplex:ſed pro arbitrio [illegible]
ue inſtitutio varia.Hinc ergo probat non natura paſſim hominem ferri, [illegible]

[illegible] quamcunque transfusi [illegible] in loco regnante [illegible] ad [illegible] in legibus & moribus, quid [illegible]

[illegible] Quid [illegible] de Christiano [illegible] Nec [illegible] magister [illegible] vero [illegible] quicquid agere [illegible] Qui [illegible] ut [illegible] voluntate atque iudicij [illegible] partiri, & [illegible] viribus [illegible] condita leges. Nam & si [illegible] partibus [illegible] in singulis tamen partibus multas, nec septem [illegible] nec rursus duodecim, vel duodecim numerum [illegible] ad numerum triginta & sex [illegible] innumerabiles legum [illegible] Quorum [illegible] aliter [illegible] ad quamcunque [illegible] eisdem pene verbis [illegible] Vbi enim [illegible] anima [illegible] in peccantes, etiam qui naturaliter [illegible] pro maiori minori ve occasione, commoditate [illegible] recte agitur. Confirmat eadem Aristoteles & Plutarchus [illegible] quem tradunt ostendere volentem, quantum [illegible] geminos eiusdem partus educasse. Qui [illegible] Ly [illegible] inter se dissimiles. Quod [illegible] parentum, multo magis [illegible] consuetudo & diligentia valeat longa narratione Plutarchus [illegible] natura semper in [illegible] folium [illegible] Quid de [illegible] in Repu. [illegible] corporis [illegible] mori [illegible] Et quod [illegible] in plu [illegible] esse [illegible] scimus nõ quadam [illegible] consuetudine vel legibus [illegible] Vel exẽplo & disciplina pri uata, [illegible] & occasione quadam, vel proprio quodam consilio opinione[illegible] prouenire: aut [illegible] omnibus congregari. Saepe [illegible] consuetudo regionis & tẽporis & alicuius [illegible] exemplum, [illegible] & poetas vel oratores atque pictores, vel [illegible] venatores potius quam certa natiuitas. Et quando natiuitas inchoat, non tamẽ absoluitur nisi pro facultate nascentium, & regionis & temporum. Saepe militaris vel regia do[illegible] quam natiuitas [illegible] vero [illegible] malorum [illegible] solere [illegible] ex contagio [illegible] contagionis infecti. Quid [illegible] facultas [illegible] institutio declaratur ex eo quod nullum [illegible] piscatores facit & venatores, vbi nulla facultas, nulla consuetudo piscandi est atque venandi. Atque vicissim [illegible] non piscantur [illegible] Quid [illegible]



consuetu-

[illegible] Aſtrologorum [illegible] [illegible] differentiam [illegible] planetarum [illegible] pro diuerſitate regionum, atque [illegible] [illegible] [illegible] vero [illegible] [illegible] pro differentiis [illegible] contingere video. [illegible] [illegible] ad diſcrimen [illegible] [illegible] nobis [illegible] quippe cum ad confundendum [illegible] [illegible] ſingula naturam habent longe a cœleſtibus differentem [illegible] progreſſionemque [illegible] cœleſtibus ordinibus congruentem [illegible] [illegible] inuicem ſæpe aliter quàm ordo cœleſtis conciliant. Quemadmodum [illegible] rationales agunt, quàm ſumma dei ratio dictet. Concurrunt [illegible] velut pulchritudo in homine ſimul atque eloquentia. Nullum [illegible] habent. Ex quo patet, in nulla vnquam determinata cauſa [illegible] concurſu perſuaſio vulgo contingit vberior, quod quidem pulcher homo [illegible] fieri poteſt: item quod eloquens, ex cauſa certa, quamuis alia. Quæ [illegible] ex quorum congreſſu facilis naſcitur perſuaſio, ex nulla videntur [illegible] aliqui ordinem haberent inuicem neceſſarium. Nunc vero [illegible] ſit eloquens atque è conuerſo. Neque quia pulcher aut albus, ideo neceſſario [illegible] ergo ſimilesque concurſus velut fortuitos in cauſam [illegible] [illegible] Falſum eſt igitur, omnia ex determinata quadam cauſa [illegible] [illegible] determinata quadam cauſa, illud non neceſſario [illegible] [illegible] elementorum ac inferioribus cum inter ſe ſibi repugnantibus [illegible] [illegible] cœleſtium ordini reſiſtentibus, durisque cedentibus, atque [illegible] inuicem [illegible] accedit ad naturalia permutanda [illegible] [illegible] [illegible] aut etiam plurimorum [illegible] [illegible]. Quamobrem cum falſa ſint illa duo, quibus potiſſimum [illegible] [illegible] non [illegible] id eſt neceſſaria cauſarum ſeries [illegible] dependentia [illegible] [illegible] diſputationem [illegible] prophetica [illegible] [illegible] Platonicum [illegible] Aegyptiorumque [illegible] [illegible] cum imperium [illegible] [illegible] medio ſollas, ſic dicam [illegible] [illegible] ſi recte [illegible] [illegible] Aegyptiorumque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

# MARSILII FICINI FLORENTINI

[illegible]

[illegible]

[illegible]

poſitio rerum, non ex ſequentium duntaxat gradibus cauſarum, ſed ex [illegible] dentia proficiſcitur. Sed quis non videat eſſe nefas, hoc ipſum quod in [illegible] defectum quendam redigere cauſarum? quatenus videlicet cauſa ſequens [illegible] plicitate degenerat. Iam vero ſi integra diſpoſitio mundi, quæ in partium [illegible] collocatur, ſicut ordo in diſtinctione conſiſtit. Si inquam eiuſmodi diſpoſitio [illegible] forma mundi optimumq́ munus maximeq́ formale, finisq́ omnium, [illegible] det, merito huic diſpoſitioni ſequentes poſt deum cauſæ ſeruiunt: non igitur [illegible] tuito ex cauſarum ſequentium paulatim actione reſultat. Sed ad hanc conſti[illegible] ſeruandam cauſæ ſequentes agunt quicquid agunt, velut ad finem ipſis a [illegible] te præſcriptum. Qua quidem in mente ſi rerum eſt diſpoſitio deſignata, [illegible] ceſſario ſunt deſcriptæ: ac ſi efficaciſſima illic intelligentia eſt, poſſunt [illegible] de prodire, præſertim quia diuina virtus & per vnum actum agere [illegible] lut immenſa non definitur ad vnum. Quo've ſimplicior ex eo (vt ita dicam) [illegible] fortior, & ad plura procreanda potentior. Denique cum multa ſint, quæ pro[illegible] ſentiæ ſuæ ſimplicitatem perfectionemq́ non poſſunt aliunde quam a prima [illegible] proficiſci, neceſſarium eſt rerum inter ſe diſtinctarum diſpoſitionem ex pri[illegible] dentia ſequi. Huius intelligentia cum plurima poſſit, & quæ poteſt intelligentia [illegible] ſibi facit perſimile, ſi multiplex variumq́ confecerit, opus'que ipſum in plurimi[illegible] cauſæ copiam repræſentat, quam in vno vel paucis repræſentare nō poteſt. [illegible] bonitas ſit, tum diffuſio bonitatis, in opere nimirum diuino aptiſſime refertur [illegible] & in ſubſtantia fuerit, & eminus diffundatur in alia. Quæ quidem diffuſio fieri [illegible] rum diuerſitas & inæqualitas inſit: inæqualitas inquam ſecundum ſpeciem, ſic [illegible] ſima in mundo multitudo erit, maximeq́ formalis, ſi ſpecies quamplurimæ fuerint.

*Fines rerum & motionum declarant res diuina prouidentia fieri, diſponi, mouerí.*

PRoinde apud medicos cæterosq́ phyſicos exploratū eſt, ſublata finis aſſig[illegible] ſe vlla in re diſpoſitionum motionumq́ naturalium cauſas aſſignari. Tota [illegible] ræ diſpoſitio, & ſcientiæ ratio peritura eſt, ſi naturalibus effectibus certus finis [illegible] ſtinatus. Multa ſane reperiuntur in quolibet, quæ & ſuperuacua erunt & oneroſa [illegible] ri poterunt, niſi certi cuiuſdam finis moueantur intentione: qua partes quaslibet [illegible] partibus ſeruiant, & partes cunctæ obſecundent ipſi formæ, bonoq́ totius. Dic [illegible] durioribus plantis vimina non naſcantur: ſed tenerioribus germinent? niſi quia [illegible] indigent ſuſtentaculo, cui per vimina vinciantur. Sic natura neque ſuperuacu[illegible] caret alicubi neceſſariis: ſit vimen quaſi manus vltra porrigitur, ea potiſſimum [illegible] tum fuerit ſuſtentaculum. Quod quatenus non offertur, vimen explicatur in [illegible] mum id datur, vimen huic ſeſe protinus implicat: nonne hic mentem, & manum [illegible] tura videtur habere? Dic age cum finis ipſe cæteras moueat cauſas, ideoq́ omnes [illegible] do antecedat, vt in arte conſilioq́ apparet: vbi nam finis in natura præcedit, [illegible] ralia deſtinantur? Sane cum in materia non præcedat, antecedit in motore natura[illegible] ro præponere his quæ diriguntur ad finem, ordinemq́ ſeruare perpetuū rationi[illegible] um: eſt igitur ſumma in motore materiæ ratio naturalium. Quæ ſi in quolibet [illegible] bet inuicem ſeruire partibus, & ad totius bonum reuocat vt ad finem, multo [illegible] bet paſſim tota & accommodat inuicem, & tāquam vniuerſi partes ab bonum [illegible] ducit, nec vſquam patitur accidere vacuum. Atque huius deuitandi gratia [illegible] tentione paſſim mirabilia facit, mouetq́, & ſiſtit præter naturæ modū impetus [illegible] quam dux longe natura ſuperior. Mitto nunc quam mirabiliter ad animantia [illegible] ferat præter elementorum conditionem deorſum leuia, grauia ſurſum, & qualia [illegible] libet arte figuret. Mitto quanta cautione aquam quæ proprio elementorum [illegible] tam obrutura videtur, cohibeat penitus operire terram ob hoc ipſum duntaxat [illegible] in terra rerum ſpecies generentur. Mitto q̄ opportune omnibus quæ gignuntur [illegible] mētaq́ & neceſſaria paſſim oīa ſint prouiſa, variisq́ diuerſa modis munita [illegible] vltra neceſſitatem quam mirabiliter exornata. Summatim vero cum in arte [illegible] hil ſit aliud q̄ terminus aliquis ad quem potiſſimum mouetur agentis intentio, [illegible] nique conquieſcit. Certe naturalibus motibus ſimiliter præſcriptus eſt finis. [illegible] unt quælibet ex quibuslibet, vel mouentur ad quælibet, vel quolibet ſiunt atq; [illegible] certis omnia modis, ſemperq́ ſimiliter, vtpote quæ neque coaggerant temere [illegible] vagantur. Sic calor ratione ſumma mouentis congruum ſibi locum petit, vbi [illegible] ineptum, fugit & frigus, quandoque etiam præter propriæ naturæ modum [illegible] tinguatur. Cum igitur naturalium motus certum vbique petant terminum [illegible] ſimiliterq́ rerum naturalium compoſitiones, ex quibus certi motus [illegible]

[illegible] ſunt, conſequens eſt, naturalia quanto artificioſius quàm artificia diriguntur ad finem, tanto præſtantiore quadam arte fieri moueriq́ quàm artificia. Atque ſicut ars in [illegible] nihil conſultat amplius, ſed agit quaſi modo naturæ, ſic naturalem diui[illegible] artem & ſi ratione finiſq; gratia faciat, nullis tamen rationis diſcurſibus indigere, quibus ars conſummata non eget, præſertim ſi ars humana nõ extra vt nunc dicatur tractare materiam, ſed intus diuinæ artis more agitare fingatur.

*Quomodo mundus hic à ſuperno fiat atq; degeneret, qualis ſit mundus intelligibilis.* Cap. I.

Q[illegible] primo capite dicitur, ſi deus mundum aliquando fecit nouum, ergo antea conſultauit [illegible] & quomodo faceret, non conſequitur. Tantum vero conſequens eſt, co[illegible] nobis poſſe, deum ita conſultauiſſe. Quod cogitari nõ licet, ſi ponatur mundũ nunquam initium temporis habuiſſe. Secundo nota primam eſſentiam vitamq; & mentem, [illegible] eſt, eſſe mundi cauſam ſcilicet efficientem & exemplarem, finalem vero eſſe [illegible] vero inde mundum, quoniam mundus eſt ipſa, ſicut ex igne fit ignis. In mundo corporeo aliud eſt ordo formalis, aliud dimenſio atq; motus. Si ergo dimenſionẽ motũq; ſub[illegible] vero relinquas, mentem contemplaris mundi huius artificem: in qua quidẽ [illegible] omnium gradus, ſiquidem eſt ordo formalis: ſed quoniam non eſt ibi motus & [illegible] præſenti formæ neque quicquam abijt in præteritum, neque deeſt aliquid in futurum [illegible] quoniam non eſt dimenſio, per quam pars alia ſolet à parte diſtare, in qualibet parte [illegible] cunctæ: ideoq; forma quælibet eſt omniformis, quàmuis aliter atque aliter. Non enim [illegible] formalis ipſa diſtinctio, quàmuis dimenſio tollatur & tempus: nam & vbi dimenſio [illegible] motus, multæ qualitates admodum differentes ſimul ſunt in eodem, & in qualibet [illegible] parte ſunt cunctæ. Cum igitur in mundo intellectuali in vnoquoque ſint omnia, ſi[illegible] deſit, merito nullus eſt ibi motus, nullus ab alio in aliud impetus, nulla vel [illegible] generatio noua. Non enim patitur vnitas continentis, alia illic alijs eſſe contraria: [illegible] ſi contraria forent, non tamen hoc in illud faceret impetum, cum nullis aliquid deſit [illegible] quodque ſit prorſus in actu, vt ex eo nihil effici poſſit. Omnino vero quia pro[illegible] corporei motus eſt, incorporei vero ſtatus, merito ſicut cælum hoc quò magis mouet, eo magis in terris agit & generat: ſic & illud quò verius permanet, eò verius, & hoc facit [illegible] & in hoc omnia facit.

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER II.

## DE PROVIDENTIA I.

*Diſpoſitio mundi fit à prouidentia diuinæ mentis, non præcedente per tempus uel conſultante, ſed [illegible] per ordinem cauſæ, & exprimente mundum modo ſigilli naturalis & firmi.*

CAPVT I.

QVOD eſſentiam compoſitionemq; uniuerſi committere caſui atq; fortunæ irrationale ſit, propriumq; hominis neq; intellectum neq; ſenſum habentis, perſpicuũ eſt etiam ante quamlibet rationẽ. Quanq̃ & de hoc ipſo multæ ſufficienteſq; adductæ ſunt rationes. Oportet autem à principio diſputationem aſſumẽtes conſiderare modum ipſum quo hæc omnia fiant factaq; fuerint, præſertim cum in quibuſdam quaſi non recte fiant, accidat de totius prouidentia dubitare, unde nonnullis contigit prouidentiam omnino negare. Nonnullis aũt affirmare mundũ fuiſſe à malo artifice cõſtitutũ. Miſſam impræſentia faciamus prouidentiã illã quæ in ſingulis faciẽdis eſt ratio quædã ante opus deſcribẽs quo pacto oporteat fieri, & quo nõ fieri quicq̃ eorũ quæ facere nõ expediat, ſiue quomodo nobis adſit aliquid uel non adſit: quam uero uniuerſi prouidentiam appellamus, hanc impræſentia ſupponẽtes, quæ deinceps ſequuntur

quuntur congrue connectamus. Si igitur mundum ex quodam
prius non fuiſſet factum arbitraremur, eandem prouidentiam
quam & in ſingulorum effectione poſuimus, præuiſionem
dam ratiocinationemq́; dei, deliberantis qua conditione
uniuerſum, & qua ratione quàm optime quoad fieri poſſet,
Quoniam uero mundum hunc arbitramur eſſe quidem ſemp
uero non eſſe, merito prouidentiam conſequenter mundo
mus. Hoc ipſum quod ſecundum mentem ſit, mensq́; ſit
quaſi præcedens tempore, ſed quoniam hic eſt à mente, prior
eſt quàm mundus, cauſaq́; mens exiſtit mũdi, ac uelut princip
exemplar, mundi inquam huius, uelut imaginis per exemplar
ris, eodemq́; modo inde perpetuo ſubſiſtentis. Eſt autem mo
Ipſa mens entisq́; natura mundus eſt & uerus, & primus, à ſeipſo
neq́; conditione ulla diuidua debilis, neq́; ob defectum ullum
bus indigens: quippe cum nulla pars ſit à toto ſecreta: ſed
totaq́; mens in uno uiuens ſimulq́; intelligens, etiam partem
& omne ſibimet amicum, ubi aliud non eſt ab alio ſegregatum,
ſolitarium, uel à cæteris deſtitutum: quo fit, ut alterum nõ
etiam ſi ſit contrarium. Cum uero ubiq́; ſit, perfectumq́; ubiq́;
manet, nec mutationem ullam prorſus admittit: neq́; enim ali
aliud, nam cuius gratia in aliud agat, cum nihil deſit omnino?
tio illic faciat rationem, uel intellectus alium intellectum
per ſe poſſit aliquid facere? At uero ita non omnino ſe bene
ſed eatenus tentaret facere, moueretur q́; quatenus in ſe nõ
ſet. Omnino uero beatis ſatis eſt conſiſtere in ſeipſis, idq́; quo
taxat exiſtere. At negotiari non ſatis eſt tutum, ſed negotian
gredi à ſeipſis. Vſqueadeo uero beatum eſt illud mundi huius
ut non faciendo maxima faciat, penes'que ſeipſum permanend
perficiat.

*Quomodo mundus hic à ſuperno fiat, atque degeneret.*

QVO autem modo hic mũdus procedit ex illo? Profecto ſicut ex ſemine
ciore, multiplex vbique naturaliter pullulat germen, illius quidem
euadit progreſſio plurima. Virtus illius ingens in hoc ſit ampla
vegetus hic tranſit in motum, & in tempus æternitas. Ex diſtantia igitur
tus diſcordia ſurgit, ex diuiſione vero accidit indigentia, ex vtriſque
impetus. Cum enim tota natura ſit à bono, ideoq́ nulla eius intentio ſit ad
nũm, nimirum res naturales non odio inter ſe agunt vt deſtruant
amore ſui, vt ſe aliunde ſeruent atque reficiant. Cum vero natura in vnoq
ma, tanquàm fœcundiſſima per ſe faciat in eo genere quæ ſequuntur,
vitaq́ prima nullo præter eſſentialem vitam adminiculo indiget, quo
ret atque vitas, ſed eo ipſo proprie quo ipſa eſt viuitq́, cætera illinc
tam. Quod ſi per intelligẽtiam quoque & voluntatem dicatur efficere,
adiungitur, nam intelligentia & voluntas illic eſt ipſa natura: quatenus
ceſſitate facit: quatenus vero natura illic intelligentia eſt, facit & volunta
naturam voluntariam, & per voluntatem naturalem agat, nimirũ
indiget ad agendum. Proinde ſi illic eſſentiam & intelligentiam ratione
tia videbis materiam huius mundi profluere, & ab intelligentia form
lic cogitatur ordine quodam intelligentiam antecedere: ita & hic
dere formam. Sed enim antequàm intelligentia illa formam præbeat

quemadmodum illic intellectus & ratio, ſed [illegible]
ticeps. Quapropter indiguit conſonantia, [illegible]
tateq; concurrente, & hac quidem ad id quod [illegible]
tionemq; rationis deflectente, quippe cum ipſa careat ratio[illegible]
tem neceſſitati interim dominante. Intelligibilis enim [illegible]
tio eſt, neq; fieri poteſt alter talis, ut ſit ratio ſolum. Quod [illegible]
ipſum factũ eſt, oportuit minus illo euadere, neq; amplius [illegible]
ſus quandã duntaxat materiã, alioqui ordine caruiſſet. Prod[illegible]
profecto illa in quæ mũdus deſinit materia eſt & ratio [illegible]
ditur & regitur, anima eſt mixto præfecta, quam quidẽ laborare [illegible]
dum: quippe cum ipſa uelut præſentia gubernet facillime [illegible]

*Quatuor poſt bonum mundi, intellectualis, animalis, ſeminarius, ſenſibilis, & [illegible] iudicium.*

SI quid in mũdo cõſiderando te offenderit, noli deũ incuſare, quaſi de[illegible]
ne non bene conſultauerit & elegerit: non enim conſilio indiget, ſed [illegible]
natura. Neq; naturã rurſus accuſes in primo rerũ principio, eſt enim [illegible]
nitate opus proxime facit ſimpliciter optimũ, intellectualem videlicet [illegible]
dem propoſito primo: ſi enim bonitate facit, facit & voluntate; [illegible]
cum bonitate voluntas. Vult ergo intelligibilẽ mundũ prima (vt ita di[illegible])
malẽ vero mundũ qui deinceps ex intelligibili ſequitur, neceſſitate [illegible]
tate (vt ita dixerim) conſequẽtiæ: non enim latet ipſum ex opere primo [illegible]
rurſum reprobat, ſed non probat vt primũ: ſimiliter intellectualis ille [illegible]
natura generat animalẽ. Cũ vero natura eius intelligẽtia ſit, & intelligen[illegible]
natura facit & volũtate, prima inquam animalẽ mundũ, conſequẽter [illegible]
tura mundũ, quẽ nouit ad animalẽ neceſſario ſequi. Eadem ratione [illegible]
ctualis anima, naturali quadã intelligẽtia & voluntate vitã generat, [illegible]
dum. ſ. ſeminariũ, veſtigiũ vltimũ diuinorũ. Neceſſitate vero conſequ[illegible]
lem ad ſeminariũ conſequentem: conſequentẽ inquã ex ſeminario vitæ ad [illegible]
ipſa dũtaxat vita, non autẽ intelligẽtia vel volũtate qua caret. Ita enim [illegible]
anima intellectualis, & intellectus primus agit intelligẽdo: atq; viciſſim [illegible]
ctus intelligẽdo facit, & more naturæ ſicut natura viuẽdo generat [illegible]
bricat. Tu itaq; noli ex mũdo ſenſibili mirabilẽ ipſius boni, vel intellectus [illegible]
animalis dignitatẽ prorſus æſtimare atq; perpẽdere, ſed ex ſenſibili cõiecta [illegible]
tem, ex hoc naturã animæ, ex anima excellentiã mentis, ex mente [illegible]
mundo ſenſibili contẽplando, ne in partes figas intuitũ, ſed conſpice [illegible]
referas, ſed partes ad totũ. Neque opus hoc exigas ſimpliciter optimũ, ſed [illegible]
capit gradus, mundiq; iam quarti natura poſt bonũ. Notabis interea [illegible]
quandoquidẽ ſunt in infimo globo mũdi multa viuentiũ genera, eſſe [illegible]
ta per totum pro dignitate & amplitudine ſpatij virtute magnitudine [illegible]
ma deos nominat, ſequentia dæmones, tertia particulares animas, [illegible]
mones: & vbi ponit populos dæmonũ, oſtendit per totũ ſuper [illegible]
monũ diſtributos, habereq; duces ſuos qui ſtellas ſequãtur [illegible]
ſupra nos vbiq; ſequũtur motu proprio ſtellarũ motus, [illegible]
& ſtellas pro viribus, magnitudine, figura, modoq; agendi & [illegible]
imaginationẽ ſequentium efficacẽ. Notabis inſuper [illegible]
no pẽdere, quandoquidẽ omnia bonũ appetunt. [illegible]
pliciter mentẽ, vbi dicit intellectualem naturã [illegible] habere [illegible]
quoslibet rerum gradus fatemur eſſe vitæ participes, qui [illegible]
Mundum vero à deo fieri non per conſilium ſed naturã, [illegible]
Artes quidem inſtrumentis indigent, quoniam [illegible]
omnino, & extra laborant: potentiæ vero naturales quoniam & per [illegible]
ipſo tantum ſuo eſſe agunt quicquid agunt. Sic omnes, [illegible]
trit, auget, generat, ſpirat, ſentit, & reliqua, ipſa quoque [illegible]
ſui actu varijs ſtatim corpus qualitatibus afficit atque motibus. [illegible]
logi) dæmones imaginationibus ſuis abſque alio inſtrumento vel [illegible]

[illegible] prout volunt, efficacissimos inde radios emittentes, ac ſæpe indiuiſibiles imagina[illegible] formas extra mirabiles oſtendentes, eis qui talia inſpicere valeant. Multo magis [illegible] ex ipſo eſſe, id eſt ipſo intelligere ſubſtantiam exhibet vniuerſo. Indiuiduus vide [illegible] diuiduo: cui enim mirum ex incorporeo corporeum propagari? Siquidem ex [illegible] vaſtum pullulat animal, tot, tantis, tam diuerſis inter ſe membris inde [illegible] & in ſemine paruo ratio ipſa ſeminalis nõ eſt parua, dum efficit magna, [illegible] magna, dum tota in qualibet ſeminis particula viget, ſed ratio quidem ſeminalis [illegible] indiget: ratio vero diuina nullo indiget, ſed fabricat omnia; dumq; in natura [illegible] omnia producit & mouet. Hucuſque Porphyrius.

*[illegible] corporeus procedit ab intelligentia diuina modo naturæ, & quàm optimus fieri poteſt, [illegible]*

CAP. IIII.

[illegible]Eq; poteſt quiſpiam huic mundo quaſi non pulchro iure detrahere, uel quaſi non optimus ſit omnium, quæ eſſe cum corpore poſſint. Neq; rurſus cauſam per quam mundus eſt, incuſare. Primo quidem cum ex neceſſitate ſit mundus, neq; rationis conſilio [illegible] ctus, ſed à natura præſtantiore ſecundum naturam opus ſibi [illegible] rante. Deinde neq; etiam ſi conſilium in cauſa fuerit, mũdus de[illegible]. Ille nanq; totum quiddam fecit pulchrum prorſus atq; ſuf[illegible] amicum. Præterea partibus ſuis tum maioribus, tum mi[illegible] conueniens. Quiſquis igitur in partibus uituperat totum, ſtul[illegible] ſiquidem tum partes ad ipſum totum comparando decet conſi[illegible] conſonent accommodenturq; toti, tum ipſum totum conſiderando [illegible] nas quaſq; particulas nequaquam decet aſpicere, alioqui id nõ fo[illegible] uituperantis, ſed quaſdam mundi partes ab aliis ſeorſum [illegible]. Quemadmodum ſi quis totius animalis pilum ſolum uel digi[illegible] pedis intueatur, negligens mirum totius hominis ſpectaculũ cõ[illegible] per Iouem perinde ac ſi quis omiſſis omnino cæteris animanti[illegible] ſpectatiſſimum: uel genere quodam toto dimiſſo uelut humano [illegible] adducat in medium. Quoniam uero quod factum eſt, mundus [illegible], ſi mentis aures ad hunc conuertere libeat, forſan audies ita [illegible] Me procul dubio fecit deus, atq; ego inde factus ſum, perfectus ex [illegible] animalibus conſtitutus, mihi ipſi ſufficiens, mihi penitus ſatiſ[illegible] indigus: Quoniam omnia ſunt in me animalia ſimul atque planta[illegible] torum natura generabilium: dii quàmplurimi, dæmonum populi [illegible], exercitus animorum, homines uirtute felices: neque enim [illegible] ornata quidem eſt plantis omnibus & omnigenis animantibus, [illegible] tantum uſque ad mare poteſtas animæ ſe diffudit. Aer autem [illegible] ether, totumque cælum anima uitaq; caret. Verum animæ illic [illegible] omnes bonæ, uitam ſtellis ſuppeditantes, reuolutioniq; cæleſti ordi[illegible] ſimul atque ſempiternæ. Adde & ad imitationem mentis in circu[illegible] agitatæ, ſapienter circa idem ſemper, nihil enim quærit extrinſecus. [illegible] quæcunq; in me ſunt appetunt quidem omnia bonum, ſingula [illegible] facultate propria conſequuntur. Dependet enim totum ab illo [illegible] tota quin etiam anima mea. Præterea dii qui in partibus meis regnãt [illegible] ſimul & plãtę. Deniq; ſi quid etiã eſſe in me uidetur

in ani-

ideſt cæleſtium animarum. Denique ſi cæleſte inſuper corpus quaſi deponant, non tam cum cæleſti anima, quàm cum ipſa animarum idea, quam omnem appellat animam, vitam agere. Appellat hic Plotinus vitam prorſus immobilem, ſcilicet omnem intellectualem vitam, ſiue mentis primæ, ſiue ſequentium. Vitam vero mobilem communiter animales effectus, ſiue in diſcurſione rationali imaginariaque, ſiue in genitali miniſterio poſitos. Proprie vero vim genitalem hic vitam nominat mobilem, quæ ex ipſa ſuperioris vitæ conſiſtentia ita iugiter effluat, tanquam [illegible] ſpiraculum, ſicut ex anima hic noſtra motus impulſu vitalis. Genitalem eiuſmodi facultatem ex anima mundi primum, & ex animabus ſimul ſphærarum omnium mundanarum infuſam materiæ, eique dominantem, appellat rationem mundanam caducorum animalium genitricem. Quorum quidem animalium formas ait in ſuperiori cœlo, i. intellectuali conſiſtere. Vnde per ſeminariam rationem ita venerint in materiam, ſicut pleri que dicunt rerum terrenarum formas, è formis cæleſtibus per lumina inde huc emicantia proficiſci. Nam neque formas ex hac informi materia, neque ordinem ex inordinato caſu, neque ſtabilem tenorem ex natura prorſus inſtabili prouenire putandum. Sed vt redeamus ad ordinem vniuerſi, cui tanquam [illegible] quicquid quomodolibet conſonat, bonum eſt iudicandum, talis ordo requirit, vt animæ particulares, ac per ſe mobiles, tanquam in motione liberæ, & tanquam non ſolum intelligentiæ, verum [illegible] generationi cognatæ alterne poſſint eligere tum intelligibile, tum ſenſibile bonum [illegible] hæc ipſa alterna electio bona eſt vniuerſo, in quo ita explentur vtraque miniſteria ſimul, & opera proueniunt naturalia, dum animæ ſenſibile bonum intelligibili eligendo præponunt. Vbi anima quicquid eligit, eligit ratione boni, & ſi minus bonum maiori præferre [illegible] malum, vniuerſo tamen eſt bonum, præſertim quia ſtatim electioni eiuſmodi [illegible] conſentaneum: vt quæ ad deteriora vergit, afficiatur quoque deterius, deterioremque ſubeat vitam. Qui ſane ſtatus ideo cenſetur bonum, quoniam iuſtitiæ naturalis ordini conſonat [illegible] & animæ bonum quatenus animi delinquentis anguſtia ad pœnitentiam quandoque [illegible] adducit. Sic igitur diuinæ prouidentiæ bonitas malum ſubito naſcens transfert [illegible] idque tum in corporum, tum in animorum motionibus mirabiliter efficit. Con[illegible] hac aqua fieri aerem, vel ex hoc aere aquam. Poſtquam vero vel aquæ illius materia [illegible] leuitatem, vel aeris materia grauitatem, non contingit fortuito, vel illam materiam [illegible] locum aſcendere, vel hanc ad aquæ deſcendere ſitum: ſed forma iam inſita natu[illegible] neceſſario loca congruentia petunt lege naturæ legeque diuina, quam naturæ lex perpetuo [illegible]. Similiter animas proprij arbitrij facultate contingit ad talia primum, vel talia [illegible] deinde frequentius ad eadem inclinari, demum facto iam habitu, ad illa ferunt quaſi [illegible] naturali ſimul atque diuina, talemque ita vitam, aut talem denique ſortiuntur. Qui vero [illegible] legem, non quaſi conſultando ex tranſgreſſione legis & ordinis, adductus eſt ad ſanciendam legem & ordinem ſtatuendum, ſicut homines plerunque ſolent. Ante enim ipſam primam [illegible] legem, quæ & primus ordo eſt, nulla eſt tranſgreſſio legis, neque poteſt ordo primus ex [illegible] ordinis procreari, ea. ſ. conditione, qua conditores apud nos legum, ex legis natu[illegible] tranſgreſſione admonentur ad leges populis conſcribendas: ſed ipſa eſſentialis forma [illegible] lex eſt, cum deinde naturę lex eſt, atque omnium ordo. Quicquid igitur ob impotentiam [illegible] hoc ordine deficit, ſtatim eodem ordine in malum cadit à bono, in malum in[illegible] bonum, quatenus ita demum & illuc cadit, ſicut & quo totius ordo re[illegible] malum vero cuiuſque proprium non eſſe aliud quàm defectum eiuſmodi. Ita Proclus [illegible] (vt arbitror) ſecutus Areopagitam explicat. Malum neque eſt in rebus intelle[illegible] proximæ ſunt ipſi bono: neque in animabus corporibusque vniuerſalibus, vni[illegible] forma & autoritas eſt propria bono. Reliquum eſt igitur, vt malum in particularibus [illegible] animabus atque corporibus, neque tamen in horum eſſentijs ex deo natis, neque rurſus in [illegible] naturalibus horum viribus: nam ex deo quoque dependent. Horum igitur actionibus [illegible] accidit malum, ſed quantum ſpectat ad animas, non in actionibus quidem earum [illegible], omnes enim appetunt bonum. Neque rurſum in actionibus earum ratione carentibus [illegible] hæ namque natura feruntur, ſed in quadam earum inter ſe incongruitate, quam [illegible] i. incommenſurationem vocant. Quantum deinde ſpectat ad corpora, malum non [illegible] vale enim materiæ dominari: neque iterum in materia, nam appetit exornari, ſed [illegible] ad formam ineptitudine. Vnde concludit, malum omne præter ſubſiſtentiam [illegible] quid denique ſic ſubito ſurrepens, ſub boni conditione diuinitus colorari. Exiſtente [illegible] generatione neceſſario id quoque ſubeſſe, ad mundanam conducens perfectionem [illegible] omnia ſuperante, bonique volente in bonum mirifice conformari. [illegible] deſtructione quaſi mala, vtitur ad aliorum conſtructionem quaſi bonam & perfectionem [illegible] optimam, multo magis defectu quodam animæ vti mirabiliter ad perfectionem [illegible]

tur uel interiori uitio, uel propter aliud quiddam ab alio accidens. Multa quoq; ab aliis patitur, aliis quidem nolentibus, alioq; tendentibus. Animalia uero quæ per ſeipſa ſpontaneum habent motum, tum quidem tendunt ad meliora, tum uero ad deteriora labuntur. Quærere autem ab ipſomet inclinationem lapſum'ue ad deteriora forte non decet: exiguum nanque ad habendum momentum ab initio datum, eadem'que uia procedens erratum & plus & maius aſſidue reddit. Adeſt quinetiam corpus, atque ex neceſſitate concupiſcentia ineſt. Præterea quod primo ſubito'que occurrit, neque ſtatim animaduertitur atque deprehenditur, electionem quoq; ad illud efficit, in quod quis primo fuerit inclinatus. Sequitur tamen ſub diuino iudicio pœna: neque iniuſtum eſt, animum qui talis eſt factus, affectioni ſuæ conſentanea pati: neque requirendum eſt eos fore felices, qui nihil dignum felicitate fecerunt. Boni autem ſoli felices ſunt: nam ob idipſum ſunt & dii beati.

*Conſirmat eadem. Vbi nota gradus ad felicitatem, & Syneſii ſententiam de prouidentia.* Cap. V.

INtellectibus quidem tanquam ſtabilibus, ipſiq; bono propinquis, cōuenit ut ſint felices: animabus autem tanquam mobilibus remotioribusq; competit, ut felices efficiantur, ſed quia per ſe mobiles, ut ſua opera tales fiant. At vero animabus communioribus beatitudo breui quadam opera comparatur: animabus autem particularibus operoſa felicitas obtigit, ipſæ quidem ſe beatas, ſed longo tempore laboreq; reddunt: cumq; omnes quandoque id aſſequi poſſint, de conditione noſtra nefas eſt conqueri. Neque rurſum licet de prouidētia diuina [illegible] aduerſa diffidere. Audi Syneſium Platonicum hac de re diuine loquentem. Aduerſa etiam, quæ præter merita nobis uidentur accidere, plurimum conferunt ad noxium [illegible] quo caducis afficimur extirpandum. Fortunis certe eiuſmodi apud eos qui mentē habent, prouidentia confirmatur, quibus & qui mente capti ſunt, diffidere de prouidētia ſolent: nullus enim relinquitur animæ locus quo materiam fugiat, ſic in patriam reuerſura, ſi in [illegible] hic malum inciderit. Quapropter exiſtimandum eſt inferioris prouinciæ præſides, [illegible] adinueniſſe proſperitates, tanquam animabus inſidiaturas. Itaque hinc emigrāti [illegible] obliuioſum contingere potum, alius dixerit: ingredienti certe hanc uitam animæ potum obliuionis affert, ſors quædam uitæ ſuauis & blanda. Hæc ille. Proinde neceſſe eſt ordine rerum ſic currente pleriſque non aliter aduerſa contingere, quàm in concentu aliquid quodammodo diſſonare: ſed quemadmodum quod in concētu ſecundum partē diſſonare uidetur, interea toti conſonat. Sic penitus & in ordine mūdi, in quo præter cætera quæ [illegible] aduerſitas, ſiue in corpore, ſiue in fortuna, bonis quidem exercitatio eſt atque profectus, malis vero punitio atque purgatio: quinetiam ipſa prauitas cæteris confert ordini, quandoquidem non ſolum ordinate punitur, verumetiam iuſtitiæ materiam præbet, & uariis exēplis, ut [illegible] grauiter tandem miſeria premitur, tum cæteros deterret à uitiis, tum comparatione [illegible] quanta ſit in uirtute felicitas. Porrò hæc animaduerte mala, nec ullam in ſuperna mundi rectoribus ideam habere, nec ex ulla illorum intentione procedere, ſed ex longiſſimo [illegible] bonorum contingere tandem ubi deficit bonum. Quamuis autem hæc ita quaſi forte contingant, erat tamen ab initio in rectorum intentione, & in naturæ uirtute quomodo [illegible] contingentibus bene uti, ac paſſim informia reformare.

*Confirmat eadem, docens nullum poſſe de prouidentia conqueri, & unde ſit malum.*

CAPVT V.

SI igitur animis quoq; hoc in mundo datur facultas ad beatitudinem conſequendam, non licet de hac regione conqueri, quòd aliqui non ſint felices, ſed eorum imbecillitatem potius criminari, quòd ſtrenue certare non ualeant, ubi uirtutis præmia propoſita ſunt. Quis enim iuſte conqueratur eos, qui nondum facti ſunt diuini, [illegible] non habere diuinam? Proinde paupertas & morbus, bonis quidē uiris momenti nihil habent, malis uero utilia ſunt. Quinetiam neceſſe interdum eſt ægrotare, cum corpora habeamus. Nec utilia hæc ſunt omnino ad or-

dinem ipſum communem ac plenitudinem uniuerſi: nempè quemadmodū corruptis quibuſdam ratio ipſa mundi rerum artifex ad aliorum utitur genituram. Nihil enim uſquàm effugere poteſt, quin ab hac ipſa comprehendatur, ſic & deprauato corpore, & anima paſſionibus eiuſmodi languida, quæ morbis prauitateq; occupata fuerunt, mox ſub alia ſerie & ordine comprehenduntur. Et alia quidem ipſis conferunt patientibus, ſicut paupertas atq; morbus. Prauitas autem utile quiddam affert ad uniuerſum, facta uidelicet iuris ipſius exemplū, multaq; ex ſe utilia pariens. Reddit enim animos uigilantes, efficitq; ut diligenter excogitent, qua uia potiſſimū à præcipitio prauitatis ualeant declinare. Facit rurſus, ut quantum bonum uirtus ſit, comparatione malorum uitioſos animos affligentium cognoſcamus. Neque propter hæc facta ſunt mala, ſed dictum eſt ipſam mundi artificem rationē malis poſtquàm facta ſunt, opportune admodum uti ſolere. Id autem maxime poteſtatis eſt, malis etiam bene uti ualere: poſſe quinetiam rebus quæ informes iam factæ ſunt, uti ad formas alias generandas: omnino uero malum exiſtimare debemus boni defectum. Neceſſe eſt autem hic boni defectum accidere, quoniam eſt in alio. Ipſum itaque aliud, in quo bonum eſt, cum diuerſum ſit à bono, infert boni defectum: id nanque non erat bonum. Quapropter ut Plato inquit, impoſſibile eſt mala penitus extirpari, quoniam & alia aliis inferiora ſunt ad ipſam boni naturam, & alia diuerſa ſunt à bono, ſubſiſtentiæ ſuæ cauſam inde ſortita, taliaq; euaſerunt, propterea quòd à bono remotiſſima prouenere.

*Confirmat eadem, mouet dubia.* Cap. VI.

QVoniam pro natura ſuſcipientis vnumquodque recipitur, conſtat bonis quæcunque contingunt bona tandem euadere, malis vero mala: item cum & homo ſit ipſe animus, ac totum animi bonum in virtute conſiſtat, totum vero malum in prauitate, conſequens eſt, vt homini per virtutem abſolutam beato, ſequentia extra animum commoda vel incommoda, nihil ipſius bono addant aliquando aut demant. Similiter & homini, id eſt animo per vitium confirmatum miſero, ſequentia nihil boni afferant, & mali nihil auferant. Decens tamen pleriſque videbitur, bonis quidem contingere proſpera, malis aduerſa: vt ſaltem præclara bonorum augeantur opera, malorum vero publica ſcelera comprimantur. Sed antequàm ad hæc reſpondeatur, conſiderabis vniuerſum vſque ad minima quæque ſic ab intelligentia dependere, vt intellectualis prouidentiæ virtus & actio vſque ad minima ſe diffundat, nihilq; relinquat non ordinatum.

*Confirmat eadem, & mouet dubia.* CAP. VI.

AD id uero quod uidetur præter dignitatē ſæpe contingere, quando uel boni mala, uel mali bona reportant, recte utique reſpondebitur, nihil uel bono malum accidere, uel malo contingere bonum. Cæterum quæri poteſt, cur nam multa præter naturam bono homini accidant, multa uero naturæ conſentanea prauo contingant. Qua enim ratione recta diſtributio hæc eſſe poteſt? Verum ſi quod ſecundum naturam eſt, neque felicitatis quicquàm addit bonis; neque mali quicquàm demit prauis, atque quod præter naturam non demit quicquàm bonis, Quid nam intereſt, ſic ne, aut ſic potius ſe habere, quemadmodum neque ſi malus quidem pulchro ſit corpore, bonus uero deformi. Verum enim decorum atque conſentaneum, & quod pro dignitate dici poteſt, modo illo

potiſſime fieret, quod nunc minime fit. Optimæ uero prouidentię erat ita inſtituiſſe. Præterea malos quidem eſſe dominos principesq; ciuitatum, probos autem ſeruos minime decuit, neque etiam ſi hæc uel bono uel malo nihil addant, profecto princeps iniquus iniuſtiſſima patrat facinora. Quid uero quod ſcelesti in prælio ſuperant, aduerſusq; captiuos turpiſſima quæque committunt. Hæc omnia dubitare compellunt qua ratione regnante prouidentia fiant, & ſi ad ipſum totum ſpectare debet quiſquis eſt aliquid effecturus, Veruntamen partes quoque quod eis expediat aſſequi debent: præſertim ubi animatæ ſunt, uitamq; habent, præcipue ſi rationem. Deniq; probabile eſt prouidentiam ſe per cuncta porrigere, idq; eius officium eſſe, ut nihil prorſus alicubi negligat. Quamobrem ſi totum hunc mundum ab intellectu dependere concedimus, uirtutemq; mentis ſe per omnia fundere, conandum eſt omnino, quo pacto ſingula hæc bene ſe habeant demonſtrare.

*Dat principia reſpondendi.* Cap. VII.

Noli hoc in mundo qui non primus mundus eſt, ſed quartus, longeq; à primo degenerans, abſolutam pulchritudinē primi mundi deſiderare. Noli rurſum in actionibus animarum rationaliū, quæ tanq̄ ex ſe mobiles actionū ipſæ ſuarum taliū videlicet aut taliū principia ſunt, incuſare deum, tanq̄ talium proprie cauſa ſit actionū. Noli quoq; animas arbitrari ex ipſa natura mundi cōpelli, vt actionē vitāq; talem eligāt aut talē. Cum enim animarum eſſentia ſit natura mundana ſuperior atq; prior, non ex mundo, ſed ex ipſis accidit, vt in mundo viuant, magis'que minus'ue afficiantur ad mundum. Noli denique ab animabus cum naturā corporum iam nimium coeuntibus, ſublimium animarum perfectionem prorſus exigere. Caue ne quia minus ordinatum genus hominum videatur, neges vſque ad homines diuinam prouidentiam prouenire, quam etiam infra hominem ad minima quæque deſcendere decet artificioſiſſima horum omnium diſpoſitio ſimul & motio, quæ non aliter effici poteſt, quàm à ſeminaria vitaliq; ratione diuinæ ſpiraculo mentis: quemadmodum & in animali à ſimili quadam ratione naturæ, non ſuperiora tantum mediaq;, ſed etiam infima membra fiunt atque reguntur.

*Dat principia reſpondendi. Tractat quoq; de conditione huius mundi à primo degenerante, & de libero animarum arbitrio.* CAP. VII.

PRincipio nos latere nō debet, quando pulchritudinē in mixto quærimus, non eſſe omnia exigenda, quæ pulchritudo continet in natura non mixta, neque in rebus ſequentibus primas eſſe quærendas, ſed quandoquidem mundus habet corpus, concedendum ab ipſa natura corporis, uniuerſo nonnihil accidere. Item ab ipſa ratione eatenus expetendum, quatenus mixtum ſuſcipere poteſt, quaſi ſatis ſit effectum, ſi nihil ex his quæ poteſt capere deſit. Quemadmodum ſi quis in terris hominem pulcherrimum contempletur, nec tamen oportere exiſtimet hunc ipſi qui in mente eſt homini eundem fore: ſed ſatis ab autore factum putet, ſi hominem hunc quàmuis in carnibus, neruis, oſſibus ſit, tamen ratione complexus eſt, uſq; adeo ut hæc quoq; pulchra reddiderit, effeceritque ut ratio ſuper materiam ſe diffunderet. His itaque conceſſis deinceps ad quæſita progrediendum. Forte enim in his admirandum prouidentiæ munus, mirabilemq; potentiam mūdi huius artificem inuenire poterimus. Profecto circa illas animarum actiones, quæ in ipſis animabus collocantur, quando agunt deteriora, uelut quando iniquæ animæ alias lædunt, uel quando iniquæ iniquas, niſi forte quiſpiam prouidentiam prauitatis earum cau-

& [illegible]. Homines aũt in medio inferiori q; ſunt: at in ſublimi cœlũ, dii q; cœleſtes & [illegible] plurimũ dii tenẽt, oẽ q; in circuitu cęlũ. Terra uero quaſi centrũ, & uelut una quędã ex ſtellarũ numero. Mirant profecto pleriq; ho[illegible] uincere, propterea q hominẽ in uniuerſo exiſtimãt apprime [illegible], quaſi nihil oĩo ſit ſapiẽtius: ſed reuera homo deorũ brutorumq; eſt medius, & ad utraq; uergit. Itaq; alii quidẽ diis, alii uero brutis ſimiliores eũt, [illegible] inter hęc obtinẽt mediũ. Qui ergo deprauati brutis qualitate propinquãt, rapiũt medios, uimq; illis inferũt: hi uero cogẽtibus ſunt meliores, ab ipſis tñ deterioribus ſuperant. Quatenus ipſi quoq; deteriores ſunt, neq; ſunt boni, neq; ſe ita cõparauerunt, ut pati nõ poſſet. Si ergo pueri quidã exercitauerint quidẽ corpora, aĩas autẽ ob imperitiã deteriores his habeant, ideoq; in palęſtra uincant eos qui neq; corporibus neq; animis exercitati fuerint: rapiũt eorũ cibos, mollibusq; ueſtibus eos expolient. Quid nã uel durũ uel ridiculũ uideri debet? Cũ enim nõ rectũ ſit, ut ipſe quoq; legũ cõditor talia illos pati permittat, meritas pœnas ignauæ delicioſæq; uitæ luctes. Quippe cum gymnaſia illis demonſtrata iã fuerint, ipſi uero per ignauiã & mollitiẽ & incuriam adeo ſuum neglexerint cultum, ut ſeipſos reddiderint ueluti pingues agnos prædamq; luporum. His ergo qui eiuſmodi ſcelera perpetrarũt, primũ imminet pœna, ut lupi ſint, & homines infelices: deinde pręſcriptum eſt, quæ tales pati conueniat. Neq; enim datur hic factos iã malos mori: ſed ad prima ſemper ſequuntur quæcunq; ſecundum rationem ſunt atq; naturam. Deteriora ſcilicet ſequuntur deteriores; meliora ſimiliter meliores. Nec alia quædã palęſtra ſunt, ludus nãq; habetur ibi. Oportuit enim poſtquam adoleuerint pueri, & utriq; cum inſcitia utroſq; iã accingi, armaq; habere, moreſq; pręſtantiores quàm eſſe ſoleant in palæſtra luctantium: nunc autem hi quidem inermes ſunt, armati aũt ſuperant. Vbi profecto nõ oportet deum ipſum pro his qui ſunt imbelles pugnare. Lex enim ait, ſalutẽ nõ potis, ſed fortitudine in bello quærendam. Neq; decet eos qui uouẽt, ſed eos qui colunt terram colligere fructus: neq; ſanos eſſe eos, qui curam ualetudinis negligunt: neq; grauiter ferendum eſt, ſi mali quidam fructus multos accumulent, ſi modo in agricultura ualuerint. Præterea ridiculum eſt, cætera quidem ad uitam pertinentia omnia propria ſententia facere, quamuis non ita (ut placet diis) efficiant: ſalutem uero ſolam à diis exigere: præſertim cũ neq; illa fecerint, per quæ dii homines ſeruari iubent. Quinetiam mors illis eſt melior quàm eiuſmodi uita, qualem ipſæ uniuerſi leges agere nolunt. Contrariis itaque factis, ſi perſeuerante ſtultitia prauitateq; pax diuinitus cuſtodiat, negligẽtiæ accuſari poterit prouidẽtia, quaſi permittat ſuperare deteriores. Dominant uero mali ignauia ſubditorũ; hoc enim iuſtius eſt q̃ illud.

*[illegible] potentia diuina in agendo non prohibet quin cætera inſuper agant præſertim rationalia.* Cap. IX.

[illegible] aliqui, oẽs effectus à quibuſcunq; rebus effici videantur, ſiue inanimatis ſiue animatis [illegible] rationalibus à cauſa prima ſic vſurpari, vt hac duntaxat agente fiant, cæteris [illegible] modo patientibus, nec vlla intercedat rerũ actio propria. Sic ergo ſublatis erũt [illegible] actionibus, inanes erunt virtutes propriæ, vel potius nullæ erũt. Similiter & eſſentia propria [illegible] è medio, ſola reſtabit omnõ [illegible] eſſentia, vel potius erit nulla poſt pri[illegible] [illegible] vilitati & ordinis [illegible] expertes & [illegible] ſolo fiet proxima [illegible] ſic [illegible] poſt [illegible] primi agentis [illegible], nullus inde [illegible] actio nullæ [illegible] [illegible]

 ſed ſo-

ſed ſola paſſio communiſſima & extrema, quæ poſt actum illum ſubito proxima, perinde ac ſi ab immenſa luce vel caliditate nihil lucidum calidumque proueniat, nihil quod illuminando vel calefaciendo ſuam originem imitetur: ſed opus penitus tenebroſum, opus certe dei, nullo modo diuinum: ſed abiectiſſimum penitus erit, ſi ex mancipijs duntaxat patientibus ſegnium coaceruetur: neque recte deus dicetur prima cauſa, primum agens: ſi nullæ poſt ipſum cauſæ fuerint, agentiaque nulla. Et qui actu quodam agit efficaciſſimo, non agent aliquid aut actionem, ſed patiens tantum aget & paſſionem. Denique ſicut nunc vbique per res certas certos eſſe videmus effectus, iam hos ſine rebus à deo paſſim ſtatimque reſultare videbimus, ac ſi ſol abſque elementorum, mixtorum, plantarum, animalium opera omnes horum quandoque abſoluat euentus: præſertim ſi actio primi nullum (vt fertur) exigat ſubiectum, neque idcirco ſit varia, quod in varijs agat. Sed re vera deus naturas rebus dedit, actioneſque inde conſentaneas: & merito, cum ad primum qui eſt ſimpliciter actus, pertineat ſimpliciter agere: reliqua inde tamen habent vt in quodam actu conſiſtant, ſortiuntur etiam vt aliquid agant. Ac dum ab immenſo bono habent, vt ſint pro viribus optima. bonum in alia ſuum operando diffundunt: ſic & ipſum bonum dum communicauit rebus ſimilitudinem ſuam quantum ad hoc vt eſſent, communicauit etiam quantum ad hoc, vt aliorum cauſæ forent. nam & ipſum vt cauſa eſt, dedit, vt eſſent. Procedit autem rei cuiuslibet effectus & ſi non tam proprie, tamen tam prope à deo, ſicut à cauſa propria. Sicut tam propinqua eſt virtus ſolis vuæ ſicut vitis, quamuis non æque ſit propria, neque ſit pars operis à cauſa propria, pars à communi, ſed ab vtraque totum: ſed aliter ab alterutra, ſicut & à principali ſimul atque inſtrumento. Conſideramus igitur in quouis agente eſſentiam & virtutem, ipſamque virtutem à virtute ſuperioris agentis dependere: quatenus inde datur vel etiam conſeruatur, vel admouetur ad opus. Et ſicut effectus ſic pariter ab eſſentia cauſæ inferioris, eiuſque virtute: ſic ab hac ipſa virtute ſimul atque virtute ſuperioris itemque ſuperioris vlterius: & denique virtute primi: a qua ſemper propinquius eſt quatenus ſequens agit ſemper potentia præcedentis. His potiſſimum rationibus affirmamus, poſt agens vnum communiſſimumque eſſe multa: quæ ipſa per ſe inſuper agant, & propria quædam proprijs virtutibus expleant, quatenus videlicet communi agentis primi virtute actioneque ducuntur. Sicut agentia paſſim ſub luna ſua quæque per ſe agunt atque per ſolem. Quod ſi rebus etiam infra hominem munus id eſt tributum, multo magis homini datum eſt, per animam ex ſe mobilem ex ſe aliquid agere, & aliter ſæpius atque aliter quàm ſi trahat ex alto. Et quemadmodum in operibus naturalibus quod cõmunius meliusque reperitur, ex ſuperioribus ſæpe cauſis eſt tributum, quicquid vero magis proprium minus vt bonum, ex cauſis proximis eſt adiunctum: ſic in humanis actionibus & operibus communis actus & efficax atque rectus nobis aduenit ex diuinis. Propria vero ſic aut ſic agendi, deteriorque conditio ex nobis ſoloque cõtingit, non aliter quàm in claudo progreſſionis obliquitas ex curuitate cruris: ſed eundi facultas ex anima. Cum igitur diuina prouidentia nõ auferat rebus naturas actioneſque proprias, quas & ipſa dedit atque conſeruat, ex his autem longo tractu gradatim deficientibus, defectus & malum contingat in opere, merito non tam aufertur à prouidẽtia malum, quàm ſubito transfertur in bonum: ſicut & à muſica non tollitur vox quodammodo diſſona, nec medium ſæpe ſilentium ſed vtrunque conſonantiæ conſummatæ gratiæque perfectæ neceſſarium adhibetur. Proinde ſi non tollit è medio prouidentia malum, merito nõ aufert inde fortunam minus quàm malum contrariam prouidentiæ bonitati. Eo enim ipſo quòd prouidẽtia ſub ſe conſtituit longum ordinem cauſarum, ſuperiores cauſæ ampliori virtute præditæ longius latiusque quàm inferiores agunt. Quouſque vero naturalis virtus extenditur, eouſque duntaxat & intentio naturæ porrigitur: multa igitur in effectibus à primo longe diſtãtibus eueniunt ex virtute, actione, intentione ſuperiorum: ad quæ non extenditur mediarum intentio cauſarum, quandoquidem non eatenus potentia propagatur. Talia itaque cum præter intentionem inferiorum cauſarum fiant, ex intentione tamen ſuperiorum, nimirum his quidem fortuita ſunt, non illis, adeo vt etiam quæ prodigioſa dicuntur, tanquàm præter naturæ particularis intentionem & ordinem contingentia interea ſuperiorum ordinũ propoſitumque ſequuntur. Non tollit igitur prouidentia caſum, ne interea longum perdat ordinem cauſarũ: non tollit malum, ne interim bonorum auferat amplitudinem: imo vero ne variarum dirimat ordinem ſpecierum. Quæ dum proprijs inter ſe differentijs diſtinguuntur, gradibus quoque bonitatis pariter ſeiunguntur: auferet igitur mirabilem variarum copiam ſpecierũ, quiſquis diuerſos gradus auferet bonitatis. Ex longa vero graduum bonitatis productione malum poſtremo ſuboritur, vbi aliquid vel à bono etiam proprio iam deficit, vel deficere poteſt. Si diuinæ prouidentiæ bonitas non tollit malum, ſi eiuſdem ratio non perdit caſum: certe neque libertas eius nobis aufert libertatem: imo ſi prouidentia regit fatum, non vult fato cogi animos ad peccandum, ne ipſa demum ſit cauſa peccatorum. Si quo deus pacto ſit reliqua anti-

piſſurus

[illegible] immensa certe potentia, rerum impellet potentias: vt diuinitus actæ agant vbique diuine. At vero quoniam diuina potestas dum agit omnia suo mō, non prohibet quin agant & ipsa interim, & suo modo agant: certe neque diuina scientia dum proprias rerum naturas consideret, [illegible] re sua proprietate priuabit. Nam & hæc vna cum potestate, quę & existit eadem [illegible] ita causa est, vt proprijs prędite sint naturis. Causa est vt intellectuales, rationales que naturæ ad diuinam similitudinem in agendo se ducant, potius quàm trahantur. Causa est, vt naturæ inferiores dissimilioresq́; deo aliunde quidem potius in agendo ducantur: [illegible] pro sua interim proprietate ducantur, ne sub ordine dei naturarū institutoris res cō[illegible] suas vbiq; trahantur, ne ue perpetua quędā sit violentia, vbi oia sunt mirabiliter [illegible] voluntate disposita, bonumq́; non violente sed naturaliter appetunt. Reuocat au[illegible] animas prouidentia, ingeniosas quidem ad admirandum ornatu & ordine re[illegible] autem ad amandum saltem commoditate mirifica. Omnes tanquam medicus [illegible] curans atque castigans.

*Præter actionem dei cætera etiam agunt præsertim homines, qui interim omnibus modis à proui[illegible] ad deum.* CAP. IX.

NOn oportet autem ita prouidentiam esse, ut nos oīno nihil simus, alioqui si prouidentia ipsa sit oia, ipsaq́; sola, non erit amplius prouidentia. Cuius enim ulterius prouidentia foret? Profecto sola di[illegible] esset. Nūc uero diuinitas quidem est, seq́; confert ad aliud: non tamē ut ipsum aliud auferat, sed accedēs exempli gratia ad hominem, seruat in eo quod est esse hominem. Id autem est seruare prouidentiæ lege uiuentem: quod quidem est agentem quæcunq; lex ei præscribit. Præscribit autem hominibus qui boni facti sint, manere deinceps uitam bonam etiam post obitum constitutam: malos autem contrariam. Nefas autem est existimare eos qui euaserunt mali, seruatoribus alijs custodiri, dum ipsi desides uotis duntaxat cō fidunt. Quamobrem neq; fas est deos uita propria intermissa malis negotia singula dispensare: neq; etiam decet probos uiros aliam agētes uitam humano principio meliorem deterioribus gubernandis incumbere, quandoquidem nec illi aliquando curauerunt, qua uia boni aliorum principes fierent, meditantes qua ratione ipsis id adsit. Sed inuidēt etiam si quis sponte bonus exoriatur, quoniam plures facti iam essent boni, si hos præsides statuissent. Humanum itaq; genus factum animal quidem, non tamen rerum omnium præstantissimum, sed medium obtinens eligensq́; ordinē: simul tamen quo in loco positum est, prouidentiæ beneficio perdi nequaquam dimittitur: sed ad superna reuocatur assidue, omnibus ubique machinis, quibus diuinitas utitur, uirtutem continue reddens potentia præualentem. Quo quidem factum est, ut genus humanum rationalem nunquam amiserit facultatem: imo particeps & si non summopere sapientiæ sit mentisq́; & artis, atque iustitiæ, quam singuli inter se exercent. Atque ubi iniuria nonnullos afficiunt, se iuste id agere opinantur. Esse nanque eos iudicant dignos qui ab ipsis afficiantur iniuria. Homo profecto tam pulchrum opificium est, quàm pulchrum esse potest, atq; ita in mundo constitutus est ut sortem habeat potiorē q̄ [illegible] quæ in terra sunt animalia. Q̄quidē animalia etiā inferiora hoīe terre [illegible] ornamentū prudēs nemo uituperat. Ridiculū nāq; foret, si qs animalium naturæ detraheret, q̄ hominē mordeāt, quasi deceat homines secura [illegible]. Necessarium est aūt hęc etiam esse. Atq; utilitates quæ ab illis prouenire possunt partim per se euidētissimæ sunt, partim uero

si minus

ſelicius fabricat intus. Mouet & intus ſtupidas per ſe plantas & ignauiſſima quæque animalia ſtatutis temporibus miriſq; modis ad ſpeciem propagandam. Inſtruit quoque intus plantarum tum radices ad humorem, tum fructus & folia ad calorem ſagaciter eligẽdum. Grauia quoque & leuia ad rectas lineas geometrice mouet, & abiectiſſima quæque animalia vaticiniis, ſagacitate, artibus naturalibus opportune ad neceſſaria dirigit: rationibus ſæpe humanam ſuperantibus rationem, ducuntur nanque diuinitus: eſt enim hæc ſpiraculum quoddã verbumq; animæ mundi viuaciter rationaliterq; materiam verberans atque figurans: duoſq; habet terminos. Nã & ab intellectuali ſubſtãtia ipſius aïæ pẽdet, & deſinit in materiam: quatenus ergo in materiam deſinit, ratio dicitur ſimpliciter ſeminalis: quatenus autem ex intellectu ſiue animæ proprio, ſiue per hunc ex primo procedit: ratio dicitur intellectualis atque legifera. Rurſum prout ſeminalis eſt corporea facit, prout legifera gradus quoſdã mutationum accõmodat motibus animarum. Sane quantum ſeminalis ſimul eſt atque legifera, totã gradibus ſuis diſponit ordinem vniuerſi. Tot inquam gradibus, quot & ipſa impreſſa prius eſt ab [illegible] intellectuali principio, cuius ipſa quaſi ſigillum eſt, materiam imprimens examuſſim. Hæc vniuerſalis natura eſt, ex cuius intẽtione ſunt multa quæ præter naturæ particularis intentionem ſæpe contingunt: ſic vbi genitalis in quouis animali virtus tanquã maſcula vbiq; [illegible] nititur procreare, velut in ſuo genere perfectiſſimum interim vniuerſalis natura quandoq; vult fœminam, vt ex maſculo atque fœmina animalibus propagatis perfectius ſit vniuerſum. Sic vbi res quælibet ſeipſam ſuaq; duntaxat intendit cõtinuare, vniuerſalis naturæ [illegible] interim ex hac reſoluta aliam deinceps aliamq; componere bono conſulens vniuerſi. [illegible] ſingula ſub qualibet ſpecie ſibimet potius ex natura propria quàm ſpeciei conſulentia [illegible] clam impellit, vt ſpeciei vel magis vel æque ac ſibi proſpiciant, ac diligẽtius ex ſe natis [illegible] ſibi prouideant, vtpote quæ non tam propria qualitate quàm prouidẽtia vniuerſalis [illegible] vbi proprie duntaxat ſpecies naturaliter ex ſpeciebus proprijs naſcerẽ [illegible] equina & aſinina ſpecie muli ſpeciem procreat: ac ne propagatio fiat ex mulis ipſa prohibet, dum natura particularis mulos quoque inſtrumẽtis genitalibus armat. Sic denique [illegible] compoſita quælibet, tum compoſitum Vniuerſum ex diſparibus longeq; diſſimilibus [illegible] ſit refertum, mirabili variarum formarum copia diſtans. Ex quibus omnibus malum [illegible] idest alicubi minus bonũ admittere, ſub maiori gradatim bono vniuerſalis gratia boni.

*[illegible] artifex diſpares in mundo uoluit gradus ad mundi perfectionem.* CAP. XI.

VTrum autem naturalibus quibuſdam neceſſitatibus conſequentibuſq; ita ſingula fiunt & utcunq; fieri poteſt, recte fiunt? Forſan uero non ita, ſed ipſa ratio dominans hæc omnia facit: atque ita uult. Et quæ mala dicuntur, ipſa rationaliter agit nolens æque bona omnia eſſe. Quemadmodum enim artifex nõ oĩa quæ in animali ſunt efficit oculos: ita neq; ratio fecit omnia deos. Verum alia quidẽ eſſe deos ſtatuit, alia uero dæmones ſequenti natura: poſt hæc autẽ homines, animaliaq; deinceps. Neq; id quidem inuidia, ſed ratione intellectualem habente uarietatem. Nos autem ſic affecti ſumus, ſicut imperiti picturæ, qui pictorem damnant quod non ubiq; pulchros æque colores poſuerit. Pictor autem unicuique [illegible] quod eam decebat attribuit: ciuitates quoq; bene inſtitutæ non æqualiter [illegible] omnibus diſponuntur. Præterea quiſnam comœdiam tragœdiamq; uituperet: quod omnes in ea non ſint heroes, ſed interſit & ſeruus, & ruſticus aliquis rudiori uoce pronuntians. Poema tamen non erit pulchrum, ſi quis [illegible] tollat deteriores, quod'ue ex cunctis impletur.

*[illegible] uniuerſalis quia eſt omniformis, uniuerſum facit omniforme: neq; cogit animas.*

Cap. XII.

S[illegible] qui qualitatibus aduentitijs agunt, & qualitates ſimiliter agunt: ſolent tamen [illegible] quodammodo facere: quatenus artificis imaginario imaginariuſq; ſpiritus [illegible] formatur equinam, antequã faciat equũ. Si rurſum naturalia quæ per qualitates [illegible] faciunt quoq; ſeipſa, ſuam foras propagantia formã: ſi cælũ inſuper per [illegible] agentia in elementis agit cælum, cæleſtibus videlicet dotibus

elementalia

elementalia donans. Nimirum & ipſa natura hæc omnia regens, cum non eiuſmodi qualita-tibus agat: ſed ipſa natura in efficiendo mundo efficit ſemetipſam. Facit igitur omniformem, quoniam ipſa eſt vniformis: omniformis inquam ex omniformi intelligentia profecta. Ea vi-delicet conditione, vt formæ rerum in hac ipſa natura lõgius inter ſe diſcrepent, quam in mente, tum quia longius ab vnitate diſcedit: ideoq; neque potis eſt, vt mens inter ſe conciliare ſimul: tum quia cum ſit inferior poteſtate, pluribus formarum plurium ad agẽdum indiget adminicu-lis: tum denique quoniam ſeipſam eſt accõmodatura materiæ, in qua innumerabilia pro innumeris pereuntibus reſtituenda ſunt. Ideoq; & ipſa natura in quamplurima diſtracta eſt ſub intelligentia numerum, multa igitur in materia mundi ex propria potius ipſius [illegible] conditione, quàm ex ipſa mentis proprietate reſultant, in quibus nefas eſt [illegible] quaſi proximum artificẽ incuſare. Notabis rationales animas non cogi ab hac ipſa [illegible] minaria ratione in deteriorem prolabi ſortem: ſiquidem & ipſæ quaſi animæ mundanæ [illegible] legæ partem ſuam, id eſt autoritatem muniusq; in opificio mundano proprium poſſident. Mo-uentur igitur ſurſum deorſumq; cardine proprio non quidem à natura mundi compulſæ, ſed opportune cum ipſa natura potius conſpirante: quæ quidem animabus ita vel ita [illegible] ſeipſas aptantibus, tales & ipſa rite tales ve ſedes ſorteſq; coaptat.

*Ratio ſeminaria mundi omniformis emicat ab omniformi natura intellectuali. Neque cogit ani-mas ſe immergere mundo.* CAP. XII.

SI igitur ipſa ratio ſeipſam materiæ prorſus accommodans hæc omnia fecit, idipſum exiſtẽs quale eſt quiddam ſcilicet diſſimi-libus conſtans partibus, tale quidem exiſtens ex eo quod eſt an-te ipſum: certe id quod factum eſt, ita factum nihil aliud potuit habere ſe pulchrius. Ratio uero ex omnibus ſimilibus penituſq; conformi-bus atq; proximis fieri minime debuit. Atq; hoc quidem mũdo non eſt cul-pandus autor, cum eiuſmodi ratio rerũ artifex quidem ſit omnia, ſed in par-te qualibet differens. Sin autem extra ſeipſam in mundum alia introduxiſſet uelut animas, compuliſſetq; præter earum naturam cum opificio mundano congruere, ac plurimas in deterius, Quanam ratiõe id recte factum fuiſſet? Sed profecto putandum eſt animas quoq; quaſi partes ipſius exiſtere, ratio-nemq; non faciendo deteriores accommodare mundo: ſed ubi conuenit ex-peditq; ipſis pro dignitate diſponere.

*Quo ordine prouidentia puniat, & quomodo agat.* Cap. XIII.

POſt hæc deſcendit ad Platonicam & Pythagoricam Aegyptiamq; ſententiam [illegible] re-rum viciſſitudinem eſſe. Ideoq; delicta quæ prouidentia in vna non punit vita, in alia vi-ta talionis pœna punire. Quo ſenſu Origenes euãgelicum illud accepit: Qui ferit gladio, gladio perit. Sed hoc ille viderit. Talem quoque puniendi conditionem Cabaliſtæ Hebræo-rum doctores comprobant putantes animas hominum ſæpius in hanc vitam [illegible] tum humana reuolui, atque ita curabilia peccata purgari: ſed ter tantum huc poſſe redire. Hæc enim ad probationem ſufficere, & quæ his vicibus purgata fuerit meruerit [illegible] beatiorem fieri quàm ante deſcenſum: quæ verò prorſus abiecerit rationẽ, reſtare ſemper in gradu quo-dam ad rationem inferiore, id eſt in ipſa imaginatione affectuq; brutali: Addunt ne quis [illegible] excuſet peccatum, omnes tunc animas affuiſſe quando deus dedit Moyſi legem. Perpetuam ve-ro periodum non ſatis probant: transformationem enim eiuſmodi vſque ad finem mundi-ni motus poſſe fieri arbitrantur, quem ſequatur æterni ſabbati quies, æternaq; beatitudo bo-norum. Huc Dauidis illud tendere iudicant: Immaculatorum hæreditas in æternum [illegible] in æternum conſeruabuntur. Sed ad Plotinum regrediamur. Quod omnes hominum actio-nes habituſq; obſeruentur à prouidentia, & ordine certo pro meritis diſponantur, confirmat ex eo quod prouidentia multo etiam inferiora nobis, imo & infima quæque diligentiſſime curat, ordinatiſſimeq; diſponit. Si qua enim à ſumma prouidentia negligi debuiſſent, re-cte vtiliſſimeq; debuiſſent. At verò in his non minus admirabile apparet quàm in pretioſiſſimis artificium tum ad neceſſitatem ſpectans, tum etiam ad ornatum: imo etiam [illegible] ar-tificis & diligentia maior, quanto magis materia hæc locuſq; ordini repugnare videtur. Or-dinem vero in vniuerſa mundi materia & actionibus mundanorum conſtitui [illegible] ſtitui à diuinitate iudicat non per conſultationẽ aliquã, qua ordo quæratur: ſed [illegible] eius eſſe.

ſuæ eſſentiam, quæ ipſe ſit ordo. Diuinitatem hic intellige non ſolum intellectum diuinũ, ſed etiam intellectualem mundi animam: atque inſuper intellectuale huius ſeminariumq; ſpiraculum in mundi materiam. Quod autem de rerum viciſſitudine dictum eſt, natura quodammodo monere videtur in vipera: quando filij naſcentes matrem necant, quæ patrem eorum necauerat coeuntem. Hinc forte ſignificatur, quo ſenſu leges antiquę parricidas culeo incluſos cum vipera ſuffocant. Et profecto quemadmodum prouiſum eſt, vt innocuum animalium genus facileq; ab alijs deuorandum, multiplicetur quoque facillime: ſicut genus peſtiferum, difficilius habeat incrementum.

*Omnium rerum uiciſſitudo eſt.* CAP. XIII.

SPernendum pręterea non eſt, quod dici ſolet: nõ decere ſemper ſpectare pręſentia, ſed pręteritos quoq; circuitus atq; futuros. Inde namq; iuſte pro dignitate rependitur, dum commutatio fit ex dominiis in priori uita, in ſeruos in uita ſequẽti: ſi modo improbi fuere domini, & profecto ita mutari his hominibus expedit. Præterea ſi diuitiis abuſi ſunt, in pauperes transferuntur, ubi bonis quidem eſſe pauperes non eſt inutile: item qui iniuſte quempiam occiderunt, iniuſte ſimiliter occidentur. Iniuſti quidem quo ad eum ſpectat qui interficit: iuſte uero quo ad eum pertinet qui necatur. Sane qui patietur ita in idem cõducet unà cum illo qui ad hæc perpetranda fit promptus, quę illum pati decebat. Nemo putet quempiam temerariâ ſorte fieri ſeruũ, neq; caſu quodam fore captiuum, neq; abſq; ratione uiolari corpus. Sed quondam ille perpetrauit aliquando quæ impræſentia patitur. Et qui olim extinxit matrem, in poſterum extinguetur à filio, aliquando natus fœmina. Et qui uitiauerat mulierem, ortus deinde mulier uitiabitur. Hic oraculum illud de Adraſtia, id eſt diuinarum legum ineuitabili poteſtate. Eiuſmodi namq; ordinis inſtitutio proculdubio Adraſtia eſt, ac reuera iudicium & iuſtitia ſapientiaq; miranda. Coniectare licet talem in uniuerſo ſemper ordinem eſſe, ex his quæ quotidie uidentur in mundo. Vbi certe ordo quidam talis per omnia uel minima quæque percurrit: arsq; apparet ubique miranda non in diuinis ſolum, ſed in his etiam quæ facile quis ob exiguitatem ſperni à prouidẽtia iudicarit. Qualis utique eſt in abiectiſſimis quibuſq; beſtiolis artificioſa ſtupendaq; uarietas, quinetiam uſque ad plantarum fructus & folia ars eiuſmodi ſe propagat. Vbi mirari licet quàm pulchræ ſint formæ, quàm facile opportuneq; floreſcãt, quàm ſine labore naturæ uaria ſpecioſaq; pullulent. Neq; ſemel ita facta ſunt, ſtatimq; fieri deſiuere: imò uero ſemper ita fiunt, dum ſuperiora ſecundum hæc non omnino ſimiliter perferũtur. Quæcunq; igitur per uices alias atq; alias traducuntur, non temere permutantur, non caſu figuras alias induunt, imò uero ſicut & mundi decor expetit, & diuinas potentias agere decet. Agit nanque diuinitas omnis ut propria fert natura. Fert autem diuina natura ſecundum ſuam duntaxat eſſentiam. Eſſentia uero eius pulchrum iuſtum'que unà in ſuis actionibus explicat. Niſi enim ibi hæc eſſent, nuſquam eſſe poſſent.

*Artificioſa naturæ opera ſunt à prouidentia modo artis naturæq; agente. Item mentes nõ ſunt propriè huius mundi partes.* Cap. XIIII.

[illegible] non eſt omnis. Quod ſicubi in partibus quibuſdam aliquid quò que aliud ſit, quod quidem non ſit pars, per hoc & illud eſt omne. Nec exigu-[illegible] quilibet ſingulatim quatenus id proprie eſt ſummum ſit uirtutis [illegible] alioqui non ultra pars foret. Non tamen pars dignitate excellentius [illegible] per inuidiam toti detrahit. Totũ nanq; efficit pulchrius, quatenus dignitate magis excellit: talis enim fit, quatenus toti fit ſimilis, & quaſi [illegible] eſſe talis, atq; ita ſimul ordinata, ut & ſecundum hominis locum in [illegible] nihil effulgeat, non aliter q̃ per diuinũ cælum ſtellæ coruſcent. Hinc [illegible] oritur excogitatio, uelut ſi ſtatua quędam ingens atq; pulchra, [illegible] ſiue arte Vulcani ficta, habeat quidem micantes in facie ſtel-[illegible] & in pectore: atq; ita diſpoſitas, ut decorem rite conficiant.

*[illegible] ſeminaria quę natura uniuerſalis eſt, habet in ſe præſignata etiã quę mala dicuntur, & hæc [illegible] conformat. Item omnia mundana ludorum more inania ſunt.* Cap. XV.

R[illegible] atq; interitus rebus inuicem à rebus illatos exiſtimat non ſolum ex [illegible] conditione contingere, ordinem nanq; perpetuum habent: verũ [illegible] ex ipſa naturæ vniuerſalis intentione, ex cuius propoſito eſt gradatim res deficere, [illegible] conſtituit gradus: eſt vel alijs interire, dum ex pręſentibus vult formare [illegible] deinceps quem ſemel nequit rerum numerum conſequatur. Quatuor [illegible] ratione ſeminali, id eſt de vniuerſali natura notabis. Primum quidem hanc gene-[illegible] efficiens eſſe principium. Secundum, hanc eſſe hæc omnia, quatenus ſemi[illegible] omnium. Tertium, ſingula quæ gignuntur per eam fieri ſigillatim, videlicet [illegible] efficacem exemplaremq; virtutem. Quartum vniuerſam naturalium diſpo[illegible] ſoſſitudinemq; eſſe in ea præſcriptam, atque ita foras exprimi quemadmodum [illegible] impreſſa, adeo vt nihil extra prouidentiam relinquatur. Nam & quod con[illegible] opere non eſt ipſi rationi contingens, ſed & præſignatum iam, & mira-[illegible]. Tangit inter hæc opinionem putantium animas omnium animantium [illegible] corporibus ſeparari, neque in animam vniuerſi reſolui: ſed in ſua proprietate [illegible], iterumque ad corpora remigrare: Tangit & opinionem dicentium bru-[illegible], quæ ex anima profluunt vniuerſi, in eandem quoque refluere: omnino vero [illegible] vniuerſo ineſſe vitam, multam inquam, id eſt potentem atque multiplicem ſecundum [illegible] rationalium ſubſtãtias animarum, quæ quidem omnes paſſim vitas corporeas ex ſe propagent, ipſaq; propagine quaſi ludos animalia faciat. Alioqui ſi nulla illinc ani-[illegible], tum materia omnis vita careret, tum vita iam in alio quàm in materia, id eſt in [illegible], quaſi ſterilis videretur & impotens. Rata quidem Plotini ſententia eſt, [illegible] qualiſcunque & vbicunque ſit, à rationali vita qualiſcunque ſit, & quo [illegible] procedere, ſicut imperfectum neceſſario à perfecto dependet. Profecto [illegible] in corpore naturaliter lucido tria cõſideras. Primo [illegible] ipſam, [illegible] [illegible] vero, actum eius in ſe, dum micat. Tertium, actionem, extra ſe procedentem, [illegible] aliquid, vbi illuminare pendet ex micare, hoc ſimiliter ex lucere: ita ſenſualẽ [illegible] ex vita rationali, hãc ex intellectuali pendere. Ratio enim motus quidam [illegible] ſubſtantiæ quaſi luce in ſeipſa conuerſus in ſemetipſam, quaſi ex luce [illegible] quaſi lumen eſt quædã proceſſio foras. Proinde ſicut à corporibus effluunt [illegible] quæ ſunt quaſi corpora: ſic ab animabus quæ efficaciores ſunt q̃ corpora profluunt [illegible] quæ ſunt quaſi animæ, ex quibus ſimul atque accommodatis ſibi [illegible] ſiunt. Et quoniam hæc ludicra ſunt, ideo quicquid ad hæc attinet com-[illegible] nihil plus ad bonum malumve momenti habet, quàm quod affert opi[illegible] atque perturbans.

*[illegible] uniuerſalis intentione ſunt mala neceſſaria totius bono. Ideoq; toti bona. Item in hoc [illegible] [illegible].* CAP. XV.

[illegible]ingula igitur in ſeipſis conſiderata ita ſe habere uidentur. Ho-[illegible] uero complexio tum quæ facta ſunt, tum quæ perpetuo ſi[illegible] dubitationemq; patitur: tum circa mutuũ ani-[illegible] tum [illegible] impetus

aduerſus homines. Item propter perpetuum bellum, quod quidem neque ſedari poteſt neque facile tolerari, præcipue ſi ipſa mundi rationes hæc in ſe haberent effecerit, atque ita bene ſe habere dicantur. Non enim ulterius iis dicentibus illa ratio ſuffragatur, dicens quoad fieri poteſt hæc habere ſe bene, cauſam'que eſſe materiam, ut quæ ſic habent, inferiorem habeant conditione. Neque poſſe mala funditus extirpari, ſiquidem ſic oportuit ſe habere: atque ita bene. Neque accedens materia ſuperat, ſed inducta eſt, ut ita fieret. Imò uero & ipſius materiæ cauſa ratio erat hoc pacto. Principium itaque ratio eſt: Et omnia ratio. Et quæ fiunt, per ipſam fiunt: & quæ in generatione ſimul inter ſe ordinantur, ita penitus ſe habent. Quænam igitur perpetui naturalis'que belli in animalibus & hominibus neceſſitas eſt? Forſan uoragines animalium mutuæ ideo neceſſariæ ſunt, quia fiunt quædam uiciſſitudines animalium: quæ quidem etiam ſi nullus interimat, ſemper manere non poſſunt. Quod ſi quo in tempore oportet obire, tunc obire ſic oportebat, ut aliis quoq; ex ipſis proueniret utilitas, cur nam decuit inuidere? Quid uero, ſi quæ deuorata ſunt, quandoque alia naſcuntur: uelut ſi in ſcena perſona quæ fingitur interfecta, mox figuram mutet, alterius'que perſonam induens regrediatur in ſcenam. At dicerit forte quiſpiam, non uere hunc eſſe mortuum. Verum ſi mori eſt permutare corpus non aliter quàm permutare ueſtem in ſcena, aut ſi mori eſt corpus omnino deponere: quemadmodum in comœdia exitus ex ludo poſtremus, ubi tamen quis in poſterum quandoque ſit rediturus ad ludum, quidnam mali ſecum affert eiuſmodi animalium inuicem commutatio? Quæ profecto multo melior eſt, quàm ſi uel nata ab initio non fuiſſent. Tunc enim uitæ orbitas eſſet, & impotentia quædam uitæ in alio exiſtentis: nunc autem cum multa in uniuerſo ſit uita, omnia facit uariat'que in uita, neque continere ſe poteſt quin pulchra ſemper efficiat animalia quaſi ludicra ualde grata conſpectu. Hominum uero arma uiciſſim illata, cum & mortales ſint, & decenti quodam ordine pugnent eorum more qui in pyrrhichiis armatorum tripudiis ludunt, plane declarant & omnia hominum ſtudia ludos eſſe: & obitum non eſſe durum exiſtimandum. Occumbentes autem in prælio breuiuſculo quodam tempore anticipare mortem in ſenectute futuram, abeundo quidem uelocius, ſed uiciſſim aliàs redituros. Proinde ſi uiuentes fortunis expolientur, facile animaduertere poterunt, eas neque antea quidem fuiſſe ſuas, ipſis'que etiam prædatoribus deridendam fore poſſeſſionem, quandoque ab alio uiciſſim expoliandis. Quinetiam ſi nullus abſtulerit, deteriorem fore poſſeſſionem quàm expoliatis iactura fuiſſet. Quemadmodum uero in theatri ſcenis, ſimiliter & in uita contemplari debemus cædes, obitus, expugnationes urbium, rapinas, & prædas, tanquam omnia tranſmutationes quædam ſint, figurarum'que uices alternæ. Ficti quoque fletus paſſim & ululatus. Etenim in ſingulis uitæ humanæ actibus, non ipſa quæ intus eſt anima, homo'que interius, ſed exterior hominis umbra lamentatur [illegible]

[illegible]

cæteraq; agit omnia in terra uelut ampliori quadam ſcena; in qua quidem multæ animorum umbræ æſtuant, multa'que ſcenarum ædificantur umbracula. Talia itaque ſunt hominis opera, qui ſola inferiora externa'que uiuere nouit, neque animaduertit in ſeriis quoque fletibus quaſi ſe ludere. Soli namque probo ſerio ſtudendum eſt officiis ſtudio dignis. Alius autem homo nihil aliud eſt quàm ludus: illi uero in rebus quoque ludicris ſtudioſe ſerioq; [illegible] ſtudio dignas, & quomodo ſtudendum ſit ignorant, ipſiq; ridi[illegible] quis autem una cum illis ludens talia patiatur, agnoſcat ſe in pue[illegible] incidiſſe deponens qua indutus eſt perſonam. Ac ſi Socrates [illegible] certo Socrate duntaxat externo. Meminiſſe inſuper opor[illegible] faciendum argumentum quòd hæc mala ſint, ex eo quòd in eis [illegible]ctetur. Quoniam pueri quoq; in rebus non malis deflent atq; lamentantur.

*[illegible] ſeminaria mundi, quomodo agat. Item de quatuor gradibus plenitudinis. Item quomodo ratio[illegible] rationi contraria ſint.* Cap. XVI.

S[illegible] quodammodo ſunt uniuerſalis naturaliſq; rationis, uidentur oia [illegible] rationabiliterq; fieri, ideoq; nec aliquid fieri contra naturam, neque pecca[illegible] autem ſoluenda ita conſiderandum, ſicut nocte ex ſole lunaq; ſolari non duo [illegible], ſed unum efficiat lumen ſolare quidem non parum, ſed lunare magis. Et [illegible] ad noſtra deſcendit, iam euadit deterius quàm lunare: ſic ex ipſo intellectu at[illegible] intellectuali iam facta, prodit ratio ſeminalis uniuerſaliſq; natura, iã qui[illegible] deterior, & animalis ſane plus quàm intellectualis exiſtens. Atque in materia [illegible]que degenerans, qua quidem res naturales tanquã lunari lumine coaleſcunt. [illegible] ex animali ſubſtantia pendet eſt uita quædam: quoniam ex intellectuali depẽ[illegible]rente, eſt ratio non diſcurrens. Quoniam eſſentialis ratio eſt, rationaliter agit: per [illegible] uidelicet, etiam ſi quod agit minime ſentiat, tametſi imaginatio eam operis co[illegible] actio eius ex ſe penetrat in materiam motio nuncupatur. Agit uero & mo[illegible] inquam uelut ignis proprie determinatũ aliquid, & impetu toto: ſed ua[illegible] moderamine certo, ad certum finem, & terminum figuramq; & tempus, & ua[illegible], [illegible] inquam primò. Non ſicut ignis, qui uaria quoque facere poſſit per accidens [illegible] atque per aliud. Mouet quoque non loco ſimpliciter ut impellẽs, quod mo[illegible] formando. Mouere autem eius eſt formare, non alterationis tantummodo, ſed [illegible]rationis artiſq; tenore: ibi enim ars eſt ipſa ratio, ibi ratio eſt ipſa natura. Inde [illegible] moueretur, quemadmodum tripudiator ab ipſa tripudiandi arte aio ipſius [illegible] ſi fingatur hæc ars non quæſita quandoque, ſed ita naturaliter inſita, ut ibi [illegible]. Quot ſane modos formasq; in ſe ars ipſa complectitur, tot modis atque figu[illegible] ipſi ſaltantem. Verum uero ratio hæc naturalia mouendo formans, ac [illegible]ando mouens, ſic forma & quaſi qualitas: aut quaſi motio aut actio quædã. Eſt [illegible] utrunque. Eſt enim actus eſſentialem formę poſſidẽs firmitatem, & efficaciam [illegible] quaſi qualitas quædam ſine accidente. Eſt motio ſine tranſitu. Eſt uita, id eſt ſub[illegible] uigor ex anima in materiam, actusq; perennis uiuaciter omnia & rationaliter agẽs: [illegible] plurima, imò & contraria primùm: ipſa enim compluſima ac ferme contra[illegible]tudinem ſiue plenitudinem quadruplicem intelligito: intellectum pu[illegible] intellectum animalem, animam naturalem, naturam materialem. Intellectus quidem pu[illegible] ipſa ſtatim unitate adeo ſibimet euadit unitus, ut ipſe formaliter conſiſtẽs omnia, in [illegible] omnia in ipſo ſui quolibet comprehenduntur. Igitur penes [illegible] ſunt in qualibet non per potentiam ſolum, ſed per actum. Differunt ue[illegible] quoniam per actum alium atque alium & aliter atque aliter, ſiue magis etiam [illegible] uero animalis ſiue animus intellectualis plenitudo quidem eſt & mul[illegible] non [illegible] ideoq; & ſi partes eius cunctæ compre[illegible] non tã actu quàm potentia continentur. Anima naturalis quæ [illegible] ratio per [illegible] natura, eſt inſuper plenitudo multitudoq; tota, ſed [illegible] ab uni[illegible] in ſui quolibet continentur, nec actu unquam neque po-

ſi non aberrant? Item quomodo alia quidem ſecundum naturam, alia uero præter naturam eſſe dicemus? Siquidem quæcunq; fiunt agunturq;, naturali quodam ordine tranſigantur. Et nunquid impietas contra deum ulla eſſe poterit? quippe cum talis ſit qui facit, taleq; quod fit, uelut ſi quis poeta mimum interſerat fabulis poetam ipſum mordentem atque reprobantem. Rurſus ergo quid nam ratio ſit, planius explicemus, probemusq; eam merito eſſe talem: eſt igitur hæc ipſa ratio, Audeamus id eloqui, forte enim ſic aſſequemur. Eſt inquam ratio hæc non ſyncera mens, non mens ipſa, non animæ puræ genus, dependens uero ab hac & quaſi fulgor ex ambobus, mente uidelicet atque anima: ab anima inquam affecta ſecundum mentem. His utiq; generantibus rationem hanc uelut uitam, quæ quietam quandam in ſe habeat rationem. Omnis uero uita eſt actus, uel uita uiliſſima. Actus inquam non quemadmodum agit ignis, ſed ipſius actus etiam ſi nullus adſit ſenſus, motio quædam eſt minime temeraria. Quodcunque uero fit quod præſentem participat rationem, ſubito rationabiliter euadit affectum, id eſt formatur. Quaſi actus qui eſt ſecundum uitam, formare queat, atque ita mouere tanquam formet: quamobrem actus eius artificioſus eſt, ceu ſi quis tripudio moueatur. Tripudiator enim uitæ ſic artificioſæ perſimilis eſt, atque ars mouet ipſum, & ita mouet, propterea quod ipſa uita talis quodammodo ſit. Talia itaque dicta ſint, ut planius cognoſcatur, qualis ſit etiam qualiſcunque uita. Procedens igitur hæc ratio ex una mente unaque uita, ex ambabus ſcilicet plenis, non eſt uel uita una, uel mens quædam una, neque eſt ubique plena, neque tradit ſeipſam quibus impertit totam atque omnem. Cum uero partes in ſe oppoſitas inter ſe habeat, ideoq; indigas, certe belli ſeditioniſq; profert originem. Atque ita eſt una omnis, ſi non ſit unum: facta enim ſibimet per partes hoſtis, ſic unum quiddam eſt & amicum, perinde ac ſi fabulæ tragicæ ſiue comicæ ratio una ſit earum, multa in ſe prælia continens. Fabula quidem ipſa cuncta quæ diſſident, in unam concordem redigit temperantiam, ceu pugnantium diſpoſitionem omnem conficiens. Ibi autem ex una ratione diſtantium diſſidentiumq; pugna deducitur. Quapropter quiſpiam harmoniæ ex pugnantibus reſultanti magis aſſimilabit, perquiretque cur nam in rationibus ipſis repugnantia comprehendantur. Si & hic acutum & graue faciunt ipſæ rationes, conſpirantque in unum, cum harmoniæ rationes ſint in ipſam uidelicet harmoniam, quæ alia eſt ratio maior, cum ipſæ minores ſint & partes, profecto uidemus ſimiliter in uniuerſo contraria, album, nigrum, calidum, frigidum. Item alatum, non alatum: pedatum, non pedatum: rationale, irrationale: ſingula uero animalis unius uniuerſi ſunt partes. Iam uero totum ſi cum ipſo conſentit, partibus paſſim inter ſe pugnantibus, ſecundum rationem tamen totum. Itaque neceſſe eſt hanc quoque rationem unam ex rationibus contrariis unam eſſe, adeo ut oppoſitio talis conſtitutionem ipſi & quaſi eſſentiam afferat. Etenim niſi eſſet multiplex, non eſſet & omnis, non eſſet & ratio. Ratio uero exiſtens, differens eſt

etiam ad ſeipſam, maximaq́; differentia contrarietas eſſe uidetur. Quapropter ſi alterum quiddam omnino eſt, ipſum uero alterum agit aliquid, non tamen alterum minus, ſed magis alterum efficit, ſequitur ut alterum quiddã ad extremum efficiens neceſſario contraria faciat, perfectaq́; erit ratio, ſi modo non ſolum differentia quædam, uerum etiam contraria multa efficiat ſemetipſam.

*Decreſcente à ſuperioribus ad inferiora uirtute ſuppletur numero. Itẽ quomodo humana notata ſunt, ordinanturq́; in prouidentia intellectuali atque naturali.* Cap. XVII.

NAtura plura continet in ſe rerum ſemina, quàm mens ideas. Cum enim naturæ ſeminisq́; virtus ſit debilior, non poteſt in vno ſemine comprehendere, perq́; vnum facere quęcunque idea poſſidet, poteſtq́; vna: ergo per plura ſemina diſtribuitur, ideæ vnicæ vigor virtutisq́; debilitas numero compenſatur. Eadem ratione materia in plures perducitur ſub vnoquoque ſemine formas. Accedit ad mundi huius innumerabilẽ multitudinem dimenſio ſemper diuiſioni ſubiecta, motusq́; ſingula variãs, ac rerum inter ſe cõmixtio multiplex, congeriesq́; virtutũ, munerumq́; ex ſingulis vbique ſuperioribus cauſis neceſſitate prouenienſ. Denique ne rerum mutabilium ſpecies aliquando pereant, ſubſtantijs numerus ſingulorum tum ſucceſſione, tum ſimul vltra permanẽtium multitudinẽ diuinitus augetur. Proinde in tanta rerum turba, ob maximam diſcrepãtiam diſſonantiamq́; alijs alia noxia veniũt, & propter indigentiam ex aliorum deſtructione ſe tueri, ſeruare, recreare conantur. Interea vero aduerſus multitudinẽ diſſenſionẽq́; tantã, prouidentia ſingulis amorẽ, & ad ſeipſa, & ad totum vehementẽ inſerit: quo & ſingula paſſim inſinuata ſingulis inuicẽ vniantur, & denique toti. Poſt hæc dubitatur, vtrum boni mali'ue homines ſint in ipſa rationis vniuerſalis forma præſignati, & quomodo. Reſpondetur autem longo comœdiarum exemplo: Sicut hiſtriones proprias figuras, & voces, & geſtus, & ingenia ſua ſecum afferunt, præter illa quæ mãdat poeta, qui prudẽter ſingulis officia locaq́; cõgrua ꝓ ſingulorũ proprietate diſtribuit: ſic rationales animas, etiã ante corpora hæc ſuis quibuſdã inclinatiõibus tales euadere, ſiue tales. Subinde rationem mundi talia illis accommodare corpora, & quatenus illę perſeuerãt & proſequuntur, tales quoque fortunas, & denique ſedes. Ex hac aũt vtrinque diſparitate, mutuaq́; interim proportionũ congruitate mundũ eſſe pulcherrimũ atq́; iuſtiſſimũ. Totum vero hoc inuentũ ſimiliter habemus ab Origine: ſimiliaq́; de angelis vel nõ labentibus, vel minus magis'ue labentibus feruntur à multis. Tu vero vbi mundana ratio nominatur, intellige ſæpe cum virtute ſeminaria intelligentiam animæ mundanæ coniũctam, à qua ſeminalis aſſidue natura dependet, regiturq́; ad normam. Proprios igitur & antecedentes animorum motus, non in ſeminario, ſed intellectuali potius libro eſſe præſcriptos, neque tamen inde compulſos. Scripti enim ſunt tales vbique, quales & ipſi ſunt, ideſt ex fontibus proprijs oriundi: ſortes item fortunasq́; & ſedes præſciri inde, ſimul atque pro meritis deſtinari. In ſeminario autem exceptis antecedentibus animorum motibus, reliqua quæ rite ſequuntur, eſſe non intellectualiter, ſed naturaliter efficaciterq́; impreſſa. Sicut ergo ſeminarium intellectuali congruit, ſic notionibus quæ ſunt ibi, formulæ in ſeminario efficaces: quo fit vt ſeminarium conſequentia ſemper aptet antecedentibus animorum motibus, quàmuis non ſibi, ſed intelligẽtiæ notis. Sicut in arte potentia motrix exequitur ad vnguem quæ non ipſa quidem, ſed imaginatio nouit. In antecedentibus quidem anima ſemper agit proprie, deus vero communiter: in conſequentibus autem anima viciſſim communiter operatur, proprie vero deus atq́; natura. Oportet autem propriam aliquam ineſſe animis actionem, præter tractum ex vniuerſo pendentem: alioqui ſi nullam haberent propriam actionem, non poſſent de vniuerſi principio, fine, forma, ac de rebus hoc mundo præſtantioribus aſſequi rationem, imò vero & res omnes oportet in ipſo vniuerſi tractu nõnihil proprietatis habere. Sic enim & ipſæ proprias naturas aſſerunt, & principium quod omnia facit, ita potiſſimum efficit ſibi ſimilia, ſi facientia facit, nam ipſe facit effectione. Si igitur actio ipſa omnium eſt origo, probabile eſt, quæ oriuntur inde agentia fore, atque vt habeant in quod agant, fore etiam patientia, fore quoq́; materiam paſſionum præcipuum fundamentum.

*In diuina prouidentia præſcripta ſunt & quæ nos agimus, & quæ ſubinde patimur.*

CVm igitur talis ſit, qualem ipſa omnino in ſe per uniuerſa reddit, multo magis quæ fiunt contraria facit, quo magis iam diſtare coguntur. Sane minus unum eſt ſenſibilis mũdus, quàm ratio ſua: ideoq́;

[illegible] magis eſt multiplex, contrariiſq; refertus. Praeterea uiuendi appetitus eſt in ſingulis uehementior, amorq; in unum rapiens eſt ardentior. Quę uero amant, ſaepe amata corrumpunt boni proprii auiditate, quando uidelicet corruptioni obnoxia ſunt. Amor quinetiam partis erga totum trahit ad ipſum quicquid poteſt. Sic itaque & boni & mali quaſi ab eadem arte cuiuſ[illegible] [illegible] tripudio per contraria perducuntur. Cuius quidem alteram partem bonam, alteram dicemus eſſe malam. Atque ita pulchre ſe habet, [illegible] nulli uidebuntur amplius eſſe mali: forte uero nihil hinc prohi[illegible] eſſe malos, ſed forſan ſequetur ex ſeipſis non fieri malos. For[illegible] malis hinc uenia dabimus, niſi quibus danda ſit uenia, & quibus nō [illegible]: faciat uero ratio, ut talibus quibuſdam non ignoſcatur. [illegible] pars quidem eius alia uir bonus eſt, alia uero malus, plures in co[illegible] malis. Sed certe ita fit quemadmodum in fabula, ubi alia [illegible] hiſtrionibus poeta conſtituit, aliis autem pro eorum natura ut[illegible] enim ipſe facit ut alius uirtute primus ſit in ludo, alius uero ſe[illegible] alius denique tertius: ſed [illegible] ſuas cuique rationes, deinceps [illegible] ordinem unicuique [illegible] accommodatum. Sic itaque unicui[illegible] deſtinatur locus, tum bonum, tum malum maxime decens. [illegible] ſecundum naturam atque rationem ad utrunque progreditur prout [illegible] quem elegerat obtinens. Deinde pronunciat atque agit alius [illegible] uerba operaque prophana, alius uero contraria. Erant enim hi[illegible] ſic affecti, etiam ante ludos inde mores ſuos fabulis inſerent[illegible]. [illegible] ſcenicis quidem hominum actibus poeta ſingulis diſtribuit ratio[illegible] penes ſe, & ex ſeipſis habent, quod recte, quod'ue non recte a[illegible] [illegible] illis ultra uerba poetę. Sed in ueriori poemate, quod [illegible] homines ſecundum partem, naturam habentes effingentem ani[illegible]. Et quemadmodum hiſtriones à poeta ſubornantur acci[illegible] perſonas, ueſtes, croceos amictus, laceros'ue pannos: ſic ſub mun[illegible]dano poeta perſonatus animus fortunas haud temere ſubit. Hę nanque ſe[illegible] rationem ſunt, eas'que opportune ſubiens, fit mundanę tragę[illegible] comoedię concors, ſeq; inſert actibus rationi'que uniuerſę conſen[illegible]. Deinde quaſi pronunciat actiones, & caetera quaecunque animus in [illegible] proprio faceret quaſi aliquam cantilenam. Et quemadmo[illegible] uox atque figura ex ſe quoque pulchra eſt aut turpis, atque uel decus [illegible] adiungere, uel [illegible] uocis immiſcens non facit ut fabula [illegible] atque fuerat, ipſa uero inconcinna uidetur. Poeta uero fabu[illegible] hunc pro dignitate uituperans optimi iudicis officio fun[illegible] maiores promouet dignitates, atque ſi habeat ad [illegible] at alterum ad deteriora ſi poſſit. Eadem profe[illegible] anima ingrediens in hoc uniuerſum mundi poema, ſe'que [illegible] efficiens partem, ſecum'que afferens [illegible]. Item in ipſo introitu annexa ordini reliquo[illegible] [illegible] ſuisque officiis nacta, pro dignitate [illegible] poenas [illegible]

hominum animabus tot ſpecies Timæus ponit, quot ſtellæ ſunt in cælo, ſpecie inter ſe differentes, quibus ordine reſpondeant in ſphæris ſubinde ſuis ſpecies totidem dæmonicarum humanarumq; animarum. Sed hoc intereſſe forſitan arbitrabitur, quòd in ſpecie ſtellæ quauis ſtella ſit vnica: ſed in ſpeciebus ſubſequentium animarum plura ſint in qualibet ſingularia. Plura item in qualibet animarum humanarum ſpecie, quàm in quauis ſpecie dæmonum: ſemper enim deinceps minor virtus maiori quodam numero compenſatur. Cogita in qualibet idea naturam, in cuius virtute ſint mille dotes (vt ita dixerim) vel effectus ad multiplicem vniuerſi ordinem bonitatemq; pertinentes. Speciem præterea ſtellarem velut perfectiſſimã habere in ſe indiuiduum perfectiſſimum, ideoq; totam in ſe capiens ſpeciem & ideam, cunctasq; ſpeciei ideæq; actiones abſoluens. Speciem vero dæmonicam velut minus perfectam, indiuiduum quoque perfectum minus habere, quod quidem nequeat ſolum varias ideæ ſpeciei dotes explere: ideoq; per plura hic indiuidua [illegible]rij ſpeciei & ideæ implentur effectus. In ſpecie tandem humana, plura etiam quàm in dæmonica oportet indiuidua eſſe, per quæ variæ ideæ ſpecieiq; dotes diſtribuãtur: plurimiq; conficiant animi quæ nec vnus nec pauci explere valerent. Eſſe præterea plures humanarum ſpecies animarum Platonicus inde coniectat, quòd tanta eſt in hominibus diſcrepantia, vt alij diuini, alij bruti, alij videantur humani. Neque tanta vel circa animam, vel circa corpus diuerſitas in alia vlla animalium ſpecie reperitur. Neque tutum eſſe Platonici putant, incredibilem animarum diuerſitatem ſolum in diuerſitatem corporum terrenorum referre velut in cauſam: præſertim quoniam qui corporibus ſimillimi ſunt, ſæpe ingenio ſunt & moribus diſſimilimi, ac ſæpe viciſſim. Præterea quòd hic illo aliquanto ingenio ſit velocior aut tardior, iracundior quoque vel mitior, & ſimilia: ad has corporeas qualitates quodammodo referre quis poterit? Quod autẽ alij ſeorſum ad ſcientias artesq; alias natura propenſiores ſint & admodum aptiores, nullus ex corporũ differentijs aſſeuerare valebit: quippe cum artes ſæpe ſcientiæq; eiuſmodi non tam ad corpoream quàm ad incorpoream videantur ſpectare naturam. Mitto mathematicas & phyſicas diſciplinas, & gubernandi prudentiam, mirasq; verſutias artium, in quibus alij ab alijs natura longiſſime diſcrepant. Certe quòd hic natura videatur eſſe Theologus, iſte Propheta, ille miraculorum autor, legumq; conditor æternarum, alij vero nequaquàm, qui non multum ab his corpore differunt, non poteſt cauſam ex corporibus aſſignare: neque proprijs inquã, neque ergo communibus, quæ per propria duntaxat inſtructura noſtros animos videãtur. Quamobrem animas hominum Platonici ſpecie colligent ſubalterna, in qua multæ ſint ſpecies (vt ita loquar) ſpecialiſſimæ, multa quoque ſub ſpecie qualibet indiuidua, adeo vt animæ quædam inter ſe naturaliter ſimillimæ & amiciſſimæ ſint, aliæ vero contra. Omnino vero ſingulæ ſpecies animarum ad congruas ſuorum dæmonum ſpecies, & ad ſimiles ſtellarũ ſpecies rediguntur. Sic ſolares animæ ad ſolares dæmones atque Solem, Venereæ ad Venereos atque Venerem, cæteræq; ſimiliter. Hactenus differentias tractauimus animarum, quas Plotinus hic primas aſſeruit, quæ videlicet ex ipſa primum natura ſunt, vel ſecundum ſpecialem, vel ſecundum ſingularem ſub ſpecie ſua proprietatem. Secundo differre putat ab alijs alias, poſtq̃ motu libero forte etiam ante corpus aliter atq; aliter ſurgere vel inclinari cœperunt: ex quo illud euenit vt eadẽ anima diuerſis temporibus per varias ſui vires operetur & viuat, vt non ſolum euadat alijs, ſed etiam ſibiipſi diſſimilis. Tertio diuerſitatem in animabus ex corporibus putat accidere, primo quidem ex corpore ſpiritali, deinde ſolido. Permultum enim intereſſe ex qua parte mundanæ ſphæræ ſpiritale velamen ſibi familiare ſortitus ſit animus, ſiue cæleſte, ſiue æthereum, ſiue aereum ſortiatur: vbi & referre q̃plurimum ſub quali ſtellarum curſu figuraq; ſuſceperit, multa enim & varia in eiuſmodi corpora ex ſupernis influere, & in animam inde transfluere. Augeri vero eiuſmodi differentiam ex dæmonibus varijs, tunc acceptis ducibus animarum aliter aliterq; ducturis. Neq; parum adhibere momenti ad quaſdam differentias animarum. Hæc demum ſolida corpora, geneſimq;, & tempus, & locum. Quartam denique differentiam animabus accidere vult ex varia educatione, conſuetudine, diſciplina. Totam vero eiuſmodi differentium animarum diſtributionem per inæquales gradus & partes eſſe vult in ipſa intellectuali ratione mundi deſcriptam. Totam quinetiam diſtributionem corporum variorum, & fortunarum, & terminorum congruentem proportione quadam differentijs animorum in ratione ſeminali putat eſſe ſignatam, ſingulaq; hinc in modum opportune ſingulis coaptari. Subdit prouidentiam non poſſe congrua officia, præmia, ſupplicia reddere proprietatibus animorum, niſi has quoque in ſe penitus complectatur. Sicut neque poeta competentes hiſtrionibus ſingulis perſonas & geſtus, niſi naturales & proprias eorum teneat facultates. Vtrobique igitur tam antecedentia quàm cõſequentia partes prouidentiæ ſunt & humanæ ſimiliter & diuinæ. Sed antecedentia præcipue prima, non tam in ſeminario, quàm in exemplari intellectuali, quæ diuinæ prouidentiæ libro

ſunt

ſunt partes: vbi leguntur etiam quæ non omnino efficiuntur inde, ſicut & prouidentia ſolet humana. Conſequenda vero partes ſæpe etiam ſunt in libro prouidentiæ ſeminario, vbi imprimuntur & exprimuntur inde quæ intelligūtur in altero. Adeo vero per antecedentia ſemper riteq; conſequentia ordinata ſunt ſingula, vt quando ex inordinata libidine committitur adulterium, ſtatim tum in libro naturæ ex coitu conſequatur ordinata propagatio prolis, tum in ipſo intelligentiæ libro ex perturbata concupiſcentia, deterioriq; electione deinceps ordine debito conſequatur perturbata adulteri vita, conditioq; deterior. Sic ergo natura pariter intelligentiaq; quæcūque vel male vel ſorte videntur accidere, communi quodam conſenſu ſuis ordinibus implicant. Ita vero animorum iniqui mores & opera mala partes rationis mundanæ dicuntur, ipſamq; rationem cum his malis fertur habere communionem. Non quoniam proprie trahantur hæc inde, ſed quoniam ibi ab alijs facienda notātur, & facta plectuntur: itaque cum prouidentia conſideratur tanquam exemplar omniū atque opifex, peccata quidem ſunt partes eius, prout eſt exemplar, potius q̄ vt opifex. Pœnę vero peccantium vtraq; conditione ſunt partes: vtrum vero mala ibi proprium quantum mala ſunt exemplar habeant, an ex ipſo potius exemplari bonorum dijudicētur, opportunius alibi pertractabitur. Concludeſ iam, prouidentiam non vegetalem ſolum more plantæ, verumetiam intellectualis artis & prudentiæ more, ſed naturalis, vſque ad minima ſe diffundere.

*Differentiæ animarum & confirmatio ſuperiorum.* CAP. XVIII.

ANimæ autem meliores uel deteriores, partim quidem ob alias cauſas, partim uero uelut ab initio non omnes æquales. Et itaque competenti proportione uniuerſę congruūt rationi, ſiquidem & in ratione, & in animarum genere in partes inæquales facta eſt diſtributio. Reputare oportet animo ſecundos ac tertios ordines animarum. Rurſus eandem animam non ſecundum eaſdem ſui partes ſemper agere, ſed & iterum hoc modo dicendum, multa enim explicationis gratia præſens diſputatio poſtulat. Conſiderandum ergo nunquid forſitan non oporteat eos introducere hiſtriones, qui aliud quiddam pronuntient, præter illa quæ poeta conſcripſerat. Quaſi conſcriptio poetæ ex ſeipſa imperfecta ſit, illi uero quod reliquum erat ſuppleant, implentes ipſi locos, quos forte uacuos poeta reliquerat, quaſi mimi futuri ſint non mimi, ſed enim autoris poetæ potius partes ſint, qui præuiderit, quæ mimi pronuntiaturi ſint, ut ita reliqua & deinceps quæ ſequuntur rite connectere ualeat. Cūcta enim quæ deinceps in uniuerſo ſequuntur, & quæ ad mala opera conſequuntur, rationibus rite conſtant, & ſecundum rationem diſpenſantur ubique, uelut quando ex adulterio atque ſtupro per rapinam commiſſo, filii naturali ordine generantur, & interdum forte uiri præſtantiores. Et quando urbibus opera malorum ſubuerſis, ciuitates aliæ excellentiores conſtituuntur. Si ergo abſurda eſt illa introductio ſupplentium animarum, hæ uero & mala & bona faciunt, detrahemus enim rationi bonorum auctoritatem efficiendorum, adimentes illi omnem prorſus communionem, quid nam prohibet? Hiſtrionum quoque geſta partes aſſerere, ſicut fabulæ in comœdia, ſic & ipſius quæ in uniuerſo eſt rationis. Atque hic tum quod honeſte, tum quod turpiter fit includi, adeo ut in ſingulos hiſtriones ſic ab ipſa ratione progreſſio fiat, quo perfectius eſt mundanum hoc artificium, omniaq; ab ipſo, ipſiuſque ratione comprehenduntur. At uero malorum hinc effectus, cuius nam gratia concedetur? Atqui & animæ diuiniores nihil amplius eſſe uidebuntur in uniuerſo, ſed partes erunt rationis omnes.

Atq; uel ipſæ rationes omnes erũt animæ, uel cur nam aliæ quidem rationes erunt animæ, aliæ uero rationes tantum? cum tamen uniuerſa ratio ſit anima quædam.

*Confirmatio primi libri atque ſecundi, quòd deus faciat, intelligat, curet ſingula.* Cap. XIX.

O[illegible]pretium eſt quæ & in hoc & in ſequenti libro de prouidentia tranſigunt, ita [illegible] confirmare. Cum eſſe ubique ſit per formam, & quatenus habetur forma, eatenus habeatur & eſſe, atq; [illegible] merito coniectamus eſſentiam primam, formam [illegible] primam. Formam uero primam oportere putamus ſimpliciſſimam eſſe pariter atque communiſſimam [illegible] omnia ſuperat, & concipit atque parit. Simplicem uero, uniformem, communem [illegible] omniformem ita demũ poſſidet, ſi ſit intellectum [illegible] ad intelligẽtiam pertinet, tum compoſita reſoluere penitus in ſimplicia, tum [illegible] ſub [illegible] comprehendere forma. Prima igitur eſſentia, eſt prima forma [illegible] uero forma, primus eſt intellectus. Quòd ſi eſſentia illic re ipſa & intellectus eſt [illegible] & eſſe atq; intelligere illic eſt ſimiliter idem. Tum uero ſicut eſſentia talis [illegible] in ſuo genere [illegible] ſequentia facit non alio addito, ſed eo tantum ipſo quòd [illegible] lucẽdo illuminat, ignis calefacit ubique calendo: ſic ipſa ſimpliciter eſſentia ſimpliciter eſſendo omnia procreat entia. Ac ſi cauſa eſt, ut omnia eſſe ſimpliciter habeãt, eſt inſuper & [illegible] cauſa, ut omnia eſſe tale habeant atque tale: nam eſſe tale ex ipſo ſimpliciter eſſe [illegible] formalis ipſa communis; [illegible] talium atque talium non ex materia, ſed [illegible] prima omnium forma uniformi ſimul & omniformi procedit. Hæc igitur quatenus [illegible] efficit omnia, eatenus facit intelligendo: ſiquidem penes ipſam intelligere non aliud eſt [illegible] eſſe. Quòd ſi intelligendo facit omnia, nimirum & faciendo intelligit omnia [illegible] nõ ſolum quæ [illegible] omnibus communiſſima, ſed etiam unicuique propria, [illegible] quodque in ſuo eſſe [illegible] perficiat: alioqui confuſe nimium intelligeret [illegible] intelligentiam poſſideret, ac res poſita in potentia, & hæc quidem remota & confuſa [illegible] quàm in actu. Accedit, quòd ſi actio ipſius propria intelligẽtia eſt, tanquam [illegible] ſimul & intima, quouſque agit, eouſque prorſus intelligit, atque econuerſo [illegible] autem in ſingulis etiam atque [illegible] pertingendis, ſiquidem entis primi per ſingula [illegible] certis ordinibus conſequẽtia ampliſſimus eſt influxus, & quæ [illegible] ipſius ubique uirtute mouentur & agunt, aguntur uero ubique non ſpecies [illegible] quæ æternæ ſunt, quæ deus ipſa ſunt, ſed indiuidua. Aut ergo deus nihil extra ſe intelligit atque agit, quod eſt falſum: aut agendo ſingula intelligit eadem, quæ nuſquam fierent, [illegible] intelligerentur à deo, ſicut non fiunt à ſole, niſi quæ proſpiciuntur à ſole. Intelligit [illegible] deus ipſe ſingula, non diſtractus in plurima, ſed collectum ſemetipſum, quem [illegible] totius exemplar, & cauſam cauſarum, [illegible] cauſas omnium cauſam contuetur & [illegible] contuendo curat & prouidet; quatenus ad finem ſingula dirigit atque [illegible] quidem ſub ipſa ipſius boni forma omnia procreat ad bonum. Quòd autem [illegible] tam diligentiſſime curet, inde probatur, quoniam ab ipſo deo res [illegible] non tantum, ſed etiam ut cauſæ ſint, tamen & ut ſint inde habent, prout ipſe eſt cauſa [illegible] habent, ut ſint cauſæ, inde quoque [illegible] proprium. Hoc [illegible] pro uiribus, & curare quod facit. Quamobrem [illegible] cauſa prima [illegible] proprietatem, quantum cauſæ quædam [illegible] habere po[illegible] cures & ſingula, quatenus [illegible] eſt, & cauſa ſingulorum, quæ [illegible] ſingularia cuſtodiantur, non cuſtodientur [illegible] quæ conſeruantur in ſingulis, non conſeruabitur totum, quod [illegible] conſtat ex partibus. [illegible] ordo totius, qui in gradibus uſque ad minima deſcendentibus [illegible] ſtat. Qui [illegible] ordo, quæ diſtinctio, quis certus [illegible] ordinem, id [illegible] neque [illegible] ex alicuius agentis intentione procedat, neque [illegible] ex intentione agentis [illegible] : cuius intentio determinatur ad unum potius quàm ad multa quæ [illegible] ex quadam intelligentis intentione procedit, non intelligentiæ [illegible] particularis [illegible] ſuperum [illegible] prouenit uniuerſalia [illegible] notionis nomina [illegible] ſingulis & [illegible] nouis, [illegible] Denique ſi prouidere [illegible] bonitate procedit, & ad bonum gubernata perducit, merito ad cauſam optimam [illegible] ſingulis prouidere.

*Confirmatio [illegible] quòd deus certe ſciat etiam contingentia, neque tamen libertas inde tollatur arbitrij.* Cap. XX.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE PROVIDENTIA II. COMMENTARIA.

*[illegible] mundi congruat cum natura, & natura cum intelligentia diuina, quæ etiam fortunam [illegible].* Caput I.

PER hæc dubitationes ſoluimus, quę in huius libri fine mouentur, atque ſecũdum aggredimur de Prouidentia librũ. Profecto ſic animę rationales in prouidentia deſignatæ ſunt partes, non partes inquam naturæ vel machinę corporalis, ſed partes, ideſt participes prouidentiæ, atq; in gubernando collegę. [illegible] & motus cõceduntur deteriores, poſtquã ſemel nonnulla conceſſa mino[illegible]: Quoniam vero dicit ſeminariam vniuerſi naturam eſſe animam quan[illegible] ſicut vocalis oratio diſtincte ſignificans non ſolum ex intellectuali no[illegible], verumetiam ex notio quadam: ſic ſeminarium mundi viuum & omniforme [illegible] anima pullulans animam quandam eſſe. Ac ſi dicitur inſtrumentum vel intel[illegible] vel animalis intelligentiæ, tale eſt profecto, cui motor ipſe ſuus non tantũ prę[illegible] etiam opificij formam: eſt enim cognatiſſimum inſtrumentum, ſuoq; ſubeſt [illegible] manus, ſed tanquam imaginatio, vel imaginarius ſpiritus practicæ ra[illegible] in libro ſecundo, rationem eiuſmodi bona ſimul & mala complecti: ſi enim in [illegible] primo deſignati ſunt, priuationes quoque conſignatæ ſunt conſequen[illegible] deſcripta, etiam deteriora & in longum progrediendo, deterrima quoque cõ[illegible] ita ſolum vt peragantur inde omnino peiora, ſed vt tanquam inchoata vel deſi[illegible] per corporeas cauſas ſiue conditiones expleantur in mundo. Cuius quidem [illegible] omnes & ordines, ita ſunt in mundana ratione conſcripti, vt non ipſa ratio [illegible] in ſe conſtruxerit: ſed tota potius vnà cum ſuis eiuſmodi partibus expreſſa fue[illegible] ſigillo, dum tamen euaderet ſubiijcide deterior. [illegible] enim in hoc ipſo [illegible] ordine coaptantur ad vnguem motibus animarum. Quæ ſane congruitas non ex hac [illegible] tantum animabus ſubdita, ſed etiam multoq; magis ex intelligentia quadam [illegible] ſuperiore præſcita ſimul & prædeſtinata videtur. Quemadmodum vero in ſeminario mundi neque totum partes generat, neque pars ab initio partem, ſic & corporea mundi machina ex ſeminario germinat ſimul tota, neque partes generat ſuas, ex quibus ipſa [illegible] neque inter partes neceſſarias eius alia procreat aliam, nec neque ſtella facit [illegible] mido terram, neq; homo leonem. Hinc efficitur, vt nulla pars mundi penitus [illegible] potius toti reſpondeat: ita vero totũ vnà cũ partibus prodiiſſe ex ſuo ſemine [illegible] ex mente ſimiliter, teſtatur plantarum animaliumq; generatio, vbi nõ pars [illegible] partes ſimul vnà cum toto paulatim ex ſemine pullulant. Ex quo etiam pa[illegible] atque totius rationes in ſemine contineri, ſimiliterq; rationes mundi [illegible] in anima, & animæ prorſus in mente. Proinde ac totum [illegible] eſſe actum, & quaſi ſpiritum totius animæ mundi: ſimiliterq; partes in eo eſſe [illegible] & quaſi ſpiritus quoſdam partium animæ propriarum. Simili quodam ordi[illegible] ſeminarij totius actum eſſe, partesq; partium. Cum vero congruat [illegible] ſeminario, & hoc animæ mundi, & anima menti, ſequitur vt in machina [illegible] omnia diſpenſentur. Probabile quoque eſt particulares animas tanquam [illegible] atque colliga[illegible] ſecundum motus circuitusq; ſuos animæ mundi [illegible] conſonare, adeò vt vices electionum actionumq; quas agunt animæ, accommo[illegible] vicibus animæ mundi in naturalibus peragendis. Quã quidem connexione ad certas [illegible] electiones, actiones, vitas, certæ quoque in vniuerſo ſortes fortunęq; & [illegible] reſpondent. Inter hæc ne quis opinetur difficilem eſſe [illegible] propterea quod innumerabilia in hoc ſunt atque contraria, ſubdit [illegible] in vnam congredi formam, qua facillime vni pareant auto[illegible] contrariarum formam deſiniunt vnam, ſi in plantis & animalibus me[illegible] adducuntur [illegible] vtrobique ſit naturæ [illegible] officio, cui nam mirum videri debet partes mundi contrarias in vnam congrè for[illegible] nobis occultam: ſunt inquã naturæ vniuerſalis opera, quam & naturæ particula[illegible] igitur opera ſingula ad ſingulas vbique naturas, eaſq; ſubi[illegible] connectas intelligentias intelligẽtiam vnitati, plane cognoſcens [illegible] rerum, vno quodam cardines omnes, ſequentiaq; dein[illegible] inquã intelligendo, atq; ita ſingulis prouidere. Ex pla

vero quæ ex prędicamentorum ordine Plotinus adducet; ad multitudinem generationis [illegible] denique redigendam, perſpicua ſunt. Inter hæc notabis argumentum hoc eſſe, quòd ipſum vnum ſit omnium principium, quòd omnia vel contraria in vniuerſo rediguntur in vnum, ſcilicet præter naturam ſuam in vnum ab vnitate coacta. Notabis qua ratione ipſum eſſe in cauſam reſoluas ſuperiorem, ſiue enim dicas ens id ex eſſentia corporis & eſſe, ideoq; in ſimplicius reſoluere cogeris: ſiue dicas eſſe id tanquàm actum, redigis in eſſentiam velut fundamentum: ſiue dicas eſſentiam hanc primum imperfectam, vides niſi ſuſcipiat actum. Itaq; ſuper hanc vnum ipſum, id eſt ineffabilem ſimplicitatem eſſe cognoſcis, à qua dependeat eſſentia, actusq; eſſentiæ. At ipſum vnum & diffundi per omnia, & colligere cũcta, [illegible] bra neruus, qui dum videtur diſtrahi, cõtrahit: ipſum nanque vnum quatenus ſimpliciter vbique, in vnum colligit omnia. Quatenus autẽ inde tale vnũ fit, atque tale videtur eſſe diffuſum, ſed tale interim atque tale ad ipſum ſimpliciter vnum neceſſario religatur. Neque tamen reperitur in cunctis vnum ipſum, ceu ſpecies vna in ſingulis, vel genus vnum in ſpeciebus: ſed ſecundum prius atque poſterius, magisq; & minus, ferme ſicut in numeris paſſim vnitas numeralis. Proinde Plotinus ipſum ſimpliciter vnum proxime quaſi deriuat in vnum ens, intellectum videlicet vnum, autorem mundi proprium atque rectorem. Qui ex multitudine in ſeipſo concepta multiplicem conficiat mundum, atque ex vnitate in ſe ſuam multitudinem ſuperante, multa mundi membra in vnum colligat animal. In quo ſane quicquid eſt, tum ex natura communi pars quædam eſt totius, tum ex natura inſuper propria eſt aliquod totum, propriamq; adhibet actionem, præter communem ex vniuerſo paſſionem cunctis illatam. Ex quo apparet deum mira actionis ſuæ potentia actiones à rebus proprias nõ auferre, à rebus inquam vel minimis, ceu ab igne vel equo, multoq; minus à præſtantioribus auferre, ſcilicet ab animabus non conditione naturæ determinatis ad vnum ſed ad plurima ſe viciſſim oppoſitaq; vertentibus, idq; pro natura ſua per diuerſa mobili facientibus, ſed interim ordinante deo quales vbique ſe animi reddiderunt, tales eis ſemper redduntur euentus.

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER III.

## DE PROVIDENTIA II.

*Qualis ſit uniuerſalis natura, & quàm facilis prouidentia, ubi multa rediguntur in unum.*

### CAPVT I.

QVid ergo de his dicendum exiſtimamus? Forte & mala ſimul & bona ratio uniuerſa cõplectitur, cuius hæc quoque ſunt partes. Non enim uniuerſa ratio hæc gignit, ſed unà cum his exiſtit tota. Ipſius namq; animæ uniuerſæ actus ſunt rationes, partium uero partes. Cum uero una differentes habeat partes, ſimili quadã proportiõe rationes diſtribuuntur: quapropter & opera quæ ultimæ geniture ſunt, ſimiliter diſponuntur. Concordes uero inter ſe ſunt animæ; conſona quoq; ſunt opera: conſona inquam ita ut unum quiddam ex ipſis uel contrariis conſtituatur. Cuncta enim ex uno quodã fonte manantia, in unum quoq; confluunt neceſſitate naturæ. Quamobrẽ uaria germina uel contraria deniq; facta ex eo quòd ex uno pullulãt, in unũ deniq; ordinẽ contrahũtur. Quàmuis enim in ſingulis animalibus ceu in equorũ genere pugnent inuicẽ, quis inter ſe mordeãt, quis certatim agãt, æmulatiõeq; iraſcãtur, ſimiliterq; homines agãt, cũctæ tamẽ hæ ſpecies in unũ congregãdæ ſunt animaliũ genus: deinde & inanimata ſecundũ ſpecies iterũ: deinde in unũ nõ animal. Poſt hæc [illegible] ſi placet, ad ipſum eſſe: poſtremo ad ipſum qđ eſſe unicuiq; tribuit. At rurſus hinc explicãs diuidẽdo deſcẽde, atq; cõtemplare unũ ipſum quaſi diſcerptũ, propterea quòd per omnia currat, ſimulq; cuncta uno quodã ordine cõplectatur, adeò ut uelut unum animal ſit multiplex atq; diſtinctum, [illegible]

eorum

[illegible] quæ in ipſo ſunt agente quod naturæ ipſius eſt proprium, exiſtente tamen in uniuerſo uelus igne quidem comburente: equo autem equi opera [illegible]. Homines uero ita ut natura inſtituti ſunt ſinguli munera propria [illegible] differentesq; differentia. Sequuntur autem ſecundum naturas o-[illegible] uiuere tam bene quàm male.

[illegible] prouidentiis minime [illegible]. Cap. II.

Onſidera [illegible] totã [illegible] mundi machinam [illegible] eſſe in omni diſpoſitio[illegible] ſemper ordinatiſſimam. Secundo, [illegible] ordinatiſſime [illegible] procedere. Tertio, [illegible] ad reliquum mundum eſſe [illegible]. Per hæc quæ [illegible] ab ipſa mole concluſa mirabiliter ordinata, nihil [illegible] poſſe relinqui, ut etiam quæ interdũ caſu quodã [illegible] uidentur, certo ſcias [illegible] uniuerſi ſuo quodã ordine nõ carere, penes ordinatorem [illegible] mũdi totius [illegible] ordo nanque [illegible] ſemper ab intelligentia conſueuit, [illegible] nutu ſimplici pror[illegible] machina ex tã diuerſis mobilibusq; cõgeſta, ordinatiſſime cõſpirat & regitur. [illegible] in qualibet gubernatione quatenus maior gradatim maiorq; in gubernatore in[illegible] eſt atq; poteſtas, eatenus minus aliquid fortuito illic accidit, certe ſi ſumma quædã [illegible] & intelligentia gubernat mundum, totumq; omnino ſubeſt illi, nullus uſquam [illegible] locus. Accidere nanq; gubernatori caſus ſolet inopinatus vel alienus, quia [illegible] conſpicit, vel nõ omnibus dominatur, ſoletq; caſus ab externis incidere. Vni[illegible] vero ſub vnius diuinæ mẽtis imperio cõſpectuq; cõprehenditur, [illegible] ſubterfuge[illegible] poſſit: præſertim quia ſicut vita mũdi eſt in qualibet parte tota, ſic & intelli[illegible] in hoc viuẽte corpore, tota ſimul vbiq;. Neq; tractat extrinſecus materiae [illegible], nec in plura diſtrahitur, ſed ſtatim agit ac intus, atq; ex vno cardine totũ, tamq; facile regit intelli[illegible] vita viuẽdo viuificat, & corpus agit eſſendo. Quod enim in corpore eſt eſſe per for[illegible] intelligentiaq; ſuſceptã: id quidẽ eſt in vita viuere, id rurſum in intellectu eſt intelli[illegible]. [illegible] tota quidẽ intelligentia, tota profluit vita: ex vniuerſa rurſum vita ſimiliter corpo[illegible] communis emicãt forma. Similiq; quadã proportiõe diuerſæ in machina formæ ex [illegible] in vita ſeminibus differẽtia ſemina ex differẽtibus in intelligẽtia [illegible] [illegible] igitur intellectus ipſius per ſemina rerũ vſq; ad ſingulas peruenit [illegible] mas, atq; ſicut ſemen vnum dum plures ſingulorũ generat formas, non con[illegible], ſed diſtincte agit in ſingulis, alioqui ſingula non perfecte formaret: ſic & [illegible] notio, vbi per plura [illegible] vitæ plurimas inſuper formas in ſingulis exprimit, non indefinite quidem ſed [illegible] in ſingulis, alioqui ageret imperfecte, neq; actio eius & [illegible] vſq; ad ipſas vitæ naturæ [illegible] propria perueniret. Tametſi neceſſe eſt ſuperioris amplioris [illegible] per cauſæ [illegible] actionemq; vltra miniſterium inferioris longe lateq; procedere: [illegible] prima ipſius eſſentiæ virtus & actio quæ intelligentia eſt per ſingula [illegible]. Tum vero ſi dixeris effectus paſſim ſingulares in rebus ex proprijs duntaxat formis & virtu[illegible] debes virtutes vbiq; formasq; proprias quæ ad formalem perdi[illegible] vniuerſi, ex primo rerum ordinatore procedere, penitusq́ue ſeruari atque [illegible] in formis & virtutibus ipſis exitus ſinguli cõprehendantur, neceſſarium eſt per [illegible] ſaltem formas'que ipſas ſingulos vbique effectus ad ipſum virtutum & forma[illegible] largitorem, & ſeruatorem atque [illegible] penitus pertinere. Virtutes inquã & formas ſiue ſpeciales, ſiue etiam ſingulares: nam & in ſingulis Phyſici dotes mirabiles in[illegible] ſub eadem ſpecie minime conceduntur. Denique ſi quod Plato[illegible] nici putant, & aſtrologi neſcio quomodo conſitentur, lux in cælo ſenſus eſt: atque radios paſſim ex ſe protendere eſt ſingula perſentire, ſentiendoq; facere, & faciendo ſentire. Ni[illegible] quæ [illegible] terra latet, quod non ſentiatur inde, latentibus vbique radijs, alioqui non ge[illegible] ſub [illegible] cæleſtia, nimirum & intelligentiæ primæ radij per omnia proten[illegible] ſeipſos ad ſingula vſque deriuant, procreant vbique ſingula, perſpici[illegible] procreando, quandoquidem & procreant intuendo. Perinde atque ſi dicas, & ſtel[illegible] ſingula, & [illegible] oua mirabiliter intuendo fouere, pulloſ'que for[illegible] mare. Cum igitur nihil vſquam diuinum lateat intellectum, & ordo ſit intelligentiæ pro[illegible] prius, nihil vſquam in hoc intelligentiæ opificio poteſt accidere, quod non ab ipſo totius [illegible] antequam accidat, & ſubito veniens, [illegible] ris [illegible] in ordinem vniuerſi redactum. Qui ſane ordo ita demum abſolu[illegible] eſt, ſi [illegible] prouidentiſſime ſint ordinata: ita rurſum excellentiſſimus [illegible] ordinatis, verum etiam inordinatoribus complectatur. Plures igitur in hoc ordina-

[illegible] ſortiebantur, atque deinceps quales eis pro meritis rependendę ſint ſor[illegible] cuncta [illegible] quid agant & quomodo, & quid patiantur, & quomodo in ipſo prouidentiæ ordine comprehenduntur. Quod quidem humanus animus ita vel ita moribus affectus progreditur, in cauſa eſt, quoniam ita cœpit quandoq; vel ita. Quod autem ſic inceperit cauſa eſt [illegible] quia ſic atq; ſic incipere potuit. Ac vero qđ vtrunq; potuerit, non potes in aliā reſoluere cauſam. Hæc enim ipſius eſt natura, ſcilicet vita libere mobilis atq; rationalis. Si quis [illegible] cur aīa ſic ab initio caſſa, nō aliter erit ridiculus, q̄ ſi perquiras cur aīa ipſa ſit [illegible] cur ignis ipſe ſit ignis. Sane cur ignis aſcēdat & penetret, & diſſoluat, cauſam aſſignabis, quoniā leuis ſit, & ſubtilis, & calidus. Sed perſcrutari quare ſit hoc ipſum, [illegible] q̄ cur ignis ſit ignis inquirere. Vnaquæq; verū ſpecies ab æterno certā eſt intrin[illegible] definitiō. Cū [illegible] ſpecies ſic ab alio in ſeipſis determinatæ nihil aliud eſſe vi[illegible] quaſdam determinationes, quibus intelligentia prima conſtat primūq; & quaſi [illegible] diſcernitur in ſeipſa, adeo vt mens ipſa ſit definitiones eiuſmodi intellectuali ne[illegible]. Similiter ſubinde in vegetali natura ſequitur diſpoſitio rerū. Similis & in ma[illegible] cauſa non conſultante quidem ac per conſilium eligente, ſed ita naturaliter [illegible] naturaliter germinante. Diſpoſitio eiuſmodi ſpecierū in natura eſt ipſa natu[illegible] machina ſimiliter eſt ipſa machina mundi. Quærere igitur cur mundus totus tamq; diſpari[illegible] conſtet, eſt inquirere, quam ob cauſam mundus ipſe ſit mundus. Quem[illegible] quaras, cur planta vitam habeat, & non ſenſum, & radices habeat atq; ra[illegible]. Cur animal ſenſum habeat, nec rationem: cur pedes atq; caput. Quare homo humanā in[illegible] non diuinam. Optare autem plātam quidem eſſe animal, & animal eſſe hominem, [illegible] aliud eſt q̄ deum relinquere ſolum, mundumq; deſtruere. Perin[illegible] velit eſſe manum, hanc oculum eſſe deſideret: ſic & ſingulatim membra [illegible] denique totum. Verum vt ad conditionem nobis magis propriam deſcendamus: homo [illegible] conqueri quod ab initio præſtantior non ſit effectus, quandoquidem ita ſa[illegible] vt non nulli probant, ipſe ſe quodammodo præſtantiorem poteſt efficere, quod [illegible] non poſſunt: itaq; habet quandam in ſe principij rationem. Siquidem boni quiddam poteſt addere bono, quod habuit ab initio. Quod vero ita poſſit, ex eo conijcimus, quia poteſt & in peius aliquando labi, quod inferiora non poſſunt: deus autem non feciſſet humanam ſpeciem, quæ plantis & brutis eſt melior, talem vt in peius prolabi poſſet, niſi fe[illegible] talem vt poſſit in melius proficiſci, quippe cum ſit primo bono propinquior. Inter hæc vero quod [illegible] exemplar vniuerſi ipſumq; vniuerſum eſſe cuncta digeſta per gradus, me[illegible] in prima puraq; forma non poſſint multa eſſe, niſi differant, neq; differre queant, niſi [illegible] illic dupliciter inter ſe diſtingui, tum variis formarum modis quaſi per latitudinem, tum [illegible] formarum gradibus quaſi per longum. Nempe quia mens proceſſione quadam [illegible] ſuam accepit formā, ideo & in ſeipſa ſimiliter procedendo varios ſuæ for[illegible] vultus. Hinc efficitur vt in mundo quoq; deinceps per gradus impa[illegible] conſequenter alia faciant, vel propagentur in alia. In diſpoſitione rur[illegible] plantarum atq; animalium partes gradibus inæqualibus digeruntur. Sed diſpoſitio talis in mundo ideo dicitur non eſſe ſimpliciter optima, quoniam lōgiſſime diſtat à bono. Cui pro[illegible] primo cui ſubijcitur anima mundi, huic ſubditur mundi ratio ſemi[illegible] quæ ſimul ac mundi corpore animal fit mundanū. Rationi ſubijciuntur corporea mundi formæ. [illegible] vero ratio non ſic animata, i. viua dicitur, vt eſt anima mundi: imo in hāc [illegible] ipſius animæ vigor, vt in teporem calor, ac lumē ſimiliter in pallorem. Simili quadam proportione degenerant à vitis vbiq; in ſe manentibus vitæ quędā inde corporibus de[illegible] in ſphæris ſtellis, ſiue dæmonibus & hominibus idcogitetur. Vbique vero ſu[illegible] natura naturaliter inferiori prouidet, & quanto ſuperius, tanto prouidet magis: ac prouidendo [illegible] permanet in ſeipſo, [illegible] ex hac ipſa firmitate ſua prouenit perpetuus prō uidentiæ [illegible] videlicet non afficitur, non inclinatur in alia, ſed exuberat.

*[illegible] ſingula ſint in prouidentis dei mente ſignata, tamen animus agit libere. Item vniuerſum [illegible] habere.* CAP. III.

[illegible] ego dominus ſum ad hæc vel illa potius eligenda, in ipſa tamen electione cum uniuerſo noſtra ordinantur, quoniam natura noſtra non eſt aduentitia uniuerſo, ſed in eius ordine numerata eſt talis quidam aut talis: At unde nā talis? Duo utiq; ſunt quæ in [illegible] Quorū alterū quidē eſt, utrū in effectorē qui-

cunq; ille ſit, referre oportet cauſam, per quam unuſquiſq; talibus [illegible] moribus: an in ipſum genitũ, an forte cauſa nulla ſit aſſignanda. Quemadmodum neq; in generatione plantarũ, cauſam per quã nõ ſentiat deſideramus, neq; in cæteris animalibus, cur non ita ut homines ſe habeant. Idem ſiquidem foret, ac ſi quare homines dii non ſint quæramus. Nempe cũ in his neq; [illegible] neq; effectorem iure criminemur, cur nam in hominibus [illegible] nihil maius humana ſpecies habeat. Forte naturam culpabit quiſpiam [illegible] mo poterat excellentius quiddam eſſe: quod ſi à ſeipſo aliquid inſuper [illegible] rante id conſequi poſſe iudicet, accuſare debet hominem non [illegible]. Si autem non à ſeipſo, ſed extrinſecus ab effectore aliquid inſuper [illegible] iſſe deſideret, ſtultus erit qui plus quàm ſit datum flagitauerit [illegible] in cæteris animalibus plantiſq; ſupra modum naturæ deſideret. [illegible] oportet inquirere, num hoc minus quàm illud habeat. Sed [illegible] tis quod naturaliter habere expedit habeat, non enim æqualia eſſe [illegible] omnia. Nunquid igitur inæqualis rerum diſtributio facta eſt [illegible] tione per electionem quandam decernentem non omnia æqualia eſſe [illegible] re? Nequaquam uerum ſic fieri naturaliter habuit: pediſſequa enim [illegible] hæc alterius animæ, pediſſequa & anima ipſa mentis. Mens autem [illegible] aliquid horum eſt, ſed cũcta: cuncta uero ſunt multa, multa rurſus [illegible] nec eadem: nimirum alia quidem prima, alia uero ſecunda, alia [illegible] dignitate oportuit eſſe. Quinetiam quę ſunt animalia, non animæ ſolũ [illegible] ſed animarum decrementa quædam quaſi in exile quiddam iam procedentium. Nam ratio animalis quamuis ſit animata, per aliam tamen [illegible] citur animata: nõ per illam à qua ratio manat. Quin & uniuerſa hæc [illegible] quaſi decreſcit dum in materiam inclinatur: & quod ex ipſa gignitur, [illegible] nit imperfectius. Conſidera precor quanto iam interuallo diſtat [illegible] quod eſt factum, & tamen quantum adhuc ſit admirandũ: neq; tamen [illegible] quiddam eſt quod gignitur, etiam quod ante ipſum eſt, omnino [illegible] dum. Nẽpe omni effectu omnino præſtantius eſt, extraq; cauſam [illegible] giſq; mirandũ, quòd aliquid edidit poſt ſeipſum, taliaq; ipſius [illegible]. Quod ſi plus tradidit quàm res capere poſſent, magis etiam id approb[illegible]. Vnde appareat culpam omnem in effectus reiiciendam: prouidentiæ [illegible] munus abundantius eſſe.

*De intellectu & ratione & imaginatione. Cur homines non ſemper ut [illegible]. Cur [illegible] Quod non tranſit in beſtias.*

IN ſequenti capite conſiderabis [illegible] geminam [illegible] rationem mundi [illegible] quidem adeſſe mundo uelut artificem, ſecundam uero ineſſe uelut [illegible] lur cognatam artifici [illegible] artifex uideatur mundo [illegible]. Artifex [illegible] eſt intellectualis ipſa ſubſtantia, inſidens uero uelut forma eſt ratio [illegible] lectus cum materia mundi uidetur [illegible]. Reliquam [illegible] colliga. Duo ſunt [illegible] noſtra actionum principia [illegible] intellectus [illegible] opera poteſt anima præter id ipſum quod habuit ab initio progredi, ſed [illegible] profectu ſubito factusq; eſt animus ſtatim ex humano diuinus [illegible] re, deficitq; ſimiliter: ut uelut ſit humanus, uel diuinus fiat & dæmonicus atq; [illegible] dem omnibus hominum animabus ſemper [illegible] intellectus & ratio, ſed non omnes ratione [illegible] intellectu quinetiam pauciſſimi. Multi enim imaginatione [illegible] imaginationem rationis ipſius ſcintillæ uel raro micant, uel etiam quando [illegible] imaginatio

[illegible] potius ad oppoſita conuertatur. Quemadmodum & intellectus communiter in rationem humanam præterquam in beatis vix ſcintillare videtur. Adeſſe quidem intelligentiam & rationem propriam animabus humanis etiam non vtentibus non diffidet, quicunque cognouerit intelligentiam quoque rationem que communem vbique vigere, rebuſque [illegible] minimis eſſe præſentem. Interea notabis intellectum non eſſe adeo ſeparatum, quin ſit pars animæ. Item ſicut ignis ſemper calet, ſic intellectum intelligere ſemper, & potentiam animæ in diſcurſione poſitam diſcurrere ſemper quocunque modo diſcurrat, ſiue per rationes ſiue per imagines, more etiam ſomniantis. Potentiam ſimiliter vegetalem aſſidue vegetare. Præterea dum anima viuit in homine, tum mentem tum rationem eſſe aliquid hominum: quamuis non [illegible] redundet in homines, atque mens rarius admodum quam ratio fulgeat. [illegible] vero anima ſit in brutis, neque mentem neque rationem aliquid vult eſſe brutorum [illegible] imaginationem tantum vegetationem que cum eis communicari poſſe. Quod autem non ſolum intelligentiæ communiter, ſed etiam rationis quandoque fulgor in animabus [illegible] videatur in cauſa eſt. vel peruerſa nimium corporis compoſitio, cum [illegible] ingenio, tum perturbatio ſuperata, vel forte ipſa ratio ſeminalis animæ iam [illegible] conuerſa brutalem, atque ſubinde corpus in materia prout fert opportunitas [illegible] conformans: ſi modo potentia genitalis primam corpori qualitatem affert, vt animam [illegible] talis exiſtat omnino quale nanciſcatur & corpus. Sed tale ſibi fingat corpus [illegible] naturam ipſa ſibi conceperit, vt merito in ſe facta deterior in deteriorem vitam [illegible] & ſortem. Poſt hæc quatuor cauſas obſeruabis, quibus anima noſtra [illegible] quandoque poſſit euadere. Primam, quia poſita eſt ab initio poſt ſecundum ordinem [illegible]. Secundam, quoniam momentum ab initio minimum longius paulatim cadendo fit maximum. Tertiam, quia dum anima cum alia quadam vel anima vel re forte concurrit: vel [illegible] in anima affectio quædam prior cum poſteriore congreditur, ex tali quodam congreſſu [illegible] noua reſultat, nouumque inde facit effectum: ſicut eſt in aliarum rerum commixtionibus [illegible]. Quartam, quia præcedentes actiones in vita præterita, talem habitum inchoant [illegible] vitæ præſenti. Verum vbi Plotinus velle videtur, rationem animæ ſeminalem ex actionibus antecedentibus adeo degenerare, vt ipſa potentia genitalis quæ erat in propria hominis ſpecie, [illegible] ſpecie bruti cuiuſdam. Atque ita hæc brutum eiuſmodi concipiat vel accipiat [illegible] ſub conditione dictum id eſt ſi quando ipſa naturalis potentia in ſe ſpeciem [illegible] poſſit, conſequenter ad talem ſpeciem transferri ferinam: ſed certe non poſſe ratio nobis [illegible]. Primo quidem quia cum rei nullius eſſentia propria eſſentialiſque potentia [illegible] poſſit ipſum eſſe alterius ſpeciei proprium, actumque illius eſſentialem quandoque [illegible]. Certe nec hominis anima rebus multis longe præſtantior adeo poteſt a ſpecie ſua cadere, vt ſpeciem induat aliorum atque nonnunquam deteriorum. Secundo, quia cum dicat Plotinus [illegible], ipſum intelligere atque ipſum vegetare eſſe prorſus ſubſtantiale, neque [illegible] intelligentiam per actiones animæ: conſequens eſt, vt fateatur neque potentiam vegetalem per actiones aliquas permutari. Quod experientia patet. Non enim per habitum [illegible] ipſa fit praua, vel fit bona per bonum. Et ratio ipſa demonſtrat accidens [illegible] non permutare ſubſtantiam permanentem: præſertim ſi oriatur intrinſecus. [illegible] ipſa vegetalis eſſentia nunquam ex ſua ſpecie per accidentales imaginationes [illegible] ſimiles in bruti ſpeciem tranſmutabitur: neque per ſe ſpeciem deſeret [illegible] ipſa ſit ſempiterna. Sed habitus quidam ferinus potius contrahetur, in [illegible] actibus atque affectibus: habitus inquam potentiam rationalem afficiens [illegible] ſæpe conſentientem. Qui ſane habitus velut nimium alienus diu animam [illegible] contemplatione, & vita locoque detorquet. Tertio, cum transferri animum [illegible] deterrimam putent purgationis gratia, quo malefacta retractet præteritorum [illegible] ductam, aditus omnis pœnitentiæ clauditur: ſi rationalis ipſa ſpecies præ [illegible]. Accedit ad hæc quod in genere noſtro tam diuerſi ſunt gradus, vt figuram [illegible] iuſtitiæ vel congruentiæ gratia commutare. Quandoquidem ſub hac [illegible] ſunt humani & bruti (vt ita dixerim) atque dæmonici. Si hactenus [illegible] Pythagorico, non diſſentiet, & ab Ariſtotele forſan non diſſidebit, [illegible]. Illi nanque omnes facile concedent animam noſtram per corpora [illegible] poſſe euolui: brutis vero nequaquam accommodari: accommodari [illegible]. Nam habent ab initio ſpiritale corpus corporibus [illegible]

*[illegible] rationem. Cur [illegible] ſemper [illegible] ratione. Cur animæ [illegible] in beſtias.* CAP. IIII.

Si homo

ple[illegible] alterius cum altero quaſi quædam commixtio eſt ad tertium quiddã ex [illegible] conficiendũ. Neq; quod erat, hic imminuitur: ſed quod minus eſt, [illegible] eſt ab initio minus: atq; eſt quod factum fuit ſecundum naturã ſuam minus. Ac ſi quod inde conſequẽs eſt patitur, pro dignitate patitur. Accedit ad hæc quod ad præcedentem uitam referenda computatio eſt: nam ex illis quæ [illegible] facta ſunt atq; concepta, ſequentia deducuntur.

*[illegible] eſſe diuerſos rerum gradus. Quod prouidentia diſpenſet ſingula geometricæ proportionis [illegible]. Quod fatum ſeruit prouidentiæ. De libero arbitrio.* Cap. V.

P[illegible] ſicut formales in ſe rerum rationes habet ſpeciebus gradibusq; diſtinctas, [illegible] aliter in pura forma quàm formaliter poteſt eſſe diſtinctio: ſic in mundo di[illegible]ſionem eiuſmodi configurans, non æqualem vbique ſeruat numerum: vt quorũ [illegible] in ſe ratio hæc habet, eundem talemq; habeat illa: alioqui vna quædam forte ſuffi[illegible]tatue forent reliquæ, noui nihil addentes, factæq; viderentur plures dimenſionis [illegible] vel accidente quodam quàm eſſentiali differẽtia formæ. Quas ergo res de[illegible] inter ſe numeris æque ponderibus, ſed eas congruitate proportionis adæquat. [illegible] in longũ, videas creaturã primam, vigore ſuperare ſecundã proportione [illegible] ſecundã ſicut per duplã ſuperatur à prima, per duplã ſimiliter tertiã ſupera[illegible] tertia quartã. Similibus quoq; proportionibus quibus naturæ naturas ſuperãt, [illegible] actiones naturam & paſſiones viciſſim excedere actiones alias atq; paſſiones. Si rur[illegible] amplum, videbis ſic omnia creaturã primã vel circũſtantia excedan[illegible] ratione, vel potius ſeſquitertia: ſimili proportione quæ circũfuſa ſunt [illegible] ſuperari. Nõ igitur arithmetica, ſed geometria potius æqualitate pro[illegible] enim eſt iuſtitiæ propria, qua ciuilis prudentia domum & ciuitatẽ gu[illegible]. Cui quidem prudentiæ Plotinus diuinam prouidentiam comparauit, ſic [illegible] & muſicæ. Denique & ſæpius & libẽtius vegetali comparauit naturæ, animal[illegible] [illegible]. Natura enim inſtrumentum eſt prouidentiæ. Hac igitur comparatione do[illegible] vnumquodque vna diſpenſatur vbique natura, membris infimis cum præ[illegible] ſic & mundanum hoc animal vna prouidentia regi ſingulis vbique præ[illegible] obſeruabis in mundo ſingula, ſicut in animali membra vltra communem cõ[illegible] quaſdam & actiones proprias poſſidere. Item quàm facile in quolibet anima[illegible] propter communem naturam cum partibus ſenſu ſtatim & paſſione communicat, [illegible] in mundano hoc animali tanquam membra propter naturæ vnius cõmu[illegible] conſentire inuicem non ſolum quæ ſitu propinqua ſunt, ſed etiam quæ in[illegible] enim ex capite ad pedes, ſic ex mundi ſummis ad infima motio [illegible]. Summariam vero mundi vitam, qua velut forma totum hoc vnum [illegible] vocat fatum: cuius explicatio quædam eſt ſeries cauſarum motionumq; cœleſtiũ. [illegible] Atropos nominatur aliquando firmamentum, Clotho vero volubile ad[illegible], Lacheſis vero quod ſub lunam per ſortes inde traducitur. Vniuer[illegible] diſpenſatio & diſpoſitio rerum vbique ſimpliciter prouidentia eſt, ſed quoniam [illegible] vbique mentis nutu peragitur, prouidentia nominatur. Quoniam ve[illegible] & ſubinde per cœleſtia proficiſcitur, nominatur & fatum. [illegible] igitur [illegible] prouidentia fiunt, quamuis multa inſuper facit prouidentia; [illegible] quæcunque videlicet ad intellectualia pertinent, & quæ ſi[illegible] ipſæ ſubſtantiæ faciunt. Non aliter vero dependet fatum à prouidentia [illegible] vbi quæ facit calor, facit & lumen, neque viciſſim: mirabiles enim latent [illegible] in calore virtutes. Similiter ſpiritus dependet ab anima, nihil abſque [illegible] aliquid ſine ſpiritu faciente. Hactenus communia rerum actionumq; principia [illegible] atque fatum. Propria vero motionum principia ſunt efficaces vbiq; na[illegible] non vniformis rerum, non determinata prorſus ad vnum, [illegible] ſeipſam conſultando deriuans. Quicquid igitur venit ex fa[illegible] prouidentia venit. Quod autem ex rationali natura fit proprie, [illegible] quodam inſtinctu commitum. Quod ſi conſilium ad fi[illegible] vit, id facile dum fit ab anima, ſecundum ordinem profi[illegible] prouidentia ſeruat: alioqui neq; à prouidentia fit, neque ſecundum pro[illegible] quomodocunq; noſtræ res fiunt, neq; prouidentiam [illegible] prouidentiæ, per ipſas prouidentiæ regulas [illegible] habitu ſem[illegible]

pẽr atq;

per atq; loco pro meritis congruo diſponuntur. Recti quidem motus per primas, obliqui [illegible] ro per ſecundas prouidentiæ regulas digeruntur. Non aliter [illegible] viuo, dum ſanitatem cuſtodit membris perditis [illegible] locis accommodans atq; purgans. Quod autem nos præter [illegible] uidentiæ, vel ſolum ex ignorantia noſtra contingit propter negligentiam [illegible] negligentius conſulamus, vel etiam ex procliuitate ſenſus [illegible] nis nimium concedentis. Tametſi quæ nobis offeruntur [illegible] quàm pro qualitate noſtra nos mouent: veruntamen ex occurſu ſæpe certi [illegible] rē certū, ſiue rem quampiā nouū aliquid occultum q; cōtingit vel in [illegible] ob cauſam nobis ignotam prouidentiæ notam, ſiue id accidat [illegible] tibus fortis etiam emicantibus, ſuoq; conſtitutu proprietate [illegible] ſtrorum poteſtate dæmonum, ſiue ſtellarum influxu in nobis [illegible] confluentibus, quod mirabiliter [illegible] quæ ex Socrate contigiſſe [illegible] teſtatur.

*Quod oporteat eſſe diuerſos rerum gradus. Quod prouidentia diſpenſet ſingula [illegible] portionis æqualitate. Quod fatum ſeruit prouidentiæ. De libero arbitrio.*

PRocedit igitur prouidentia ab initio ad finem [illegible] dens, nec æquali ſecundum numerum portione, [illegible] comparationem quandam proportionis aliter [illegible] Quemadmodum in uno quodam animali à principio [illegible] mum rite connexo, membrum quodlibet munus proprium [illegible] lius quidem actionem habet præſtantiorem; deterius aliud [illegible] conuenientem. Pariter quoq; proprias paſſiões tum ſibi [illegible] aliud directo conuenientes. Iam uero ſua quadam conditione [illegible] ſunt uocalia reſonant: alia uero ſilentio patiuntur, mouenturq; [illegible] tia. Proinde ex cunctis tonis, paſſionibus, actiōibus una anima [illegible] uitaq; & actus efficit. Etenim partes inter ſe diuerſæ diuerſas hab[illegible] nes: aliud nanq; pedes agunt, aliud oculi, aliud cogitatio, aliud [illegible] Vnum uero ex cunctis, & prouidentia una: at fatum à deteriori [illegible] mit exordium. Quod autem eſt ſuperius ſolū prouidentia eſt. [illegible] quæ in mundo intelligibili ſunt, ratio ſunt ſuperq; rationem [illegible] ctus & anima pura. Quod uero deinceps quatenus inde prouiden[illegible] tia eſt: & quatenus eſt in anima pura, & quantum inde in animal[illegible] tur. Ratio utiq; in partes inæquales diſtributa progreditur [illegible] æqualia, ſicut & in quolibet animali. Quod uero deinceps [illegible] quentia quidem comitantiaq; prouidentiam ſunt quæ [illegible] pta facit: amica enim deo eſt prouidentiæ ratio. Colliguntur [illegible] quoq; opera: fiunt uero nō prouidentia, ſed facta iam uel ab [illegible] à quouis alio, ſiue animali, ſiue inaniato: ſiquid deinceps optimum [illegible] prouidentia comprehenduntur, ut uirtus ubiq; ſuperet, dum [illegible] rauerant permutantur, errataq; corriguntur: nō aliter quàm in cor[illegible] per prouidentiam animalis cuſtodem ſanitas adhibetur. [illegible] uulnereq; accidente ratio rurſus diſpenſans ſingula [illegible] conglutinet, morboq; ſublato reſtituat ſanitatem. Hinc [illegible] tia ſint, & quidam neceſſario ſequentia: & ſecundum [illegible] prouidentia quidem compulſos: ſed ex nobis dum [illegible] opera [illegible] à prouidentia [illegible]

ſæpe ſequitur connectere ſecundum prouidentiæ uoluntatem, imò annecti mus ſecundum uoluntatem eorum qui agunt, uel ſecundum aliud quiddam eorum, quæ in uniuerſo ſunt: nec ipſo quidem ſecundum prouidentiã agente uel faciente in nobis aliquam paſſionem. Non enim idem facit quodlibet accidens ad quodlibet, ſed quod idem eſt, aliud facit ad aliud: ſicut pulchritudo Helenæ erga Paridem quidem aliud egit, Idomeneus autem aliter eſt affectus, atq; intemperatus intemperato, pulcher pulchro propinquans, aliud efficit: temperatus autem pulcher temperato pulchro aliud, ipſeq; idẽ aliud aduerſus intemperatum: intemperatusq; uiciſſim aliud aduerſus ipſum. Iam uero quod ab intemperato fit, neq; à prouidentia, neq; ſecundum prouidentiam proficiſcitur. Quod uero à temperato fit, non à prouidentia quidem agitur, quoniam fit ab ipſo: ſecundum prouidentiam tamen agitur, rationi nanq; prouidentiæ conſentaneum eſt. Quemadmodum quod quis ſanitati conferens agit, ipſe quidem agit, ſecundum tamẽ medici rationem: id nanq; ſi medicus ex arte tradidiſſet, quantum uel ad ſalubria uel ad inſalubria pertinet. Quod autem quis ſanitati facit aduerſum, ipſe quidẽ facit: ac præter medici prouidentiam agit.

*Quo conſequentiæ ordine poſſint ex bonis præuideri mala. Quomodo in præſentibus ſint futurorum ſigna.*

Cap. VI.

Si mala non fiunt ſecundum prouidentiæ ordinem, carere videntur ordine. Itaque præuideri non poſſe videntur, præuidentur tamen à multis. Quomõ igitur præſagiri poſſunt, quoniam vel conſequuntur tandem ad ipſum ordinem prouidentiæ: vel ſi diuulſa contingant, nihilominus prouidentię ordini mirabiliter inſeruntur. Proinde cum à primo ad vltimũ gradatim diuiſio multitudoq; creſcat, ideoq; in mundo corporeo ſit extrema diuiſio, neceſſe eſt, quod in mundis ſuperioribus eſt non materia quidem ipſa, ſed quaſi quiddam materiale: dum ad actum eius abſolutiſſimum comparatur: à quo non reipſa, ſed quadam ratione diſtinguitur, id in mundo corporeo iam eſſe materiam, & à natura formæ tum re ipſa, tum longiſſime ſeparari. Itaque informe per ſe remanet atq; malum. Vides ergo quo potiſſimum ordine conſequentium mens videre præuidereq; poſſit ex forma materiam, ex bono denique malum. Præterea prouidentiæ ordo conſtituit varios in mũdo habitus qualitatũ, qui naturali fœcũditate longa deinceps propagatione procederent: ex hoc progreſſionis ordine cogunt multa longius à ſuo fonte diſtare, ideoq; deterius ſe habere. Vides item qua prouidentiæ ſerie ex habitibus præpoſiti priuationes poſſint atq; defectus. Quemadmodum vero & ipſe mũdus & res ſimul ex formoſo conſtant atque deformi, perfectionesq; naturarum paulatim deſinunt in defectus: ſic & omnium actiones. Itaque ex ipſo actionum recto vigore longius deſcendente præſentiri poteſt obliquitas earundem atque defectus. Sed tale præſagium ex principijs extrema proſpiciens ad deum pertinet atque diuinos: cæteri vero non per cauſas quidem tales, ſed per indicia quæ palam cauſas comitantur, futura præuident in præſentibus. Perinde atque ille qui ſæpe quæ facturus in poſterum ſit amicus, per eius literas iam certior eſt effectus. Præſentes nanque rerum cauſæ in quibus futuri continentur effectus agunt aliquid paſſim quaſi ſcribendo venturis quodammodo congruens: ex quo ſagaces quaſi legendo futura præſagiunt. Cum enim omnia hæc animalis vnius mũdani ſint membra, merito ſuperiorum membrorum motus inferiora membra motibus ſuis frequenter vel ſequũtur vel imitantur, atque in ſuperioribus inferiorum pręferuntur indicia. Quibus ſæpe comparatione quadam proportionis potius quàm efficacia rationis futuri cognoſcuntur euentus: ſic igitur [illegible] prædicit, volauit huic auis in altum, illi vero contra: hic igitur altius extollet, deprimetur ille. Similiter augur garritu auium lætiore, lætiora promittit: Triſtia triſtiore minatur. Similiter aſtrologi ſolent altitudinem dignitatis per planetarum altitudinem deſignare. Poſt hæc notabis iterum ſicut ratio ſeminaria mundi eſt vna quędam vita ex multis compoſita ſeminibus, quę non facit ipſa, ſed ſic affecta proceſſit: nec aliud ibi generat aliud, ſed conſpirantia mundum hunc vnà cum membris ſuis inde velut vnum animal pullulare, neque ipſum facere membra, ſed fieri. Neque membra hęc illa facere, ſed mouere, viciſſimq; moueri:

 & ſingula

Neque vero audiendi ſunt qui cauillantur: ſi eſt prouidentia, ergo non eſt malum. Sin verò malum non eſt, non eſt igitur prouidentia. Imò ex hoc ipſo quod optimum ipſum agit prouidendo, & agendo prouidet, agit curatq; aliquid minus bonum. Gradatim vero per bonum minus atque minus peruenitur in malum. Tolle malum, ſuſtuleris prouidentiam. [illegible] prouidentiam videre deſideras? Memento dotes quæ ſunt in inferioribus diſtributæ eſſe in ſuperiore collectas: ſic aſtronomi calorem, humoremq; per Martē ſeorſum lunamq; diſperſum, agnoſcunt in Ioue coniunctum. Mentem diuinam credis eſſe natura & arte ſuperiorem. Nam & naturam illius inſtrumentum eſſe non negas, & artem putas æmulam vtriuſq;. Artē cognoſcis intelligere quidem quæ fabricat, quandoquidem facit intelligendo, ſed extrinſecus fabricare. Naturam fateris agere quidem intus, ſed abſque propria intelligentia facere. Vtrunque igitur imperfectum eſſe deprehendis: vnde redigere cogeris ad perfectū, quod & intelligendo fabricet intus, & intelligat ſimiliter fabricando. Sic diuinam prouidentiam apprehendis, vbi in vna re ſunt coniuncta, quæ in rebus ſunt duabus, id eſt natura & arte diſiuncta. Vbi in vna prorſus eademq; potentia colliguntur, quæ in anima tua per duas potentias diuiduntur. Per aliam quidem potentiam intelligis atque diſputas. Per aliam interim corpuſcula ſingulaq; in corpore generas & diſpenſas. Quapropter neque generas quæ intelligis, neque viciſſim intelligis quę tu generas. Mentem vero diuinam cogita eodem prorſus actu, quo & quomodo intelligit pariter generare, atque viciſſim. Sicut lucere atq; calere quæ per duas qualitates ſunt in igne, ſunt in ſole per vnam: ſic intelligere atq; generare in te duo ſunt actus per geminas quoque vires, in deo ſunt vnicus actus. Cui ſubeſt & intelligentia quidem animæ mundi artis inſtar, & vegetalis animæ mundanæ potentia loco naturæ. His vero ſubeſt mundi corpus ſic animatum, ita rectum, vt corpus animalis & plantæ. Conſpirant enim tria hęc inuicem: diuina mens, anima mundi, natura. In quibus omnia mundana ſic inſunt, vt totum comprehendatur in quolibet: horum igitur conſpiratio radix mundani arboris nominatur, ſiue radicalis vigor per arborem totus vbique diffuſus. In arbore vero [illegible] ita ſunt differentes, vt à radice ſtipes. Ab hoc rami multi, ab his ſurculi plures, ab his folia pomaq; cōplurima: in quibus quamuis extremis, radicis vigor ipſe ſeruatur aptus ad propagandum. In his igitur conſiderare licet primum mundana omnia quantumcunque diſtantia inter ſe videantur, inuicem tamen eſſe cōnexa, eidemq; ſubnexa principio. Deinde facile inter ſe in actione paſſioneq; poſſe communicare. Præterea facillime regi ab eodem [illegible] vbique manente, & in vnum articulatim ad nerui modum cuncta penitus connectente.

*Quod diuina prouidentia dei actio artificioſa & naturalis eſt eadem, quæ gubernat mundum, ſicut uita plantam.* CAP. VII.

Præterea quoniam meliora ſunt in mundo, idcirco ſunt quoq; deteriora. Quo enim pacto deterius aliqd in opere multiformi eſſe poteſt, niſi ſit & melius? uel uiciſſim quomodo melius, niſi ſit & peius? Quamobrem non debemus in meliori deterius cauſari, ſed potius quod eſt melius approbare: quoniam deteriori ſui nonnihil impertiat. Omnino autē qui omne deterius è mundo tollendum cenſent, tollunt ipſam etiam prouidentiam. Cuius nam amplius prouidentia erit? Non enim ſui ipſius: non etiam melioris. Quandoquidem dum ſupernam prouidentiam nominamus ad id ipſum quod inferius eſt referimus. Ipſum namq; in quod omnia rediguntur principium eſt in quo ſunt omnia ſimul, & omnia totum. Procedunt autem ex hoc iam omnia, intus ipſo manente, ceu ex una radice in ſeipſa conſiſtente in multitudinem iam diuiſam plurima pullulant, ſingula illius ſimilitudinem præferentia. Aliud autem in alio hic iam eſt factum: ſuntq; alia quidem propinqua radici, alia uero longius procedētia diuiduntur, ac uelut uſq; ad ramos atq; ramuſculos, fructuſq; & folia, & alia quidem ſemper manent, alia uero fiunt ſemper fructus & folia. Et quæ ſemper fiūt ſuperiorum rationes poſſident in ſeipſis, quaſi exiguæ quædam arbuſculæ eſſe uelint. Ac ſi genuiſſent antequam putreſcerent, propinquum ſolummodo generarent:

ipſa uero quaſi uacua ramorum ſpatia rurſus ab ipſa radice replētur, aliterq; natura ſe habent. Ex quibus patiuntur extrema ramorū, adeo ut ex ipſo propinquo paſſio ſolum contingere uideatur. Quod autem ſecundum principium eſt, hoc quidem patitur, hoc uero facit. Principiū uero eſt ipſum quoque connexum. Procul enim progredientia, alia iam in alia inter ſe agunt: ex principio autem ab eodem. Ceu ſi fratres inuicem aliquid agant facti ſimiles, utpote qui ex genitoribus eiſdem orti fuerint.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE PROPRIO CVIVSQVE dęmone.

### ARGVMENTVM.

*Summa libri. Item de dæmonibus. Et de dæmone proprio.*

SVmma libri huius de ſuo cuiuſque dæmone, dęmonici potius quàm diuini eſt eiuſmodi. Anima cum ſit omnia, motumq; habeat naturaliter liberum, nimirum poteſt & intra ſe in proprias omnium ſimilitudines formare ſeipſam, atq; ſubinde talia ſibi animalium & plantarum corpora conformare. Si igitur more plantæ vixerit, format poſt hanc vitā plantæ corpus, in quo vegetalis potentia tantum agit. Senſus autem eiuſmodi vitæ pręſidet tanquam dæmō, non vt agens, ſed vt aſſidens ſpeculator. Similiter ſi anima viuens vt beſtia fiat denique beſtia, ſenſum cum vegetali duntaxat exercens, rationalis huic poteſtas imminet otioſa, & tanquam dæmon aliquis obſeruator. Qui vero ratione vnà cum ſenſu viuit, mētem habet more dęmonis aſſiſtentem: qui denique viuit mente deum pro dęmone videtur habere præfectum. Hac in re Plotinus Timæum ex parte ſequutus eſt dicentem poteſtatem præſtantiorem animæ eſſe ducem hominis atque dæmonem. Sequutus eſt & carmina Pythagorica, quæ deum obſecrant, vt quo dęmone vtamur oſtendat. Deinde declarant vnicuique ineſſe pro dæmone quandam naturę propriæ diuinitatem, quę pandere nobis poſſit occulta. Hinc ergo Plotinus & Iamblichus Aegyptiorum ſententia intellectum vnicuique ſuum præficiunt tanquam dæmonē rationis ſemper omnia ſpeculantem. Ad hunc vero librum componendum eſt adductus vt narrat Porphyrius magica Aegyptij ſacerdotis opera, qui & profitebatur ſuum cuiq; dæmonem oculis demonſtrare. Et demonſtrauit Plotino pluribusq; pręſentibus non dęmonem Plotini, ſed deum. Quippe cum Plotinus non tam ratione quàm intelligentia viueret, nitēs videlicet intuitu plurimum potius quàm diſcurſu, neque perturbationes amputans, ſed extirpans. Quamobrem & in hoc libro non ſolum docet qualis cuiuſq; ſit dęmon: verumetiam exhortatur ad deum pro dæmone conſequendum. Hactenus libri ſumma. Eſſe vero præter animæ partes alios inſuper extraneos dęmones tum q̄plurimos, tum duces hoīm Plato ſæpe declarat, omnesq; Platonici. Et ipſe Plotinus alibi, & in libro de amore potiſſimum. In hoc autem libro pręcipue dęmones introducit, qui ſint partes animę: quoniā & ab alijs nōdum fuerat diſputatum. Et pro gradibus eiuſmodi dęmonum diuerſi nobis externorum dęmonum gradus habentur. Vbi enim ſecundum imaginationem vita diſponitur, externus dęmō noſter eſt aereus in aere videlicet infimo: ac per imaginationem noſtram imaginatione ſua nos agitans. Vbi vero ſecūdum rationem viuitur, dęmon foris in aere medio ratione ſua rationem verſat humanam. Vbi denique intellectualis eſt vita, dęmon ex aere ſummo per intelligentiam aſpirat intelligentię: atque id non tam electione faciunt quàm more naturę. Nam & in nobis intellectualis lucis excogitatio imaginationem naturaliter mouet ad ſenſibilem lucem imaginandam. Et imaginatio in ſomno mouet ſenſus, & in vigilia frequenter affectus modo naturæ. Atque viciſſim paſſio mouet ſenſum, ſenſus imaginationem, hæc naturaliter rationem: ſimiliter dæmones viribus ſuis noſtras aſſidue pulſant. Sed excellentior ordo dæmonum agit occultius admodum atque tranquillius ad intelligentiam aſſidue reuocans. Qualis vtique dæmon videtur duxiſſe Plotinum, ideo'que appellatus eſt deus: qualis eſt dęmon ipſe Socraticus. Solent enim præſtantiſſimi quique dæmones deorum nomine nuncupari. Quemadmodum & infimi dij appellatione dęmonum deſignari. Eſſe quidem in aere dæmones in Theologia ſatis aſſeueramus, vt & vbiq; animalia ſint pręditæ ratione: & in aere potius q̄ in terra, tanto pręſtantiora ſimul & grandiora, q̄to aeris ipſe globus eſt amplior atq; pręſtantior, & vitę pręſertim rationali cognatior. Quod enim prius eminentiusq; viuit in nobis

cogitationiq;

[illegible] obſequium [illegible] eſt aereum. Agentia igitur rationaliaq; in aere animalia de- [illegible] figura quoq; [illegible], qualem figura hac aeris exigit. Senſus & in toto corpore totus, & pro natura aeris acutiſſimus: motus ratione ſimili velociſſimus, motionis ordo ferme qua- lis in ſtellis. Dæmones igitur ſtellæ ſunt aereæ [illegible], circuitus ſtellarum cæleſtium pro viribus [illegible] ortu ad occaſum, atq; viciſſim [illegible] vbiq; temporibus progredientes quoque [illegible], ac tum ad ſeptentrionem vergentes, tum ad meridiem, tum etiam velut in au- [illegible] aſcendentes, tum iterum deſcendentes ordine certo: præſertim dæmones ſuper aerē tur [illegible]. Neque electione duntaxat in nos agunt vt diximus, ſed plurimū ſtellarum inſtar [illegible], radijsq; ſuis quamuis occultis, tamen admodum efficacibus. Quos quidē magus [illegible] congregare ſciuerit poterit & videre, cæterisq; mōſtrare: ſicut & ſolis radij e veſtigio poſt [illegible] per ſe minime diſcernuntur, aliquando certis vaporibus congregati ſtatim ſub [illegible] palloris forma videntur. Et flamma nonnunquam in meridie accēſa procul in li- [illegible], adhibitis vero lignis apparet. Videtur itaque ſacerdos Aegyptius dæmonis [illegible] congregaſſe, atq; (vt Porphyrius teſtis eſt) præſentium oculis oſtendiſſe, ſiue [illegible] hoc eorum munere tunc impetrauerit, ſiue vaporem certum dæmonibusq; [illegible] fœderis antiquo certo modo radij dæmonis congregari patuerint. Sed quanā [illegible] magus Plotini dæmonē eſſe ſupremū? qa videlicet nō difformi quodā inſtar iri [illegible] venit, ſicut infimi ſolent dæmones in aere mixto: nō pallore iterū vel rubore, ſic- [illegible] nunquam conſueuerunt: ſed lumine puro penitus atq; clariſſimo, quod æthereo [illegible] dæmonum duntaxat eſt proprium. Verum ſi Plotini dæmon eſt altiſſimus, [illegible] familiariter eum ducit? Quomodo magus ille radios illius attingit? Quamuis po- [illegible] dæmon eminus quoque habitans iactu ſenſualium radiorum, & aliquid verborum mo- [illegible] pulſare, pulſandoq; videre ſpiritum hominis intimum, ac videndo quaſi [illegible] ſignificare aliquid & afficere. Memento tamen à ſummis ad infima paſſim extendi [illegible] que à ſingulis ſtellis certos dæmonum ordines ſtellarum pediſſequos certis affici [illegible] atque ſimiliter animas à dæmonibus, à ſuis vbique ſuas. Sunt ergo plures in qualibet [illegible] infra lunam, quam ſuper lunam. Dæmones Saturnij ſub Saturno, Iouij ſub Ioue, [illegible] atque inter Saturnios alij etiam in eadē ſphæra præſtātiores alijs: ſimiliterq; [illegible] modum inter homines ſolet accidere. Plotinum igitur atque Socratem præſtā- [illegible] aereos duxit dæmon, ductus videlicet à quodā inter æthereos præſtātiſſimo du [illegible] ab aliquo inter cæleſtes dæmones optimo. Socrates igitur atque Plotinus con- [illegible] mouentur à ſummo. Sed nunquid vnuſquiſque tantum in eadem ſphæra moue [illegible] non ab vno. Quamuis enim dæmon quilibet ampliſſimam impleat re [illegible] etiam ſi non mutet locum, tamen multis in locis poſſit oberrantem hominem obſeruare, atque more ſtellæ vbique attingere radijs: tamen non eſt probabile, quando quiſ [illegible] ab oriente vſque ad occidentalem plagam peregrinatur: dæmonem natura longe præ- [illegible], velut addictum alicui pædagogum peregrinantis hominis veſtigia ſequi. Quid [illegible] eſt vbique ſecundum Iamblichum: itaque non cogitur muta- [illegible] ſi non eſt ſimul vbique, non dæmon tātum vnus, id eſt numero vnus, ſed etiam [illegible] vnicuique præſidet: ſic ſolares dæmones ſolari præſunt homini. Qui quocūque [illegible] dæmonum proprie [illegible]: ipſe inquam & vnuſquiſque ſolaris. [illegible] Venerei paſſim incidunt in Venereos. Sunt tamen inter Solares dæmones differē [illegible] dotes [illegible] quas [illegible] Sol poſſidet [illegible] Solares dæmones multos ſe [illegible] tribuuntur. Similes quoque ſunt & plures inter Solares homines differentiæ, adeo [illegible] accommodatos. At commodiſſimi vero [illegible] certa naſciſcitur. Hinc efficitur, vt alius ſit fortunatior alibi [illegible] dæmon potentior eſt, & in quo [illegible] efficacior [illegible] plurimi etiam ſuper [illegible] mirabiliter, atque peragant ſuis videlicet [illegible] dæmo- [illegible] vero [illegible] & aliorum opinionem opportune incidant in tempora, [illegible] quibus rite ſuppeditan- [illegible]. Quomodo [illegible] inter ſe [illegible] con- [illegible] ſed dæmonica [illegible] connectit euentum, ad præcognitum ſi- [illegible] cælo miniſtrans pariter atque ſuppeditans, miniſtrans in- [illegible] ſuppeditans inſuper propri [illegible] ad [illegible]. Quod [illegible] non [illegible] cæleſti [illegible], ſed ſignificat. Vnde non [illegible] aſtrologus ex [illegible] diſpoſitione cæleſtium, velut ex ſigno prænunciabit quæ certus [illegible] accommodatus [illegible] agit vtcunque poteſt in nobis, & vtcunq; poſ-

In ſuperioribus quidem eſt interminata natura, ſed in ſpecie quadam conſiſtit, nõ enim eſt prorſus indefinita, ſed quatenus ad ſuam refertur perfectionem. Quod aũt hic indeterminatũ dicitur, indefinitũ eſt omnino, & indefinitas ipſa. Quæ quidẽ dum perficitur, corpus euadit, accipiens formã potentiæ ſuæ accommodatã, participationẽ uidelicet generantis & nutrientis, idq; in corpore ſolum ſuperiorum eſt extremum, in ipſo inferioris extremo.

*De tranſmigratione animæ, & quòd non tranſit in beſtias.* Cap. II.

Quid ſuperior Plotinus quondam de tranſmigratione animæ ſenſerit, niſi forte poeticus ſit ut Plato, legentibus eius ſcripta declarant. Nos autem optamus eum quod & plerunq; philoſophi ſolent diligentius meditatum, ſi modo id ſenſerit in hunc ſaltem modũ [illegible]. Quam non tam rationis neceſſitate, quàm conſuetudine gentis & ſe[illegible] videtur: quanquàm hominis anima quodammodo in ſeipſa mutetur, nunquàm [illegible] humanæ ſpeciei terminos tranſmutatur. Quod & Iamblicho placuiſſe vi[illegible] animam in quabbet tranſmutatione ſuam ſpeciem conſeruare: quandoquidẽ eius motus exordium habet ab ipſa, & agitur intra ſeipſam. Quæ quidem vbi dicitur eſſe omnia, intelligenda eſt eſſe omnia non quolibet modo, ſed ſuo, ideſt ſpeciei propriæ proprio. Noli inquit dicere, anima ſi eſt omnia per potentiam naturalem, ergo quandoque fit omnia: [illegible] anima ipſa fit forma corporea, ſiue corpus, quia videlicet anima nõ eſt quo[illegible] eiuſmodi forma vel corpus: ſed proprie ſecundum ipſum vitæ modum. Ita neque fit beſtia, quoniam anima non eſt ſimpliciter animal, ſed modo duntaxat humano. Præterea cum videamus certos effectus non ex quibuslibet cauſis, ſed certis oriri, calida ex calẽtibus, [illegible] ideoq; viciſſim certas rerum ſpecies non quoslibet effectus pro[illegible] proprios. Nimirum neque ex natura hominis genitali, quæ certa quædã eſt ab ini[illegible] humana, bouem aliquando fieri ſperare debemus, niſi forſan ipſa natura ſpeciem per ſe aliquando mutet, atque ex humana fiat quandoque bouina, quod quidem effici nequit, [illegible] enim per ſe mobilis & ſempiterna dicatur, nunquàm tranſmutatur ab alio, ſed neque [illegible] ſponte ſpeciem deſeret propriam: quandoquidem hanc ſibi ſingula ſemper conſeruare [illegible]. Iam vero ob hoc ipſum quòd genitalis ipſa humana natura non poteſt eſſe bouina, contingit vt nec homo bouem, nec bos procreet hominem: longius enim diſtat à natura [illegible] effectus naturæ huius ab illa. Omnino vero aliæ rerum ſpecies in alias degenerare non ſolent, niſi & amittant interna, & admittant rurſus externa, & in com[illegible] itaque paulatim deſinant eſſe quod erant, quod animæ noſtræ contingere Plato [illegible] concedet. Concedet autem proprietatem hominis genitalem, à proprieta[illegible] genitali [illegible] non aliter ſpecie diſcrepare, quàm humana ſpecies à ferina. Accedit ad hæc [illegible] dicatur talis fieri ſiue talis apud Plotinum per electiones actionesq; ſuas: ſi [illegible] non igitur per eas ſpeciem tranſibit humanam. Deinde vanum eſt di[illegible] actionibus mãcipatam, euadere beſtiam ratione captam, quoniam ipſa [illegible] vtatur. Non enim rationis acumen ocium penitus agit in prauis, imò [illegible] quàm nulla circa ſpectacula ſenſus, & imaginationis obiecta vel comparan[illegible] plurimum diuerſat. Quid vero in cauſa eſt vt praui acutiores plerũq; effica[illegible] in ſuis operibus videantur, niſi potentiæ rationalis acumẽ pariter & effectus? Quomodo [illegible] iniquus animus poſt hanc vitã in terrenũ corpus eſt iterũ transferẽdus, non in [illegible] rationis ſolertiã ſimiliter abutentẽ, huc enim ſimilitudinis [illegible] adducere. Iam & Plotinus ipſe manifeſte fatetur hominem non ſecũ[illegible] omnes animæ vires agere. Purgabitur vero quandoque, [illegible] diſpenſatur [illegible] aliquando propter ſcelera calamitates incidet, vt [illegible] diſciplina & dæmone cohortante. Denique [illegible] aliquando planta ſenſibus deſtituta. Quaſi vero voluptuoſus [illegible] atque in modum orbata ſenſibus arbor euadat, imò [illegible] intemperans. Si ergo ſit iterum ad terrena corpora retor[illegible] ſed in hominem reuerſus, quem violentum ſenſuum ſuorum im[illegible] perdat, vt eam vitæ voluptuoſæ pertædeat, legi[illegible] reuocantibus meliorem. Mitto quòd iniquorum mol[illegible] à deo, vt quæ voluptate peruerſa perpetrauet[illegible] puniantur. Qui vero puniendis omnem adimit rationis [illegible] adimit: qui tollit ſenſum, aufert cũ ſenſu dolorẽ. Ani[illegible] in terrenis corporibus, ſed aereis, quam punitionem in

Theologia planius aperuimus. Proinde neque te moueat quod inquit Plato, [illegible]
totius inanimati curam habere: non enim inde ſequitur, quamlibet animam quibuslibet [illegible]
mari corporibus, quod & Plato fieri poſſe negabit. Profecto ſi rationalis anima non ſolum [illegible]
renum corpus regit & mouet, ſed aereum etiam & cæleſte ſi in ſuperioribus [illegible]
uit ſedibus, ſi varia gerit munera, ſimilia quoque cæleſtium prouidentiæ, ita [illegible]
mati totius curam habere videtur, variasque intra ſe induere ſpecies, propriam non [illegible]
naturam, ſed aliorum ſibi ſimilitudines vendicando, ſi modo eſſentia fuerit ſemper [illegible]
to igitur Timæus Locrus negat animas humanas in beſtias pertranſire. Negat [illegible]
mine mox in hominem tranſmigrare, vtpote qui in corporibus aereis putat [illegible]
uere: atque ita animi vexatione purgari. Cruciatus vero ſenſibiles ſiue in corpore [illegible]
tè fiant, ſiue in aqua, vel igne, dicit eſſe confictos, vt terreantur illi qui ad virtutem [illegible]
ſionibus non ducuntur. Nempe ſic affecti homines ſpiritalia etiam ſupplicia non [illegible]
ſcilicet mœrorem animi agnoſcentis ſe ſummo bono priuatum, anguſtiamque [illegible]
comitantis tunc ipſam animi pœnitentiam, quando in aereo corpore [illegible]
luuntur. Has vtique pœnas Timæus ipſe reſeruari peccantibus non negabit [illegible]
mas noſtras eſſe inter ſe differentes & immortales, Pythagoricus enim eſt, & à Platone [illegible]
mopere cultus. Ait quinetiam deum noſtras animas ex eiſdem viribus rationibusque [illegible]
di animam abſoluiſſe: atque alias ab alijs ſtellis demiſiſſe ſub lunam: rurſum [illegible]
ſupremam ex identitate conſtare. Oportet igitur ex Timæi ſententia dicere, [illegible]
quæ peccando in rationem peruerſam imaginationemque vehementiorem [illegible]
obitum mox in aereo corpore, quod nunc etiam poſſidet, eadem ipſa cogitatione [illegible]
tate vehementiaque torqueri inter infimos dæmones, ſimilibus animam ſtimulis [illegible]
tes. Quouſque tantæ anguſtiæ cauſam recognoſcens, fuiſſe auerſionem [illegible]
lectu, paulatim reuertatur ad ipſum; quod tunc per pauciora diſtracta, planius [illegible]
animaduertere poteſt: atque ita gradatim in ſublimiorum dæmonum ordine [illegible]
ad ipſas denique ſtellas vnà cum cæleſti corpore, quod poſſidet ab initio [illegible]
lā, vel cuius ordinem à principio ſortita eſt, vel cui reddidit viuendo ſe ſimilem. [illegible]
ro proprietatem conſeruat humanam, eſt enim homo terrenus, eſt aereus, eſt [illegible]
ſuper Solaris, & Martius. Vbique autem homo eſt ipſa rationalis anima, [illegible]
viuificans: in cælo quidem cæleſte tantum, in aere aereum per cæleſte, in [illegible]
renum. Tandem vero certa poſt ſecula per quandam cum contemplationis [illegible]
generatiōis intentionē animā deinceps per eoſdē gradus dæmonū aereorūque [illegible]
poſtremo ad terrenum hominem deſcendere forte Timæus exiſtimabit, [illegible]
tum non in beſtias animam hanc præcipitari animæ mundanæ germanam, [illegible]
leſtium, neque mox rurſus in hominem atque terrenum [illegible]
re purgari, aptiusque ad ſupera reuocari. Semper autem ad corpus habitumque [illegible]
mum, ſiue apud nos ſiue ſupra nos reuoluatur, donec redeat [illegible]
libet ad quodlibet proficiſcitur. Interea vero in terris quidem dormitare, [illegible]
ra recolere, ſed ſupra terram euigilare, priſtinumque ſui [illegible] animaduertere [illegible]
ſecula quaſi vitæ vnius ætates rationalis animi perſona ſit eadem. Hæc [illegible]
ſan ſenſiſſe Timæum, quæ mihi inter Platonicorum opiniones probabiliora [illegible]
do vero loco probarem inter Platonica, quæ in ſuperioribus adducebam, [illegible]
manam de homine terreno in terrenum tranſmitti [illegible] in beſtiam, [illegible]
tradunt tandem Porphyrio placuiſſe, tametſi ex hac opinione veriſimile eſt in [illegible]
corpore inter terrenas vitas degere vitam. Proclus præterea [illegible]
rum ſchola negat intellectualem animam ferino corpori [illegible]
ri poſſe, vt ei quandoque in vita communicet. Communicare [illegible]
tent in quadam ſimilitudine vitæ, idque ſenſiſſe Platonem [illegible]
tia dicendum ſit nec ne, animam [illegible]
uerſari. Atque etiam per talem imaginationem [illegible]
ſan inſinuari, ſicut plerique tradunt inferiores dæmones corpora ingredientes [illegible]
ginationibus ſe noſtris [illegible]
mabus infuſum, [illegible]. Nam vbi Daniel propheta [illegible]
ob grauiſſima ſcelera inter boues [illegible]
interpretantur Hebræi [illegible]
bouem ſe factum opinaretur, grauiterque doleret, quemadmodum ſolet [illegible]
efficere. Quid ſi [illegible] quoque apud Platonem eſt tranſitus [illegible]
cuius ſententiam cum modo exponerem, ambiguus exponebam. [illegible]
in terrenum corpus animarum reditū negauiſſe, niſi [illegible]

verùm

Varia peccata variè purgari per afflictionem ſpiritus ſtimulatam à dæmonibus exploratoribus ſub iudicio Nemeſis. Denique ipſe nos Plato monuit ne temere quamlibet animam cuilibet corpori iungeremus, cùm inquit in Phædro, non poſſe in hominem venire animam quæ ſit propria bruti forma, quæ nunquam diuina perſpexerit: quaſi ſignificet, nec ipſam hominis animam in ipſam bruti formam poſſe deſcendere, quamuis in ſimilitudinem quandam commerciumq; forte deſcendat. Quoniam vero de brutorum animabus ſæpius hic fecimus mentionem, opportunè hic quæritur, ſi omnis vita ſit immortalis, contrariumq; non accipiat, ideo effugiat mortem, vt Numenio placet atque Plotino. Si rurſum progredientium animalium animæ & immortales ſunt, & quodammodo rationales, vt vult Porphyrius, ac ferme ſimiliter Iamblichus, quid nam de his dicendum? Dicemus forſan ex eorum ſententia vel fingemus [illegible], animas beſtiarum imaginationem habentium, ideoq; motum proprium poſſidentium, in ſeipſis ſubſiſtere ſeparatas à corpore, numerumq; habere ab initio certum, & vnamquamque in ſua ſpecie de corpore in corpus inſinuari, ſpecies vero confundere nunquam. Atque interea donec ſolidum in ſua ſpecie corpus opportunius nanciſcatur, in aereo ſuo corpore viuere: habent enim ipſæ ſuum quoque ſpiritum, in quo nonnihil artis & vaticinij mu[illegible], quibus dedicantur, ſortiri Porphyrius arbitratur. Animas autem proprio ca[illegible] & imaginationis expertes, concharum ſcilicet marinarum atque plantarum viuificationes quaſdã ex anima mũdi potius eſſe q̃ animas, ſicut in pilis animalium ex anima [illegible] accidere, eaſq; in mundi vitam poſtremo reſolui. Vbi vero Plato animas infra noſtram mortales appellat, exponent illi quos modo dicebam. Non ita mortales, vt pereant, ſed quia prorſus aliunde dependent, & ad mortalia tantum affectum & actum habere videntur. [illegible] vbi ait, animam eſſe vniuerſum tum intelligibile, tum ſenſibile, ſemperq; per intellectum agere in mundo intelligibili æterno quodam idearum intuitu, diſſonare videtur tanta [illegible] animæ ab eo quod in brutum cohibeatur & plantam. Tametſi dictum hoc quodammodo temperat, vbi non vult ex hac ipſa ſubſtantia, ſed ex quodam eius influxu & corpore [illegible] animal & arborem coaleſcere, intellectu interim ab opere proprio non ceſſante: ceſſante tamen rationali tum actu, tum habitu atque facultate, quod non facile nos admittimus. [illegible] enim eſt animæ noſtræ propria rationalis ipſa facultas, igitur tanquam maxime [illegible] ſummopere permanet. Denique naturam genitalem animaduertes eſſe quendam [illegible] terminum, vt quod in ipſo ſui ſummo eſt intellectuale, ſit in eiuſdem infimo genitale: quemadmodum quod eſt in ſummo lux, fit calor in infimo: atque radius viſualis [illegible] quidam emicans ſic genitalis in ouo. Et quemadmodum radius eiuſmodi viſualis [illegible] prorſus vllo, ſed ſolum dependet ab oculo, ideoq; nec extinguitur quãdo nõ [illegible], ſed deſinit extrinſecus agere: ita genitalis quoque natura ſe habet, ex intellectuali ſubſtantia & intus micans, & foras emicans. Quæ & reſtat in ipſa intellectuali ſubſtantia [illegible] emicans, quando totus animus vertitur ad oppoſitũ, ſicut radius viſualis quando [illegible] oculus retracto radio potius quàm extincto.

## Transmigratio animarum. CAP. II.

PRoinde quod dicitur à Platone, anima omnis totius inanimati curã habet, in hac anima potiſſimum habet locum, aliæ uero ſe aliter habent. Per totum itaq; cælum reuoluitur, aliàs in aliis ſpeciebus, ſiue in [illegible] ſpecie, ſiue rationali, ſiue etiam uegetali. Pars enim eius dominãs [illegible] ſibi peragit munus, cætera uero torpẽt, extra nanq; relicta uidentur. [illegible] homine autem non ſuperant quæ deteriora ſunt, ſed ſimul exiſtunt, [illegible] tamen quod melius eſt ſuperat ſemper, nã hæc quoq; locũ in eo [illegible]. Quamobrẽ & tanq̃ ſenſuales uiuunt, adſunt enim & inſtrumẽta ſenſu[illegible] quoq; ab hoĩbus fiũt quaſi plãtis, corpus ſiquidẽ ceu plãta ab in[illegible] auget & gignit. Quapropter oĩa in agẽdo cõmunicãt, ſecundũ uero id [illegible], tota ſpecies homo cẽſetur. Aĩa tandẽ corpore migrãs id ipſum [illegible]. Itaq; ad ſuperiora cõfugiendũ, ne in ſenſualẽ ſpeciẽ [illegible], ſimulachris uidelicet ſenſibilibus obſequuti. Ne'ue in uegeta[illegible] [illegible]ripati libidine generãdi, & irretiti ſuauitate ſaporũ, ſed ad

immò potius actum illius ipſo minime diminuto.

*Anima noſtra attentione regit corpus & ſentit, anima mundi ſine attentione.* Cap. III.

Proclus quidem animam per eſſe ſuum quod eſt viuere, atque eſt ſempiternũ, ſemper viuificare corpus ait cæleſte ſaltem animę cognatiſſimum, Plotinus autem putat animam ab hoc etiam actu aliquando ceſſaturam, quod & hic & alibi ſæpe declarat, idq́; tum denique fieri quando rationalis ipſa potentia vna cum imaginatione ad intelligentiam tota conuertitur: nam & ſæpe nimia ſpeculationis intentio remittit in nobis naturę genitalis effectũ, atque viciſſim, quod mundi animæ non contingit: ſiquidē poteſtas eius eſt naturaliter amplior, & admodum efficacior, corpusq́; nacta eſt obediens penitus, & in tuto locatum, quod tam facile fit ex animæ vita viuens, quàm facile præſentia ignis aer gignitur. Pertinere vero forſan videtur ad prouidentiam compenſare quandoque animam ſumma quadam quiete tandiu apud nos fatigatam. Concedatur hoc Plotino, dummodo & illud ipſe concedat, animam quæ tantum eleuari poſſit ſuper materiam, totumq́; ſupergredi cælũ, & animæ cæleſtis officium, nunquàm ad brutum coerceri vel arborem. Sed cum in anima mundi nulla ſit intētio circa corpus, nunquid ibi vllus eſt ſenſus? Eſt certe, ſed nihil ſentit externum: ſunt enim in ipſa quæ ſentit, neque ſentiendo diſtrahitur. Senſus enim illic vnicus eſt & intimus, neque ſentire ſeſe [illegible], nihil enim alieni accidit, nihil noui. Omnino vero ſentiri ab anima neceſſe eſt corpus coniunctiſſimum animæ prorſusq́; cognatum: ſed ſicut alere, ita ſentire corpus ſuum nō habet animaduerſionem huius actionis adiunctam.

*Natura uegetalis ſempiterna eſt. Anima mūdi ſine attētione regit corpus & ſentit.* CAP. IIII.

Sed nũquid actus animę ad inferiora demiſſus ſemper eſt in corpore? nequaq̃: ſi enim ad ſuperna conuertimur, ſimul ille cõuertit. Quid ergo de actu eiuſmodi ſiue parte aīæ mundi dicemus? Nũquid ea ad ſuperiora cõuerſa, hęc quoq; hinc auertitur? Profecto nō cõſenſit omnino hęc anima parti ipſius infimæ, neq; pceſſit, neq; deſcendit: ſed illa manente mundi corpus annectitur, ac uelut accēditur, lumineq; perfunditur: cumq; mundus in tuto ſit collocatus, ideoq; minime perturbetur, merito animam non perturbat. Quid ergo? Nihil'ne ſentit omnino? uiſum quidē nō habet mundus Timæus inquit, quoniā neq; oculos: non habet auditū, ideoq; nec aures, neq; nares, neq; linguā. Habet'ne igitur cõſenſionem quandam quodāmodo quæ in ſeipſo ſunt percipientē? qualē in nobis nos experimur? At forſan cum ſemper ſecundū naturā in eo cuncta ſe ſimiliter habeat, quies in eo eſt q̃tum ſpectat ad ſentiendū, neq; uoluptas ineſt. Adeſt igitur & uegetale quaſi non adſit, & ſenſuale ſimiliter, uerum de mundo quidem alibi. Impræſentia uero quantum attigit dubitatio, dictum fuerit.

*Quomodo animæ uariæ uarios dæmones ſortiantur, quomodo eos mutent, quomodo cum eis in generationem ueniant.* Cap. IIII.

In ſequenti capite memẽto animam ſortiri dæmonem talem aut talem propter talē quandam electionē eius atq; motionē, non propter electiones ſingulas, ſed ſpeciem electiōis ad quandam vitæ ſpeciem dirigentis, neq; mutare dęmonem q̄diu vitę ſpeciem omnino nō mutat. Quatenus igitur vitam agit veneream, dæmonem tenere Venereum. Ac ſi abſtineat q̄doq; [illegible] amoribus, tamen q̄diu facile peragit amare, q̄uis honeſte, ſpeciē dęmonis non permutat, adhuc enim Venereū habet, ſed præſtantioris inter Venereos ordinis. Similiter ſi à mercatura conferas ſe ad literas, dæmonem ſeruat Mercurialem q̄uis ſuperiorē. Si à religiōe ad militiam, genus dęmonicū mutat & ordinē, nam à Iouali trāſit in Martiū, ex quo animus tunc plerunque infortunatus euādit. Cõtra vero ſi à militia ad religionē veniat, ſubit ex Martio Iouiū, niſi pergat ibi quoq; contentioſus eſſe, vnde neq; eſt admodū fortunatus. Plurimi vero q̄uis utcunque in hoc corpore vitæ modū mutare aliquādo videantur, nonnihil tamē conditionis antiquæ conſeruant, ideoq; nondū antiquum dęmonem penitus exuerunt. Proinde per ea quę ſequuntur, apparet affectionem animæ primam, ſiue naturalem, ſiue electoriam, multū corpus afficere, vt malus animus mala, bonus bona, ex quolibet ſibi dato corpore poſtremo reportet, ſimiliterq́; referat ex fortunis. Quamobrem non mutatur dæmon, neque differt propter corporum fortunarūq; differentias, quatenus ipſe mos animę ſpeciē ſeruat antiquā,

quo prorſus

quo prorſus in oppoſitum permutato, mutatur & dæmon, & cum dæmone reuera fortuna, fortuita enim nobis ipſe diſponit. Denique ſumma penes animæ qualitatē eſt autoritas, quandoquidem pro differentia qualitatis animæ talem quendam induimus dæmonem, & exigimus, ac per dæmones plurimum fortuita diſpenſantur. Quod ſi vel Porphyrius dicat ſecundum ſtellam in figura geneſis dominantem, vel Iamblichus ſecundum totam tunc regnantis harmoniam mundi differentes animabus diſtribui dæmones, intellige cæleſtem motum aut conſpectum diſtributionis eiuſmodi, non tam cauſam eſſe quàm ſignum: nam animæ hominum atque dæmonum ſicut natura ſunt ante cæleſtium motiones, ſic ante motiones tales in ſe iam ipſæ ſunt tales. Ideo Timæus ait, animas per affectiones ſuas prius elegiſſe ſortes, formasq; vitarum palam obiectas: deinde dæmones accepiſſe: tertio motiones attigiſſe fatales, atque attigiſſe per vehicula ſua, ſcilicet cæleſtia earū corpora, cæleſtibus influxibus motionibusq; contigua. Cæleſtem itaque lyram cogita pulſante Phœbo, varios in horas concentus efficere, animas autem omnes cum anima Phœbea ſic eſſe concordes, vt quales ipſæ in ſe iam ſunt, talibus potius q̄ talibus concentibus moueantur, veniantq; aliæ aliàs in choream ſaltaturæ. Ex tali itaque cæleſtium harmonia, qua tangitur anima præcipueq; mulcetur, cognoſcimus qualis ipſa ſit, qualemq; per ſe ſortita ſit dæmonem, quid'ue actura ſit in chorea poſſimum, & quomodo ſaltatura: vbi plurimum procedit ex anima, non parum quoque ex harmoniæ cæleſtis conditione contingit. In tota verò hac diſputatione memento non poſſe vel rerum noſtrarum conditionem, vel Platonicorum verborum ordinem rite teneri, niſi per externos dæmones interni quidam ſint atque viciſſim, aliiq; aliis proprie coaptentur, [illegible] potentiam affectionemq; animæ, quæ proxime eſt ſub intimo dæmone, verſari [illegible] ſentis opera, propriumq; eſſe operum effectorem, dæmonem vero velut aurigam [illegible] huius atque rectorem. Atque hanc ipſam effectricem negotioſamq; potentiam [illegible] dæmonis vires agere quicquam, neque rurſus æqualia dæmonis dignitati.

*Anima ſecundum mutationes ſuas mutat dæmonem, quem præcipuum habet intimum, [illegible] tem animæ proxime præſidentem negotioſæ potentiæ.* CAP. V.

PRoinde ſi anima illic eligit dæmonem atq; uitam, quomodo ulterius actionis alicuius domini ſumus? Forſan quæ illic electio dicitur, ſub obſcure indicat electionem affectionemq; animæ communiter & ubiq;. At ſi electio animæ domina eſt, eaq; pars ſuperat quam ex ſuperioris uitæ actis promptiorē habet, non ulterius corpus mali alicuius cauſa animæ eſt dicendū. Si enim ipſe mos prærogatiua quadam antecedit corpus, idq; quod elegit habet, & dæmonem (ut Plato inquit) non commutat, nimirum neque bonus hic fit, neq; malus. Forte potentia quadam eſt uterque, actu uero fit. Quid ergo dicendum, ſi quando qui probos habet mores in corpus incidit malum? atq; uiciſſim malis imbutus moribus bonum corpus aliquando naciſcatur? Forſan poſſunt magis minus'ue quæ ad animam utranq; pertinent, utraq; corpora ſic aut ſic afficere. Quandoquidem & aliæ externæ fortunæ totam prorſus electionem nequaquàm tranſgrediuntur: quando uero dicitur primo quidem ſortes extare, deinde uitarum exempla proponi, poſt hæc fortunas ſequi: rurſus ex præſentibus propoſitisq; uitas eligi ſecundum mores, hæc inquam omnia autoritatem potius tribuunt animabus ad mores ſuos quæ data ſunt componentibus. Quòd igitur hic dæmon non omnino extrinſecus ſit, ſed ita ſe habeat quaſi neq; colligatus, neq; rurſus proprie operans: ſit autem noſter quoniam de anima & aliquid animæ dici poſſit, neque tamen noſter, qua ratione nos tales quidam homines ſumus, uitam talē ſub nobis habētes, teſtimonio nobis eſſe poſſunt quæ in Timæo tractantur, quæ quidem ſi hac ratione accipiantur, nulla ſequetur diſſonantia: ſi autem aliter dæmon accipiatur, diſſonantia quædam ſequitur. Rurſus quòd ait dæmonem eſſe eorum quæ quis elegerit expletorem, id quoq; cōſonat: nobis nanq; præſidens

ſidens non ſinit longe inferius ad id quod eſt deterius prolabi, ſed illud agit ſolum quod ſub ipſo eſt, neq; ſuperius ipſo, neq; æque æqualiter: nō enim poteſt aliud fieri, quàm qua ratione exiſtit.

*De viro & dæmone optimo. Quomodo dæmon ducat animam ad iudicium, & quòd animæ poſſunt ad ſidera peruenire.* *Caput V.*

Poſt hæc ait illum eſſe præcipue probum, in quo vires imaginationis ratiõisq; prorſus intellectu formatæ ſunt, adeò vt tota vita ſecundum intelligentiā peragatur: vbi non præeſt vitæ dæmon aliquis, ſed ipſe deus, ſcilicet tum diuinus intellectus, tum intellectualis vnitas, quæ eſt intelligentiæ quaſi aurigæ caput, tum ipſa ſimpliciter vnitas deus ipſe deorum. Tum vero ait animam noſtram non formari ſemper intelligentia, quoniam ſtatim ab initio ob operoſam generationis fabricam actus potentiæ vegetalis ſupra modum intenditur, ad quem & ſimilia præcipitatur imaginatio: circa quam & ſimilia negotiatur & ratio, hæc vero intelligentiæ ſunt oppoſita. Veruntamen etiam antequàm diſcurſibus rationis vtamur, appetimus ipſum verum naturaliter atque bonum, per ipſam ſcilicet cognoſcēdi potētiam. Cum vero hæc non appetat aliquid prorſus incognitum, ineſt ſaltem mēti veri boniq; forma naturaliter inſita: regit autem animam dæmon, non quidem ſimpliciter optime, ſed optime pro præſenti ipſius animæ qualitate. Poſt hanc in terreno corpore vitam dæmon tam intimus quàm externus animam ad iudicium ducit, ſcilicet in ſuo quodam aereo corpore cōſtitutam, antequàm ad corpus terrenum redeat: dæmon dico alius quatenus alia tunc in anima ſpecies ſit viuendi, alioqui dæmon eſt idem. Eſt autem accommodatiſſimus purgatorio iudicio ſtatus in aereo corpore, ibi enim eſt afflictio ſpiritus in peccantibus, ac propter minorem diſtractionem facilior occaſio pœnitentiæ, expectaturq; profectus quidam in anima, & futuri ſtatus electio. Quamobrem animā in bruta tranſmittere vbi ſit imaginatio ſtupida, nihil aliud eſt vt diximus, quàm claudere potentiæ locum. Inter hæc te iterū admoneo ridiculum eſſe, animam, ſiquidem poſſit à toto ſe eximere mundo, in bruti vel plantæ anguſtias coerceri. Probabilius dixiſſet vnà cum Proclo, nec infra hominis formam deſcendere, nec extra corpus ire cæleſte, ſed hoc aſſidue retinere: cæleſte dico non quodlibet vendicare ſibi, ſed habere ab initio proprium. Saltem vero ſi liberari animam ab vniuerſo quandoque poſſe Plotinus exiſtimat, ſuſpicatus quoque fuiſſet, poſſe illic perpetuo viuere, quòd Porphyrium opinatum aliquando tradunt. Quod & in Phedone poteris ſuſpicari cum audis, ſine corporibus in æternum viuunt: nam ſi quando vltra conditionem peruenerit huius mundi, mutabilem non videtur vitam vlterius mutatura. At ſi mutaturam dicas, ne dicas ſimul extra cæleſte corpus exiſtere: nam & mirum eſt animam in cælo ſidera, imò omnia contemplantem appetere noſtra, niſi forte tunc ita contingat, ſicut libido ſępe clam ſtimulat hominē ſpeculantem: id vero contingere duntaxat animæ poteſt, quatenus eſt mundo connexa, cuius gratia fit generatio. Eſt autem annexa ſaltem per cæleſte corpus ab ea ſemper vita donatum, alioqui non appeteret generationem quandoque mundanam infra lunam, anima iam poſita ſuper lunam. Peruenire vero animam ad cæleſtia poſſe probatur ex eo, quòd ſi omnes intellectuales animæ ſine medio exprimuntur ex intellectu diuino exemplari mundi, atque exprimuntur ex toto, non enim ille diuiditur: nimirum exemplari toto impreſſæ procedunt. Sunt igitur totus ille mundus & iſte, non quomodolibet inquam, ſed modo potius animali. In noſtra igitur anima vires quædam ſunt animæ mundanæ conformes, itaq; ſtellis quæ ſunt circa illam quodammodo congruentes, vt non mirum ſit qui contemplatione præcipua viuunt, ad Saturnum denique proficiſci: qui ciuilitate, ad Iouem: qui magnanimitate, ad Martem: reliquiſ ue ſimiliter. Potiſſimum ſi tales fuerint ab initio, notabis genitalem naturā eſſe ſimul cum animæ eſſentia ſempiternam, etiamſi eius intermittatur effectus: eſſe & in ſe indiuiduam, quàmuis per corpus videatur eſſe diffuſa, ſicut per aerem indiuiſibile lumē. Quòd enim indiuidua ſit apparet, quia tota ſeminaria virtus in qualibet viget guttula ſeminis, vbi ex vno ſeminis iactu plurima generantur. Et tota prorſus vita eſt in qualibet plantæ parte, vbi pars amputata vitam ſeruans iterum coaleſcit, vniuerſali interim conferēte natura. Memento rurſum qualitatem animæ propriam, dæmonemq; ipſi domeſticum ingredi fatū, quando mutabile corpus ingreditur, ac prę ter communē patiendi conditionē propriam quoque efficaciam poſſidere, vt nō tantum patiatur in fato, ſed agat: ſiquidē ſors externa plerūq; ſimilis euadit diſſimilis, dum moribus diſſimilibus accidit. Atque contra animis inter ſe ſimilibus ſimiles euadunt ſortes, inter ſe valde diſſimiles: eſt autem anima in fato ratione corporis, cæleſtis quidem vt agens, reliquorum vero magis vt patiens. Collocatur vero à fatali reuolutione cæli iam mobile corpus ingreſſa, in quadam conditione fortunæ ſecundum certum ordinem, electionis ſcilicet conceptioniſq; & infuſionis, & ortus.

[illegible], hæc ſcilicet natura in diuiſa quemadmodum & ex plantis, nam & hæc natura eſt circa corpora diuiſibilis. Et quando manens in eodem continuat uitam, ſicut in plantis: ubi uero diſcedit, priuſquàm diſcedat iam dedit uitam, ſicut in truncatis arboribus uel animalibus mortuis, ubi ex putrefactione ex uno multa naſcuntur. Arbitrandum quoque eſt conferre ad idem uirtutem quoq; eiuſmodi influentem ab uniuerſo eandemq; hic exiſtentē. Rurſus autem ſi reuertatur huc anima, uel eũdem, uel alium aſſumit dæmonem ſecundum uitam quam actura ſit. Ingreditur igitur primum unà cum hoc dæmone quaſi cymba id uniuerſum, deinde natura huius qui à Platone ſuſus dicitur mũdanus atq; fatalis, cōprehendens animã uelut in naue, certo quodam ordine collocat in quadam ſede fortunæ. Circunducente uero mũdana reuolutione quaſi uento animam in naue ſedentem, uel etiam deambulantem, multa uaria que contingunt ſpectacula. Item transmutationes & caſus, quemadmodum in ipſa naui, uel iactatione nauis, uel ab ipſo qui mouetur impetu proprio, quem quidē habet, ex eo quòd in naui modo quodam ſuo ſe habet; nō enim ſimiliter in eiſdem quilibet agitatur, aut uult aut agit. Fiunt ergo aut differentia differentibus, uel ab eiſdem, uel à differentibus incidentibus, aut eadem fiunt aliis, quàmuis differentia ſint quæ incidunt, tale enim quiddam eſt agitq; fatum.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE AMORE COMMENTARIA.

*Omnis potentia tum cognoſcendi, tum generandi reſpuit turpe, nititur ad pulchrum, quoniam omnis ex prima pulchritudine proficiſcitur atque mouetur.* Cap. I.

Arbitror equidem magnanime Laurenti, te non longam de amore diſputationem à Marſilio tuo nunc exacturum, tum quia multa de hoc in Sympoſio diſputauimus, tum maxime quoniam tu plurima de amore diuinitus inuentiſti, elegantibusq; carminibus cecinisti, ergo ſummam aſequar faſtigia rerum. Omnis poteſtas animæ ſiue rationalis ſiue naturalis, ideo amore perpetuo nititur ad pulchrum attingendum atque generandum, quoniam poteſtas eiuſmodi ab ipſa pulchritudine proficiſcitur, ideoq; in ſeipſa retinet formam pulchritudinis inſitam, [illegible] ad ipſam velut ad finem amoris inſtinctum. Hanc vtique cauſam quiſquis [illegible], non poteſt amorum naturas, & amantium paſſiones exprimere. Profecto [illegible] ſunt [illegible] forma prima, puraq; prorſus & omniformis: intellectus animalis eſt forma [illegible] [illegible] ſimiliter omniformis: natura eſt forma tertia pariter omniformis, [illegible] [illegible] ſpectat aſſidue, vt [illegible] materiæ formis operiat mirabiliter & exornet. [illegible] ergo deforme ſub natura contingit, ſic accidit præter intentionem ipſam dei [illegible] naturæ, ſicut quod deforme cōtingit in artificio, accidit præter omnē artis intentionem. [illegible] ergo naturalis ſic & rationalis vbique poteſtas à prima pulchritudine ducē ſortita [illegible] quidē reſpuit [illegible] diſſoni: pulchrum vero pro viribus adſciſcit velut conſoni [illegible] pulchram formam generare conatur, ſuamq; in ipſa naturam perpetuo conſeruare. Sed potentia rationalis parturit in animo pulchritudinem, naturalis alio pulchritudinem in materia parit, & vtraq; pulchrum pro viribus in quo generet, [illegible] [illegible] naturaliter optat, ita [illegible] pulchritudinem [illegible].

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER [illegible]
## DE AMORE.

**De amore illo qui paſſio quædam eſt, quid ſit, unde ſit, quot habeat ſpecies.**

**CAPUT I.**

OPeræpretium eſt de amore conſiderare, [illegible] daminſit, uel dæmon, uel paſſio quædam animæ: an [illegible] partim quidem deus quidam ſiue dæmon, partim [illegible] paſſio quædam. Præterea quale potiſſimum, [illegible] quodlibet ſit dicendum. Percurrere quoq; [illegible] aliorum hominum hac de re opiniones, præci[illegible] ſophicas, tum uel maxime Platonis diuini ſententiã, qui multis [illegible] ta de amore conſcripſit, neq; ſolum paſſionẽ quandam animis [illegible] dixit, uerumetiã dæmonem appellauit amorẽ: deq; huius genera[illegible] fuit, quo pacto & unde ſit genitus. Principio ferme nullus ig[illegible] paſſionem influere animabus concupiſcẽtibus pulchro ſe [illegible] appetitumq; eiuſmodi partim eſſe penes tẽperatos, iam factos [illegible] domeſticos, partim uero in turpẽ quandam deſinere actionẽ. [illegible] ctus uterq; proueniat deinceps philoſophice contemplari [illegible] igitur principium eius ponat, antiquam ipſius pulchri inſitam [illegible] petitionem, notionem, cognationem & quandam ſine rationis [illegible] rionis perceptionem: is à ueritate cauſæ (ut arbitror) minime [illegible] pe quod turpe eſt, id naturæ eſt deoq; contrariũ, natura enim pulch[illegible] ctans agit. Spectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine [illegible] locatur: indeterminatum uero turpe eſt, ordiniſq; contrariũ: ſed [illegible] ræ inde dependet à bono atq; pulchro. Quiſquis autem aliquo [illegible] quaſi cognato, ad imagines quoque eius quaſi affines afficitur. [illegible] hanc ſuſtulerit cauſam, deinde qua ratione, quas ue ob cauſas [illegible] matoriæ oriantur explicare non poterit. Neq; etiam in [illegible] poſcentibus mixtionem, nam & hi in pulchro quodam procrea[illegible] unt: quandoquidem dictu perabſurdum eſt, naturam pulchri [illegible]

Amoris principium.

generatione perpetua perſeuerantiaq; ſempiterna pulchrũ quærit. Ac dũ ſecundum naturam progreditur, ſerit generatq; in pulchro: ſerens quidẽ in ſempiternum, in pulchro autem propter quandam ipſius pulchri cognationem. Etenim ipſum quoque ſempiternum eſt pulchro cognatum, naturaq; ſempiterna primum pulchrum eſt, & quæ ab ipſa fiunt, pulchra omnia fiũt. Quod igitur generationem non optat, ſufficiens & contentus ipſo pulchro magis eſſe uidetur: quod autem appetit generare, pulchrum quidem nititur gignere ob indigentiã quãdam, unde apparet nequaquàm ſibiipſi ſufficere. Exiſtimat autem in faciendo, tunc demum pulchrum aliquid ſe facturum, ſi in pulchro genuerit. At uero qui præter legem, præterq; naturam generare contendunt, à naturali quodam impetu curſum exordiuntur, ſed naturalem tranſgreſſi uiam per lubrica delabuntur, prolapſi'que iacent, ignorantes quo amor ducebat eos, & quorſum generationis appetitio tendat: ignorantes quo pacto imagine pulchri ſit utendum, ignorantes denique ipſum pulchrum. Profecto qui pulchra corpora non commixtionis gratia diligũt, eo ipſo quòd pulchra ſunt, amant. Rurſus qui amorem ſequuntur mixtum, erga mulieres inquam, quo perpetuitas generatione ſeruetur, neque ab hac uiquam aberrant, hi pulchritudinem perpetuitatem'que ſimul exoptant, atque temperati ſunt ambo, quàmuis aliis præſtantiores alii. Et qui præſtantiores, partim quidem pulchritudinem hanc noſtram quaſi ſufficientem colunt, partim uero pulchritudinem quoque ipſam, qui illius recordantur, neque tamen pulchritudinem hanc aſpernantur, utpote qui exiſtiment hanc eſſe effectum quendam ludumq; illius. Hi ergo abſque turpitudine uerſantur in pulchro, alii uero per pulchrum in turpe labuntur, appetitus enim boni ſæpe labitur & in malum, atque hę quidem ſunt animæ paſſiones.

*Duplex mundi anima, duæ Veneres, amores duo, qui non paßiones, ſed exiſtentiæ quædam ſunt.*

*Caput* II.

Cum videamus eatenus in nobis intelligentiam perfici, quatenus & actus intelligendi & intelligenda res à materia, conditionibusq; materiæ ſegregantur, conijcere licet primum ipſum ſimpliciter intellectum eſſe alieniſſimum à materia. Præterea & intellectualem animam inde proxime genitam, ideoq; ſummopere intellectualem non poſſe coire cum materia in communem vnius compoſiti formam, eſt enim hæc & intellectus quidam & ſimpliciter anima. Vitam vero ex hac ſubinde natam velut animam quandam, & naturam ſimpliciter, poſſe iam in vnum cum materia congredi. Intellectualem itaq; animam illam in mundo primam Venerem cœleſtem appellamus, vitam vero mundo illinc prorſus infuſam, Venerem appellato ſecundam. In vtraq; perpetuus viget amor circa diuinę mentis pulchritudinem incitatus, tũ in prima ad pulchritudinẽ ſimilẽ in ſe generandã, tum in ſecunda ad pulchritudinẽ in materia pro viribus exprimendam. Putat vero Plotinus ex mente Platonis intellectualem mundi animam dum intrinſecus agit circa deum, intelligendo illum atque volendo concipere in ſe [illegible] quiddam, ſed naturale aliquid & ſubſiſtens (Vt arbitror) Chriſtianæ [illegible] hoc myſterium imitatus. Exiſtimat autem ſicut lucere atque calere duo quædam [illegible] ſed vnum denique ſunt in ſole: ſic cognoſcere atque amare in potentia rationali [illegible] in ſubſtantia intellectuali actum vnum exiſtere. Cum vero actus eiuſmodi in anima mundi ſit intimus & circa intimum, efficaciſſimusq; hinc efficit penes ſeipſam prolẽ [illegible] congruã. Quæ quoniã ex intelligẽtia naſcitur, ſit intelligibile quiddã: quoniã ex amore procedit, ſit aliquid amatoriũ, imò ſit amor ipſe ſubſiſtẽs ex actu quodã amãdi productus. Quoniam cum illic ſit idem eſſe prorſus & agere, nimirũ ſic intus agendo exiſtẽtia quædam producitur intus. In qua quidẽ producta ſit eadẽ quę eſt & producentis eſſentia; hoc ipſo differens quod in illo quidem propagans eſt, in hoc autem inde eſt propagata. Differt inſuper

SI grauida mulier ſæpe ob miram imaginationis affectuſq; vehementiam naturali quadã fœtum afficit qualitate, ob hoc ipſum quia ſit matri cõnexus: ſi rurſum motio ſimilis animi in proprio corpore ſubitas exprimit qualitates. Quid mirum ex vehementia ſimili ſubſtãtiale aliquid in ipſam ex anima naſci? præſertim in ipſa intellectuali anima vbi actio vehementiaq; & affectio non aduentitia eſt, non mobilis, ſed naturalis penitus atque firma. Et ipſe qui videt gaudetq; & appetit efficaciſſimus eſt, & obiectum eius eſt potentiſſimum, influitq; potenter. Confirmantur hæc ex eo quod ſi vbique accidentalia rediguntur ad quædã ſubſtãtialia proportione quadam congruentia ſibi, neceſſe eſt & amores qui paſſiones quędam aduentitiæ ſunt ad ſubſtantiales amores rite referri. Poſt hæc notabis iterum duas mundum habere animas oportere, alteram quodãmodo ſeparatam, quæ corpori præſit velut artifex: alteram vero coniunctam, quæ illinc inſit corpori, velut forma. Separatam quidẽ oportet adeſſe tum quia talis quędam ex intellectu puro proxime micat, tum quia mixtus artifex non abſolute imperat artificio. Oportet inſuper animam mundo ineſſe cõiunctam, tum quoniam anima prima fœcunda eſt ad hanc ex ſe generandam, tum quoniam oportet mundum eſſe compoſitum perfectiſſimum: itaq; neceſſe eſt habere formam ſuę materiæ perfectiſſimã id eſt, viuentem atque ſenſualem. Non ſit autem vnum in mundo ex intellectuali anima proprie atque materia (vt vult Plotinus) quoniam intelligentia per actionem affectumq; in oppoſitum materiæ tendit, ſicut neq; fieri vnũ putat in nobis: ſiquidem nec in nobis intellectualis anima communicat cum corpore in paſſionibus corpori proprijs, neq; corpus cum anima tali in actionibus ad eiuſmodi animam proprie pertinentibus. Licet tamẽ dicere intellectualem animã tum in mundo eſſe mundanam, tum in nobis humanam, atq; ex ea ſimul & animali vnum ideo confici, quoniam ex illius influxu ſimul atq; materia fit vnum animal ſenſuale: cui & illa ſemper inſpirat vitam abſq; continuo illius ſpiritu perituram. Has vtique geminas in mundo animas, iterum geminas Veneres eſſe memento, quas gemini ſimiles comitentur amores. Memento quinetiam amorem in ſecunda hac mundi anima non tantum per vim genitalem generare totam in mũdi materia pulchritudinem, ſed etiam per efficacem imaginandi poteſtatem: tum diuinam ſuſpicere formam, tum ad eandem & mundum & quæ ſunt in mundo pro viribus prouocare.

ESſe uero ſubſtantiam eſſentiamq; ab eſſentia emanãtem minorem quidem generãte, exiſtentẽ uero ſimul, negare non licet. Etenim aĩa illa eſſentia eſt nata et actu qui ſuper ipſam eſt: eſſentia inquã uiuẽs, et ab ipſa entiũ eſſentia pendẽs, illudq; ſuſpiciens, quod prima eſſentia eſt: uehemẽterq; ſuſpiciens. Atqui & primũ ipſius ſpectaculũ uel ſpectamen idipſum eſt. Quod quidẽ tanquã ſuum bonũ ſpectat gaudetq; uidens, atq; ipſum uiſum tale eſt, ut quod intuetur nõ negligenter intueatur: adeo ut ipſa uelut uoluptate intẽtioneq; ad ipſum uiſionisq; uehementia aliquid generetur ab ipſa, tum ea, tum ſpectaculo dignum. Quam obrem tum ex eo quod intentiſſime agit circa ſpectaculum, tum ex eo quod quaſi ab ipſo ſpectaculo defluit, imbutus oculus uelut uiſio quædam cum ſimulacro natus eſt amor. Qui forte ob hoc dictus eſt ἔρως, quoniã ab ὁράσεως id eſt uiſione ſubſtantiam habet: quando & amor qui paſſio eſt ab hoc habet inſtinctum. Siquidem amor qui eſſentia eſt antecedit amorẽ qui non eſt eſſentia: atqui & paſſio ἐρᾶν id eſt amare dicitur: ſiquidem amor ipſam huius habet, ſimpliciter autem amor nõ appellatur. Amor itaq; ſupernæ animæ talis exiſtit, ſuſpiciẽs ipſe quoq; ſublimia, tanquã animæ illius pediſſequus: atq; ex illa pariterq; illã genitus, deorumq; contemplatione cõtentus. Cum uero animam illam ſeparatam eſſe dicamus, aĩam inquam primo cælum illuminantem: nõ iniuria huc etiam amorem ſeparatum eſſe fatebimur. Et ſi animam ipſam maxime cæleſtem eſſe diximus. Quemadmodũ optimum noſtrum eſſe in nobis aſſerimus, attamen ſeparatum etiam affirmamus. Illic ergo tantum ſit ille amor, ubi eſt inuiolabilis anima. At quoniam oportuit animam

etiam mundi huius eſſe, ideo comitatur hāc iam alter amor, qui eſt
oculus ex appetitu ſimul atq; ipſa natus. Cum autē huius mundi ſit
nus, neq; ſolum anima, neq; ſimpliciter anima, merito amorem
hoc in mundo regnantem. Qui iam unà cum Venere coniugia
tingit, tum uero quatenus & ipſe deſiderium attingit ſupernum
uenum ſurſum prouocat animas, atq; animam ipſam cuius eſt
perna conuertit, quantum & illa in eorum memoriā poteſt
uocari. Omnis nanq; anima bonum appetit, etiam quæ mixta eſt
facta. Quippe cum hæc anima deinceps illam ſequatur, emanet

*Duo amores cuilibet animæ naturaliter inſiti quaſi duo ſunt dæmones.*

AMores qui tanquam noui quidam animorum motus à rebus quę extrinſecus
quotidie incitantur à nobis tanquam notos leuiter attigit. Diligentius
tur ſubſtantiales amores, id eſt eſſentiales perpetuosq; inſtinctus ad
naturaliter inſitos & aſſidue quamuis nec eligas nec aduertas trahentes ad
ter in ipſa cognoſcendi, alter in generandi potentia naturaliter eſt inſertus.
luc præfectus ducit animam, & more prouidentiæ regit appellatus eſt
ſtantior amor appelletur & deus. Dicitur autem hos anima generare, non
ſed ab initio quādo pro natura ſua partim ab æuo ſibi tradita, partim ab
doq; contracta inſtinctus eiuſmodi concipit ad ſeculum regnaturos.
dā nutu quotidie plures in nobis ſuſcitant affectus atq; cōceptus. Quos ſane
taxat ſpectacula, nec præſens affectio corporis, nec noua conſultatio
perpetuus quidam uitæ tenor plurimum directus ad vnum. Præſertim
tæ ſpeciem ſcientiasq; & artes, naturalesq; facultates vnicuiq; proprias ab
regitur: recto interim ab externo quodā ſibi congruo dæmone. Congruunt
mæ omnes per eiuſmodi ſuos amores cum mūdanæ amoribus animæ,
animæ mundanæ ſorores: Quæ ſimul amoresq; ſui ita dependent ab
re, non quia inde ſortiantur eſſentiam, ſed quoniam ad motionis illius
mendo motiones proprias ordiuntur, perq; proprios fines ad finem deniq;

QVæri poteſt nunquid anima quælibet amorem
tia ſubſtantiaq; poſſideat: Forte uero cum anima
amorem hunc & conſtituat, nihil prohibet hominū
bere ſimiliter atq; conſtituere. Et inſuper cæterorum
animalium animas. Forſan hic amor eſt dæmon, quem tradunt
comitari, ſcilicet eſſentialis cuiuſq; amor. Hic utiq; facile erit, qui
inſerat naturales: quatenus quælibet anima naturaliter appetit
bet pro natura ſua conſentaneum ſibi gignit amorem, quoad
ſentiamq; pertinet. Vniuerſa igitur anima amorem habeat
ticulares autem unaquæq; ſuum. Quatenus autem quælibet ſe
uerſam ab ea uidelicet minime ſegregata, ſed in ipſa compre
una ſint omnes: eatenus & unuſquiſq; amor ad uniuerſum ſe habet
Comitatur rurſus particularis amor particularem animam, &
amor animā uniuerſam; & qui in toto eſt, ubiq; uiget totus
Rurſusq; unus hic euadit in multos, et pro arbitrio apparet
partibus ſuis, ſeq; ipſum in imagine quadam ſi placet oſtendens.
uero eſt Veneres quoq; in mundo eſſe permultas quaſi dæmones
amore naſcentes, ex uniuerſa quadam Venere profluentes:
laſim unà cum amoribus propriis ab illa dependeant. Siquidem
ter amoris, Venus autem eſt anima: amor uero eſt actus

[illegible]. Cum igitur amor eiuſmodi unamquamq; ducat ad ipſam boni [illegible]; amor quidẽ ſublimioris animæ deus eſt, qui animam ſemper cum [illegible] coniungit. Amor autem animæ iam permixtæ dicendus eſt dæmon. [illegible]

[illegible] eſſe mediosinter ſtellas & homines, in Theologia fatis [illegible] ſphæra quælibet ſupra noſtram hac noſtra præſtantior longe, que amplior [illegible] habitatores habeat ſuæ ſphæræ conformes, ſicut habet & noſtra. Nam & igneas [illegible] eſſe comprobat Apuleius hoc Ariſtotelis teſtimonio. In fornacibus [illegible] quædam animalia propria viſa ſunt volitare [illegible] in igne tamdiu exoriuntur, cum eo pariter extinguuntur. Profecto [illegible] ipſe viuifica ſubſtantia, id eſt anima vitam accipit, ſolus eſt ignis. Eſt enim [illegible] proximus animæ, quoniam excellentiſſimus, efficaciſſimus, mobiliſſimus. Hinc [illegible] fouente calore ſingula viuunt, non fouente non viuunt. Secundo per ignem aer [illegible] vitam ſortiri videtur, & pabulum eſſe caloris: per hunc deinde ſubinde ſubtilis aqua [illegible] per hanc ſimiliter terra ſubtilis. per hæc quattuor inuicem congregata; corpus [illegible] nõ iam vaporibus, ſed materijs craſſioribus compoſitum atque ſolidum. [illegible] prius eſt atque ſimplicius quam ſequens compoſito quod reſoluere. [illegible] quinque genera. Prima ſunt quorum corpora ſolus eſt ignis. [illegible] ſunt, quos antiqui deos nominant, & inuiſibiles dæmones Orpheus igneos [illegible] appellat. Qui in planetarum circulis ſtellarum vicem teneant ſub planeta [illegible] ab innumeris animalibus quæ ſunt in firmamento, mox ad vnicum infra [illegible] quorum corpora ſunt ignis & aer optime mixta. Hos dæmones idem [illegible] nominat. Sunt & animalia tertia, in quibus ignis & aer cum ſubtili [illegible] quos dæmones [illegible] nominat aqueos, qui quandoque [illegible] deſunt, quarta, quæ tribus iam dictis ſubtilem [illegible] quendam terræ vaporem. Hi ab Orpheo terreni dæmones appellantur [illegible] condenſiores etiam valeant [illegible]. Hos [illegible] nuncupat ſubterrane[os] [illegible] videlicet ſubeunt terræ cauernas. Quinta ſunt hominum quaſi infimorum dæmo[num] [illegible] quibus præter dæmonicam illam ex quattuor ſubtilibus mixturam [illegible] quæ in nobis ſpiritus eſt, primo q; viuit & ſentit, mixtura ſolidiorem [illegible] ſpiritu vero primo viuere atque ſentire patet ex eo quod retracto [illegible] membra [illegible] & motus membra deſeruntideo que & vita. Cum vero quod prius [illegible] firmius teneatur, probabile videtur, animas eiuſmodi poſt [illegible] grad[illegible] re corpora, prioribus interim diutius reſeruatis: vt quæ fuerũt in corpore ſolido, diutius po[ſtea] ſint in [illegible], in quo pariter erant, & in quo poſſibilem ſentiebant. Quod & propter [illegible] facile cedit animæ connexio: quo vero ſublimius ſimpliciusq; corpus eſt, eo [illegible] videtur ab anima deſerendum: cæleſte vero nunquam. In omni ſiquidem genere [illegible] particeps, ſemper eſt particeps. Et merito vita ſempiterna vbi ſemel ſempi[illegible] naturaliter animalia [illegible] definit anima se [illegible] inferiorum, quia dæmonum [illegible] corpora caduca [illegible] ideo ſolubilia, tum quoniam propter corpus eiuſmodi & locum [illegible] beatitudine diſtrahuntur. Nefas autem eſt animas rationales [illegible] contempla[tione] [illegible] naturaliter [illegible] diutius illa carere. Quando igitur [illegible] [illegible] cæleſti corpore multa ſecula viuunt. Quod enim eſt ex [illegible] ſpecie[rum] [illegible] principium potiſſimum, id quamplurimum eſt, & maxime diuturnum. Cæleſtes [illegible] & æthereos verimile eſt & ſimpliciter nos eſſe, & perturbationis exper[tes] [illegible] ſimplicitatem puritatemq; [illegible] aqueos autem terrenos [illegible] non autem indiſſolubiles. Habere & perturbationes animi [illegible] quæ [illegible] habemus. Vicinitas enim regionis atque naturæ morum affert ſimilitudinem. [illegible] Quare nec opus eſt matrimonio, ſed [illegible] delectantur, coluntur, & ita nobis conciliantur [illegible] temporibus, quibus ea ſidera regnant, quæ & illi ſequuntur. E duobus ſequentibus [illegible] at aliquid inſtaurare neceſſarium eſt: ſed in quibus nihil eſt terrenum, ſatis odor facit [illegible] [illegible] florum exhalatioq; liquorum. Poſtremi dæmones odoribus [illegible] ſanguine carnibusq; [illegible] maxime [illegible] à nobis [illegible] hos induxiſſe nos ad animalia deuoranda, vt [illegible] haurirent ſugerentq; ſæpe concoctum ſibiq; compe[illegible] [illegible] ingenita quædam attrahendi ſugendiq; facultas [illegible]

mundi aiam, ſeorſum ſphęrarum aias, iterumq; aias dæmonum hoim'ue aſſerit eſſe productam. Nam & Proclus ait in Alcibiade, dæmones à dea viuifica generatos, à qua generãtur & aiæ. Vult quoque Plotinus, & ab ipſa mundi, & à qualibet anima rationali, ſuam quandam irrationalem animam emanare, quam nominat dæmonem. Eiuſmodi vero dæmones & ſi ſuas ſequuntur animas, tamen ſub communi quodam influxu animæ mundanæ gignuntur ab eis: nam in illius prouidentia eſt præcipue, vt ipſius naturæ ſubſeruiãt tot taleſq; naturæ ad diſpoſitionem vniuerſi complendam. Omnino vero qualeſcunq; ſint dæmones, ideo pendere dicuntur ab anima mũdi, quoniam eorum animas ipſa mundi anima per vitales vires infuſas materiæ velut eſcas corporibus alligat. Inter hæc intelligibiles deos ponit, id eſt ideas & intellectuales cæleſtium animas. Item ſenſibiles deos, ſcilicet ſtellas. Poſt eas dęmones qui ſunt inuiſibiles, ſiue in cælo ſint, ſiue ſub cęlo. Quamuis ipſam dæmonis appellationem ad eos qui ſub luna ſunt proprie transferant. Corpora dęmonum in ſuperioribus quidem deſcripſimus ratione quadam liberiore, per quam à pleriſq; Platonicorum haud longe diſcederemus. Poſſumus autem ratione forſitan magis phyſica dicere, corpora dæmonum ſublunarium pluri mum eſſe compoſita. Nam & elementa in globum vnum vndiq; commiſcentur, erit igitur neceſſario ignis in eis: per hunc enim vita motuſq; viget. Erit & aer ignis pabulum: nec ſolus cũ ſolo ne ſubito diſſoluantur. Eſto inſuper aqua tenuis, nec ſine terra ſubtili, alioqui minimam habebit ſub igne ſtabilitatem. Oportet ſane ſpiritalia dęmonum corpora ſicut & ſpiritus noſter eſſe admodum temperata: vt ſint illius vitæ nobilis ſuſceptacula. Oportet igitur in eis tyrannicam ignis voracitatem ita domari, vt & trium numero & horum quidẽ quantitate maiore vnius tyranni rapacitas refrenetur. Non poteſt autem terra illic eſſe multa, nec etiam aqua plurima: ſit ergo quamplurimus aer. Secundo loco humor aqueus tenuiſſimus. Tertio, ignis ſed admodum rarus, ne forte ſit edax. Quartum teneat ſubtiliſſima terra locum. Et quãuis dæmones omnes ſint propemodum temperati, aliqui tamen temperatiſſimi ſunt. In cæteris autem elementum hoc aut illud paulo magis excellit, erunt igitur complexiones eorũ quinque ferme ſicut & noſtræ: temperata videlicet, & quatuor non adeo temperatæ, ſtellis quidem ſubditæ conſimilibus, & præſidentes inſtinctu quopiã naturali hominibus complexionis eiuſdem.

Dei intelligibiles et sensibiles.

Dæmonum corpora.

*De amoris origine, atq; dæmonibus.* CAP: VI.

VErum quidnam de amore, deq; ipſius generatione dicẽdum eſt? Profecto exponẽdum eſt quid ſit amoris mater Penia, id eſt indigentia, quid'ue pater Porus, id eſt affluentia, & qua ratione parentes eiuſmodi amori conueniant. Conſtat autem oportere parentes eiuſmodi cæteris quoq; dæmonibus conuenire, ſiquidẽ oportet naturam eſſentiamq; dæmonum omniũ qua rõne dæmones ſunt, unam eſſe: niſi forte ſecundũ nomen commune dicantur habere. Conſideremus igitur quomõ deos à dæmonibus diſtinguamus: quãuis enim ſępe dęmones etiam deos eſſe dicamus, in præſentia tamẽ ſic accipiamus: ſicut quando dæmonũ genus genuſq; deorũ tanq̃ aliud aliudq; inter ſe diſcernimus. Deorũ itaq; genus eſſe paſſionis expers dicimus & putamus. Dæmonibus autem paſſiones adiungimus, dicentes etiam ſempiternos eſſe, ſequẽti poſt deos gradu iamq; generi humano propinquos, medios inter deorũ hominumq; genus. Conſideratione igitur dignum eſt, qua ratione dæmones extra paſſionẽ non permanſerint, ſed ad deterius natura deſcenderint. Quærendum etiam eſt, an nullus in mundo intelligibili dæmon ſit: ac rurſus, num in hoc mundo dæmones tantum ſint: deus autem in mundo intelligibili ſolum. Forſan potius hic quoque dii ſunt, & mundus (ut dici ſolet) deus eſt tertius: & uſque ad lunam unuſquiſque eſt deus. Præſtat ſane nullum in mundo intelligibili dæmonem appellare, quinetiam ſi ibi ponatur ipſe dæmon, eſſe deum exiſtimare. Et qui in mundo ſenſibili ſunt uſque ad lunam dii uiſibiles, deos appellare ſecundos, poſt atque ſecundum deos intelligibiles, ſiẽ

Dij et Dæmones.

Mundus Deus tertius.

In mundo intelligibili nullus dæmon.

dependentes ab illis, ut ſplendores à ſtellis. Dæmones autem quidnam eſſe dicemus? Forte cum anima infuſa ſit mundo, dæmonem cuiuſq; animæ nuncupabimus uniuſcuiuſq; ueſtigium: Dico autem animæ infuſæ mundo, quoniam purior anima gignit deum: eiuſq; amorem deum iam eſſe diximus. At quærendum eſt, primo quidem cur nam non omnes dęmones ſint amores, deinde quo pacto hi quoq; nõ ſint à materia liberi? Forte dæmones quidem illi ſunt amores qui gignuntur ex anima bonum pulchrumq; deſiderante. Nempe omnes quæ hoc in mundo ſunt animæ, hunc gignunt amorem. Reliqui uero dæmones ab anima quidem generantur & ipſi: ab ipſa inquã mundi totius anima, ſed aliis quibuſdam eius uiribus generantur ad uſum uidelicet uniuerſi, implẽtem diſpenſantemq; ſingula toti. Oportebat enim ipſam totius animam ſufficienter toti mundo præeſſe, atq; ſuppetere, generare uires dæmonum ipſius toti congruas, atq; conferentes. Verum quonam pacto & cuius materiæ dæmones participes ſunt? Non enim corporeæ, alioquin animalia ſenſibilia forent. Nam & ſi corpora aerea ignea'ue accipiunt, oportet tamen naturam ipſorum prius etiam differentem eſſe, ut particeps quoque corporis fiat. Quod enim omnino purum eſt, non repẽte corpori non miſcetur, quamuis opinẽtur multi eſſentiã dæmonis, quatenus dæmon eſt, unà cum quodam uel aereo uel igneo corpore eſſe. Verum cur nam eſſentia quidem dæmonum commercium habet cum corpore: deorũ uero eſſentia nullum, niſi quædã ſit cauſa in ea quæ miſcetur conferens mixtioni. Quæ nam igitur cauſa? Intelligibilẽ oportet materiã ponere, ut quod illius eſt particeps, per illam in hanc quoq; corporum materiam ueniat.

*De amore ſubſiſtente, & de intelligentia in nobis æterna.* Cap. [illegible]

IN capite ſeptimo, vbi dicit, ratio igitur & cætera: Intellige pro ratione vim ſeminariam [illegible] intellectu animali fluẽtem in animam, velut patrem in matrem. In qua gignit amorem [illegible] ex copia ſua, tum ex quadam animæ indigentia mixtum. Item amorem ponit perpetuum, tum in intellectu animali ad pulchrum intelligibile contemplandum, tum in natura ad generabile pulchrum. Et vtrunque amorem eſſe aliquid arbitratur eſſentiale atque ſubſiſtens [illegible] niam ab anima per ipſam eſſentiam eius exiſtant. Amores autem qui nuper excitati [illegible], cum non ab ipſa anima ſimpliciter ſint velut agente, ſed contingant in ea iam quaſi patiente ab externis in corpore: non ſubſiſtẽtes dęmones've appellat, ſed paſſiones. Poſt hæc [illegible] aduertes intellectum ipſum omnium communem, atque intellectum vniuſcuiuſque proprium inter ſe longe differre. Rurſum potentiam cognoſcendi quæ non habet in eſſentia ſua [illegible] quod cognoſcendum eſt ſecundum illius eſſentiam, ſed quandam eius imaginem eſſe [illegible] cem, certã vero eſſe quę ipſum in ſe habet obiectum. Quod ſi non tanquam imaginem [illegible] bet potentia eiuſmodi, ipſummet exiſtit obiectum. Cognitio igitur perfectiſſima qualis [illegible] tellectus, eſt res ipſæ quæ dicuntur obiecta: imperfectiſſima vero ſicut ſenſus, nec eſt [illegible] tienda ſunt nec habet, ſed ad illa ſe vertit. Cogitatio vero & ſi nõ eſt illa quæ cogitat, [illegible] men, id eſt notiões eorum, ſiue ex ſeipſa proprie, ſiue ab intellectu ſuo hauriat pro [illegible]. Si mundum contempleris intelligibilem, illic non ſolum vniuerſus intellectus eſt [illegible] intelligibile, ſed etiam in quauis idea intellectus certus eſt intelligibile certum. [illegible] tellectus vniuſcuiuſque animæ proprius eſt ſuum ipſum intelligibile. Differt tamẽ & [illegible] ab ipſo ſimpliciter communiq; intellectu: ſiquidem non eſt ipſe vniuerſum ſimpliciter [illegible] gibile, eſt enim ipſum ſuo quodam pacto. Habet igitur intellectus noſter vniuerſalem [illegible] intelligentiam, ſimiliumq; amorem: quoniam ipſum vniuerſum intelligibile & habet [illegible] & exiſtit. At quoniam hic exiſtit hoc ipſum non tam ſimpliciter quàm ſuo quodam pacto [illegible] eſt, non prorſus efficaciſſimo modo: ideo in ſpeciali qualibet notione non omnino [illegible] comprehendit ſingula, quę mens diuina comprehendit. Oportet enim intellectum [illegible] ſe imaginationemq; conuertere, vt particularia diſtincte cognoſcat. Quód autẽ præter [illegible] ctum communem ſint & alij non ſolum diſcurſione, ſed ſtatu perpetuo cognoſcentes [illegible]

[illegible] ita conſiderari uidetur. Intellectus primus cũ ſit multitudo prima, in eo ſcilicet eſt in plures intellectus naturaliter propagabilis. Et in eo diuerſitatis idea, eſt etiã identitatis idea, ſed [illegible] potentior. Quoniã igitur ſub diuerſitate in plures intellectus diſtribuitur diſcurrentes, [illegible] & in plures ſub identitate [illegible] ſtabiliter [illegible] : ſed in iis inde naturaliter propagatis ita ratio diſcurrens ſubnectitur intelligentiæ ſtabili, ſicut in prima mente ipſa diuerſitas uel alteritas identitati ſubnectitur. Progreſſi vero in multitudinem infinitam intel[illegible] intelligere ſingula dii intelligentia noſtræ rationis adiectæ imaginationiq; [illegible] Cætera quæ de amore [illegible] in libro de amore ſatis confirmaſſe videmur.

*De compoſitione amoris atq; diſtinctione, & de intellectu.* CAP. VII.

Plato igitur in amoris generatione Porum inquit fuiſſe nectare ebrium, quando nondum eſſet uinum, quaſi amor ante mundũ ſenſibilem ſit progenitus. & Penia mater eius participauerit naturam ipſam intelligibilem, non autem naturæ intelligibilis ſi[illegible] inde uelut apparens, ſed illic interfuerit commixtaq; ſit uelut ex ſpecie & indefinitate quadam. Quam quidem habẽs anima anteq̃ conſequat bonum, uaticinans autem aliquid eſſe bonum, ſecundum indefinitũ intermi[illegible] ſimulacrum ſeu uiſum, amoris ſubſtantiã peperit. Ratio igitur nõ in ratione, ſed in appetitu indefinito & ſubſiſtentia debili iam facta, reddidit quod inde genitum eſt, neq; perfectum neq; ſufficiens, imò indigum: utpote quod ex appetitu quodam indefinito & ratiõe non ſufficienti genitum eſt. Eſt [illegible] ratio hæc nequaquam pura: quippe cũ in ſe habeat appetitum interminatum, irrationalem, indefinitum: nunquam enim implebitur quãdiu in ſe habebit rei indeterminatæ naturam. Depẽdet autem ab anima, cum ab illa uelut principio prodeat. Mixtura uero quædam eſt ex ratione non quidem [illegible] ipſa manente, ſed infinitati permixta: ſiquidem non ipſa ratio, ſed [illegible] ipſa infinitati miſcetur. Eſt itaq; amor uelut œſtrus quidam indigus [illegible] natura, ideoq; etiam potitus iterum eſt egenus. Non enim naturam habet quæ poſſit impleri. Quippe cum mixtura quædam ſit, mixtura uerò [illegible] quod non poſſidet, non impletur: ſolum enim reuera impletur quod ſua natura iam eſt plenum. Quod autẽ ob inſitam indigen[illegible] etiam ſi ſubito impleatur minime retinet: quandoquidem [illegible] amoris induſtria ab indigentia proficiſcitur, facultas comparandi [illegible] ob ipſam rationis naturam ineſſe uidetur. Oportet etiam [illegible] genus tale quiddam ex talibusq; conſtitui, horum namq; [illegible] quod ordinatum eſt, eiuſdem comparandi, ſuppeditandi, appe[illegible] habet: atq; hac ratione eſt amori cognatum, ipſumq; nõ plenum [illegible] boni particularis cuiuſdam. Quo efficitur, ut & qui hic boni ſunt [illegible] amorem, ipſius ſimpliciter ueri boni habeant, neq; quen[illegible] amorem. Qui uero ſecũdum alios dæmones ordinati ſunt, ſe[illegible] dæmonem diſponantur: quem ſimpliciter habue[illegible] iam diligentes: operantes autem ſecũdum alium dæmonẽ, [illegible] ſecundum partem animæ cum illa concordem quæ opera[illegible] cupidinis prauis iam conceptis cupiditatibus, oẽs in ſe amores [illegible] uidemus. Quemadmodum rectam quoq; [illegible] aliquando contractis opinionibus occupare conſuetur ũt: quamobrem amores qui natura inſunt, atq; ſecundum natu-

Confirmatio ſuperiorum. CAP. IX.

Porus igitur cum ſit ratio quidem eorum quae in mundo intelligibili intellectuq; ſunt, ratio inquã iam latius explicata nimirum circa animam ſit atq; in anima. Quod enim in intellectu collectum eſt, neq; ab alio manat in ipſum, id iam in Poro inde ebrio ſignificat adventitiam plenitudinem. Quid autem illic eſt, implens nectare Porum, quidnam eſt? Profecto eſt ratio à ſuperiori principio defluens ad inferius. Quamobrem ab intellectu in anima ratio hæc concipitur, quãdo Venus nata dicitur, ac dũ concipitur in Iouis hortos fluere iudicatur: hortus uero oĩs eſt ſplendor & copiæ decus. Refulgent uero Iouis horti ratione, ornamentaq; Iouis ſunt ſplẽdores ab ipſius intellectu in animam emicãtes. Quid enim aliud Iouis horti ſignificare poſſunt quàm imagines ſplendoresq; ipſius: quid rurſus ſplendores ornamentaq; Iouis ſunt, niſi rationes ab ipſo fluentes? ſimul autem rationes dicuntur Porus, id eſt affluẽtia felix, theſaurusq; diuitiarum pulcherrimarum iam palam et perſpicue refulgentium. Iam uero idipſum eſt ebrium nectare fieri. Quid enim aliud apud deos eſt nectar, quàm quod deus aliquis haurit. Quod [illegible] menti ſubeſt, mentis haurit rationem: mens autem ipſa iam ſatis [illegible]. Cumq; iam poſſideat, merito ebria non euadit: quippe cũ nihil habeat peregrinum. Ratio uero proles eſt mentis poſt mentẽ ſubſidens, nec amplius ſui ipſius exiſtẽs, ſed in alio iacẽs: in horto Iouis (ut fertur) & tũc quidem quando Veneris natalia celebrantur, id eſt naſcente Venere. Oportet autem fabulas ſi modo futuræ ſint fabulæ nec procul à uero, temporibus quæ narrant diuidere, multaq; à ſeinuicem ſegregare: quæ ſimul quidem ſint tempore, ordine uero & potentia diſcrepent. Quãdoquidem & rationes atq; ſermones [illegible] generationes ingenitorum conſueuerunt; & quæ ſimul exiſtunt diſcernere: atq; poſtquam pro uiribus docuerunt, intellecturis connectere quæ diuiſerant iã concedere ſolent: connexio uero ſummaq; noſtra [illegible] huiuſmodi. Anima cum mente ſimul exiſtens, & ab ipſa mente [illegible] rurſus rationibus hinc imbuta, ipſaq; pulchra pulchris admodum [illegible], affluentiaq; luxurians: adeo ut in ea iam ſplendores uarios liceat [illegible] pulchrorumq; omnium ſimulachra, id inquã totum Venus ipſa [illegible]. Rationes autem omnes in ea appellantur Porus, id eſt affluentia felix, [illegible] nectare profluens: at uero ſplendores in ea quatenus in ipſa [illegible] Iouis horti dicuntur. Vbi & Porus iacere traditur, his iam grauatus quibus [illegible] imbutus. Cum uero uita in ordine rerum micat, [illegible] uero [illegible] dii conuiuio diſcumbere iudicantur: utpote qui eiuſmodi [illegible] felicitate fruantur. Amor autem neceſſario ita ſemper extitit [illegible], ex appetitu animæ ad præſtantius bonumq; profectus. Eſt [illegible] mixtus, particeps quidem indigentiæ, quatenus affectat impleri, [illegible] expers copiæ, quatenus reſiduũ eius quod habet expoſcit: [illegible] omnino, nunquam bonum appeteret. Quamobrem [illegible] penuria naſcitur exortus: quin etiã defectus ap[illegible] [illegible] rationum conſpicantes in anima, actũ erga bonum [illegible] amorem dicunt [illegible]. Matrem autem eius eſſe Penuriam, quoniam

appetitio ſemper eſt indigentis. Materia uero eſt ipſa [illegible] teria omnium eſt egena: quin etiam indeterminata natura [illegible] tis ad bonum declarat idipſum quod appetit, quatenus appe[illegible] habere materiæ: neq; enim forma neq; ratio adhuc in eo quod [illegible] rit, qua ratione appetit, eſſe uidetur. Quantum tamen ad ſe ipſam [illegible] cies tantum eſt permanens in ſeipſa, ſimulq; affectans accipe[illegible] bonum adhuc accepturam, comparat ad occurrens bonum [illegible] riam. Amor deniq; ſic eſt materiæ particeps, taliſq; dæmon [illegible] nis bono quidem quodammodo caret, ſed appetit [illegible]

# MARSILII FICINI FLORENTINI [illegible]

## IN LIBRVM QVOD INCORPOREA NON PATIANTVR

*Summa libri.*

SVmma libri huius eſt aſſerere [illegible] incorpoream paſſioni poſſe [illegible] ream appellat, quę vel nullam in ſua ratione quantitatem includit, [illegible] trinſecus accipere valeat, hæc autem materia eſt: vel quantitatem pro[illegible] hæc autem eſt mens & anima. Præterea paſſionem eſſe vult [illegible] ſtantiam perdere valeat, ſiue diuiſione contingat, qualis [illegible] quantitati [illegible] am habentibus quantitatem: ſiue contingat alteratione, qualis accidit contra[illegible] litatibus: atq; inſuper formis, quas neceſſario qualitates eiuſmodi comitantur. [illegible] ria prima, quam animaduertit eſt incorporea neque quantitatem neque qualita[illegible] priam ſibi vendicans, ideoq; à paſſione ſeiungitur. Ac multo magis anima [illegible] ma enim non ſolum formas nõ admittit pernicioſas: verumetiam nec nouas [illegible] leſcunq; ſint formas videtur accipere. Multa igitur in ſequentibus de [illegible] nalis eſſentia, deq; partibus eius: nonnulla inſuper de eſſentia prima, [illegible] ro, id eſt de prima materia diſputatur, quatenus id denique cõfirmetur [illegible] eſſe paſſionis expertem.

*Anima neq; patitur, neq; formas qualitatesve ſuſcipit. Item de duplici imaginatione.*

IN prima igitur libri parte, quę capita quinque continet, oſtendit animam [illegible] ſubiectam. In ſecunda deinceps oſtendet ſimile aliquid de materia. [illegible] mam ſpectat, animaduertes nullam incidere à corporibus [illegible] potentia animæ cognoſcentem. Siue enim [illegible] materiali, confunderetur cognitio & diſcretio [illegible] ditione ſaltem id eueniet, vt corpora forment animam: quod dictu nefas. [illegible] quam ſuperiorē ſpectat formare corpora, [illegible] affectus animæ etiam ad corporalia [illegible] vim patitur inde. Neq; enim conuenit cum corporibus in materia [illegible] quam paſſionis viciſſitudinem in agente committere. Quid igitur [illegible] ma hoc ipſum, ſcilicet [illegible] tiam conſequenteḿ, & [illegible] efficere. Nulla igitur potentia cognoſcendi [illegible] dem actu ſemper [illegible] ſecundum [illegible] dum [illegible] nutrit, mouetq; nec nutritur interea, vel mouetur. Hæc omnia cõfirmat [illegible] quando anima dicitur [illegible] paſſionem non eſſe [illegible] aliquam [illegible] lam. [illegible] id aliquando [illegible] atque [illegible] amplitudinem [illegible] contrahit ad anguſtiam. Conclu[illegible] [illegible] in corpore [illegible]

riæ non imaginales eſſe, ſed ita quodammodo naturales, vt calefacere, calere, illuminare, lucere. Eadem Plotinus exiſtimat. Notabis interea virtutem communiter in anima duplicem. Alteram quidem velut priuatam, ſcilicet alicui partium animæ propriam. Hæc autē eſt, vt quęlibet rite ſuum officium peragat: alteram vero quaſi publicam, ſcilicet vt cunctæ partes inuicem rite concinant, à mente regatur ratio: huic irrationales ſubinde vires obtemperent, inter quas concupiſcentia ſubſit audaciæ. Neutra virtus eſt velut qualitas animæ impreſſa ſicut ſubiecto ſimiliter neq; vitium, ſed eſt potius velut motus & actus, horumq́; vacatio. Siqua vero in nobis eſt qualitas vel aliunde impreſſa per modum naturæ imaginis've vel actionibus acquiſita: eiuſmodi quidem non eſt in anima, ſed in corpore potius, ſic proprie, aut ſic affecto. In quo & formationes paſſionesq́; fiũt, dum anima vegetat, ſenuit, afficitur, atq; iudicat. Nulla deniq; in anima mutatio fit niſi progreſſio à potentia quædam in actum, atq; hæc quidem non ab alio motore, ſed ab ipſamet anima: neq; rurſus in actũ qui adueniat quaſi qualitas, ſed qui prodeat velut actio. Siqua vero pars animæ paſſiua dicitur, non ſubiectũ aliquid paſſionibus corporalibus intelligitur, ſed principium paſſionum. Animaduertes iterum duplicem in nobis imaginationem, primam quidem in anima rationali diſcurſionis & iudicij cōpotem ſimilem quodammodo rationi. Secũdam vero ab hac impreſſam in anima ſeu vita in nobis ratione carente: quæ ſane imaginatio nō tam diſcurſione vtitur, quàm fertur inſtinctu quamuis intimo, ſed circa corporis paſſiones, quæ tāquam communis ſenſus principium eſt ſenſuum reliquorum. Ponit quandoq; Plotinus per translationem quādam imaginationem in parte etiam vegetali, quæ neq; fit diſcurſio per formas, ſicut prima: neq; intuitus formæ, vt ſecunda. Sed formæ intus vigentis expreſſio in ſeipſa, perq́; hanc impreſſio in materiam: vbi naturalis actio eſt tanquam imaginatio quædam ſubſtantialis agens, nequaquā imaginando. Hic quoq; notabis à facultate animæ vegetali facultatem concupiſcendi iraſcendiq; pullulare, quemadmodũ ab intellectu naturaliter ratio profluit: & ſubinde imaginatio prima, à qua profluit & ſecunda.

## PLOTINI ENNEADIS III. LIBER VI.

### DE IMPASSIBILITATE INCORPORCORUM.

*Anima ſentiendo & viuificando paſſiones corporis ipſa non patitur.* CAP. I.

SI ſenſus dicamus nō eſſe paſſiones, ſed actiones iudiciaq́; circa paſſiones: quæ quidem paſſiones circa aliud quiddā fiant uelut forſan circa corpus tale, iudiciũ uero fit in anima: neq; ipſum paſſio ſit, alioqui oporteat aliud quoq; iudicium eſſe, atq; per infinitum progredi. Si inquam ita dicamus, nihilominus et hic dubitare continget: utrum iudicium ipſum qua ratione iudicium eſt, nihil habeat illius in ſe de quo iudicatur: an formam eius quandam, quam ſi habeat iam paſſum fuiſſe uidebitur. Licet tamen dicere de his quę formationes ſenſuum uel ipſius intelligentię nuncupantur, longe aliter fieri quàm à pleriſq; exiſtimetur. Quod pręcipue in intelligentiis ipſis apparet, quæ quidem ipſe quoq; ſunt actiones, potentes aliquid abſq; paſſione cognoſcere. Omnino uero noſtra tum ratio tũ uoluntas optat: ne aīa talibus conuerſionibus mutationibusq́; ſubdatur, quales ſunt calefactiones frigefactionesq́; corporũ. Oportet quinetiā de parte aīæ quæ paſſiua dicitur diligēter conſiderare, utrũ hanc quoq; immutabilē fateamur, an ſoli huic paſſionem aliquam cōcedamus. Sed de hoc in ſequētibus, nunc uero priorum dubitationes diſcutiamus. Ambigitur ſane quo nam pacto immutabile poſſit eſſe etiam quod eſt ante paſſiuũ atq; ſenſum, et omnino quodcunq; ſit aīæ, quandoquidem prauitas in ea fiat: et falſa ſæpe opinio ignorantiaq́; contingat. Rurſus conformitas et difformitas dũ gaudet, mœret, iraſcitur, inuidet, æmulatur, affectat, quieſcit nuſquā, quolibet incidente

 mouetur,

habet accommodatam atq; cernit, & procul à paſſione cognoſcit. Quinetiã ratiocinandi facultas ita ſe habet ad intellectum atq; uidet, & potentia intelligendi tale quiddam eſt, nõ quòd intus impreſſiones uelut à ſigillo ſuſcipiat, ſed habet quod uidet, rurſusq; non habet. Habet enim ex eo quod cognoſcit, non habet autem propterea quòd nihil à ſpectaculo illatũ illic imprimitur, ut formis fieri ſolet in cera. Meminiſſe uero oportet memoriã quoq; nõ eſſe quandã formarũ impreſſarum cuſtodiã, ſed facultatẽ quãdam animæ ita ſeipſam mouentis, ut & quod non habet habeat. Quid ergo? Nonne alia erat, antequam ita recordaretur, & alia rurſus quando iam recordatur? Si tibi placet aliam dicere, ne tamen dicas alteratam, niſi forte quis alterationem nominet quandam ex potentia in actum progreſſionem: at tamen nihil ibi eſt adiunctum, ſed quod naturaliter facere poteſt id efficit. Omnino uero rerũ immaterialium actiones non ita fiunt, ut uires ipſæ quæ agunt interim alterentur, alioqui & interirent, ſed potius efficiant permanendo. Quod aũt agẽs patiatur agendo, rerum quæ cum materia ſunt conditio eſſe ſolet: ſin autem quod immateriale eſt patiatur, non habet quo maneat, quemadmodũ in aſpectu uiſione quidem agẽte, oculus eſt qui patitur. Opiniones autem quaſi uiſiones quædam ſunt. At iraſcendi natura quo nam pacto timida? & quo pacto fortis? forte timida quidem eſt, propterea quòd uel non aſpicit rationẽ, uel rationem aſpicit iam malam, uel indumẽtorum uitio uelut defectu uel labefactatione armorum corporeorum, uel agere prohibetur, uel nõ incitatur: fortis autem eſt ſi contra fiat, in quibus nulla alteratio eſt, nulla eſt paſſio. Rurſus uis ipſa concupiſcendi quoties agit ſola, affert intemperantiam: Omnia enim interdum agit ſola, neq; tunc adſunt reliqua, quibus licet quandoq; præſentibus uiciſſim exſuperare, ipſiq; mandare. Ipſum uero quod in uidendo uerſatur interim aliud agit, neq; enim agit omnia, ſed uacat alicubi, propterea quòd alia quædam quoad poteſt contueatur. Forſan uero pluri-mum ſola corporis habitudo huius eſt prauitas, uirtus autem habitudo cõtraria, propter nulla utrinq; animæ facta eſt adiunctio.

*Animam non eſt ſubiectum corporalium paſſionum, ſed principium.* CAP. III.

Quærebatur aũt quomodo cõformitates, difformitates, dolores, iræ, uoluptates, concupiſcẽtiæ, metus, non ſint permutationes interiora mouentes. Oportet ſane de his quoq; ita diſtinguere, negare quidẽ alterationes earumq; uehementes ſenſus nobis accidere, eſt omnibus manifeſta negare. Oportet igitur id concedentes quid nam id ſit quod immutatur inquirere. Profecto ſi talia quædã de anima cõcedamus, uidebimur ſimile quiddã admittere. Perinde ac ſi animã eſſe rubeã uel pallidam concefferimus, minime aduertẽtes, propter animã quidẽ eiuſmodi paſſiones accidere, ſed circa aliud quiddã, quod compoſitũ ſit uerſari. Iam uero ipſa uerecundia in anima in quadã turpitudinis opinione conſiſtit, quoniã uero ipſa corpus continet, quod quidẽ, ne in uerbis erremus, dicendũ eſt eſſe in ipſa anima continente, neq; idem eſſe cum inanimato corpore, hoc inquam ex ipſa animæ uerecundia in ſanguine permutatur, præſertim ſi facile mobilis fuerit. Præterea timoris principiũ eſt in aïa, pallor aũt in corpore,

dum ſanguis ad interiora relabitur. Item in uoluptate ſen... ſtaq; diffuſio atq; dilatatio fit in corpore. Quod uero tume... eſt paſſio: ſimiliter etiam de mœrore dicendum. Quando... ctu concupiſcendi principium quidem appetendi in anima... tio latet: quod autem inde procedit, ſenſus ipſe iam percipit... do dicimus animã libidinibus & diſcurſionibus rationis op... ueri, nequaquàm intelligimus eam in his iactari, ſed ex ipſa... quandoquidem & uiuere motum eſſe dicentes, non intelligi... eſſe. Nempe uniuſcuiuſq; partis actio naturalis uita eſt à ... ſtans. Summa deniq; horum ſufficiens erit eiuſmodi. Si neq; ... appetitus, eſſe alterationes quaſdam admiſerimus, neq; memo... mulas quaſdam impreſſas animo, neq; phantaſias eſſe con... lut in cæra deſcriptas conceſſerimus, conſequens erit abſq; ... fiteri, animam in omnibus quæ actiones motionesq; nomi... modo ſe ipſo ſubiecto eſſentiaq; habere. Tum uirtutem & ... ſic in anima fieri, ut uel album & nigrum, uel calidum & frig... pus, ſed eo quo diximus modo, animam ad utrunq; per ... oppoſita ſe habere.

*Confirmatio ſuperiorum, atq; de duplici phantaſia.*

COnſiderandum uero de parte animæ, quæ pa... tametſi de hac quoq; nonnihil eſt dictum, ubi de ... mnibus, quæ uel in ipſa iraſcendi uel concupiſcendi... ſcitur, qua ratione fierent pertractauimus. V... inſuper de hoc ipſo dicendum. Primo quidem definiendo qu... pſum ſit, quod paſſiuum in anima nominatur: dicitur ita... quod paſſiones uerſari uidentur. hæ uero ſunt quas uol... tur. Paſſionum uero aliæ quidem ex opinionibus oriunt... natus ſe iam moriturum metuit, aut bonum ſibi mox... certe opinio quidem eſt in alio, perturbatio uero incitatur... paſſiones quodammodo tales ſunt, ut improuiſo exorien... turaliter opinari poteſt, gignant opinionem. Opinionem... tere opinantem interim immobilem permanere iam dixim... autem metus accedens, ſi repetatur altius ab opinione, ... dium, uelut perceptionem quandam præbens parti anim... enim hic facit ipſe metus: perturbationem animi concitat... matione expectationeq; mali. Phantaſiam profecto eſſe ... tum primam quã appellamus opinionem, tum eam quæ ab... ulterius eſt opinio, ſed citra id quod eſt inferius, quaſi op... lis & obſcura, & indiſcreta quædam imaginatio, qualis ... ctio quædam quatenus unumquodq; facit, ut dici ſolet ... ſit. Senſibiliter uero, perturbationem inde ſequentem pa... ad tremorem, concuſſionem, pallorem, uocis impedim... [illegible]

[illegible] pateretur, non etiam in corpus talia perueniretur: quippe cū id ipſum [illegible] officium eſt hæc mittere, non amplius peragat miſſionem, [illegible] quādā paſſionibus iam oppreſſum ſit, & ab ſeipſo diſtractū. Proinde paſſibilis pars hæc animæ non corpus quidem eſt, ſed ſpecies aliqua, in materia tamen: tum concupiſcendi facultas, tum uis nutriendi, augendi, generandi, [illegible] quidem concupiſcibilis patibiliſq; ſpeciei radix eſt atq; principium. Nulli uero ſpeciei perturbatio uel paſſio debet accidere, ſed permanere [illegible], materia uero eius paſſionē ſubire quoties motus illius præſentia [illegible] repit: non enim quod uegetale eſt, quādo uegetat, uegetaſ, neq; [illegible] augetur, neq; omnino cum mouet, mouetur ea motione qua [illegible] uel nullo modo, uel alia quadam ratione motionis uel actionis [illegible]. Oportet itaq; ipſam ſpeciei naturam eſſe actum, & præſentia [illegible] harmonia chordas ſeipſa moueret. Erit igitur quod patibile [illegible], paſſionis quidem cauſa, ſiue ab ipſa fiat motio paſſionis [illegible] uidelicet phantaſia, ſiue etiam ſeorſum a phantaſia. Conſiderandum id præterea nunquid opinione deſuper ordiente, ipſum quidem in [illegible] maneat, cauſæ uero [illegible] muſico comparentur, deinde [illegible] paſſionem impulſæ ſunt chordas referant. Nam & ibi nō harmo[illegible] [illegible] ſed chorda, neq; tñc chorda mouetur, uel ſi muſicus ue[illegible] [illegible] dictauerit.

*[illegible] qualis [illegible] aliquam auferre, ſed affectum [illegible] dirigere.* CA. V.

[illegible] id nam igitur concedēdum nobis eſt animā philoſophiæ ſtudio reddere paſſionis expertem, ſiquidem nec ab initio quidem [illegible]. Forte quoniam ab eo quod patibile dicitur uelut imaginatio quædam in eam incidens, quæ deinceps ſequitur paſſionē [illegible] infert, ipſiq; perturbationi coniugatur opinabilis imago [illegible] paſſionem ratio philoſophica præcipit extirpare, neq; [illegible] modo alicubi pullulare: quaſi ubicunq; naſcatur, anima nondum [illegible] uero non germinet, ſanabit. Quippe cum imaginatio, [illegible] cauſa nondum [illegible] ſomniorum [illegible] animam [illegible] ad uigiliam. [illegible] paſſiones [illegible] [illegible] ſentiuntur, paſſiones eas animæ eſſe dicemus [illegible] purgatio erit, cum nullo modo [illegible] ſit animæ [illegible] corpore ſeparare? Forſan purgatio quidem erit [illegible] [illegible] cum aliis [illegible] [illegible] opiniones habeat alienas, [illegible] eſt, paſſionum [illegible] aut ſimulacra inſpiciet [illegible] paſſiones. Si autem ad ſuperiora ab inferioribus [illegible] [illegible] eſſe purgationem [illegible] ſeparationem [illegible] [illegible] uidelicet non [illegible] corpori [illegible], ut [illegible] [illegible] quibus [illegible] [illegible]. [illegible] quod patibile dicitur [illegible] [illegible] paſſione [illegible] [illegible]

atq; uita perfectum, Alioqui ſi in hoc ipſo deficeret, nequaquàm ens magis fo[illegible] [illegible] intellectum eſt, ſapientiaq; perfecta. Itaq; determinatum eſt at[illegible] [illegible], ac penitus abſolutum: neq; quicquàm illic in potentia eſt, [illegible] quædam potentia ſit, alioqui defectum aliquem pate[illegible] Quamobrem ſemper [illegible] eſt, eodem modo ſe habet ſemper, nihil ali[illegible] [illegible], nihil in ipſum infertur aliquando: ſi quid enim ſuſciperet, [illegible] acciperet aliquid, id utrò non ens. Oportet autem omnino [illegible]. Verè igitur ipſum ita eſſe oportet penes ſe omnia poſſidens, [illegible] omnia, ſi modo per hæc definimus ens, oportet aut [illegible] ipſo ente intellectus & uita non emanarent, ſed hæc entia [illegible] [illegible] neq; tamen ex non ente eſſe poterunt, atq; ipſum quidē ens [illegible] [illegible] corpora. Quod autem non uere ens eſt hæc habebit, ſicut [illegible] [illegible] in deterioribus, ipſoq; ente poſterioribus. Quod enim exi[illegible]ſtit [illegible] quidem hæc largitur, neq; tamen his ipſum indiget. Si igi[illegible] [illegible], neceſſe eſt ipſum neq; corpus eſſe, neq; quod corporibus eſt ſubiectum, ſed corporum ſubiectiq; eſſe oportet in non eſſe uerſari. Atqui [illegible] natura corporum, & quomodo materia non eſt ens? In qui[illegible]bus [illegible] lapidesq; ſunt, totaq; terra ſolida, & quæcunque aliis reſiſtere [illegible] quæ percutiuntur coacta impulſibus eſſe ipſorum eſſen[illegible]tiam [illegible]. Si quis ergo dixerit, quonam igitur pacto quæ neq; colli[illegible]dunt, [illegible] inferunt aut ſufferunt, neq; reſiſtunt, neq; uidentur omnino, [illegible] & intellectus, entia ſunt, & entia uerè? Nos contra dicemus: In [illegible] [illegible] corpulenta magis terra quieſcit, ſed magis mobile eſt, quod [illegible] ponderoſum, atque huius ipſius quod ſublimius eſt, id quoq; mo[illegible]bilius [illegible], ignis mobiliſſimus eſt, [illegible] naturam fugit corpoream, V[illegible]) quæ magis ſibi ipſis ſufficiunt, minus alia turbant, mi[illegible]nus [illegible] moleſtiam afferunt. Quæ uero magis ponderoſa terrenaq; ſunt, [illegible] deficiunt cadentq;, neq; ſeipſa poſſunt attollere, hæc utique ob de[illegible] [illegible] ipſa [illegible] quaſi inertia colliſionem cæteris uidentur in[illegible] [illegible] corpora quæ uita carent, in proximum quenq; mo[illegible] [illegible] uehementiusq; percutiunt atque lædunt. Animata uero [illegible] [illegible] ens participant, quò magis eſſe poſsident, eò magis inno[illegible]xia [illegible] ſolent. Proinde motio quaſi uita quædam eſt [illegible] corpor[illegible] [illegible] magis adeſt quibus corpulentiæ minus ineſt. [illegible] [illegible] accedit magis, corpus magis efficitur. Rurſus [illegible] paſſiones, manifeſtius cognoſci poteſt, quod magis [illegible] magis eſſe paſſibile, ſiquidem terram magis quàm cætera, & [illegible]. Alia namque cum diuiduntur, in unum ſubito rede[illegible]unt [illegible]. Quando uero quod terrenum eſt ſcinditur, diuiſa [illegible] ſeparata [illegible], tanquam quibus [illegible] [illegible] ſic manent, ſicut [illegible] [illegible] eſt, [illegible] maxime in nō ens prolapſum, [illegible] [illegible]. Ponderoſa igitur uehementer [illegible]

concuſſiones ruinæ quædam ſunt, quibus alia ruendo uiciſſim agunt in alia. Cum uero debile incurrit in debile, ualidum eſt aduerſus illud, atq; nõ ens in non ens incurrens. Hæc itaq; dicta ſunt aduerſus illos, qui tantum in genere corporum entia collocant, adducti uidelicet impulſionum concuſſionũq; teſtimonio. Item imaginationibus per ſenſum factis, ueritatis fidem teſtificantes: qui ſimiliter atq; ſomniantes affecti ſunt, dum quæ uident reuera eſſe putant, cum ſint inſomnia: ſenſus enim munus eſt animæ dormientis: quantum nanque animæ eſt in corpore, tantum profecto dormit. Vera autem experrectio atq; uigilia eſt uera à corpore, non unà cum corpore reſurrectio: quæ enim fit cum corpore transmigratio quædam eſt à ſomno in ſomnum, quaſi à lecto trãſeatur in lectum: ſed uera omnino eſt, quæ à corporibus ſurgit omnino. Quæ quidem cum naturam habeant animę repugnantem, pro eſſentia quoq; habent oppoſitũ. Teſtatur id præterea generatio ipſorũ, & fluxus, atq; interitus: quæ quidem ab ipſa natura entis alieniſſima ſunt.

*Conditiones materiæ mirabiles quas reperi etiam apud Porphyrium, & de uanitate materiæ, formarumq; apparentium in materia.* CAP. VII.

SEd iterum reuertendum eſt, primo quidem ad ſubiectam materiã, deinde uero ad illa quę in materia eſſe dicuntur. Ex quibus perſpicue cognoſcatur tum materiam eſſe paſſionis expertẽ, tum neq; materiam, neq; illa reuera exiſtere. Eſt igitur incorporea, quoniam corpus poſterius eſt atq; compoſitum, & ipſa unà cum alio cõplet corpus: ſic enim eandem appellationem ſecũdum incorporeum genus ſortita eſt, quoniã utrũq; ſcilicet ens atq; materia à corporibus diuerſa ſunt. Cum uero materia neq; anima ſit, neq; mens, neq; uita, neq; ſpecies, neq; ratio, neq; etiam terminus, eſt enim indefinitas quædã. Rurſus neq; poteſtas, quid enim faciat? Sed hæc omnia ſubterfugiat, nimirum neq; entis appellationem ſortiri debet, ſed merito non ens nominatur. Neq; tamen ita non ens dicitur, ut motus uel ſtatus non ens dici ſolet, ſed reuera nõ ens ſimulacrum & imaginatio molis, appetitioq; ſubſtantiæ ſiue ſubſiſtentiæ. Stans quidem non in ſtatu, ſecundum ſe inuiſibile, & uidere uolentem effugiens, & quando quis non uidit, tunc quodammodo præſens: quando uero quis intentius inſpicit non perſpectum. Rurſus in ſeipſo contraria ſemper apparens, paruũ, magnum, minus, magis, deficiens, ſuperexcedẽs, ſimulacrum, neq; manens, neq; rurſus aufugere ualẽs. Neq; enim uel hoc unum ualebit, quippe cũ ualorem ab intellectu nullum acceperit, ſed in defectu totius entis factum fuerit. Quapropter in qualibet ſui denominatione mentitur & fallit: nempe ſi magnum excogitetur, interim paruum eſt: ac ſi magis, eſt & minus. Atque ens quod in eius imaginatione occurrit, non ens eſt, uelut ludicrum quiddã fugiens, adeò ut quæ in ipſo fieri uidentur ludicra ſint, ſimulacra in ſimulacro, profecto ſicut in ſpeculo, ubi alibi quidem ſitum eſt aliquid, alibi uero apparens: & quod uidetur impletũ, nihil habens, apparens uero omnia. Quę ingrediuntur & exeunt imitamina entium atque ſimulacra circa ſimulacrum informe: & quia informe, ideo ibi uiſa. Videntur quidem in ſubiectam

materiam

materiā nōnihil efficere, faciunt uero nihil, utpote quæ debilia fluxaq́; ſunt, neq; ſoliditatem ullam habent, ſiue ullam repercutiendi uirtutem: atq; cum materia nullam quoq; ſoliditatē habeat, penetrāt in eam nō diuidentiā, ut imagines in aquam: uel forte perinde ac ſi quis in id quod uacuū dicitur quaſi formas immittat. Iam uero ſi talia forent quæ inſpiciuntur, qualia illa à quibus ueniunt in materiam, forſan quiſquis attribuerit his uim quandam eorum quæ mittunt in materiam uere peruenientem, non iniuria pati ab illis materiam ſuſpicabitur. Cum uero alia quidem ſint quæ repræſentantur, alia uero quæ uidentur intus, ex his quoque intelligere licet falſam eſſe materiæ paſſionem: quippe cum falſum ſit quod intus uidetur occurrere, nec ullam ad effectorem ſimilitudinem habeat: inualidum itaque atque falſum, & in falſum ſimiliter incidens, uelut in quodam inſomnio, uel aqua, uel ſpeculo, proculdubio materiam impatibilem reſtare permittit, quàmuis in his quæ modo dicebamus, ſimilitudo quædam ſit his quæ apparent, ad illa quæ referuntur.

*Quale ſit illud ad quod paſsio pertinet, & quod non pertinet ad materiam.*

CAP. VIII.

OMnino uero quod patitur eſſe oportet tale, ut in cōtrariis ſit potentiis qualitatibusq́; eorum quæ accedunt & inferunt paſſionē: ei nāq; quod ineſt calido, alteratio fit ab eo quod frigefacit. Rurſus præſenti humido alteratio à deſiccante contingit: atq; alterari ſubiectum dicimus, quando ex calido frigidum fit, uel ex arido humidum. Teſtatur id & illa quæ ignis corruptio dicitur, mutatione in elementū aliud accidente: non enim dicimus materiam corruptam eſſe, ſed ignem. Quapropter & paſſiones circa idem ſunt, circa quod & interitus: uia enim ad interitum eſt ſuſceptio paſſionum, atq; huius perire eſt, cuius & pati. Materiam uero corrumpi eſt impoſſibile, in quid enim & quomodo reſoluatur cogitare non poſſumus.

*Dubitatio.*

AT uero cum materia in ſeipſa ſuſcipiat caliditates, frigiditatesq́; quàmplurimas & qualitates prorſus innumerabiles, per easq́; diſtincta ſit, & quaſi cognatas habeat, inuicemq́; commixtas: non enim ſingula ſunt ſeorſum, ipſa uero relicta uelut media, quo nam pacto qualitatibus in commixtione mutua inuicem patientibus non & ipſa quoq; compatitur? niſi forte quis eam extra illas omnino poſuerit. Attamen quicquid in ſubiecto eſt, ita ſubiecto adeſt, ut ex ſe tradat ſubiecto nonnihil.

*Reſponſio. Quod materia neq; uere neq; uera ſuſcipit, neq; patitur, quid ue ſit id quod patitur.*

CAP. IX.

ANimaduertendum eſt quod dicitur adeſſe alterum alteri, atq; in alio aliud eſſe, non uno duntaxat modo nobis accipiendum, ſed aliquando ita ſe habere, ac ſi quid unà cum præſentia ſua melius uel deterius illud permutatione quadam afficiat: quod quidem in corporibus præſertim uiuentibus eſt manifeſtum. Aliquando uero ali-

propterea quòd materiam iam affecerat, adhuc multo magis aliud ſubiectū fiet, atq; hac conditione procedens, aliud quiddam quàm mera materia ſubiectum erit, ſcilicet uarium quiddā & multiforme: quapropter non amplius erit commune omnium ſuſceptaculum. Quippe cum iam impedimentum ad multa quandoq; uentura in ſeipſo conceperit, neq; ipſa materia amplius permanebit, neq; igitur incorruptibilis erit. Quamobrē ſi oportet eſſe materiam, quemadmodum ab initio fuerat, ita ſemper oportet eandem eſſe, nēpe hanc permutatam fuiſſe dicere, non eſt eam ſeruare materiā. Præterea ſi omnino quod alteratur, oportet permanens in eadem ſpecie, in accidentibus alterari, neq; tamen permutari ſubſtantia, ſi inquam manere oportet quod alteratur, & quod in eo patitur, non eſt id quod permanet, neceſſe eſt alterū è duobus accidere, uel alteratam materiam à ſeipſa diſcedere, uel non diſcedētem minime alterari. Si quis autem dixerit alterari quidem eam, ſed nō qua ratione materia eſt alterari, primo quidem ſecundum quid alteretur, explicare non poterit: deinde confiteri cogetur ſic quoque ipſam materiam non alterari. Quemadmodum enim in cæteris quæ ſpecies ſunt, fieri non poteſt ut ſecundum eſſentiam alterētur, quippe cum illorum eſſentia in hoc ipſo conſiſtat: ſic quoniam eſſe materiæ eſt eſſe qua ratione materia eſt, nō licet eam quatenus materia eſt alterari, ſed eſt neceſſarium permanere. Et ſicut illic ſpecies ipſa immutabilis eſt, ita & hic neceſſe eſt immutabilem eſſe materiam.

*Quomodo formæ ueniant in materiam, ſecundum Timæum per modum imaginum in ſpeculum.*

CAP. XI.

Hinc Platonem ita excogitātem recte dixiſſe arbitror, ubi inquit, imitamina uero entium ingredientia egredientiaq; materiam. Neq; enim ab re ingredi & egredi expreſſiſſe putandum, ſed nos in exponendo cautos reddere uoluiſſe, quo uidelicet pacto ſpecies participare materia poſſit. Hinc & apparet Platonicam illam dubitationem, qua quæritur, quonam pacto materia fiat particeps ſpecierum, non illuc tendere, quo multi priores exiſtimarunt, ſcilicet quomodo ſpecies ueniant in materiam, ſed potius quomodo ſint in ipſa. Reuera enim mirabile uidetur eſſe, quomodo præſentibus his materiæ ſpeciebus, permaneat ipſa eadem nullam ab his accipiens paſſionem: præſertim cum quæ ingrediuntur in eam, à ſe inuicem patiantur. Sed enim ex Platonica ſententia putandū eſt ea quę materiam ingrediuntur, priora inde expellere, eſſeq; in cōpoſito paſſionem, neq; in omni compoſito, ſed in eo cui opus eſt accedente forma uel recedente, & quod per alicuius quidem abſentiam defectum in conſtitutione propria patitur, per præſentiā uero perficitur. Materia uero neq; plus habet quicq̄ in natura ſua quolibet accedēte, neq; enim tūc accedēte illo, id quod eſt efficitur: neq; rurſus ullo recedente minus habet quicq̄, perſeuerat enim quod ab initio fuerat. Illis profecto utilis neceſſariaq; eſt exornatio, quæ ornamēto & ordine indigēnt: atq; poteſt ornatus abſq; trāſmutatione fieri, uelut quando ornamentum alicui circundamus. Sin autē ſic aliquid exornetur

ut inſitum habeat ornamentum,oportebit quod exornatur permutari ex eo quod prius erat turpe,diuerſumq́; fieri, atq; ita ex turpi euadere pulchrum. Si igitur materia exiſtens turpis, facta eſt pulchra, non eſt ulterius id ipſum turpe quod antea fuerat. Quapropter dum ſic exornatur, amittit eſſe materiam, præſertim ſi non ſecundum accidens turpis eſſe cenſetur. Quod ſi ita ſit turpis ut ipſa ſit turpitudo, ornamenti particeps fore non poſſit, rurſus ſi ita ſit mala ut malum ipſum ſit,nullam unquàm boni partẽ acciperet. Quapropter non ita participatio fit,ut pleriq; putant,quaſi patiente materia: ſed alia quædam ratio eſt,uidelicet apparendi. Forte uero & hoc modo dubitatio illa ſoluetur,qua perquiritur quo nam pacto ſi mala ſit, appetat bonum: quippe cum ipſa participatione non deſinat eſſe quod erat. Si enim hac conditione participatio fiat, ut maneat eadem minime alterata ſicut dicimus, ſed quod eſt,ſit & ſemper,non amplius mirabile uideri debet, etiamſi mala ſit participare bonum,non enim à ſeipſa diſcedit. At quoniam neceſſarium eſt participare, iccirco quodammodo quandiu eſt, participat: ex eo autem quòd permanet id ipſum quod eſt, participationis modo ipſam ſeruante, non læditur in eſſentia ab eo quòd ita tradit. Videtur profecto non minus ob hoc eſſe mala, quoniam ſemper id quod eſt permanet: ſi enim reuera fieret particeps, & uere permutaretur à bono, non eſſet per naturam mala. Quamobrem ſi quis materiam dicat eſſe malam, ſic utique uera loquetur,ſi pati eam à bono negauerit: id autem idem eſt ac ſi omnino impaſſibilis affirmetur.

*Confirmatio ſuperiorum,& quòd materia neque afficiatur aliquo modo in natura ſua per formas, neque patiatur, neque diuidatur.* CAP. XII.

PLato autem idem de materia cogitans,participationemq́; in ea non ita fieri iudicans,quaſi in ſubiecto fiat ſpecies formaq́; inſeratur,ita ut unum fiat compoſitũ,ſimul uidelicet transmutatis & compatientibus,& profecto non ita ſe dicere ſtudens aſſeuerare, cupiens quinetiam declarare quomodo ipſa impaſſibilis perſeuerans ſpecies habeat, indagauit impaſſibilis participationis exemplum, præter quod non facile foret oſtendere, quæ nam potiſſimum ſua præſentia ſubiectum idem permanere permittant,dubitationes multas mouit,dum quo cupit peruenire contendit,atque præterea ſtuduit aſſeuerare in rebus ſenſibilibus uacuitatem quidem eſſe ſubſtantiæ, locum uero ueriſimilitudinis, & imaginis eſſe quàmplurimum. Proponens igitur materiam ſub figuris paſſiones corporibus animatis inferre, ipſam quidem nullam ex paſſionibus iis habentem, ſtabilitatem eius hoc pacto ſignificauit. Ad argumentandum prouocans, nullo modo materiam ipſam ab his figuris pati uel permutari. In his quidem corporibus figuram aliam ex alia commutantibus, forte aliquis alterationem dicat fieri, ipſam uidelicet figuræ mutationem, dicens alterationem eiuſmodi æquiuocam eſſe. Cum uero materia neque figuram neque magnitudinem habeat ullam,quo nam pacto quis figuræ aduentum, quomodocunque fiat,alterationem uel etiam æquiuoce dicat? Si quis igitur

hic ea

hic ea lege utatur, & ſingula dicat, quæ declaret ſubiectam naturam nihil ſic ut putatur habere, à ratione minime aberrabit. Veruntamen quonam modo habet? Si neq; tanquàm figuras placet habere, ſed Platonica propoſitio quo-ad fieri poteſt ſignificat, tum materiæ naturam eſſe paſſionis expertem, tum præſentiam in ea formarum eſſe duntaxat apparentem, uelut imaginũ non præſentium. Forſan uero prius adhuc de impaſſibili eius conditione tractã-dum, docendumq; oportere conſuetis hominibus ad eius paſſionem quodã modo deſignandam adduci, uelut quando deſiccatam eandem & ignitã, uel humefactam excogitamus (ut Plato inquit) & quæ deinceps, & aeris atque a-quæ formas ſuſcipientem. Quod enim ſubditur à Platone, materiam for-mas aeris & aquæ ſuſcipere, tum temperat minuitq; quod dictum fuerat, ma teriam eſſe ignitam & humefactam, tum oſtendit materiam in eo quod for-mas capit, non formari, ſed formas eſſe ita ut ingreſſæ ſunt. Item quod di-ctum eſt ignitam, haud proprie fuiſſe dictum, ſed magis ſignificatum, quòd facta ſit ignis. Non enim idem eſt omnino ignem fieri, atque igniri: nam i-gniri quidem ab alio fit in quo quidem contingit pati, quod autem pars eſt ignis igniri non poteſt, alioqui perinde id ſe haberet, ac ſi quis ſtatuam dixe rit per ipſum æs proceſſiſſe, uel ignẽ per materiã fuiſſe progreſſum, atq; etiã ignirẽ materiã. Atqui & ſi ratio ipſa accedẽs agere id dicat, quo nã modo ma-teriam ignire dicetur? An forſan in figurã? At enim quod ignitur, ex ambo-bus iam conſtat. Quomodo igitur ex ambobus, ſi non eſt factum ex ambo-bus unum. An forte quàmuis factum ſit unum, non tamen è duobus haben tibus inuicem paſſiones, ſed in alia quædam agentibus. Nunquid igitur am-bobus agentibus? uel potius altero efficiente ut alterum minime fugiat: At quando corpus diuiditur quomodo fieri poteſt, ut materia ipſa non diuida-tur: & cum ipſum patitur dum diuiditur, quomodo non & ipſa eandem ſuſti net paſſionem. Forte uero nihil prohibet eadem ratione materiã ipſam cor-rumpere; dicentes uidelicet quo nam modo corrupto corpore materia non corrumpitur? Profecto etiam dicendum foret quod patitur, & diuidi-tur tantum quiddam eſse magnitudinemque exiſtere: ei uero quod non eſt magnitudo, neq; etiam magnitudinis paſsiones ineſse. Et omnino ei quod non eſt corpus, paſsiones corporis non accidere. Quapropter quicunq; ma-teriam pati poſse fatentur, corpus quoq; eam eſse confiteri coguntur.

*Quòd naturalia non ſint entia uera, & quòd materia dicatur non ens, & inſtar ſpeculi uideatur habere for-mas, quas non habet ueras.*

Inter hæc vbi ait naturalia non tam eſſe reuera, quàm eſſe videri, introducit Epicuream quandam obiectionem, qua contenditur res quę corpulentę ſunt ſolas veram eſſentiam poſſidere, idq; è duobus patere pręcipue, tum quia ſoliditate ſua diuidenti reſiſtunt, tum quia vehementer obiecta percutiunt. Reſpondetur ad primum, corpora eiuſmodi dura diũ videntur reſiſtere, diutius percutienti ſunt expoſita, ictumq; expectant, propterea quòd ine-ptiſsima ſint ad fugam; ac propter eandem ad motum ineptitudinem inefficaciamq; naturã, poſtquam diuiſa ſunt in partes, in priorem formam redire non poſſunt: corpora vero ſubti-liora vbi cedere percutienti videntur, propter mirabilem efficaciam ſubterfugiunt celerri-me paſſionem, atque ob eandem ſimiliter efficaciam ſubito redeunt in ſeipſa. Denique cum motus in rebus ſit actio quædam, vitęq; plurimum interioris indicium, & vbique ſit vitę ve-ſtigium, & quæ minime corpulenta ſunt, promptiſſima ſint ad motum; conſequens eſt qua-

*Confirmantur ſuperiora, & probatur quòd materia ſe habet ad formas & ad mentem diuinā ſicut ſpeculum ad imagines, atq; ad ſpectacula.* CAP. XIII.

ID præterea probare illos decet, qua ratione materiam dicāt ſpeciem auſugere. Quo enim pacto ſaxa cæteraq́; ſolida ipſam cohibentia fugiat? Non enim interdum quidem fugere, interdum uero non fugere dicent. Si enim uoluntate propria fugit, cur nō fugit & ſemper? Sin autem neceſſitate manet, non datur tempus in quo non in aliqua ſpecie ſit. Sed enim cauſa propter quam non eadem ſpecies ſemper materiam quamlibet contineat, quærenda eſt magis in his quæ ipſam ingrediuntur. Quo nam igitur pacto fugere dicitur? Nunquid natura eadem atq; ſemper? Id autem quidnam aliud erit, quàm eam nunquam à ſeipſa diſcedētem ſic habere ſpeciem, quaſi nunquā habeat. Alioqui non habebunt illi quā rōne probabiliter quod dixerant tueantur. Appellat præterea Plato materiā ſuſceptaculum generationis omnis atq; nutricem. Profecto ſuſceptaculum atq; nutrix aliud quiddam eſt q̃ generatio. Quod autem alteratur, in generatione uerſatur. Et cum ſuſceptaculum atq; nutrix generationis generationē præcedat, alterationem quoq; præcedit. Sane quod ſuſceptaculū nutrixq́; dicitur, ſeruat materiam impatibilem: ſeruat ſimiliter quod ſcribitur materiā eſſe illud in quo apparet unumquodq; fieri, rurſusq́; inde abit. Item quod appellat eam locum atq; ſedem. Deniq; quod recta ratione dicit eam eſſe quaſi formarum locum, non paſſionem deſcribit circa materiam, ſed alium quendam deſiderat modum. Quis nam hic modus eſt? Profecto cum naturā eiuſmodi nullum eſſe oporteat entium, ſed omnē entium eſſentiam effugiſſe, omninoq́; eſſe diuerſam: rationes enim quædam entia ſunt, reuera exiſtentes, neceſſarium eſt eam hac ipſa alteritate ſalutem quā ſortita eſt, conſeruare: ideoq́; non ſolum nō poſſe entia capere, uerumetiam ſi quod ſit entium imitamen: huius quoq; familiaritatis expertem eſſe: ſic enim duntaxat, eſt ab entibus omnino diuerſa. Alioqui, ſi qua cum ſpecie intimam contraxerit familiaritatem, certe unà cum ipſa aliud quiddam facta, amittet iam illam diuerſitatem: nec ulterius omniū locus erit, imò uero nullius erit amplius receptaculū, cum tū eſſe dicatur cuiuslibet pariter receptaculū. Oportet aūt tū formis ingredictibus eandā permanere materiā, tū egredictibus impatibilē: ut & intret aliquid ſemper & exeat. Intrabit aūt quod ingredit, tū ipſum ut ſimulacrū, tū in aliqd minime uerū: ideoq́; neq; ipſum etiā erit uerū. Sed nunquid uere accipiet? At quonā pacto uere accipiet ab eo, cui nullo mō fas eſt, ueritatē participare, propterea q̄ ſit ipſum falſum. Forſan igit falſo procedit in falſum, ſimiliterq́; ſe habet: atq; imagines obiectorū apparētes in ſpeculo, q̄diu illa permanent è cōſpectu. Etenim ſi entia ex uniuerſo ſuſtuleris, nihil penitus uel momento apparebit unquā eorum quæ nunc in mundo uident. Speculū quidem apud nos ipſum quoq; perſpicitur, eſt enim & ipſum ſpecies aliqua. Quod uero in mundo eſt quaſi ſpeculū, cum nulla ſit ſpecies, ipſum nullo modo uidet: alioqui oporteret ipſum prius ſecundum ſeipſum cerni. Verum tale quiddam patitur, quale illuminatus aer, qui tunc etiā oculis eſt occultus, quoniam abſq; illuminatione uideri non poterat. Hanc igitur ob

cauſam quę apparēt in ſpeculis, uel nullo modo, uel minus eſſe credunt, quo-
niā illud in quo ſunt manifeſte diſcernit: & ipſum quidē manet, hęc uero [illegible]
cedūt. Materia uero minime cernitur, ſiue habeat formas, ſiue nō [illegible]
aūt contingeret illā manere à quibus implētur ſpecula, & ipſa quid[illegible]
rentur, nemo utiq; diffideret, quin uera ſint quæ uidentur in ſpec[illegible]
tur eſt in ſpeculis aliquid, in materia quoq; ſimiliter ſenſibilia ſint: [illegible]
eſt in ſpeculis, ſed duntaxat apparet: ſimiliter quoq; in materia [illegible]
apparere, cuius quidem apparentiæ aſſignanda cauſa eſt entiū ipſorum [illegible]
ſtantia, quā entia quidem ſemper uere participant: non entia uero, non [illegible]
Quandoquidem nō oportet ſic ipſa ſe habere: quemadmodum [illegible]
ſi ipſa ente ipſo non exiſtente, fuiſſent.

*Confirmantur eadem, & quod materia non impletur, ſed ſemper affectat noua, quia [illegible] res ueras: neq; uere accipit quod uidetur accipere.* CAP. [illegible]

QVid ergo? Niſi materia eſſet, nihil'ne omnino ſubſiſteret? [illegible] hil prorſus, præter entia: ſicut neque imago ſublato ſpeculo [illegible] eiuſmodi quopiam. Quod enim ſic natura comparatum eſt, ut ſit in alio, illo non exiſtente fiat nunquam: hæc enim ipſi[illegible] his natura eſt, in alio eſſe. Siquid enim à cauſis ipſis decederet, id [illegible] eſſe poſſet, etiam ſi non eſſet in alio. Cum uero ipſæ quidem maneant, ſi quid inde appareat alibi, oportet aliud quiddam eſſe, ſedem ſuggerens [illegible] ra non uenienti: quod quidē ſui præſentia & audacia & quaſi procacitate [illegible] indigentia quaſi urgeatur urgeatq; ad capiendum: decipiatur tamen [illegible] piendo reuera, ut indigētia perſeuerans ſemper efflagitare compellat. Poſt-quā enim ſemel ſubſiſtit (ut tradit fabula) ſemper affectat, qua quidem [illegible] natura eius, boni expers oſtenditur. Affectat uero nō illa quæ largitor habet accipere: uerum ſat habere uidetur, ſi qualecunq; ſit, nonnihil accipiat [illegible] ut hinc oſtendat diuerſum eſſe quod in materia nobis apparet. Nomen quo-que ipſum Penia, id eſt inopia materiam nō impleri declarat. Quod uero di-citur cum Poro Peniam congredi, non ſignificat illam cum ipſo ente uel ſa-turitate cōgredi, ſed cum re quadam artificioſa atq; mirabili. Id autem eſt [illegible] quadam imaginis ſeſe oſtentātis aſtutia: cum enim impoſſibile ſit [illegible] no entis expers, quodcunq; & quomodocunq; extra ens ipſum ſit [illegible] entis natura eſt entia facere, cumq; omnino non ens miſceri cum ente non poſſit, certe nōnihil mirabile prouenit: nempe & participat non particip[illegible] & ipſa propinquitate nanciſcitur aliquid: quamuis ſuapte natura conglu[illegible] ri non ualeat. Relabitur igit̃ uelut ab aliena natura quod accepit, [illegible] à locis lenibus atq; planis. Quod'ue non manet ibi, id & apparet [illegible] uenire: ſin autem materia ſic participaret, acciperetq;, ut quidam [illegible] ret, profecto quod accedit ad eam uelut imbibitum penetraret. [illegible] apparet imbibitum non fuiſſe, ſed permanſiſſe illam prorſus eandem [illegible] adeptam, ſed inſtar ſedis cuiuſdam repercutientis inhibuiſſe proceſſum, [illegible] ſeq; receptaculum concurrentium in idem ibiq; inuicem commi[illegible] Neq; aliter hic fieri, quàm ubi nonnulli ad ſolem cupientes ignem accende-re, lenia quædam ſolidaq; opponunt: quæ & aqua implent, ut [illegible]

quod

quod intus contrarium eſt, cohibita non pertranſeat, ſed extra cõſiſtat. Hæc itaq; ratione materia cauſa generationis euadit, & quæ componuntur in ipſa hoc modo conſtituuntur.

*De ratione ſeminali quæ eſt in anima, quòd nõ miſcetur cum materia, ac de unitate materiæ formarumq; ſenſibilium.* CAP. XV.

IN his quidem quæ ignem ſub ſole circa ſe congregant, utpote quæ ab igne ſenſibili flammam accipiunt, ipſa quoq; id habẽt ut ſentiantur. Itaq; apparent, quoniam quæ ibi conficiũtur, extrinſeca ſunt, poſitaq; deinceps & proxima, ſeq; contingunt: termini q; illic duo proculdubio ſunt. Ratio uero ſeminaria in materia, aliter habet, ut ſit extra materiam. Naturæ nanq; alteritas ſufficit, duplici non indigẽs termino, ſed multo magis quàm terminus quilibet alienus uim retinet repugnantem commixtioni ob alteritatem eſſentiæ cognationis omnis expertem. Cauſaq; in ſe conſiſtendi hæc ipſa eſt, quoniam neq; quod ingredit ipſa fruitur: neq; ipſa uiciſſim fruitur ueniente, ſed quemadmodum opiniones imaginationesq; in anima non miſcentur, ſed abit unaquæq; rurſus, uelut ſola quod eſt exiſtens, nihil uel ſecum trahens, uel ſui relinquens, quoniam ammixta non fuerat: habetq; quod extra dicat, nõ propterea quod ſectis adiaceat, neq; aſpectu tanquam diuerſa à fundamento, ſed ratione diſcernit. Hic igitur imaginatio, ſimulacri cuiuſdam locum obtinens, cum tamen anima [illegible] nõ ſit ſimulacrum, quamuis in multis uideatur ducere, & pro arbitrio ducere, comparatur nanq; ad animam proportione quadã uelut materia, quamuis inquam ita ſit, non tamen obſcurat occulitq; animã, quippe cum propriis quibuſdam animæ actionibus frequenter excutiatur. neque unquam efficit uel etiam ſi tota per totam ſe diffuderit, ut anima penitus delitescat, quamuis interdũ quodammodo talis appareat. Habet enim anima in ſe actiones, rationesq; repugnantes, per quas accidentia repellantur. Materia uero, cum ſit longe inualidior anima, nihil habet entium ſeu uerum ſiue etiam falſum aliquando proprium: neq; habet quicquam, per quod appareat, quippe cum in omnium ſolitudinem ſit reiecta: fit autẽ cauſa cæteris ut appareant, neq; ipſa tamen uel hoc ſaltem poteſt dicere: hic ego ſum, quãuis [illegible]. Sed ſi quando inueniat ipſam ratio quędam profundior hãc ex [illegible] aſſecuta, clamat eam eſſe nonnihil ab omnibus entibus deſtitutum. [illegible] ea quæ entibus poſteriora ſunt uideant eſſe, id per hæc omnia trahi [illegible] ut appareat ea ſequi, rurſumq; non ſequi.

*[illegible] materiam ſupereminent. Et quomodo certa quantitas materiæ ſequatur modum cuiuſlibet [illegible].*

QVando lignum hoc eſſe dicitur extra lignum illud, ſeiuncta ſunt duo hæc inter ſe non [illegible] per terminos exteriores tantũ: ſpecie vero coniuncta ſunt inuicẽ. Magis [illegible] ignis à aqua, nõ ſolũ enim exterioribus terminis, ſed qualitatibus contrariis [illegible]. Quoniã vero & genere conueniunt cum materia, poſſunt quãdoque miſcẽ[illegible] [illegible] toto genere à materia ſeparatur, ideoq; quamuis materiam penetret, longius ta[illegible] [illegible] materiam [illegible] formas quas anima mundi ab intellectu diuino nacta, nititur per [illegible] materiam v[illegible] ducere, materia ſecum concitare non poteſt, [illegible] ſibi [illegible] miſceantur. Tum vero materia ſicut ſuapte natura formis [illegible] hæc enim eſt forma quædam. Et quoniã q̃titas eſt poſtrema [illegible] figuris rebus ſecundũ ſpecies [illegible] præcipue modis

à mente

quoq; licet abeuntibus illis accepti aliquid retinere: quæ uero non patiuntur, minime retinent. Quemadmodum aer lumen nactus, nihil luminis abeunte lumine retinet. Si quis aũt miretur quomõ fieri poſſit, ut quod nõ habet magnitudinem, fiat magnũ: obiiciemus ſimiliter quo pacto fiat, ut quod non habet calorem, fiat calidum. Non enim idem eſt in materia, eſſe materiam, atq; magnitudinem eſſe: ſiquidem immaterialis eſt magnitudo, quemadmodum immaterialis etiam eſt figura: ac ſi materiam conſeruamus, participatiõe quadam eam omnia ſortiri dicemus. Vnum uero aliquid omnium eſt magnitudo: in corporibus quidem cum cõpoſita ſint, eſt & una cum aliis magnitudo, non tamen determinata. Quoniam in ipſa corporis ratione includitur etiam magnitudo: in ipſa uero materia neq; etiã indeterminata magnitudo includitur, quippe cum non ſit corpus.

*Materia nullam habet ex ſe quantitatẽ, ſed ad eã protenditur ſub efficaci igreſſu formæ in ipſam.*

CAP. XVII.

SEd neq; etiam magnitudo ipſa erit, ſpecies enim eſt ipſa magnitudo, neq; eſt ad ſuſcipiendum parata: quin etiã ſecundũ ſeipſam magnitudo exiſtit. Ac ſi materia neq; etiã imitationes entiũ familiariter ſibi poteſt conciliare, certe neq; hoc pacto eſt magnitudo. Sed quoniã uult quod in intellectu uel anima ſitũ eſt, eſſe magnũ: ideo tradidit his quæ procedendo quaſi imitari uolunt deſiderio eius uel motu erga ipſum facultatem quãdam ad paſſionem earum in alio quodã imprimendam. Magnũ itaq; in proceſſu imaginationis ſiue apparentię currens in amplum, efficiensq; ut ipſum materię paruũ in hoc ipſum magnũ concurrat, fecit ut illud appareret magnũ etiam coextenſione nõ repletũ. Falſo enim magnum hoc eſt, quando nõ habẽdo hoc ipſum ut ſit magnũ, ad illud extẽſum quaſi coamplificat extẽſione. Cũ enim entia oĩa in alia uel in aliud agãt ipſorum apparentiã ſpecularẽ & unumquodq; efficientiũ ſimili quadam ratione ſit, faciatq; magnum, qua & totum, concurrit uniuſcuiuſq; rationis magnum poſt ipſum aliquid: uelut equi uel alterius cuiuſcunq;. Extat præterea ipſum magnum, & uniuerſa quidem apparẽtia ſpecularis fit magnum, uidelicet ad magnum ipſum effulgens. Quælibet uero portio fit magnum quiddam. At que ſimul omnia apparuerunt ex uniuerſa ſpecie, cuius eſt magnum: atq; etiam ex quolibet, & quaſi extenſio facta eſt, & ad omne & omnia. Atque in ſpecie id eſſe coacta, & in mole quantum potentia fecit, quantum potentia ferebat: unde contigit ut quod eſt nihil, rurſus in apparẽdo ſit omnia. Idcirco & color qui ex non colore procedit: & qualitas quæ apud nos ex non qualitate contingit, denominationem nacta ſunt ab illis æquiuocam: & magnitudo ex non magnitudine, uel æquiuoca magnitudine. Vbi certe illa conſiderantur media inter ipſam materiam ipſamque ſpeciem: & apparent quidem quoniam inde quodammodo micant, fallunt uero quoniam id in quo apparent, non exiſtit. Quælibet uero in magnitudinem protenduntur, tracta uidelicet uirtute eorum, quæ hic apparent: locumque ſibiipſis efficiunt. Fit uero tractus per oĩa non uiolentia ex eo quòd materia eſt uniuerſum. Vnũquodque uero trahit per eam quam habet potentiam, habet uero inde: & quòd

materiam

materiam facit magnum, ut uidetur, id agit imagine ipſius quod magnū eſt, hic apparente: atq; id eſt quod apparens dicitur, quod hic eſt magnum, materia uero coacta concurrere uel in qua hęc concurrere coguntur, ſimul tota & ubique ſemetipſam præbet. Materia enim eſt: & huius uniuerſi materia neque eſt aliquid. Quod autem ex ſeipſo nō eſt aliquid, poteſt & per aliud ipſus contrarium fieri: & poſtquam factum eſt contrariū, neq; etiam illud eſt: alioqui tantum in hoc ipſo conſiſteret.

*Materia ſicut non habet ueram formam, ita nec ueram magnitudinem. Et quomodo ad effigiem motum formæ uenientis in eam ipſa in dimenſionem producitur, non tamen diſtrahitur, [illegible] eam.* CAP. [illegible]

SI quis igitur intelligētiam magni poſſideat, quæ quidem [illegible] tiam habeat, per quam non ſolum in ſeipſa ſit, uerumetiam [illegible] ſi extra prodire ualeat, nanciſcaturq; naturam quandam [illegible] ligente non exiſtentem, neq; uel ſpeciem habētem, uel aliquod magni ueſtigium, uel alicuius omnino, quidnam per potētiam [illegible] ciet? non equum, non bouem: hæc enim aliæ faciēt cauſæ. Forſan [illegible] à magno uelut patre prodit, non poteſt aliud quiddam id magnū [illegible] hoc autem habebit imaginarium. Huic itaq; nequaquam ita conſe[illegible] gnum, ut ipſum magnum fiat in natura ſua, quantū poteſt appar[illegible] iam reliquum eſt: hoc autem eſt non deficere. Atq; ſi paſſim propag[illegible] quaſi in multa diſertum progredi, ſed cognatas in ſe partes habere [illegible] prorſus abeſſe. Neq; enim fieri poterat, ut in parua mole, æquale [illegible] gni ſimulacrum eſſet, cum ſit imago magni: ſed quatenus illius ſpe[illegible] uit, acceſſit: currenſq; quoad poteſt unà cum ſuo concurrente deferri [illegible] lente, effecit magnum illud quod non magnum: neq; ſic quidem ut [illegible] at magnum, & quod uidetur in mole magnum. Materia uero interim [illegible] conſeruat naturam utens hoc magno ueluti ueſtimento, quod [illegible] ta eſt quando concurrebat cum ipſo: dum uidelicet currens illud [illegible] pſam. Quod ſane ſi quando exuerit, permanet rurſus eadem, quæ [illegible] nes ſeipſam erat, ſcilicet tanta, quantam ſpecies præſens reddit eam [illegible] anima entium ſpecies habens, cū ipſa quoq; ſit ſpecies ſimul poſſidet [illegible] cum etiam ſpecies quælibet tota ſimul ſecum ipſa ſit. Quinetiam [illegible] ſpecies quaſi reflexas in ipſam accedentesq; uidens nō ſuſtinet unà [illegible] titudine capere, ſed mole ab his ſubtracta diſcernit: non enim pote[illegible] quod eſt fieri. Materia uero cum nullam habeat excutiendi potent[illegible] lam enim habet actionem, cumq; ſit umbra, perpeti ſuſtinet quod [illegible] cauſam in eam aliquid effectura: quinetiam quod ex ratione quæ ibi [illegible] cedit, iam ueſtigium habet, eius quod eſt faciēdum. Quod enim in [illegible] ſia uel apparentia quadam imaginaria, ratio mota, uel motio à ratione [illegible] dens, partitio eſt: alioqui ſi unum idemq; eſſet omnino, nullus ibi [illegible] tus, ſed permaneret. Atqui materia nequit ſpecies ſimul omnes [illegible] tus accipere, alioqui una quædam eſſet earum. Cum uero hanc [illegible] capere, neq; tamen indiuidue capere, neceſſarium eſt eam locū [illegible] ſtentem per omnia progredi, omnibuſq; occurrere: [illegible]

nullo [illegible]

uallo ſufficere,quoniã ipſa nullo ſpatio cohibet,ſed expoſita eſt futuro: quonã igitur pacto fieri põt,ut ingrediens aliquid, nõ prohibeat alia,quæ ſimul cõcurrere nequeũt? forſan non erat unũ aliquid primũ:quod & ſi erat,id ipſa erat ſpecies uniuerſi. Quapropter cuncta quidẽ ſimul, in parte uero quodlibet. Viuentis enim materia diſtributa eſt ſimul cum uiuentis ipſius partitione:ſin minus,nihil utiq; præter rationem fuiſſe effectum.

*Quomodo materia ex qualitate formarum non fiat qualis,ideoq; nec patiatur. Et quomodo in conceptione formarum minus etiam quàm fœmina ualeat.* CAP. XVIII.

QVæ igitur materiã intrant quaſi matrẽ nihil penitus eam lædũt, ſed neq; utilitatẽ aliquam afferũt: nõ enim impulſus horum ad eam attinent,ſed potius inuicẽ:quoniam & potentiæ ſunt ad cõtraria,non ad ſubiecta:niſi quis forſan ſubiecta unà cum his quę ſunt in eis collecta conſideret. Calidum enim ſedat frigidũ, & nigrum offuſcat album:uel ſi commiſcentur,aliam quandam ex ipſis conficiunt qualitatem:patiuntur ergo quæ commiſcentur. Pati uero penes illa eſt, non amplius eſſe quod erant. Tum uero in aĩabus paſſiones quidem circa corpora ſunt, dum ſecundum qualitates inſitasq; uires alteratio prouenit. Cum uero conſtitutiones ipſæ ſoluuntur,aut congrediuntur,ſiue tranſponũtur præter naturalem conſtitutionem,paſſiones quidem ſunt in corporibus:in animabus autem cognitiones ſunt uehemẽtiores paſſiones percipientibus: ſin minus, non cognoſcunt:materia uero permanet, nam & abeunte frigore & uenie͂te calore nihil patitur:non enim ipſi horũ quicq̃ uel amicũ eſt proprie uel inimicũ. Quamobrẽ nomẽ eius maxime propriũ eſt ſuſceptaculũ atq; nutrix: at uero qua nã ratione mater etiã eſt appellata? Nihil enim hæc generat: uident autẽ matrẽ illi hanc appellare,quicunq; matrem quoq; erga genitos habere uicem materiæ arbitrantur,quaſi ſuſcipiat tãtum,nihil uero tribuat genitis:quandoquidem &quantum corporis eſt in nato,habetur ex nutrimento:ſi quid autem mater tribuit genito,non qua rõne materia eſt, ſed qua ſpecies dare cenſetur:ſola enim ſpecies eſt fœcunda, natura uero altera ſterilis. Hinc priſci,ut arbitror,ſapientes in ſacris myſteriis id ſubobſcure ſignificantes,antiquum Mercurium introducunt inſtrumentum generationis ad operis effectum ſemper habentem:generantem uero in ſenſu declarãtes eſſe intelligibilem rationem,ſterilitatem uero materiæ ſemper idẽ manentis: oſtẽdentes per illa quæ circa ipſam ſterilia diſponuntur. Introducunt enim matrem omnium,quam utiq; ſic prædicant,accipie͂tes uidelicet principium ſecundum ſubiectum,imponentesq; nomen eiuſmodi,ut quod uolunt planius indicent,ſcilicet materiam non eſſe matris omnino perſimilem : idq; penes illos qui abſolutius,quis modus ſit in his intelligere ſtudent. Neq; dũtaxat rerum ſuperficie ſunt conte͂ti:his inquam id procul quidem pro uiribus tamen demonſtrauerunt ſterilem eſſe materiam,neq; omnino fœminam eſſe,ſed ea ratione fœminam,qua proprie ſuſcipit. Quantũ uero ſpectat ad generandum nullo modo,quia quod hucuſq; peruenit:neq; fœmina ſit,neq; gignere ualeat,uerum ſit omni gignendi pote͂tia ſeparatum , quæ quidem poteſtas ei tantum qui permanet maſculus,ineſt.

liter & momenta temporis, & temporalium rerum progreſſiones inter ſe quidem diſtãt, ſed in æternitate temporis temporaliumq́; principio ita rediguntur in vnum, vt vna ſit præſentia omnium, & vita eadem, vnusq́; conſpectus. Inter hæc vbi Plotinus de toto perfecto loquitur, memento omne totum vt quod in arte reperitur atque natura, eſſe communem quandã formam, poſt partes ſingulas ibi ſequentem, & ex partibus reſultantem. Non eſt igitur eiuſmodi totum per ſe totum, ſed per partes: & per illud quod partes inuicem congregauit, nec igitur eſt primo totum. Primo itaq; totum eſt, quod eſt forma & ſubſtantia quædam ſimplex in ſe ipſa generans, ſi quas habitura ſit partes. Et quia generat eas, ideo quodãmodo præcedit eas: & quo ſigno antecedit partes, eſt penitus indiuidua. Iam vero quoniam indiuidua eſt, ideo dũ partibus ſe inſerit ſingulis, inſerit vbiq; ſe totum: atq; hoc ipſum eſt abſolute totũ, quod reſeruatur in quolibet ſui totum: talis vtiq; diuina mens eſt ad ideas, talis vniuerſa natura vitalis ad ſemina rerum. Talis æternitas mentisq; primæ vita ad omnem ſui præſentiam, manens ſemper in vno atq; ad vnum: in vno quidem ſuipſius eſſe actuq; præſenti. Ad vnũ item quod ſuper eſſentiam eſt bonum amando, & agendo ſe conferens: manens inquam, quoniam quicquid expedit habere, iam habet. Manens item per infinitum, neque tamen ipſa illic infinitudo eſt quantitas aliqua præter vitam. Cum enim ipſa entis primi vita, quæ primus intimusq; eſt actus illius, quantitatem quamlibet antecedat: ſi quã ponatur in ea durationis & perſeuerantiæ [illegible]: Nihil propterea intelligas additum indiuiduæ illius vitæ præſentis ſimplicitati.

*De conformitate intellectus ad æternitatem. Item quid non ſit tempus, ſcilicet quod non ſit duratio in corporali motu, vel menſura ſimilis, aut motus, aut conſecutio comesq; corporei motus.*

Verũ Plotinus poſt diſputationem de æternitate profundam, deſcendit ad tempus: conſiderabis qua ratione probet mentis æternitatem, propterea quod æterna tangat intelligendo: ſiquidem intelligere eſt quodammodo tangere. Cum enim ſenſus omnes tactu quodam rem percipiant ſentiendam, multo magis ſupremæ vires animæ ratio intelligentiaq; cognoſcendo tangunt, præſertim quia res penetrant earum intima diſcernendo, quod nõ efficit ſenſus. Atqui & obiecta earum efficacius veniunt ad tangendum, imò nec venire neceſſe eſt, quæ nuſquam abſunt. Cognatio igitur intellectus ad propria & æterna eius obiecta maior eſt quàm cognatio ſenſus ad ſentienda: cognatio inquam intelligentiæ mutua, quatenus enim tangit, tangitur atq; viciſſim: ſicut igitur ſenſus eſt, agitq; in tempore, ſic intellectus in æuo. Ratio vero tanquam media eſt in vtroq;, nam & æterna tangit & temporalia: medium quidẽ eiuſmodi eſſe poteſt, nam & cælum eſt in vtroque: per ſubſtantiam in æuo, per motum actionemq; in tempore. Debet quinetiam vniuerſo eiuſmodi medium nõ deeſſe, vt inter res ſupernas quæ tam actione quàm eſſentia ſunt æternæ: atq; inferiores, quæ vtrinq; ſunt temporales, ſint rationales animæ: per eſſentiam quidem in æuo, per actionem vero motumq; in tempore. Proinde nec ab re id admodum placere Platonicis, animam ratiõalem eatenus ſeipſam accommodare [illegible], cum illis gradibus vniuerſi, cum æternis, cum temporalibus, cum etiam mediis, quatenus in eoſdem intus ſeipſum expedit gradus ſibi quodammodo naturaliter inſitos, quemadmodum & corpus noſtrum varijs ſeipſum modis loco cuilibet aptat, prout [illegible] figuris modisq; componit. Tẽpus eſt, aut ipſe motus, aut aliquid proprium motionis [illegible] motionis ſpatium, vel menſura eius, vel comes. Tempus non eſſe motum [illegible] motus omnis peragitur tempore, quaſi aliud quiddam ſit tẽpus in quo [illegible] ipſe motus. Præterea ſi corpus quod nũc mouetur, paulo poſt moueri de[illegible] interceptus quidem erit motus, tempus vero non intermiſ[illegible] quandiu motum fuerit, ſic & quandiu quieuerit: atque eadẽ per[illegible] vices motionum, tum media quies ag[illegible] poterũt, ac ſi de[illegible] corpus ab alio mobile adhuc ſupereſſe tẽpus ſaltẽ in motore per ſe mobili poſ[illegible], quaſi naturã tẽporis ſupra motũ corporis quærere debeamus. Item in mo[illegible] plurimum eſt de motu ipſiusq; natura, ſed de tempore minimum, in motu tar[illegible] quippe cum aliud ſit tempus atque motus. Denique propria quidem tem[illegible] atque longitudo, propria vero motus intenſio atque remiſſio, quæ decla[illegible] quædam & tarditas prouentum. Quorum vero propria inter ſe differunt, [illegible] eſt igitur tempus eſſe aliquid ad motum propriè perti[illegible] motum. Dices forſan eſſe ſpatium, non quidem loci, quod eſt extra motum, ſed durationis atque perſeuerantiæ, quæ eſt intima motui; quaſi proprium interuallum & ductum tractumq; & progreſſum motus. Ad hæc obijci duo poſſunt. Primum quidem totidem eſſe eiuſmodi interualla motibus intima, quot ſunt & motus, tempus autem vnũ eſſe de[illegible] menſuram quaſi communem, cuius vſu quodam motus omnes quantumcunq; inter ſe diuerſos metiri aliter alterũ poſſimus. Secundum vero, durationem eiuſmodi, non aliud videri quàm motum ipſum ſcilicet motionis continuitatem, qua ſublata nõ erit motus ſi factus

ſubito fuerit. Et profecto hęc eſt ſumma proprietas vel natura motus [illegible] per locum, aut eſt ipſum corpus, aut corpori maxime propria. Atq; ipſ[illegible] tima non eſt vbiq;, ſed in hoc motu ſeruatur atq; illo. Tempus autem eſſe [illegible] atque durationem & perſeuerantiam quamlibet motionis tempore metir[illegible] detur tempus eſſe interuallum aliquod menſurale, & præter interuall[illegible] nis: nec tamen ad locale pertinens interuallum. Proinde quæremus de [illegible] teruallo ſiue ductu, quidnam ſit naturaliter in ſeipſo, ante hanc menſura[illegible] ua enim in ſe hoc ipſum quod eſt debet exiſtere, quàm aliquid metiatur. [illegible] quid metiatur quietē, & quo pacto: eatenus enim quieſcit aliquid, quate[illegible] ud. Tria quædam propoſita ſunt de tempore ab his qui dicūt tempus e[illegible] Primum quidem eſſe ſpatium durationemq; motus, de quo ſatis eſt [illegible] eſſe menſuram quandam durationis eiuſmodi. Tertiū eſſe aliquid co[illegible] Sed redeamus nunc ad menſuram, ad quā paulo modo deſcend[illegible] ſpondere, quidnam ſit in ſe antequam metiatur: & vtrum externa [illegible] quæcunque ſit: quomodo metiatur motum ſimiliter & quietem. [illegible] do menſura numeralis eſſe dicatur, quaſi ſit ex vnitatibus congregata. Pro[illegible] tempus ob ipſam eius continuitatem ſimpliciter menſuram quandam appe[illegible] rum. Atqui ſi menſura quædam eſt, ergo eſt quantitas quædam qualiſcunq[illegible] quiddam motum demetiens, quatenus cum motu concurrit. Hic ergo q[illegible] ne cum motu concurrat & cur potius metiatur motum, quàm menſure[illegible] enim tantum tempus ex tanta motione metiri, atque deprehendere te[illegible] nus quàm econuerſo. Summatim iterum dubitatur, an tempus ſit mo[illegible] tudine menſuratus: an potius magnitudo quædam motum metiens, [illegible] quod magnitudine vtatur ad motum dimetiendū, & omnino de hac ipſa [illegible] ſurali poterit dubitari: tanta enim eſt in ſe, ſicut & motus eſt tantus. N[illegible] tus per eam cenſetur tantus, ita & ipſa per ſuperius aliquid exiſtit [illegible] prius quàm metiantur (vt diximus) inueſtigare licebit. Similes quæ[illegible] riſtur; ſi tertia de motu opinio admittatur: dicens tempus eſſe aliquid, q[illegible] tum. Cogimur autem ponere tempus ipſum eſſe aliquid, etiā ſi nullus [illegible] metiatur tempore motum. Generat enim anima mūdi tempus naturali [illegible] motu, nulla ad hoc vtens electione.

*Aeternitas eſt in mente diuina. Tempus in anima mundi [illegible]*

IN mente quidem diuina non eſt tempus proprie, ſed idea quædam [illegible] plar conceptum illic ad quandam æui ſimilitudinem, imitantem q[illegible] rim diuerſitate degenerantem. Tempus autem proprie eſt in anima [illegible] getali natura, & imaginatione rurſum quodammodo naturali [illegible] In hac inquam gemina facultate animæ actio ad generandum & imag[illegible] bilitatem non ſimul tota peragitur, ſed gradatim modo alterorum, [illegible] dem ſed diſſimilis: atque nunc ad hæc vertitur, nunc ad [illegible] cedens. Proceſſio quidem deinceps ſecundum gradus eiuſmodi, [illegible] & longitudo proceſſionis eſt tempus. [illegible] pore differt, eadem differt & tempus [illegible] & hæc ipſa longitudo ita ſe ad æternitatem habet, ſicut [illegible] ſi fingere liceat, ex quodam puncti [illegible] Plotinus, ſicut ex virtute [illegible] [illegible]

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER VII.

## DE AETERNITATE ET TEMPORE.

*Proœmium ad æternitatem & ad tempus.*

Cum æternitatē & tempus diuerſa inter ſe eſſe dicamus, & illam quidem circa naturam ſempiternam eſſe, hoc autē circa id quod fit: idq; uniuerſum uerſari exiſtimamus nos quaſi ſponte ex naturaliq; ingenio, & ſubito quodam intelligentiæ intuitu manifeſtum quendā circa hæc habere inſtinctum noſtris animis penitus inſitum, eadem uidelicet de his ſemper dicentes, paſſimq; nominantes: at uero quando conamur propius ad hæc accedere, & abſolutius explicare, in dubitationes incidimus: atq; priſcorum de his ſententias alius alias, forſan uero & aliter eaſdem accipientes, in his deniq; immoramur, ſatis nobis factum exiſtimantes, ſi interrogati referre antiquorum ſententiam ualeamus: atq; ita hæc ulterius inueſtigare deſinimus. Profecto putandū eſt quoſdam antiquorum feliciumq; philoſophorum ueritatē adinueniſſe: operæpretium uero eſt deinceps inquirere, quinam potiſſimum ueritatem aſſecuti fuerint, & qua ratiōe præcipue nos quoq; eadem cognoſcamus. Prius autem de æternitate quærendum, quidnam ipſam eſſe cenſeant, qui diuerſam à tempore iudicant. Cognito namq; illo quod loco exemplaris habetur, forte planius illius imago, quod tempus nominant, cognoſcetur: ſi quis aūt antequam contempletur æternitatem, quid ſit tempus imaginetur, accidet & hoc forſan huic per reminiſcentiam quandā hinc illuc progredienti, cui tempus aſſimilatur agnoſcere: ſiquidem hoc ad æternitatem ſimilitudinem habeat.

*Quidnam ſit æternitas, quòd ſit in prima eſſentia, & ſit aliquid eius: nec tamen ſit proprie ſtatus.*

### CAPUT I.

Quidnam igitur æternitatem eſſe dicendum? Num forte intelligibilem ipſam eſſentiam: quemadmodum ſi quis tempus eſſe dicat cælum totum atq; mundū, id namq; de tempore fertur nonnullos exiſtimaſſe. Cum enim quiddam maxime uenerandum æternitatem eſſe imaginemur atq; intelligamus, maxime uero uenerādam eſſe naturam intelligibilem iudicemus: neq; utrum horum uenerabilius ſit, diſcernere ualeamus. Et quod his ſuperius eſt eiuſmodi appellationibus deſcribi non debeat, fere quis forſan naturam intelligibilem æternitatemq; pro eodem accipiet. Rurſus & mundus intelligibilis & æternitas in ſeipſis eadem complectuntur. at uero quando altera in altero dicimus, & intelligibilia in æternitate locamus, & quando intelligibile quodlibet enunciamus æternum, quemadmodum in Timæo, ubi ſcribitur: ſi exemplaris natura æterna eſt, in his inquam æternitatem aliud quiddam eſſe, quàm naturā intelligibilem affirmamur eſſe tamen circa illam, uel in illa, uel illi adeſſe fatemur. Quod autem utrumq; iudicandum eſt uenerandum, non neceſſario eadē inter ſe eſſe demon-

[illegible] ſimul omnia ſunt, nondum in fluxum progredientia; ſed ibi in eodē, id eſt, in ſeipſo manente, nec aliquando permutato, ſed in præſenti ſemper cōſiſtente. Quoniam nihil ex eo præterijt, nihil rurſus in eo futurum, ſed hoc ipſum quod eſt, ſemper exiſtit, adeò ut æternitas ſit nō ſubiectum, ſed quod ex ipſo ſubiecto uelut effulget ſecundum ipſam identitatem quam de poſſeſſione non quidem futura, ſed iam præſente ſibiipſi uendicat, promittēs uidelicet ita ſe habere, neq; unquàm aliter habiturum. Quid enim impoſterū huic quod nunc non ſit, contingat? Neq; rurſus futurū aliquando, quod non eſt in præſentia: neq; enim eſt aliquid à quo in præſens quandoq; perueniat: Illud enim non aliud quicquàm, ſed hoc ipſum eſſet, quod quidem non eſt futurum, quod nunc ex neceſſitate non habeat: neque circa ſeipſum habet, quod dicitur ipſum erat. Quid enim eſt quod erat ipſi atque præteriit? neque rurſus accidit quod dicitur. Quid enim erit in ipſo? Relinquitur igitur in ipſo eſſe, hoc ipſum quod eſt eſſe. Quod igitur neque erat, neque erit, ſed eſt duntaxat, id ſtabiliter habens eſſe, propterea quòd neque permutatur in futurum, neq; eſt à præterito permutatum, eſt æternitas. Eſt itaq; ipſa circa ens in ipſo eſſe uita ſimul tota & plena, & ubiq; prorſus indiſtans æternitas, ipſa quam quærimus.

*Aeternitas in eſſentia prima non accidens, ſed ut eſſentialis proprietas eius, & illa eſſentia eſt [illegible] omne. Item quo differat eſſe æternorum, & eſſe temporalium.* CAP. III.

Neque profectò putandum eſt æternitatem extrinſecus illi naturæ contingere, ſed eſſe illam, atq; ex illa, ſimul'que cum illa. Inſpicitur enim ex ipſa penitus inſita, quoniam & reliqua omnia quæcunque dicimus illic eſſe inſpicientes uelut intima, dicimus ab eſſentia, & ſimul cum eſſentia omnia eſſe: nam quæ primò ſunt conſiſtere oportet primis, & primis ineſſe. Quoniam & pulchrum in ipſis eſt, atque ex ipſis: ſimiliter que in eis eſt ueritas. Et partim quidem totum ipſum eſt [illegible], partim uero uelut partes in toto: tanquàm id reuera ſit o[illegible] ex partibus congregatum, ſed ipſum partes generans, ut & hac ra[illegible] ſit omne. Veritas quinetiam illic uigens, non eſt conſonan[illegible] aliud, ſed ipſius cuiuſque eſt proprie, cuius eſt & ueritas. Oportet [illegible] omne uerum, ſi modo uerè ſit omne, non ſolum eſſe omne [illegible] omnia, uerumetiam ipſum omne ſic habere, ut nihil ſibi deſit. Quod ſi [illegible], neque erit ei quicquàm: ſi enim erit, hac ex parte prius deficiebat, non igitur antehac erat omne. Præter naturam uero huic accidere nihil poteſt, nihil enim patitur: ſi ergo nihil ipſi fiat, certe neque futurum eſt [illegible] neq; erit, neque fiebat, aut eſt factum. A' rebus quidem generalibus [illegible] ipſum erit, cum in perpetua acquiſitione uerſentur, ſubito non eſſe [illegible]: rebus autem quæ non ſunt tales, ſi ipſum erit adiunxeris, accidit è [illegible] eſſe labi: manifeſtum enim ex hoc fuerit, ipſum eſſe non eſſe illis [illegible] ex eo quòd futurum ſit, & factum fuerit, & ſit impoſterū faciendū. Videtur enim in rebus generalibus id potiſſimū eſſentia eſſe, ſcilicet [illegible] ab ipſo eſſe, ex generationis initio, quouſq; ad tēporis extrema

peruenia, quādo non ſit ulterius, adeo ipſum quod dicitur eſt ...
Ac ſi quis quicquàm ex hoc ductu excidat, uita communi ...
eſſe diminui, & uniuerſo quidem eſſe eiuſmodi oportet ...
obrem ad ipſum eſſe futurum natura feſtinat, neq; uult ...
eſſe ſibi hauriat, dum aliud quiddam atq; aliud agit; mouetur ...
dam eſſentię deſiderio. Itaq; eſſe nobis in his ſic eſt inuentum ...
ſa motionis ad ſemper eſſe, futuri adminiculo properantis ...
bus atq; beatis neq; deſiderium ineſt futuri: iam enim totum ...
habere uitæ debent, iam totum poſſident, ideo nihil quærunt ...
nihil eſt futurum: neq; igitur illud eis accidit, in quo eſt ...
abſoluta entis eſſentia & tota, quę & non diſcerpatur in partes ...
ſuis tota ſit, & in nullo deficiat, nihilq; ſibi deſit, & cui nihil ...
ens dicatur poſſit accidere. Non enim ſolum entia omnia ...
tiq; adeſſe, ſed etiam nihil aliquādo non entis accidere. Hæc ...
tas ipſiusq; natura æternitas eſt, ideſt æuum: æuum enim ab eo ...
per, eſt dictum.

*Aeterna quadam potentia ipſam contemplamur æternitatem, quæ eſt ...
tota.*

ID ita potiſſimum ſe habere cognoſcitur, quādo ...
aliquid adhibens poteſt de ipſo dicere, imo uero ...
tale, ut nihil prorſus circa id factū aliquando ...
ſemper ens exiſteret, uel non ſemper aliquid ens ...
quid iam ſempiternum eſt? niſi natura quoq; inſit eiuſmodi, ut ...
dubio credi poſſit, ita nec aliter ulterius ſe habere, adeo ut ſi ...
xeris, ſis tale ſimiliter inuenturus. Quid uero ſi quis nunquam ...
platione deſtiterit, ſed aſſidue perſeuerauerit naturam ad ...
defeſſa quadam natura perſeuerare: forſan confugiens ipſe ...
dem ſiſtit pedem, nuſquàm omnino declinans, ut ſimilis æter...
eo quod in ipſo eſt æternum, æternitatem æternumq; ...
tur quod ita ſe habet eſt æternum, & ſemper ens, quod ...
teram minime labitur, uitam quam habet totam iam poſſidet ...
quicquàm, neq; accipit, neq; eſt accepturum: quod ita ...
proculdubio ſempiternum. Sempiternitas autem eſt talis ...
conſtitutio, ex eo & in eo ſimul exiſtens: æuum uero, ideſt ...
ctum unà cum eiuſmodi conſtitutione ibi micante. Quam...
dum aliquid eſt æuum æternitasq;, idemq; cum deo: ſiqui...
ctat intelligentia. Dictat autem idem eſſe huic deo, quem ...
re nūcupamus. Atqui recte dici poteſt æuum ſiue æternitas ...
proferensq; in lucem ſeipſum qualis potiſſimum eſt ſecun...
quam inconmutabile penitus atq; idem, & ita firmiter in ...
uero imitari quiſquā debet, quod ipſum dicamus ex multis ...
eorum quæ illic ſunt, multa dicatur ob potentiam ...
nitum ibi dicitur, quia nullo modo deficiat, & hoc quidem ...
è ſuo nihil amittat. Ac ſi quis æternitatem ita deſcripſerit, ...

infinitam, ex eo quod ſit uniuerſa, nihilq; amittat, cum nihil uel præterierit uel ſit futurum, alioqui iam tota non eſſet: is profecto proxime ad definitionem eius accedet. Quod enim deinceps ſubditur, ſcilicet totã eſſe, nihilq; amittere, expoſitio quædam eſt eius quod dicebatur. ſ. uita iam infinita.

*Aeternitas eſt actus primæ mentis in uno, & circa unum ſimul totus. Atq; eſt ipſum eſſe præſens uiuens, ſiue ipſum reuera ens. In quo quod ipſum ſemper dicitur neceſſario continetur.*

## CAP. V.

QVoniam uero natura talis omni pulchritudine pollens, atq; ſempiterna circa ipſum unum extat, ab illo & ad illud, nullo modo ab ipſo digrediens, ſed manens circa illud ſemper, atq; in illo, ſecundumq; illud uiuens, idcirco dictum eſt à Platone non temere, ſed præclare admodum profundaq; ſententia, ſcilicet æternitas manet in uno. Vt uidelicet non ſolum ipſe eam in unum quod in ipſa eſt redigat, ſed etiam ipſa entis uita circa ipſum unũ ſimiliter ſe reducat. Hoc itaq; eſt quod quærimus, quodue ita permanet eſt æternitas: id nanq; ipſum & id ita manẽs & hoc ipſum permanens, quod quidem eſt actus uitæ manentis ex ſeipſa ad illud atq; in illo, neq; in eſſendo, neq; in uiuendo mentitur, abſque controuerſia eſt æternitas. Nam uere eſſe eſt nunquam non eſſe, neq; aliter eſſe. Id autem eodem modo eſſe, hoc uero ſine diuerſitate eſſe: aliud igitur aliud'ue nõ habet. Neq; tu igitur in uera eius contemplatione diſtantiam finges, neque extrinſecus explicabis, neq; adiunges, neq; protendes. Neq; igitur uel prius, uel poſterius in eo quicquam accipies. Quod ſi neq; prius neq; poſterius penes ipſum fingi poteſt, ſed ipſum quod dicitur eſt, uerissimum eſt omnium quæ de illo dicuntur, imò eſt id ipſum, atq; ita eſt ut eſſentia ſit & uita: in his inquam nobis ſuccurrit rurſum, quod dicimus æuum. Quando uero dicimus ipſum ſemper, item ipſum non aliquando quidem ens, aliquando uero [illegible] ens, putandum eſt id declarationis gratia dici. Quoniam ipſum ſem[illegible] non præcipue dicitur, ſed aſſumptum ad oſtendendum incorrupti[illegible] poteſt reddere uagabundum per quendam in plura exitum & [illegible] ſignificationem nunquam deficientem, forſan uero præſta[illegible] ens dicere. Verum quemadmodum ens nomen eſt eſſentiæ ipſi [illegible], attamen quia generationem quoq; eſſe multi putarunt eſſentiam, [illegible] diſciplinæ gratia ipſum ſemper adiungere: non enim aliud quiddam [illegible], aliud uero ſemper ens: ſicut neq; aliud eſt philoſophus, aliud uero philoſophus uerus. Veruntamen quia nonnulli philoſophiam ſimulant, [illegible] eſt philoſophus uerus: ſic & enti ipſum ſemper, & ipſi ſem[illegible] adeò ut dicatur ἀεὶ ὄν, ideſt ſemper ens, unde dicitur αἰών, [illegible]. Quapropter ſic accipiendum eſt ipſum ſemper cũ ente, ut uere [illegible]. Profecto colligendũ eſt ipſum ſemper ad indiſtantem [illegible] monſtrandã, quæ præter id quod habet nullius indigeat, habet [illegible] igitur [illegible], atq; per omnia nullius indigũ. Eiuſmodi uero [illegible] ex parte plena, [illegible]. Quod enim in

tempo

adducent in medium. Proinde qui tempus aiunt eſſe aliquid motionis, partim interuallum, ſiue ſpatium, ſiue durationem motus, partim menſuram, partim aliquid motum comitans, ſiue motum omnẽ, ſiue potius ordinatũ.

*Tempus neq; eſt motus, neq; duratio corporei motus.* CAP. VII.

TEmpus quidem eſſe motũ eſt impoſſibile, neq; ſi cunctos ſimul motus accipias, ex cunctis quaſi unũ efficiens, neq; ſi motũ dun taxat ordinatũ: nam motus uterq; fit in tẽpore. Siquis uero motus dicatur non in tẽpore fieri, multo lõgius ab hoc inſuper aberit, ut ſit tẽpus, quaſi aliud quidẽ ſit, in quo motus agitur, aliud uero ſit ipſe motus. Cũ uero ſint & alia quæ dicantur dictaq; ſint, id ſufficit, atq; ſufficiet, quòd uidelicet motus deſinere poteſt atq; intermitti, tempus uero nequaq̃. Siquis aũt uniuerſi motũ dixerit nõ intermitti, attamẽ & hic motus, ſi modò circuitũ ille dicat, in quodã fit tẽpore: atq; in idẽ quandoq; reuertitur, non in eo quidẽ ſpatio quo dimidiũ eius impletur. Et hic quidem motus eſt dimidius, ille uero duplus, dum uidelicet uterq; motus eſt uniuerſi, tum qui ab eodem redit in idem, tum qui duntaxat peruenit ad dimidiũ. Præterea quòd dici ſolet motũ extimæ ſphæræ uehementiſſimũ celerrimumq; eſſe, idẽ quoq; confirmat, uidelicet aliud eſſe ſphæræ motum, aliud uero tempus. Velociſſimus enim omnium eſt, qui breuiori tẽpore maius maximũq; ſpatium peragit, alii tardiores, qui ſcilicet tẽpore longiori, partem eiuſdẽ ſpatii conſequũtur. Si ergo tempus non eſt motio ſphæræ, neq; etiã erit ipſa ſphæra, quæ quidem propterea quòd mouetur, exiſtimata eſt eſſe tempus. Sed nunquid tempus eſt aliquid motionis? Profecto ſi motionis interuallum eſſe dicatur, primo quidem obiiciemus, non idem eſſe motionis cuiuslibet interuallum, neque etiam ſi motus ſint uniformes: uelocius enim & tardius motus etiam qui fit in loco peragitur. Et fieri quidem poteſt ut utraq; interualla uno quodam tertio menſurentur, quod rectius admodum quis dixerit eſſe tempus: utrius autem horum motuum interuallum erit tempus? Imò uero cuius nã eorum, cum infiniti ſint: ſi uero ordinati motus ſpatiũ tempus eſſe putetur, certe neq; omnis quidem eiuſmodi motionis, hæ nanq; multæ ſunt: quo efficietur, ut ſimul etiã multa ſint tempora. Sin autem uniuerſi motus ſpatium, ſiquidem ſpatium quod ineſt motui, quid nam aliud quàm ipſe motus erit? Tantus tamen. Tantum uero iſtud, uel loco menſurabitur, quoniam ſcilicet tantus eſt locus quem percurrit, & ſpatium quidem id erit, hoc autem non tempus, ſed locus erit, uel ſpatium ſiue interuallum dicetur ipſe motus habere ob eius continuitatem, atq; ex eo quòd non repente deſierit, ſed perpetuo prorogetur. At uero id nihil aliud erit quàm multitudo, ſiue amplitudò aliqua motionis. Ac ſi quis ipſam intuitus motionem, multam eſſe pronuntiet, ceu ſiquis calorem eſſe dixerit multum, neq; hic quidem tempus apparet, neq; nobis occurrit, ſed motio iterum atq; iterum inſtar aquæ iterum iterumq; fluentis. Et interuallum quidem in ea perſpectum, repetitaq; rurſus effluxio, erit numerus ſicut duitas atq; trinitas. Spatium uero ſiue interuallũ

perti-

pertinebit ad molem. Sic itaque & multitudo motionis erit ut denarius, uel tanquàm inſpectum uelut in mole motionis ſpatium. Quod quidem [illegible] habet temporis notionem, ſed erit eiuſmodi tantum in tempore factum: [illegible] lioqui tempus non erit ubiq; ſed in motu ſolum quaſi ſubiecto, accidet [illegible] ſus tempus dicere motionem. Non enim extra motionē eſt ſpatiū [illegible] tio motionis, ſed eſt motio ipſa non ſimul tota uel momento [illegible] do uero dicitur facta non ſubito, ſi aliquid factum ſubito fieri [illegible] pore, quæremus, quo nam differat non ſubito factum, ab eo quod ſubito [illegible] que momento. Num forte differat ex eo quod agatur in tempore [illegible] rem & durans motus, & ipſius duratio ſiue interuallum non eſt ipſum [illegible] pus, ſed impletur in tempore. Si quis autem motionis interuallum eſſe [illegible] pus affirmet, non quidem ipſius proprium motionis, imò ſecundum quod ipſa extenſionem habet, quaſi cum illo concurrens, nondum tamē quid hoc ſit eſt explanatum, cōſtat enim id eſſe tempus, in quo factus eſt motus. Hoc autem erat quod ab initio quærebamus, quid nam exiſtens ſit tempus: [illegible] niam & hoc perinde ſe habet, ac ſi quis interrogatus quid eſt tempus, reſpondeat, interuallum motionis in tempore. Quid igitur eſt hoc interuallum, quod ille appellat tempus, qui hoc extra motionis interuallum ponit? [illegible] nim rurſus & qui in ipſo motu temporale collocat interuallum, hic [illegible] tis ſpatium ubi nam collocet dubitabit: quatenus enim mouebitur [illegible] quid, eatenus quieſcit & aliud, atque dices utriuſque tempus idem [illegible] quàmuis aliter alterum ſpectet & alterum. Quid nam igitur eſt, quam [illegible] turam habet hoc interuallum? Locale quidem eſſe nequit, quandoquidem [illegible] hoc extrinſecus adeſt.

*Tempus non eſt menſura corporei motus inſita motui, nec ut menſura continui, nec ut [illegible]*

## CAP. VIII.

COnſiderandum eſt deinceps qua ratione tempus eſſe [illegible] merus motionis, ſiue menſura, quod quidem forte probabilius eſſet ob ipſam continuitatem dicere. Principio hic quoque [illegible] militer ambigetur atq; de interuallo, utrum uidelicet [illegible] militer motus numerum uel menſuram tempus dicere debeamus? Quo [illegible] nim pacto numerabit quiſpiam inordinatum inæqualem'que motum, [illegible] quis nam numerus ſiue menſura, aut ſecundum quid potiſſimum [illegible] ra. Sin aūt eodē numerabit, metietur'ue utrunq; motū & omnino [illegible] bet, ſiue uelocem ſiue tardum, erit quidem numerus & menſura, ceu [illegible] rius & equos & boues pariter metiatur, aut ſi qua humidorum & ſiccorum [illegible] dem ſit menſura. Si itaq; menſura talis eſt tempus, iam quidem [illegible] tempus eſt dictum, ſcilicet motionum: ipſum uero quid ſit, nondum [illegible] plicatum. Quod ſi quemadmodum denarius etiam abſq; equis [illegible] telligi poteſt tanquàm numerus, atq; etiam menſura in ſe eſt menſura [illegible] ram habens propriam, etiamſi nondum metiatur, ſic ſe habere oportet [illegible] pus, cum ſit menſura: ſi inquam tale tempus eſt in ſeipſo, qualis [illegible]

quo nam

quo nam ab hoc numero differet, qualis eſt denarius uel alius quilibet ex unitatibus congregatus. Sin aũt menſura quædam continua eſt, certe quantũ aliquid exiſtens menſura erit uelut cubitalis aliqua magnitudo: erit itaq; magnitudo uelut linea quædam cum motione concurrens. At enim ipſa concurrens quo nam pacto id quo cũ unà cõcurrit metietur? Cur nam potius alterutrum q̃ alterutrũ metiatur? Probabilius aũt poneretur non in motu quolibet, ſed in eo qui cum concurrit. Id aũt cõtinuum oportet eſſe, quatenus & concurrens motus tenorem continuabit: neq; extrinſecus quod metitur, ponere decet, neq; ſeorſum, ſed ſimul menſuratum motum. Proinde quid nam id erit quod metitur, nunquid motus quidem menſuratus erit, magnitudo uero menſurans? Et utrum horum tempus erit? Num menſuratus motus, an potius metiens magnitudo? Profecto tempus erit uel motus magnitudine menſuratus, uel magnitudo menſurans, uel quiddam tertium magnitudine utens uelut cubitali menſura ad metiendum quantus ſit motus. At in his omnibus, quod probabilius eſſe diximus ſupponendum eſt, æqualem ſcilicet eſſe motum: abſq; enim æqualitate atq; etiam unitate motus etiã ipſius uniuerſi, magis profecto quàm motus ea uacillat opinio, quæ tempus quomodocunq; menſuram eſſe putat. Si aũt tempus ſit motio menſurata, à quanto ſcilicet menſurata, quemadmodum ſi oportuit mẽſurari motũ, non à ſeipſo oportuit menſuram aſſumere, ſed ab alio quodam accipere: ita opus eſt ſi quam motus præter ſeipſum menſuram aliam habeat, atque ob hoc indiguimus menſura continua ad ipſum dimetiendum: ita inquam magnitudini quoq; ipſi menſura opus erit, ut motus eſſe poſſit quantus fuerit menſuratus, poſtquàm uidelicet illud ſecundum quod menſuratur, tantum fuerit aut tantum. Atq; ita tempus erit numerus ille magnitudinis comitantis motum, non autem magnitudo ipſa ſimul cum motu currẽs. Qualis autem hic numerus ſit, nunquid ex unitatibus conſtitutus, & quomodo metiatur, neceſſario dubitandum. Quandoquidem ſi quis etiam inueniat quomodo, nõ tempus inueniet metiens, ſed tempus proprie tãtum. Id autem nequaquàm idem eſt atq; ipſum tempus, aliud nanq; eſt tempus dicere, aliud tempus tantum enunciare: nam antequàm tantum ſit, definiendum eſt quid hoc ipſum ſit, quod eſt & tantum. Sed nunquid numerus motum extrinſecus metiens erit tempus? Non ſic acceptus, ut denarius unà cum equis, ſed potius ut denarius in equis. Quis igitur hic numerus ſit, non eſt dictũ, qui & antequàm metiatur eſt id ipſum quod eſt quemadmodum ipſe denarius. Nunquid hic eſt qui ſecundum prius & poſterius motionis diſcurrendo metitur, at hic ſecundum prius atq; poſterius metiens, nondum qualis ſit, nobis apparuit. Verũtamen quod ſecundum prius poſteriusq; metitur, ſiue ſigno quodam uelut puncto, ſiue quouis alio metiatur, omnino ſecundũ tempus dimetietur. Erit ergo tempus id motum metiens per prius atq; poſterius, cõnexum tempori, tempusq; attingẽs quo metiri queat. Aut enim prius poſterius'ue ſecũdum locum quis accipit, ſicut in principio ſtadii atque ſequentibus, aut certe non

aut ſaltem non erat in illis. Secuturum uero ratione quadam poſterioris atq; naturæ. Supernis itaq; quietem in ſeipſis agentibus, quomodo principio tempus exciderit, ſiquis intelligere cupiat, haud forſan ad hoc explicandum, muſas quæ forte nondum erant, opportune uocabit. Fortaſſis etiã opportune, ſi quidem tunc etiam erant muſæ: & quomodocunq; ſit, tempus ipſum iam factum quis forſan inueniat, quatenus factũ eſt atq; iam manifeſtũ. Dicat aũt de hoc ipſo hunc in modum, priusq̃ ipſum prius oriretur, poſteriorió; indigeret, ſimul cum ipſo in ipſo ente conquieſcebat tempus nondum exiſtens: ſed in illo ipſum quoq; quietem agebat. Natura uero quædam in multas pro motiones, & ſui iuris eſſe, ſibiq;met imperare percupiens, atq; eo quod præſens eſt plus aliquid habere ſemper eligens, iã & ipſa quidẽ agitata eſt, & ſimul effluxit tempus deinceps ſemper atq; in poſterum, neq; per idem, ſed in alterum rurſusq; alterum. Nosq; ex hoc motu longitudinem quandam proceſſionis effectam excogitantes, tempus iam fingimus æternitatis imaginem. Cum enim eſſet potentia quædam animæ inquieta, uolens uidelicet quod illic inſpectum eſt transferre ſemper in aliud, non ſuſtinuit totum ſibi collectum ſimul adeſſe. Sed quemadmodum ratio ſeminalis explicans ſeipſam ex quodam quieto ſemine, diſcurſionem in plurimum, ut putat, agit, diſperdens interea ipſum quod dicitur plurimum partitione quadam, & pro uno quod in ſe exiſtit expendens conſumensq; unum in ſeipſo non manẽs, in debiliorem progreditur longitudinem: ſic & ipſa quam dicebamus animæ natura, mundum fabricata ſenſibilem ſuperioris illius imitatione, agitatum motu, non qui ibi ſit, ſed ſimilis potius motui qui ſit ibi: motu inquã affectante imaginem illius referre, primo quidem ſeipſam reddidit temporalem, pro æuo id iam reportans. Deinde operi quoque facto dedit ut tempori iam ſeruiret, quippe cum totum hoc eſſe in tempore compuliſſet, diſcurſiões uidelicet huius omnes in ipſo complexa. In illa enim agitatũ, neq; enim eſt alter uniuerſi locus quàm anima: nimirum & in eius tempore eſt agitatum. Actionem nanq; ſuam adhibens aliam poſt aliam, deincepsq; iterũ aliam, genuit unà cum actione ipſum deinceps conſequens ſimulq; proceditque cogitatione alia poſt illam, quod non erat ante, quandoquidem neque cogitatio talis quicquàm fuerat operata. Iam uero uita præſens non eſt omnino ſimilis præcedenti: ſimul ergo alia uita & quatenus alia aliud quoq; naſcebatur tempus. Diſtantia itaq; uitæ atq; protractio tempus ſortita eſt, perpetuaq; prorogatio uitæ ſempiternum habet & tempus, & uita prçterita tempus habet præteritum. Siquis ergo dicat tempus eſſe actum animæ in tranſitorio quodam motu ex alia uita in aliam perpetuo procedentem, forſan quiddam afferre uidebitur. Si enim æuũ eſt uita in ſtatu & in eodẽ ſimilió; habitu permanens, iamq; infinita, atque oportet tempus eſſe æternitatis imaginem, quemadmodum & hic mundus eſt mundi illius imago, certe loco uitæ quæ illic uiget, alteram oportet uitam hic aſſerere in quadam animæ mũdanæ potentia, tanquàm illius æquiuocam. Et pro intellectuali motu, ali-

tulus partis animæ motum. Item pro identitate habitu'que [illegible]
nente, uiciſſim quod non permanet in eodem, ſed aliud ſemper [illegible]
exequitur. Rurſus pro indiſtanti proprietate, atque uno [illegible]
crum in quadam ſucceſſione continua unum poſſidens. P[illegible]
lius quod infinitum eſt, iam'que totum, quod in infinitum ſe[illegible]
deinceps ſequitur, perpetuo ſeſe propagat. Denique pro eo, quod [illegible]
totum, uiciſſim quod per partes eſt futurum, ſemperq; futurum [illegible]
enim imitabitur illud quod totum iam exiſtit, collectumq; ſimul [illegible]
menſum, ſi uidelicet uelit eſſe ſuum in continua eſſendi conſec[illegible]
ri: ita nanque eſſe illius potiſſimum imitabitur. Oportet autem [illegible]
extra animam tempus accipere, quemadmodum neq; æuū ibi [illegible]
quod ens appellatur. Neq; rurſus conſecutionem eſſe, neq; po[illegible]
quàm: quemadmodum neq; ibi, ſed intus inſpectum aliquid quod [illegible]
mulq; ſit, ſicut illic & æuum.

*Confirmatio ſuperiorum.*

Onſiderandum eſt ex his quæ dicta ſunt, tēpus eſſe [illegible]
modi, ſcilicet longitudinem talis uitæ in [illegible]
dentem æqualibus, & ſimilibus clam leniterq; prog[illegible]
longitudinem inquam, continuitatē actionis habe[illegible]
ſi rurſus fingeremus uim eiuſmodi quodammodo retrahi, ceſſ[illegible]
ta, quam nūc agit interminabilem nunq̃q; ceſſaturam, propter[illegible]
piternæ cuiuſdam animæ actio eſt, non ad ſeipſa, non in ſeipſa, ſed [illegible]
one generationeq; uerſatam: ſi fingamus inquam eam non ampli[illegible]
tem, ſed actionem eiuſmodi deſinētem, partemq; hanc inſuper [illegible]
perna, & æuum ſtabileq; cōuerſam, quid nam erit ulterius [illegible]
amplius aliud atq; aliud, omnibus in uno manentibus? Quid [illegible]
quid uel poſterius aut longius? Qua rurſus conditione anima [illegible]
aliud conferet? Niſi forſan in id in quo eſt, immò uero neq; in hoc [illegible]
qui diſceſſiſſe prius oportuit, ut in id ſe conferre ualeret. Q[illegible]
neq; ipſa ſphæra eſſet, quæ non prius quàm tempus exiſtit, nam [illegible]
in tempore eſt atq; mouetur: atq; etiam ſi ſtet operante illa, [illegible]
tus eius, metiemur quoad ille æternitatis ſtatus [illegible]
tur deſiſtente hinc illa prorſusq; unita, tempus [illegible]
ins initium motionis ad hęc, atq; hanc uitam tempus [illegible]
dictum eſt in Timæo tempus ſimul cum hoc uniuerſo [illegible]
nima tempus unà cum hoc uniuerſo progenuit: nā [illegible]
quoq; uniuerſum eſt genitum, & hæc quidem tempus eſt, [illegible]
pore. Si quis autem dixerit dici etiam tempora à Platone [illegible]
meminiſſe debet Platonem dixiſſe hæc eſſe facta ad oſten[illegible]
nemq; temporis, atq; ut menſura nobis ſic manifeſtior. C[illegible]
ret animæ tempus ipſum determinare uel metiri penes ſe[illegible]
poris, inuiſibilis atq; incomprehenſibilis [illegible]

prorſus ignaros, diem effecit & noctem, per quæ liceret duo quædam ex hac diuerſitate percipere, unde cogitatiōem numeri dicit exortam. Deinde percipientes quantum ab ortu rurſus ad ortum peragitur, habere potuimus quãtum temporis ſpatium, æquali exiſtente ſpecie motionis. Quatenus ad hoc ipſum uelut innixi intuitum figimus, & quaſi menſura utimur tali quodam, menſura inquam temporis: non enim tempus ipſum menſura eſt. Quo enim modo metiretur, & quid nam diceret metiēs? An de aliquo diceret hoc tantum eſt, quantum ego ſum. Quis nam igitur eſt qui dicitur, uel dicit ego? An ſecundum quem ſit menſuratio? Nonne igitur in ſe exiſtit aliquid, ut metiri queat, neq; tamen menſura. Motus igitur uniuerſi menſuratus ſecundum tempus erit. Ac tempus non erit menſura motus ſecundum id quod eſt, ſed per accidens, uidelicet exiſtens aliud quiddam prius, quanta ſit motio patefaciet. Tum uero motus unus acceptus in tanto tempore ſæpe numeratus, in notitiam adducet quantum temporis præterierit. Quapropter ſi quis dixerit motum reuolutionemq; metiri quodammodo tempus quantum poteſt; tanquàm in ſuo quanto quantum temporis oſtendentē: quippe cum neq; accipi aliter, neq; intelligi ualeat, is profecto à decenti declaratione non aberrabit. Quod igitur à circuitu menſuratur, id eſt declaratur, tempus erit, non genitum quidem ab ipſo circuitu, ſed demonſtratū: atq; ita menſura motus, eſſe uidetur quod menſuratum eſt à motu determinato, menſuratumq; ab ipſo, tanquàm ab eo diuerſum. Quandoquidem ſi & menſurans aliud eſſet, & aliud utiq; menſuratum, menſuratum uero per accidens: atque ita dictum fuiſſet perinde ac ſi quis dixerit quod menſuratur à cubito, magnitudinem eſſe, non dicēs tamen quid ipſum ſit, definiens magnitudinem. Rurſus uelut ſi quis cum nequeat ipſum motum ob naturam eius indeterminatam planius explicare, dicat motum eſſe quod menſuratur à loco: accipiens enim quis locum quem motio pertranſiuit, tantam eſſe motionem dicet, quantus & locus.

*Tempus non eſt reuolutio, ſed declaratur ab ea: Item mundus eiusq; motus agitur ab ipſo animæ mundanæ motu.* CAP. XII.

Tempus igitur ipſum reuolutio patefacit, in quo uidelicet reuolutio ipſa peragitur. Oportet autem tempus ipſum nō amplius ſolum id habere, ut in eo aliquid trãſigatur, ſed etiam atq; prius id ipſum quod eſt exiſtere, in quo mouentur cætera, & quieſcũt æqualiter atq; ordinate, & à quodam ordinato in notitiam emicare, neq; tamen inde fieri, ſiue quieſcente illo, ſiue etiam agitato, magis attamen agitato: ſiquidem motus ad notitiam conſecutionemq; temporis magis q̃ quies conferre uidetur: planiusq; patere poteſt, quantum aliquid motum fuerit, q̃ quantum ſteterit. Quamobrem eò adducti ſunt, ut dicerent tempus eſſe mē ſuram motus, pro eo quòd forſan dicere uelint, motu menſuratum. Proinde adiungendum quid in ſe exiſtens motu menſuretur, neq; ſolum dicendũ quòd accidens ei conueniat, & id quidem permutato dicendi modo. At for-

regendo continuauit. Corpus quidem motum tanto tempore, rediget in motum proprie tantum: hæc enim cauſa eſt, & in huius tempus: hunc uero motum in ipſum animæ motum, qui ſecundum æqualia produxerat interuallum. Ipſum itaq; motum animę in quid potiſſimum referemus? Certe in quodcunq; referre uolueris, in aliquid deſines prorſus indiſtās: hoc igitur hic exiſtit primo, ipſumq; eſt in quo cætera continentur: ipſum uero nō amplius eſt in alio, non enim habere poteſt quo comprehendatur: hoc igit̃ primo regnat. In anima quoq; totius ſimiliter ſe res habet. Num igitur & in nobis eſt tempus? Forſan in omni anima tali, & uniformiter eſt in omni: & omnes quodāmodo ſunt una. Quapropter nō diſpergetur tempus, quandoquidem neque æternitas quæ ſecundum aliud in uniformibus cunctis exiſtit.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE NATVRA ET CONTEMPLATIONE, & VNO. COMMENTARIA.

*Naturalia fiunt à uita quadam agente per rationes quaſi contemplatiuas ſibi infuſas ab intellectu diuino.*

PHiloſophi quondam nonnulli ſimpliciter naturales, putabāt naturalia omnia à qualitate quadam elementali motuq; generari, ac talia prouenire vel talia pro virtute qualitatis, quæ in agente vigeret, & pro efficacia motus inde in materiam deſinentis: nec in his præeſſe rationem vllam modo intimæ artis agentem. Plotinus autem corporales qualitates, & motus duci vult ab incorporea forma non ſubiecta motibus, ſed præſidente, quam vocat naturam vniuerſalem atque primam: formam dico ſubſtantialem, atq; vitalem, quæ nec ulla ſit corporum qualitas, vt poſſit omnes pariter procreare: nec ſolo impetu motus agat, vt diſponere poſſit omnia moderamine certo: ſed agat ſua quadam ratione formali, & naturali quadam arte. Perinde ac ſi artificioſa ratio, quæ eſt accidens in artifice, ſit aliquid per ſe ſubſiſtens, quamuis intra materiam: atque ita ſuapte natura agat artificioſe, vt artifex artificioſe agit electione. Imò ſic naturali arte agat artificioſe, ſicut ignis naturali calore naturaliter calefacit. Huic ergo viuæ naturaliq; rationi parēt qualitates & motus, vt inſtrumēta: tametſi abſque motu corporeo, corporeum edit motum, & ſine qualitate ignis generat ignem: ac ſine manifeſto ſemine paſſim viuentia generat, vtpote quæ eſſentiales in ſe habeat, & viuas omnium rationes. Quod ſatis in Theologia noſtra probamus, & ita in præſentia breuiter confirmamus. Super nutritionem & augmentum, quę ſunt generationes quædam, eſt ipſa ſimpliciter generatio, quæ in his omnibus reſeruatur. Cum igitur hæ generationes quædam, vitarum quarundam, vel quorundam viuentium opera ſint, nimirū ipſa ſimpliciter & prima communiſq; generatio, eſt opus ſimpliciter vitæ, vitæq; communis, totū regentis mundum. Atque cum in mole mundi non ſint certa vbique ſemina corporalium manifeſta, profectò in ipſa totius vita ſunt ſemina & propriæ rationes ſeminum rerumq; ſenſibus apparentium. Natura enim quæ ſine electione facit, inſita forma facit: & certas vbiq; formas certis neceſſario formis, id eſt rationibus ſeminalibus: quibus ſane tanquam principijs atque regulis motus omnes, qui per ſe indeterminati ſunt, certo quodam tenore definiat: & qualitates quæ toto impetu agūt, quicquid agunt, & cohibitæ ſunt naturaliter in anguſtum; librata quadam moderatione ducat ad opus, & id quidem multiforme, vniformi tamen ordine. Nec aliter certum vbiq; finem ſpectet, in his quæ ipſa non vident finem, quàm ars ſoleat, & conſilium. Ars hæc viuens atque naturalis omnes in ſe ſecundum actum naturales continet formas, non aliter quàm ars humana poſſideat artificia. Materia enim quæ in potentia formabili ſemper eſt ad omnes, nō aliter ad actum perducitur omnium, q̄ per vitam materiæ quidem præſidentem, ſeu cognatam in ſe oēs actu comprehendentem. Natura quidem hęc artifex omnium, neq; materia quadam tali vel tali: neque ipſa ſimpliciter materia ad ſuam indiget exiſtentiam. Ipſa enim materiam quotidie talē reddit, atq; talem: materiamq; expeditè mouet imperio. Iā vero nec qualitate hac vel illa materiæ indiget: ad ſuā ſimpliciter actioſſē.

Poteſt enim qualitates abſq; qualitatibus generare, quippe cum ipſa ſit [illegible] ad omnes pariter generandas: ac ſi generat paſſim viua ſine ſeminibus [illegible] poteſt qualitates elementales per ſemina ſua tantum ſine elementorum [illegible] creare. Quod ſi vtitur materia qualitatibus certis affecta, non quidē [illegible] litatibus vtitur, ſed per accidens. Quod ſane confirmatur ab illis [illegible] tionem fieri vſque ad primam materiam arbitrantur: proinde meminerō [illegible] eſſe verum generationis vbique principium. Forma nanque materialis [illegible] vltima, formale nihil proprie generat: quod enim in aliquo genere poſ[illegible] in eo. Eſt ergo materialis forma nō tam generationis principium quam [illegible] teriæ inducta deſuper ab occulto principio ſpeciem generātē: quod autem [illegible] firmatur ex eo, quia generatio ad vitam pertinet, hæc autem vita caret [illegible] ſtat ex eo, quoniam oportet eſſentiam [illegible] quoniā vita nec [illegible] teriam procedit eſſentia, ſiquidem neque forma. In qualitate igitur eſſe[illegible] dē intrinſecus deſinit, ergo vita in naturā ſimiliter ſuper materię qualitat[illegible] incorporea eſt: quod enim corporeū eſt, ſi mouet quicq;, interea & [illegible] am in ſubſtātia. Primū vero mouens eſt, quod ſubſtātia permanēs [illegible] perpetuū [illegible] in motu tenorē. Si tamen eſt motor intimus familiaris q; velut forma [illegible] tura: oportet dū mouet, etiā quodam pacto moueri per modū [illegible] que aliunde nō per eſſentiam aliquando declinantem. Denique [illegible] qualitas elementalis, ſed vitalis quædam ratio principium [illegible] ſuper & contra qualitatum eiuſmodi modum: ſic in vniuerſo viuente, [illegible] mentalis qualitas aut motus, tam pulchra, tam diuerſa, ſed ratio quędam [illegible] Plotinus ait in ſeipſa per eſſentiam permanere, quæ mutat in [illegible] affectione mutetur. Neque ā materia dependere pariter, & ab anima: ſicut [illegible] ta: ſed ab anima tantum, velut perennem actum animæ, vel [illegible] litatem Plotinus corporeum appellat accidens, quoniam [illegible] anima communicatam corpori, non accidens corporis [illegible] ſentialem actum animæ, quaſi medium inter verum accidens [illegible] vſque ad intellectualem progreditur [illegible] Siquidē virtutem aliquam [illegible] quodammodo ſuſtineat, & conſeruet, & in ſeipſa proficiat [illegible] lectuales eſſentiæ per ſe & ex ſe ſubſiſtere dici ſolent. Sed [illegible] ab anima dependētem, in hāc ſunt rationes omnes formarum [illegible] in ea ratio qualibet non [illegible] quędam eſt, ex argumento vel [illegible] pta: ſed eſſentialis proprietas atque actus eſſentiæ non differēs ab [illegible] li. Eſt igitur in natura ſeminalis quędam ratio, eius quod [illegible] eſſentialis naturæ ipſius, ipſum que ſuum eſſe [illegible] tamen [illegible] ſtitus non acquiſitus aliquando, ſed naturaliter illic affixum [illegible] rio poſſidens, neque animaduertens in ſe aliquid, ſed quaſi ſtupi[illegible] let: ac forte talis quidam ſenſus, qualem nonnulli plantis attribu[illegible] mis vniuerſi planta per ſuū quendā quietū ſubſtātialem ſenſum [illegible] concipiens. Atque hunc ſine ſtrepitu ſenſum, [illegible] tura tribuit in hymno naturæ. In natura quidem [illegible] quiddam facere & quoniam quaſi quodam intuitu & ſpectaculo [illegible] in materia, ſpectaculum dici poteſt. Atque ita inſuper ſpectans [illegible] in puero dicere: ſignum hoc huic ingenitum, eſt quendā [illegible] Omnino vero neque in intellectu neque in natura eſt [illegible] ab eſſe differens, ſicut differre ſolet in nobis, qui conſiderando [illegible] ipſam quam ſpectant, ſibi poſſident naturaliter. In intellectu [illegible] tia intellectuali dependet naturaliter poſſidens, [illegible] tuendo. Quam quidem eſſentialem [illegible] mam quidem [illegible] ponit in ipſo ſimplici intellectu: [illegible] quam [illegible] tam in materia, [illegible] materialem formam. Formas quidem [illegible] ſtantiā ibi contemplationes [illegible] ſpectaculum, [illegible] pſum eſt [illegible] & ſpectans [illegible] ab [illegible] [illegible] hic in materiam. Quæ enim ex [illegible]

[illegible] contemplationes quaſdam, ne toties dixerim contemplamina. Quartæ tandē ex ipſis contemplatiuis naturæ conceptibus, concipiuntur in materia mundi. Et quoniam prædictas contemplationes ſequuntur ordine quodam, & [illegible] ad vnguem, contemplationes [illegible]. Artificia ſane ad viſum ſpectantia dici ſolent intelligentiæ quædam [illegible] artificis, multo magis ſoni muſici, magis inſuper cantus. Quoniam cogitationem [illegible] expreſſiorem affectumq; viuum ſecum ferunt, maxime verba ſiue prolata ſiue ſcripta. Formæ igitur naturales in primis id habent, vt & appellentur, & ſint intelligentię quædam, conceptusq; expreſſi ipſius intellectualis naturæ, ſiue naturalis intelligētię. Natura enim ipſa rerum [illegible] eſt potentia quædam viua intellectualis animæ, figurans materiam non alienam vt ars, ſed ſuam: neque ſicut ars extrinſecus, ſed intrinſecus: neque electione tali, ſed eſſentia [illegible] ac ſine inſtrumēto, atque ſemper. Iam vero in hoc differt à geometra puluerem figurante [illegible] hæc & intus, & ſine inſtrumento electioneq; facit: perinde ſicut geometra dum [illegible], & affectu quodam figuras imaginatur, ſpiritum eius intimum imaginatione [illegible] figurat. Fingit vero Plotinus quatuor hæc: intellectum, animam intellectualem, naturam, materiā, eſſe quaſi vitra quatuor ſubinde diſpoſita: ipſasq; primi intellectus intelligentias [illegible] velut à ſole radios per animam, naturam, materiam pertranſire, quaſi conti[illegible] conformitate, vt quodammodo dici poſſint iidem radij, eædemq; intelligentię in [illegible] & poſtremis, qui in præcedentibus eſſe, ſed deinceps gradatim à priori dignitate deficientes. Cum vero contemplatio intellectus primi, atq; deinceps cōtemplatio quædam [illegible] ſit principium, nimirum & finis omnium eſt contemplatio: quam [illegible] intellectualia perpetuo poſſident, & in eiuſmodi fine feliciter conquieſcunt, quam & rationalia quærunt, vt in ea quandoque quieſcant, quam & ſenſualia per actum continuum [illegible] pro viribus imitantur, quam & quę generant omnia: tum in ordine motus, tum [illegible] pulchra [illegible] forma referre conantur. Denique diuinæ prouidentiæ contemplatio ad [illegible] dirigit omnia pulchritudinē, dum in tota diſpoſitione rerum nō minus, imò plus ornamento q̄ neceſſitati conſulitur. Ex quo quidem [illegible] mirabili mentes excitat ad ipſam diuinæ mentis artem inueniendam, & eiuſdem pulchritudinem contemplandam.

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER VIII.

## DE NATVRA ET CONTEMPLATIONE, & uno.

### PROOEMIVM.

[illegible]I antequam agamus ſerio, quaſi per iocum dicamus, omnia contemplationem appetere, & ad finem eiuſmodi uergere, non rationalia tantum animalia, ſed etiā ratione carentia. Quinetiam naturam plantarum, & terram deniq; hæc omnia generantem. [illegible] contemplationē oīa conſequi, quatenus naturalis cuiuſq; habitus capere [illegible] uero aliter contēplari & conſequi, & alia quidē reuera, alia uero per [illegible] imaginēq; attingere: ſi inquā ita dixerimus, nunquid nouū hoc præter opinionē adductū quiſquā à nobis accipiet? Forſan cū tale quiddā inter nos [illegible] ad nos agat, periculū nullū ſubibimus, dū in re noſtra ludemus: nū [illegible] nos iocantes ludētes ue in præſentia contēplamur? An forte & nos & oēs [illegible] iocant & ludūt, hoc agūt, huiuſq; appetitiōe iocant: uideturq; ſiue puer [illegible] ſiue uir ludat, aut ſerio ſtudeat, contēplationis gratia hic quidē ſtudere [illegible] uero ludere atq; iocari: tum quælibet actio ad contemplationem intendere [illegible] ſtudium: & neceſſaria quidem actio longius ſpeculationem ad externa pro[illegible] actio uero liberior breuius quidē educere. Simul aūt ipſa quoque [illegible] ſpeculationis deſiderio fieri, ſed hæc quidē opportunius in ſequentibus.

Nunc

QVonam igitur modo facit? & faciens quomodo contemplationem aliquam ad quam attingit? Profecto ſi manens agit, & in ſe manens: atq; eſt ratio, eſt utiq; contemplatio. Actio nanq; fieri ſecundum rationem ſolet, diuerſa uidelicet exiſtens à ratione. Ratio uero aſſiſtens & præſidens actioni, nõ eſt actio: ſi igitur non actio eſt, ſed ratio, nimirum eſt contemplatio quædam. Iam uero in uniuerſa ratiõe poſtrema quidem ratio ex contemplatione procedit, atq; ita contemplatio dicitur, quaſi per cõtemplationẽ ipſam concepta atq; percepta. Ratio uero omnis hac ſuperior alia quidem ſealiter habet. Et altera non eſt tanquam natura, ſed uelut anima: altera uero in natura eſt, atq; eſt ipſa natura: ſed nunquid hæc etiam ex contemplatione contingit? Ex contemplatione oĩno: ſed ſi ipſa quoq; ſeipſam quodammodo contemplata ſit. Eſt enim contemplationis effectus, & contẽplati cuiuſdam. Quomodo autem ipſa ſpeculationem habet? Speculationẽ quidem ex ratione proficiſcentem nõ habet: dico autem profectam ex ratione, ipſam uidelicet de his quæ in ſe ſunt conſiderationem. Sed cur nã ſua nequaquam conſiderat? Cum ſit uita quædam & ratio potentiaq; efficiẽs. An forte quia conſiderare eſt nondum habere: hęc autẽ ſi habet, nimirum ex eo quod habet & efficit. Ipſum igitur eſſe ipſi quod eſt, id certe eſt eidem & facere: & quantumcunq; eſt, idipſum eſt & faciens. Eſt autem contemplatio quædam, & (ut ita dixerim) contemplamen: ratio enim eſt. Quatenus igit contẽplatio eſt atq; contẽplamen & ratio, eatenus facit, qua uidelicet ratione hæc exiſtit. Effectio igitur contemplatio quædam eſſe iam nobis apparuit, nẽpe eſt contemplationis effectus, ſpeculatione manente: neq; aliud aliter'ue agente, ſed propterea quod ipſa contemplatio ſit, faciente.

*Plenitudo rationum ſeminalium in natura eſt quaſi ſenſus quidã, quo natura & ſeipſa fruitur & ſpectat res generandas: quæ ſunt quædam ſpectamina ipſius naturæ dependentis à ſpeculatione ſuperne.* CAP. III.

SI quis autem hanc interrogẽt, cuius nã gratia faciat, ſi modo interrogantẽ audire uelit & dicere, reſpondebit: non oportebat interrogare me, ſed te decebat ſilentio intelligere, quemadmodũ & ego ſileo, nec eloqui conſueui. Quid ergo te oportuit intelligere? hæc inquã in primis quod gignitur meum ſpectamẽ eſſe, interea me tacente, natura q; genitũ contemplamen, meq; ex contemplatione quadã eiuſmodi natam nõ iniuria naturã habere ſpectaculi cupidã. Proinde id quod in me uice contẽplantis habet, ita cõtemplamen efficere: ſicut & geometræ ſpeculando deſcribũt. Veruntamen nõ ſcribente me, ſed ſpeculãte hinc lineas corporũ uelut excidẽtes interim emanãte. Profecto matris meæ genitorũq; in me ſeruatur affectio, illi hanq; ex contemplatione ducunt originẽ: generatio quoq; mea à ſpeculatione deducitur. Etenim dũ illi nihil agunt, ſed rationes ſunt maiores, ac ſe ſpeculantur: ego genita ſum. Quorſum hæc? Naturã ſcilicet eſſe aĩam prioris animę geniturã ualidius uiuentis, quietã ſpeculationẽ in ſe habentẽ, neq; ad ſuperiora neq; etiam ad inferiora uergẽtem. Hæc utiq; ſtans in eo in quo eſt, uidelicet in ſuiipſius ſtatu & quaſi conſenſu, per hanc

cognitio-

cognitionem conſenſumq́;, quod poſt ipſam eſt, quoad eius natura fert nouit: neq; perquirit ulterius, ſed contemplamen iam ſplendidum gratioſumq́; perfecit. Ac ſi quis cognitionem quandam aut ſenſum ei tribuere uelit, non qualem in cæteris dicimus ſenſum uel cognitiōem attribuere debet: ſed perinde ac ſi quis ſomniantis cognitionem cum cognitione cōferat uigilantis. Spectamen nanq; ſuum contemplans conquieſcit, ſpectamen inquam in ea factum, ex eo quod in ſeipſa ſecumq́; ipſa permaneat: ſitq; ſpectamen ipſum quietaq́; perſpectio, obſcurior tamen atq; debilior. Altera enim hac eſt efficacior ad intuitum, hæc autem imago eſt cōtemplationis alterius. Hac itaq; ratione quod ab ipſa genitum eſt, prouenit debiliſſimum, quoniam debilitata perſpectio ſpectamen debile parit. Quandoquidem & homines cum debiliores fiūt ad contemplādum, ſpeculationis & rationis umbram, id eſt actionem aggredi ſolent. Cum enim ad contemplādum facultas minime ſuppetat, neq; ob debilitatem animæ ſpectaculum ſufficienter percipere ualeant, ideoq́; nec impleantur, cupiant tamen ipſum cernere: cōfugiunt ad agendū, ut ibi ſaltem uideant, quod diſcernere mente non poterant. Quoties itaq; faciunt, & ipſi uidere id uolunt, & ſpeculari atq; ſentire, & alios ſecum etiā contueri: quando propoſita eſt eis actio, quoad fieri poteſt, ut ipſi putant. Profecto inueniemus ubiq; effectionem actionemq́; eſſe uel debilitatem contemplationis, uel conſequentiam. Debilitatem quidem, ubi prę ter id quod eſt actum, nihil habeas: conſequentiam uero, ſi aliud ſuper id melius effecto opere habeas, quod ſpeculeris. Quis enim cum uerū ipſum contueri poſſit, præcipuo quodam ſtudio ad imaginem ueri ſe conferat. Teſtantur hoc hebetiſſimi quiq; puerorum, qui cum ad diſcēdum ſpeculandumq́; ineptiſſimi ſint, in artes actionesq; delabuntur.

*Intellectualis anima mundi plena ſemper ex diuinorum contemplatione, inde grauida parit naturam ſimiliter fœcundam rationibus quaſi ſpeculatiuis, & tali ſpeculatione generat omnia.*

## CAPVT IIII.

CVm uero iam de natura dixerimus, quo pacto generatio eſt contemplatio quædam, deinceps ad animam hac ſuperiorem pergamus ita dicentes: nempe huius contemplatio ingeniumq́; diſcendi cupidum, quærēdiq́; ſtudioſum: ac præterea ſtimulus quidam ex his quæ cognouit parturiens iam plenaq́; fœcunditas effecit, ut ipſa per totum contemplamen effecta, alterum contemplamē efficeret. Quemadmodum ars quoq; facit, quando iam plena eſt, procreans uidelicet alteram quaſi artem paruam in puero addiſcente, imaginem omnium acquirere, aliter tamen hæc habente uelut obſcura debiliaq́; & ſpectamina quædā ab initio non ualentia ſibiipſis patrocinari. Rationalis itaq; pars eius illa ſuperna penes ſuperna impleta ſemper atq; illuſtrata ibi permanet: pars uero altera participat eius quæ in prima participatione participauit, procedit enim uita ſemper ex uita. Nam actus per omnia currit, & nuſquam abeſt: progreſſa tamen

concedit

concedit priorem ſui partem, ubi quodammodo dereliquit manere: nam ſi prorſus amiſerit primam, non amplius erit ubique, ſed in quod deſinit tantum, neque tamen æquale eſt procedens conquieſcenti. Si igitur oportet per omnia fieri, neq; reſtare locum, ubi nõ ſit actio eadem: & quod prius eſt, ſemper eſt aliud quàm poſterius. Procedit autem actus ex contemplatione uel actione, ſed tandem ex contemplatione, quãdo uidelicet actio nondum erat, nam ante contemplationem eſſe non poteſt: ſi res inquam ita ſe habet, neceſſarium eſt debiliorem quidem alteram eſſe altera: omnem uero contemplationem eſſe, adeo ut quæ actio ſecundum contemplationem uidetur eſſe, non aliud ſit, quàm debiliſſima contemplatio quædam. Oportet enim ſemper quod gignitur quodammodo quidem cõgruere genere, euadere tamen infirmius, quippe cum exile fiat paulatim ipſo deſcenſu. Suauiter quidem & quiete procedũt omnia, quoniã contemplatione uel actione extrinſecus apparente non indigent. Anima quidẽ ipſa ẽ ſumma ſpecula contemplatur, & quod ita contemplatur, utpote quod ſurgit exterius: neq; eodem modo cũ eo quod ante ipſam, certe quod poſt ipſam efficit: contemplatio certe contemplationem gignit. Neq; enim habet terminum cõtemplatio ipſa uel etiam cõtemplamen, ob hoc autem & procedit & per cuncta progreditur. Quid enim prohibet, quo minus per omnia diffundatur? Quandoquidem & in omni anima idem eſt contemplamen, non enim eſt magnitudine circumſcriptum: non tamen in omnibus eodem modo, quapropter neq; modo eodem in qualibet animę parte. Hinc uniq; apud Platonẽ animę auriga quod uidit, equis impertit: hi uero inde accipiunt, utpote qui quæ uiderunt affectant, uniuerſum enim non acceperunt. Quod ſi affectantes agant, eius gratia quod deſiderant agent: id autem eſt contemplamen ipſum atque contemplatio.

*De fine intellectualis naturæ. Et quod in cognitione uera idem eſt cognoſcens & cognitum. Et de gradibus uitæ & intelligentiæ, & quod intellectus primus eſt omnia, & perfecte totum.*

In capite libri quinto ſextoq; notabis vitæ intellectualis finem eſſe non ſimpliciter & quomodolibet habere bonum, ſed bonum habitum intelligere. Nam & hoc ipſum ibi eſt habere, ſcilicet intelligere. Hæc enim eſt actio intellectualis naturæ propria, & præcipua ratio poſſidendi: item bonum nobis non ſenſibile quidem, ſed intelligibile eſſe ſummum. Quoniam hoc ſolum nobis eſt intimum, maximeq; quietum, idemq; eſt tandem cum ipſa cognoſcendi potentia. Præterea memento potentiã cognoſcendi in ipſo cognitionis actu vnũ quodammodo fieri cum obiecto. Et quo magis fit vnum, eo perfectiorem eſſe cognitionem, atq; viciſſim & vbi perfectiſſima eſt, imò vbicunque vera, ibi vnum idemq; eſſe reipſa cognoſcẽtem potentiam atque cognitum. Intellectus igitur & intellectualis omnis eſſentia ſicut eſt omnia ſemper actu, ita & cuncta ſemper intelligit: rationalis vero natura animæ omnia quidem eſt, ſed non ſemper in actu omnia. Et quatenus actu ſe confert in aliquam intra ſe latẽtium rationem, tantum fit ipſa ratio. Perq; hãc intelligit quæ in huius virtute comprehenduntur: & intelligendo fit illa. Summatim re vera cognoſcere aliquid non eſt aliud, quàm hoc ipſum eſſe vel fieri. Denique cum diuinus artifex ipſa contemplatione ſui faciat omnia, & facta prouocet ad ſeipſum pro viribus imitandum, nimirum omnia contemplatiuum vel contemplabile aliquid appetunt, atq; moliuntur: ſiue intelligendo, ſiue ſentiendo, ſeu etiam agendo, atque generando. Præterea in capite ſeptimo cognoſces iterum omnem potentiam intellectualem, eſſe idem cum re intellecta: Et in ea intelligere ab eſſe non diſcrepare, quia in genere cognitionis eſt ſumma. potentiam vero rationalem fieri cum re cognita idem, ſed intuitum ſenſus ex-

quæ intus habet accommodat; atq; ex eo quòd magis poſſidet quàm natura, poſſidet & quietius: & ex eo quòd plus habet, ſpeculatiua magis exiſtit. Rurſus ex eo quod non perfectè habet, cupit magis habere perſpectæ rei perceptionem, ſpeculationemq; ex cõſiderationis diſcurſione prouenientem. Cũ uero priorem reliquerit habitum, & in alia pertrãſiuerit, deinde regreſſa iterum contemplatur, parte eius hactenus derelicta. At altera permanẽs in ſeipſa minus id efficit. Quamobrem probus animus iã ipſa ratio eſt effectus: & quod penes ſeipſum eſt, aliis quoq; demõſtrat, ad ſeipſum uero uiſus. Iam enim hic ad unum eſt collatus & ad quietum non ſolum quoad externa pertinet, ſed quoad ſeipſum: & intus deniq; cuncta.

*Confirmatur quod omnia fiunt à contemplatione, & ideo ſunt contemplationes quædam. Et quicquid agunt contemplationis gratia faciunt.* CAP. VI.

QVemadmodum igitur partim per ſe conſtat, partim ratio indicauit, omnia ex contemplatione contemplationesq; ſunt, tum uerè exiſtentia, tum ex his genita his uidelicet contemplãtibus, ipſa facta iam contemplamina uel ſenſui, uel cognitiõi, uel opinioni paſſim ſe offerentia. Actiones præterea in cognitionem diriguntur ut finem: appetitio quoq; affectat cognitionem. Generationes inſuper à contemplatione trahentes exordium in ſpeciem ſpecimenq; aliud deſinunt fabricandum. Et omnino ſingula cauſarum efficientiũ imitamina paſſim ſpectacula ſpeciesq; efficiunt, factæ quoq; ſubſtantiæ uelut entiũ imitamina declarant efficientes cauſas ſpectare tanquam finem: non effectiones, nõ actiones, ſed opificium ipſum, ad hoc ipſum ut contuentibus ſit ſpectaculũ: quinetiam cogitationes hoc ipſum uidere percupiunt, atq; etiam prius ipſi ſenſus, quorum finis cognitio eſt. Rurſus ante hæc ipſa natura ſpecimen in ſe rationemq; poſſidens, aliam præterea generat rationem. Proinde cõſtat, cum ipſa omnium prima in contemplatione conſiſtant, cætera omnia contẽplationem ipſam neceſſario cupere. Siquidem finis omnibus propoſitus eſt, quod eſt & principium. Iam uero & quando animalia generant, rationes intus ſeminales ſtimulant ad gignendum: idq; totum contemplationis actio eſt, ſtimulusq; affectãs multas iam ſpecies fabricare, uariaq; ſpectacula, & implere rationibus omnia, & quaſi perpetuo contueri. Facere enim ut ſit aliqd eſt ſpeciem quandã efficere, id aũt eſt contemplatione oĩa prorſus implere. Præterea errata tum in his quæ gignuntur, tum in his quæ aguntur, nihil aliud eſſe uidentur, quàm contemplantium caſus & diuerſio quædam ab ipſo contemplationis obiecto. Artifex quinetiã iners ei ſimilis iudicatur, qui deformes faciat formas. Deniq; amatores ipſi in eorũ numero præcipue ſunt, qui in aſpiciendo uerſantur: & ad ſpeciem impenſius properant.

*In cognitione uera cognoſcens & cognitum idem eſt, aut fit idem. Item prima forma eſt idem quod uita, & intelligentia prima: ideoq; hæc pariter per cuncta procedunt. Item intellectus neceſſario eſt uniformis atq; omniformis.* CAP. VII.

DE his quidẽ ita ſit dictũ: cũ uero contẽplatio ab [illegible]
lat ad animã, & ab hac in mentẽ, ſemperq́ contẽ[illegible]
prie familiaresq; euadãt, uniãturq; contẽplanti[illegible]
turẽ iam perfecta, in idẽ iam ſubiecto redigant quæ cogno[illegible]
ad ipſum properẽt intellectũ: certe in hoc ipſo intellectu[illegible]
non per acquiſitã quandã familiaritatẽ, ut in anima pr[illegible]
ſueuit, ſed potius per eſſentiã: atq; ex eo quòd idẽ ibi eſt eſſe [illegible]
Non enim illic amplius hoc quidẽ aliud, illud uero eſt aliud [illegible]
ud quiddam erit, in quo non ulterius aliud erit & aliud. Opor[illegible]
ambo eſſe reuera unum, id autem eſt contemplatio uiuens [illegible]
ſi contemplamen in alio: quod enim in alio uiuente eſt, non [illegible]
uens. Si ergo uiuet aliquod contẽplamen, & (ut aiunt) intelli[illegible]
ipſum eſſe uitã non uegetalẽ, nõ ſenſualẽ, nõ animalẽ aliã: [illegible]
quodãmodo ſunt & aliæ. Sed hæc quidẽ uegetalis intelligẽtia, [illegible]
lis, alia deniq; animalis. Quo igitur modo intelligentiæ ſunt [illegible]
ſunt rationes, & omnis uita eſt intelligentia quædã: ſed alia [illegible]
ut & uita. Quę uero clarior eſt & ualidior, uita prima eſt [illegible]
& unus: intelligentia igitur prima uita quoq; prima eſt, [illegible]
ligentia quoq; ſecunda: uita deniq; ultima poſtrema intelli[illegible]
itaq; huius generis uita etiam intelligentia iudicatur, ſed [illegible]
tias forſan dicere homines poſſent: intelligentiarũ uero non [illegible]
alias quidẽ eſſe intelligentias, alias uero omnino non intelli[illegible]
uitam nullo modo quid ipſa uita ſit quærũt. Sed illud [illegible]
ſermonem hunc noſtrum rurſus uelut forte quadam oſten[illegible]
templationes exiſtere: ſi ergo uita uerissima ſecundum ipſum [illegible]
uita eſt: hæc autem cum uerissima intelligẽtia idem eſt, [illegible]
intelligentia uiuit. Atq; contemplatio & eiuſmodi contem[illegible]
atq; uita, & hęc duo ſunt ſimul unum; unum igitur [illegible]
tur ratione unum hoc eſt multa? Forte quoniam non [illegible]
Nam & quando unum intuetur, non contuetur ut [illegible]
ret intellectus: ſed incipiens quidem ut unũ non perm[illegible]
quodammodo factus eſt multiplex, quaſi iã grauidus [illegible]
lẽs omnia poſſidere. Qui forſan ſatius extitiſſet, id [illegible]
enim ſecundus euaſit, non aliter quàm circulus ſe ipſum [illegible]
figura & planum quiddam circũferentiaq; & centrum [illegible]
ſurſum, alia uero deorſum. Meliora quidem unde pro[illegible]
qua uero deteriora: illud enim à quo proceſſio fit non [illegible]
& in quod proceditur. Neq; rurſus illud à quo ſimul [illegible]
quale ipſum à quo tantum progreſſio inchoatur: & aliter [illegible]
unius alicuius mens, ſed omnia: omnis uero exiſtens [illegible]
ter igitur intellectum tum omnia, tum omnium [illegible]
talem habere, ut unaquæque omne ſit, atque omnia. [illegible]

quam quæ intellectus non ſit, habebit: atq; ex his quæ non ſunt intellectus, coacervabitur, eritq; fortuitus quidam acervus, expectans ab omnibus adminiculum, quo intellectus evadat. Quapropter & ſic eſt infinitus, ac ſiquid ab eo manat intus, non comminuitur: uel quod ab ipſo eſt, quoniã id quoq; eſt oĩa, uel ille ex quo prodit intrinſecus, quoniã nõ erat ex pluribus cõpoſitio.

*[illegible] primum eſt neceſſario multiplex, & eſt omnia, igitur ante ipſum eſt principium omnium, quod non eſt omnia, ſed ſuper omnia.*

Hæc in octauo conſideranda videntur, ratio nanque intellectus hæc ipſa eſt quod moueatur & illumineẽ atq; formetur: intelligibilis aũt ipſius proprietates oppoſitę ſunt. [illegible] in ipſa intellectus ratione nõ neceſſario includitur, vt ſit ipſum intelligibile: nul[illegible]ceſſitas prohibet eſſe aliquem intellectum, etiamſi intelligatur à nullo, viciſſim nec [illegible] intelligibilis neceſſario pertinet, quòd intellectus exiſtat. Intellectualis nanque [illegible] in ambitu obiecti ſui comprehendit materialia ſimul & ſpiritalia, atq; inter hæc cõ[illegible] intelligunt, & quæ non intelligũt. Intellectus igitur atque intelligibile diſtinguũtẽ [illegible] quadam ratione formali, eiuſmodi vero diſtinctio diſtinctioni quæ ſecundũ rem ap[illegible]proxima eſt. Hęc ipſa vero ſecundum rem diſtinctio poſtrema eſt. Illa itaque forma [illegible] intellectus cum intelligibili copulatur, non eſt vnitas ſimpliciſſima. Non eſt igiẽ [illegible] vniuerſi principium, quod ſimpliciter vnum eſt atq; ſimpliciſſimum. Quemadmodũ [illegible] in aliquo genere primum, in eodem eſt neceſſario ſimplex: eſſe vero intellectũ [illegible]ceſſitate multiplicem, ideoq; non primum, ſic etiã confirmatur. Si intellectus eſt [illegible] cognitio, habet ſecum intelligibile coniugatum, ſ. re ipſa idem, quis non ratione idem. [illegible] ipſum quod primo & ſecundum ſe intelligibile eſt, hoc habet & conſequenter, vt ſit etiã [illegible]: tale enim intelligibile eſt forma ſeparata ſubſiſtens, ideoq; in ſe reflexa reportaẽ [illegible]. Res vero materialis ſi appellatur intelligibile, talis euadit, quatenus trãsfor[illegible]d, vel per aliud intelligitur conſequẽter. Cum igitur intellectus atq; intelligibile [illegible]tur, adeò vt quod eſt alterutrũ, ſit & alterũ, atque hæc differũt ratione for[illegible] intellectus primus eſt multiplex, neq; ſummũ vniuerſi principiũ. Dubitatur [illegible] modum. Principium ipſum quatenus eſt extra genus intelligentię videtur [illegible] ignotũ: & quatenus ſuper intelligibile genus extat, cognoſci nullo modo poteſt. [illegible] ad hæc, ipſum præſtãtiore quadã ratione q̃ cognoſcẽdo ſeipſo frui: atq; animã [illegible] excellentiore forſan cognitione q̃ intellectuali, vel potius eminentiore quodã pacto [illegible]endo. Non enim intellectus ſimpliciterq; cognitio in nobis eſt ſummum, ſed vnitas [illegible] per quam prima fruimur vnitate ſimul & bonitate: ſicut & per luminoſum ſen[illegible] fruimur luminoſo. Sicut ergo qui ſtudet vehementer imaginari, à motu ceſſat [illegible] penitus intelligere, imaginationem ſedat: ita qui optat attingere quod ſuper [illegible] intellectualem intelligibilemq; exiſtit, omne prorſus intelligibile pertranſire de[illegible] intellectum proprium poſthabere, ſilentiumq; intelligentiæ prorſus imponere, reda[illegible] aliquid ſui primum, per quod fruatur vniuerſi primo. Conclude aliud atque [illegible] aliter ſeipſo frui. Corpus quidem animalis frui ſeipſo per ſenſum, rationẽ [illegible] ſenſum, ſed per melius aliquid ſemetipſa frui. Intellectum quoque non per ali[illegible] diſcurſum, ſed per aliquid eminentius ſuipſius fieri compotem: ſimiliter vnũ [illegible] per aliquid intelligẽtia cognitioneq; ſublimius ſeipſo frui. Proinde ſi ab [illegible] gradatim eſt aſcendendum, certe ſuper imaginationem quæ per ali[illegible], & lõgo inſuper tempore diſcurrere ſolet, ponẽda eſt ratio per omnia [illegible] ad hoc indigens breuiore, & vbi eſt perfectiſſima, quàm breuiſſimo, [illegible] omnia ſemper ſine tempore conſecutus, qui ſi perfecte habet in ſe vi[illegible] habet illa confuſa, ſed diſtincta ſyncereq;, non intuetur obſcura, ſed clara [illegible] diſtincta. Super hunc igitur hac neceſſitate multiplicẽ primũ eſt vniuerſi prin[illegible] neq; eſt duntaxat vnum aliquid omniũ, alioqui non haberet ad omnia poteſta[illegible] principiũ eſſe poſſet, neq; etiam eſt ita omnia tantũ, vt non ſit vnũ atq; ſim[illegible] primũ eſt. Vbiq; vero prius eſt vnitas multitudine, & cõpoſito ſimplex. Neq; [illegible] omnia: ſi enim hoc ab aliquo concedaẽ, ita diſtinguimus. Aut eſt [illegible] aut potius ſingulatim ſi ſummatim, i. q; ibi ſit vna quædã forma cũ multitu[illegible] vna forma eſt ante multitudinẽ, atq; ita hæc ipſa duntaxat principiũ eſt, neq; o[illegible] principio ſui multitudinem adhibere. Aut vna hæc forma eſt cum multi[illegible], atq; ita non eſt principiũ omniũ, quandoquidẽ ante omnia nõ exiſtit. Aut forma

habebit & imperfecte, neceſſe eſt illum ab alio dependere, quod quidem nõ amplius in diſcurſu uerſetur, ſed diſcurſionis principium ſit; principiũ uitæ, principium mentis, atq; cunctorum: principium nanq; non eſt omnia, ſed omnia potius à principio ſunt: ipſum uero neq; omnia eſt, neq; aliqd omniũ, ut omnia generet, neq; ſit multitudo, ſed principiũ multitudinis. Eo nanq; quod genitum eſt ubiq; ſimplicius eſt quod generat: itaq; ſi hoc genuit mentem, neceſſario eſt mente ſimplicius. Si quis autem putet, ipſum bonum eſſe unum & omnia, aut erit omnia ſecũdum unumquodq; omnium ſingulatim, uel cuncta ſummatim. Quod ſi cũcta ſimul accumulata, omnibus poſterius erit: nam ſi omnibus prius extiterit, alia quidem erunt omnia, aliud uero & ipſum præter cuncta. Sin autem ſimul ipſum atq; omnia ſint, non erit initiũ: oportet tamen ipſum eſſe principiũ, & ante omnia, ut & oĩa ſint poſt ipſum. Sin uero dicatur ipſum eſſe ſingulatim ſecundum omniũ unũquodq;, primo quidem quodlibet cuilibet erit idem, deinde cũcta ſimul, nec unq̃ ulla diſcretio. Atq; ita etiam ipſum nihil eſt omnium, ſed potius ſuper omnia.

*Ipſum bonum eſt ſuper eſſentiam, uitam, intellectum, neque intellectu poteſt attingi.*

CVm in gradibus viuentium videamus, conſummatiſſimũ vitæ gradum eſſe tandem vitam intellectualem, cõijcere poſſumus, primam in toto rerum ordine ſimpliciter vitam eſſe ipſum ſimpliciter intellectum. Siue igitur vt vitam conſideras, eſt motio quædam ad [illegible], ideoq; ad aliud, vt ad bonum: ſiue vt intellectum accipis, eſt motus aliquis ad verum, [illegible] bonum. Vtroque igitur pacto eſt dependens aliquid, neque contentum eſt eſſentia ſua, cuius vita & intellectus exiſtit: ſed quærit aliquid eſſentia melius, ideſt ipſum bonum, [illegible] neque vita ſecundum formam, neque intellectu indiget, quo annitatur ad bonũ, [illegible] eſt ipſum bonum, cui nec vlla opus eſt actione: ſiquidem omnis actio eſt ad bonum, [illegible] quod verſatur. Quod quidem cum ſuper intellectum & intelligibile prorſus [illegible], nomina vero ex intellectus conceptione imponi ſoleant, nullum proprium habet nomen. Appellatur autem bonum, quoniam inde omnia efficiuntur, & facta perficiuntur: appellatur & vnum, quoniam interea ſupereminet omnibus, neque mouetur, dum hæc inde procedunt, alioqui nihil alicubi permaneret: neque diuiditur in partes, alioqui ceſſaret vnum ipſum, quo ſublato mox omnia perderentur: neque omnino multiplicatur in formas, alioqui [illegible] vel adiunctionem patiens, non eſſet amplius vera vnitas & immenſa ſimplicitas. [illegible] per arbores, per animalia, per animam, per mentem proceſſeris, inuenies quod in [illegible] horum ſimpliciſſimum eſt maximeq; vnum eſſe omnium potentiſſimum, reliquo[illegible]pium. Similiter vniuerſum ad vnitatem rediges potentiſſimam, de qua nihil [illegible]abis, cum primum concepiſti vnitatem ipſam vel bonitatem: alioqui ſiquid præ[illegible]ueris, compones, & minues componendo reddesq; indigum, & poſterius. Noli ergo [illegible] intellectionem addere, alia enim eſt ratio intelligentiæ, alia boni: non enim æque [illegible]libet conuenit. Intelligentia igitur adiuncta bono congeriem cõficit, neque igitur illic [illegible] ideas, quæ concipiuntur intelligentia, differuntq; inter ſe abſolute ratione formali, [illegible] contrariarum rerum oppoſitarumq; ideæ quod patet ex ordine vniuerſi inde ſecundum eſſentiam formamq; geniti. Quæ enim in hoc opificio re ipſa differũt & ſubiecto, hæc in opifice omnium intellectu abſolute formaliq; differunt ratione: alioqui hic ordo [illegible] vel inordinato quodam caſu conſiſteret, vel ex materia prorſus informi procederet. Diſtinctiones vero formales & abſolutas adhibere primo Platonici vetant. Prohibent [illegible] vnitatem vel bonitatem adhibere vitam aut eſſentiam, quorum nixus non quieſ[illegible] contendit ad bonum. Iubent primum illud ſuper eſſentiam atque eſſe ponere, ſi[illegible] quæ ex oppoſito vltimum eſt ſub eſſentia & eſſe iudicant collocandam. Ideoq; [illegible] materia deſcendendum eſt ſub omnibus intelligentiæ conceptibus qui [illegible], ſic ad attingendum illud ſuper omnes eiuſmodi conceptus eſt aſcendendum, [illegible] vel multiplici vel formali intelligentiæ actu attingi poſſe putandum, quod ſuper [illegible] multitudinemq; & formam mirabiliter extat.

*Principium uniuerſi eſt unum ipſum ſuper ens; quod neque mouetur, neque [illegible]*
*catur ullo modo, quando ab eo rerum multitudo procedit.*

## CAP. IX.

QVid ergo eſt? Profecto poteſtas omnium: quæ quidem [illegible]
que cætera forent: neque enim intellectus eſſet, qui [illegible]
mniſq; uita. Quod enim ſuper uitam extat, uitæ cauſa [illegible]
nim uitæ, qui omnia eſt, non eſt ipſum primum, ſed ex principio [illegible]
te profunditur. Cogita fontem principium aliud non habentem [illegible]
bus uero ſe totum tradentem, nec tamen fluminibus ullis exhauſtum [illegible]
ſe quiete manentem: flumina uero ab ipſo fluentia, antequam aliud [illegible]
adhuc unà manentia, & quaſi iam cognoſcentia, quo ab ipſis fluxuri [illegible]
li. Aut cogita arboris ingentis uitam, ſeſe per totam arborem prop[illegible]
manente principio, neq; diuiſo per totam, ſed uelut in radice fund[illegible]
tiq; præbet quidem totam arbori uitam atq; multiplicem, ipſum [illegible]
net nequaquàm multiplicatum, ſed multiplicis uitæ principium [illegible]
bile eſt ita eſſe. Forte etiam eſt mirandum, quomodo multitudo [illegible]
multitudine ſit, neq; fuiſſe multitudo poſſit, niſi ante multitudi[illegible]
quod nulla eſt multitudo. Nam principium in uniuerſum nequa[illegible]
ditur: alioqui ſi diuidatur, perdetur protinus uniuerſum. Neq; un[illegible]
ſet factum, niſi principium in ſeipſo permaneat, ſitq; ab hoc toto [illegible]
quapropter reductio ubique ſit in unum. Et in quolibet quidem [illegible]
ad quod reducitur: atq; hoc uniuerſum, in unum quod ante ipſum [illegible]
pliciter unum quoad quis ad ipſum perueniat ſimpliciter unū [illegible]
non ulterius refertur ad aliud. Proinde ſi ipſum arboris unum [illegible]
pium permanens, ſi animalis unum, ſi unum animæ, & unum in [illegible]
ris uniuerſi, accipies ubiq; potentiſſimum atq; uenerandum. Si [illegible]
ipſum eorum quæ uere ſunt, id eſt principium, fontem, poteſta[illegible]
ris, nunquid diffidemus? nihilq; exiſtere ſuſpicabimur? Certe [illegible]
eſt, quorum eſt principium, eſt & tale, ut de ipſo nihil prædica[illegible]
ens, non eſſentia, non uita, propterea quòd ſuper hæc omnia ſit [illegible]
ipſum eſſe inde auferens, illud apprehenderis, protinus ob[illegible]
Et dirigens te in illud, & aſſequens, atque in ipſius ſedibus [illegible]
uno potiſſimum ſimplici'que intuitu iam conſpicias. [illegible]
tem, magnitudinem eius auſpicaberis per illa quæ poſt ipſum [illegible]
que per ipſum.

*Ipſum bonum eſt pater, cuius filius eſt intellectus, ſemper à patre plenus, [illegible]*
*eſt imago mundus.*

QVemadmodum aliud eſt viſus, aliud vero lumen, ad quod capiend[illegible]
ſtitutus, etiam ſiquis oculus fingatur ab æterno lumine plenus, ſic ali[illegible]
aliud vero verum ipſum atque bonum, ad quod naturaliter [illegible]
differtq; ab illo etiam intellectus ipſe, qui propter propinquitatem [illegible]
tte fruitur: ipſi itaque bono ſicut & lumini nihil opus eſt viſu: [illegible]
mundi viſibilis ornatum totum vno ſimul intuitu contueri, ſupra [illegible]
lus ex imagine quadam facilius mundum intelligibilem opificem [illegible]

modum pulchriorem. Rurſum ſi quis conſpiciat illum, in quo nihil informe, nihil deforme, nihil immoderatum, vel vitæ vel intellectus expers. In quo totus ſplendor, & in ſplendore puriſſimo totus ordo naturæ facilius coniectaret, quis pater eius, & qua ratione tantum talemq́; genuerit filium, intellectum quidem purum, & omnium plenitudinem pater penes ſe generans ab æterno, intellectu plenitudineq́; ſuperior.

*Intellectus eſt inferior bono, atq; ita per hunc coniectamus bonum, ſicut per hunc mundum conijcimus intellectum.* CAP. X.

PRæterea & hac ratione conſidera, quoniam intellectus eſt uiſus quidam, uiſus inquam uidẽs, ideo eſt quædam in actum iam profecta potentia. Erit igitur in eo aliud quidem materia, aliud uero forma, ſicut & uiſio ſecundum actum: materia inquam intelligibilis. Siquidem & uiſio ſecundum actum duplicem habet proprietatem: ante igitur quàm uideret, unum aliquid erat. Vnum ergo duo factum eſt, & duo unum: uiſioni quidem ab obiecto ſenſibili plenitudo, & ſua quædam perfectio prouenit. Mentis uero uiſui bonum eſt id quod implet: ſi enim intellectus eſſet ipſum bonum, quid nam uidere uel omnino agere oporteret? Alia enim circa bonum & propter ipſum bonum actionem habent, ipſum uero bonum nullo penitus indiget: quamobrem nihil ipſi erit præter ipſum. Cum ergo bonum pronuntiaueris, nihil ulterius addas excogitando: ſiquid enim adiunxeris, ſtatim id cui aliquid addidiſti, ſuapte natura declarabis egenum. Iccirco neque adiungere debes intelligentiam, ne ſic adiungas aliquid alienum, duo'que reddas intellectum ſcilicet atque bonum: intellectus quidem bono, bonum autem intellectu non indiget. Itaque mens bonum conſequens, boniformis fit, perficitur'que à bono, dum uidelicet ſpecies quæ eſt in mente procedit à bono, atque efficit boniformem. Quale uero inſpicitur in mente ipſius boni ueſtigium, tale quoque exemplar decet excogitare, exiſtimantes ſcilicet ueritatem eius per impreſſum in mente ueſtigium. Hoc itaque ueſtigiũ impreſſum eſt intellectui, per quod uideret & poſſideret: quapropter in intellectu quidem eſt appetitio, eſt ſemper appetens, eſt ſemper & conſequẽs. Ipſum uero bonum neq; deſiderat quicquam, quid enim deſideret? Neque conſequitur aliquid, nunquàm enim deſiderauit, neque igitur eſt intellectus: in hoc enim eſt appetitio, & quædam ad ipſius ſpeciem applicatio. Intellectus itaque pulcher eſt, omnium'que pulcherrimus in lumine puro ſplendore'que ſimili conſtitutus, entium'que naturam in ſe comprehendens: cuius quidem noſter hic mundus pulcher, umbra eſt & imago, ille uero ſuperior mundus in omni claritate poſitus eſt. Vbi nihil intellectu uacans, nihil tenebroſum, nihil immoderatum, ſed in ſeipſo beatam agit uitam. Quem ſi quis aſpexerit, protinus obſtupeſcet, præſertim ſi quatenus oportet illi ſeipſum inſinuet, iuriſq; illius euadat. Nempe quemadmodum qui cęlum diligenter ſuſpicit, ſtellarumq; ſplendorem impenſius contuetur, protinus autorem mundi cogitat atque perquirit: ſic oportet & eum qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur, effectorem eius diligenter inquirere, quis nam ille ſit, qui talem mundum intelligibilem genuit, uel ubi, uel quo-

[illegible] tanq̃ nobile, atque multiplicabile diſtributio præcipue pertinet, iccirco vult intellectũ [illegible] illum ædificatorem mundi per ipſam mundi animam primo creatam, perq; communes animas collegas eius diſtributiones per gradus ſuos mundanorum animalium peregiſſe.

*Propoſitio ſecunda. Quomodo anima poteſt colligere ſe in proprium intellectum, & per hunc intellectui formari diuino. Sunt & in hoc Capitulo tres aliæ propoſitiones, duæ de anima, & una de deo.*

Hactenus conſideratio prima, quæ intellectum mundi opificem declarauit. Secunda vero conſideratio tractat quomodo animæ in vniuerſum hunc intellectum transferre ſe poſſit, videlicet ſi anima quemadmodum multiplices ſenſus colligit in vnum [illegible] ſenſum: ſic imaginationes inter ſe longe diuerſas in vnam colligat communem regulam rationis. Deinde varios rationis noſtræ diſcurſus ad ſtabilem redigat intelligentiæ [illegible], intellectu pro viribus tota formetur ſuo, per quem vniuerſo formabitur [illegible] totius opifice mundi. Poteſt autem id in gradibus vitæ fieri, quandoquidem fit i[illegible] in ipſis ſcientiæ gradibus. Propoſitionibus mille conſtat geometria, & à priori poſterior [illegible] deducitur, ideoq; ſequentes antecedentibus comprehenduntur, omneſq; continentur in prima. Anima quidem noſtra per facultatem rationalem ex potentia transferens ſe in actum, atque viciſſim: ſi totam geometriam habet, poteſt quidem habere propoſitiones omnes eius potentia quadam atque habitu, dum aliquam earum habet in actu. Intellectus [illegible] etiam noſter in qualibet conſiderata ſecundum actum, conſiderat per eundem actũ, & poſſidet omnes. Studendum eſt igitur vt rationalis noſtra facultas pro viribus intellectui ſe conformet: quo in ſtatu notiones omnes ſequentes eodem actu, quo & primam continentur in prima. In tertia conſideratione Plotinus exiſtimat mundi animam, quia ſemel [illegible] potentiſſime animalem vitæ formam in ſe complexa ſit totam, & inde totum corpus [illegible] penitus occupauerit, non poſſe vel in ſe mutare vitæ formam, vel extra ſe corpora [illegible], ſimiliter que ſe habere putat ſphærarum & ſtellarum omniumq; cæleſtium animas [illegible] vniuerſalem ab initio firmiter ſortitæ ſint prouidentiam. Animas vero particulares [illegible] nactas prouidentiæ modum; quales ſunt dæmonum plurimum atque [illegible] ſimilitudine quadam explere quodammodo perpetuam illam prouidentiam ſu[illegible] quatenus in ſeipſis de hac vitæ forma mutantur in aliam, eatenus corpora ſe[illegible], vnde videntur ad corpus locumq; accedere, mutatione videlicet prius in ſe facta. [illegible] mundi corpus accedere videtur ad ipſam mundi animam, illa enim in habitu ſuo ſemper permanente corpus hoc ab initio ſic affectum inde viuificatur, ſicut ætheris perſpicua [illegible] ſemper illuminatur à Sole. Dicuntur autem & particulares animæ deſcendere quandoque ab anima ſcilicet mundi, quoniam ab vniuerſali prouidentia formaq; vitæ, quam ſic [illegible] anima quandoque poſſident, labuntur in propriam, non enim firmiter poſſe [illegible]. In quarta conſideratione animam noſtram in tres diuidit formas, ſcilicet intellectualem, & rationalem, & ratione carentem: putatq; animam quandoque ad totam intellectualem [illegible] formam, atque tunc habitare cum intellectu diuino, quandoque illinc [illegible], id eſt in formam rationalem huius animæ propriam. Quandoque vero [illegible] ratione deteriorẽ, vnde ſimulacrum ſui promit, vitam videlicet communi[illegible], cui quidem vitæ ſubeſt, & vltimum omnium ſimulacrum, id eſt materia; [illegible] vegetalem ſui potentiam prima propinquitate ſua format corporea qualitate, certaque figura, deinde mox per hanc affectionem quaſi eſcam allicitur naturaliter ad viuificandum corpus hoc, certo iam modo diſpoſitum. In quinta conſideratione ita notabis. Sicut in circulo datur punctum in ſeipſo quod eſt centrum, & punctum in [illegible] qualibet eius parte, procedens ab eo quod in ſeipſo eſt, idem quaſi i[illegible] propagatio eius. Item ſicut eſt vnitas in quolibet numero eius que parte [illegible] quadam extra numerum in ſe ſimpliciter cogitata: ſic in tota rerum eſſentia [illegible] quædam eſſentiæ fundamentum, & cuiuslibet conſeruatio, procedens ab [illegible], ſuper eſſentiam in ſe manente, atque ita implente omnia, quatenus [illegible] atque ſua vi ſe procreat vnitatem quandam in qualibet re creanda ſupereſſentialem [illegible] eſſentiæ productricem atque ſeruatricem. Iam vero quia vnitas hæc eſt [illegible] quam eſſentia, [illegible] vbicunque eſt, præſentia vnitatis diuinæ fieri atque conſeruari.

*Et intellectu etiam noſtro quomodo eſt ſemper in actu.*

Sexta conſideratio eſt de anima ſimul atque mente, hunc in [illegible]
na, id eſt trálucida, ſit potiſſimum à natura Solari, & idcirco lumen [illegible]
facileq; impleatur lumine Solis, ſimiliter diaphana in cælo [illegible]
quodam lumine, ſecundum ordinem vniuerſi antecedente diaphanum, [illegible]
lectuali lumine. Et confeſtim dum emanat diaphanum producente, pro[illegible]
vnde cælum fit quaſi oculus cæleſtis animæ, hoc diaphano ſimul atque [illegible]
dentis. Eodem pacto diuina mens ſuo lumine rationalem generat anima[illegible]
ſub illo diaphanam, impletq; illam perpetuo lumine: quæ anima ſemp[illegible]
git à mente illuminatam, tum mentem ſemper illuminantem. Ad [illegible]
ctus noſter, animæ caput. Rationalis vero facultas adhuc quoque ſe [illegible]
lumen, non quidem ſemper, ſed aliquando rationaliter intellectum. [illegible]
per rationem quodammodo ſeipſum intelligit, ſi modo perfecte intelligit, [illegible]
ſe intelligentem eſſe: ergo & intellectualem, qua ſic intelligat ſe habere [illegible]
(vt ita dixerim) intellectualitas, eſt intelligentia quædam, non tam in [illegible]
ſto, quàm in ſtatu nobis occulto: quin etiam per rationalem intelligen[illegible]
telligit in ſeipſo ante intellectualitatem eſſe vitam atque eſſentiam. Ad [illegible]
ipſa poſterius accedit, vt actus: actus inquam ex quadam eſſentiæ vitaq; [illegible]
nitus. Vnde neceſſe eſt hanc ipſam eſſentiam atque vitam eſſe in ſe [illegible]
intelligentiam. Probat quidem Plotinus hic animam ex intelligentia [illegible]
æternam ſupra ſe intelligentiam, quæ ſit eſſentia vitaq; fæcunda, ideoq; [illegible]
gibilia firma actu ibi perpetuo intellectat: cuius intelligentiæ imago [illegible]
rationis quando peruenit ad ſummum. Vnde & intelligentia nominatur, [illegible]
confirmamus. Tria ſunt in ordine rerum ad cognitionem noſtram perue[illegible]
quiddam, id eſt hic homo, & ſpecies communicata ſingulis, id eſt homo [illegible]
per ſingula. Quoniam vero tria hęc eſſentiali quodam ordine à priori [illegible]
differunt, vires quoque propriæ cognoſcentes hæc, ſimiliter inter ſe [illegible]
quidem imaginatio iudicat, ſpeciem vero communem ſingulis ratio collig[illegible]
deam autem intellectus agnoſcit. Quoniam vero idea longius differt à [illegible]
exiſtit, quàm ſpecies ab indiuiduo, in quo ſeruatur, ideo intellectus à ratione [illegible]
ratio ab imaginatione diſtat. Veruntamen intellectus ineſt animæ, [illegible]
mus augurari ideas eſſe per rationem, niſi ratio id ageret per inſitam nobi[illegible]
tutem. Et quia ratio ſingula reſoluit ad vniuerſale, & corpus ad incorporeum, [illegible]
tionis noſtræ ſubſidio, imò ea inuita quę retrahit ad oppoſitum: ideo [illegible]
tu argumentoq; rationis ſemper intuetur ideas, ſemper inquam. Nam ſi [illegible]
imaginatione argumentationeq; noua, aut nunquam perueniſſet, aut ſemper [illegible]
anima ſit media inter æternitatem atque tempus, eſſentia enim eius [illegible]
tum ab ea dependentem: conſentaneum eſt, vt eius eſſentiæ ſitæ, eo ipſo [illegible]
motum vis actioq; inſit prorſus immobilis, & ſtabiliter intuens. Quippe [illegible]
eſſentia & virtute ſtabili ad ideam omnino ſtabilem vergens, [illegible]
dicet. Sicut ergo in anima ex eo quod ſub æternitate eſt, conuenit [illegible]
ex eo quod ſuper tempus, competit intellectus immobiliter agens. [illegible]
lectus omnino immobilis eſt, actus autem imaginationis omnino mobili[illegible]
rationis eſt mixtus, neque poſſet anima eſſe congruum vniuerſi medium [illegible]
poſſideret.

*Quomodo deus eſt ſuper motum, & ſtatum, & cognitionem. Item de [illegible]*
*eſt, & quod in potentia.*

Septima conſideratio probat in primo omnium principio [illegible]
tem, ſed nec etiam metaphoricum, qui eſt actus tendens ad aliud [illegible]
liud, quod eſt primum penitus atque vltimum. Probat nec [illegible]
quietem ad quam tendit motus, oppoſitam motui. Omnino vero [illegible]
quod non mouetur ad aliud, neque proprie quieſcit in [illegible]
enim eiuſmodi diſtinctio nulla cadit, per quam diſtingui ſolet [illegible]
tum etiam à ſede in qua quieſcit. Iam vero motus à [illegible]
se [illegible] virtutis ſuum ſeruat tenorem. [illegible]
aliud quàm vnitatem propriam conſeruare. Vnitas igitur ipſa & [illegible]
tum. Antecedit igitur & actum intelligentiæ, qui motus quidam [illegible]
ad verum intelligibile [illegible] bonum. In omni ergo intellig[illegible]

[illegible] conſideratur: in primo autem nulla eſt conſiderata diſtinctio. Denique alia quidē ratio eſt exiſtentiæ, alia prorſus itelligentiæ: non enim quicquid exiſtit, intelligit. Primo quidem principio exiſtentia cōcedetur, ſi additur intelligentia, tum compoſitio fiet, tum conſtabit [illegible] ipſam ſibimet ad perfectionem minime ſuffeciſſe: quandoquidem intelligentia indiguerit, per quam tenderet ad profectum. In octaua conſideratione notabis conditio[illegible] formalis, potentiæq́; formabilis inter ſe opponi, adeo ut potētia hæc accipiat actū, [illegible] actus eſt, potentiā non recipiat. Vbi ergo actus eſt ſolus ut in primo ſum[illegible] Quoniā nulla ibi ad aliā formā potētia latet: item ubi potētia tota formabilis, [illegible] eſt in naturā formæ, adeo ut forma illic nullo modo ad naturā potētiæ retrahat, res [illegible] præſertim quia potentia illic totum habet actum quātum eſſe poteſt cupitq́; [illegible] intellectuales eſſentiæ, ignisq́; cæleſtis. Ignis autem ſub cœlo inter inferio[illegible] maxime eſt in actu: quod apparet ex efficacia formæ, & ex motu [illegible] quoniam non tolerat mixtionem. Quoniam uero materiam habet ſub actu, nec [illegible] ſemper. Nona conſideratione memineris, ipſam intelligentiā non eſſe [illegible] ſimpliciter primum atque ultimum, alioqui eſſet ſimpliciter expetenda: nunc au[illegible] quadam eligitur. Eligis enim cognoſcere, ſi modo cognoſcas bene feliciterq́; [illegible] tanquam bonum ſit profuturum. Item ipſum bonum nō habere ſui ipſius agni[illegible] quia illud hæc eſt, aliud ipſum bonum: tum quia ſi ante agnitionem ſibi ſufficit, non eſt addenda, ſin minus, non erat ipſum bonum. Quo autem pacto deus neque [illegible] ſit, neque ignorans: etiā ſi ei cognitio non addatur, ſuper quam Dionyſius quoque Areopagita eum collocat, in quin[illegible] ſexta ue Enneade opportunius explicabimus.

# PLOTINI ENNEADIS III. LIBER IX.

## DE DIVERSIS CONSIDERATIONIBVS ad autorem mundi & ad ipſum bonum pertinentibus.

*Mundi faber eſt intellectus primus, ideas in ſeipſo contemplans, conſiderationem unam continet.*

CAP. I.

Mens (ut ſcribitur in Timæo) ideas in eo quod uiuens eſt inſitas intuetur. Hinc mundi artifex cogitauiſſe dicitur in hoc mundo includere, quæ mens in eo quod uiuens ſiue animal eſt, cōtemplatur. Nunquid igitur inquit, iam ſpecies eſſe ſuper mentem, eaſq́; iam exiſtentes, mentem inſpicere. Principio igitur ipſum quod uiuens uel animal dicitur, quærendum eſt: num forte non ſit ipſe intellectus, ſed ab intellectu diuerſum. Quod enim contemplatur, eſt intellectus. Ipſum igitur uiuens, non intellectus quidem, ſed intelligibile potius nominabimus: dicemusque intellectum extra ſe habere quæ contuetur. Ideo circa ſimulachra quædam, non res ueras habebit: ſi modo ueras illic conſtituamus. Illic enim & ueritatem eſſe ait, in ipſo ſcilicet ente, ubi ipſum unumquodque regnat. Forſan uero quamuis alterum ſit utrunq́;, non tamen ſeparatim ſegregata ſunt, ſed ſolum quatenus aliud hoc eſt quàm illud. Deinde nihil prohibet, quantum pertinet ad id quod dicitur, ambo unū exiſtere: ſolum uero per intelligentiam inter ſe diuiſa: ſiquidem ſolum ipſum ſe habet in ſe, ita ut partim quidem intelligibile, partim etiam & intelligens. Vbi enim dicitur, intellectus intuetur ideas, non ſignificat omnino

ſequitur, iam facit ſuum, uidelicet ſimulacrum: quod & nõ ens appellamus.
Quaſi enim delabitur per inane & indeterminata illic euadit: atqui ſimulacri
huius ſimulacrum indefinitum eſt, penitusq́; obſcurum. Eſt enim rationalis
omnis intellectualisq́; naturæ penitus expers, & ab ipſo ente longiſſime di-
ſtans: interea uero quaſi per media domeſticam habitat ſedem. At rurſus in
feriora proſpiciens quaſi ſecundo quodam oculorum iactu ſimulacrum for
mat, & hoc opificio delectata intrat in ipſum.

*Quinq; habet conſiderationes de deo, quomodo eſt ſuper omnia, & in omnibus. Et de intellectu ſem per in actu. Et quod deus eſt ſuper intellectum.* CAP. III.

QVo igitur modo ex uno multitudo progreditur? Quoniam i-
pſum unum eſt ubiq;: neq; enim alicubi tãtum eſt, neq; ubi non
ſit, locus eſt ullus, implet igitur omnia: iam igitur multa, poti-
us autem iam omnia ſpeciesq́; omnes: ſi enim ipſum eſſet ubiq;
tantum, ipſum eſſet omnia. At quoniam etiam nuſquam eſt, fiunt quidem
per ipſum omnia, quoniam eſt ubiq;: diuerſa uero ab ipſo, quoniã eſt & nuſ-
quam. Cur nam igitur ipſum non ſolum eſt ubique, ſed præterea nuſquam?
Nempe quia oportet ſuper omnia unum eſſe, quamobrem neceſſe eſt i-
pſum implere & facere cuncta: neq; tamen omnia hæc eſſe quæ facit. Tũ ue
ro animam ipſam oportet quaſi uiſum eſſe, huic autem uiſibile eſſe mẽtem.
Viſum inquam indeterminatum antequam uideat, natum uero ad uidẽdum
atq; intelligendum, talemq́; eſſe ut ad mentem materia ſit. Qñ intelligimus
nosipſos, inſpicimus naturã intelligentem: alioqui circa intelligentiã men-
tiremur. Si ergo intelligimus, ipſiq́; nos intelligimus: profecto naturam exi
ſtentem intellectualem intelligimus. Quamobrem ante hanc intelligenti-
am, altera intelligentia eſt, quaſi quieta: nempe & eſſentiæ intellectio eſt, &
intellectio uitæ, idcirco ante hanc altera quædam eſt eſſentia uidelicet atq; ui
ta: hæc itaq; nouerunt quotcunq; ſunt actus. Quod ſi intellectus ipſi ſunt a-
ctus, ſic in intelligendo ſe conſiſtentes: ipſi uero nos intus intelligibile poſſi
demus. Intellectio uero noſtrum, fert imaginem. Primum omnium princi
pium, poteſtas eſt motionis & ſtatus: ideoq; ſuper hæc exiſtit. Quod uero ſe
cundum eſt, quieſcit circa ipſum atq; mouetur. Ad ſecundum autem perti-
net intellectus, aliud nanq; exiſtens, ad aliud intelligentiam dirigit: illud ue-
ro non habet intelligentiam. Quod enim eſt intelligẽs, duplex iam eſt, ſeq́;
ipſum intelligit: ob idq́; etiam eſt egenum, quoniam non in ſubſtantia, ſed
in actu intelligendi, proprium habet bonum. Cum eo quod in actu eſt, con-
gruit illud quod ex potẽtia prodit in actum: quod quidem idem eſt ſemper,
quandiu eſt. Quapropter ſimiliter eſt & perfectum, atq; eiuſmodi quiddam
corporibus quoq; conuenit, uelut igni: non poteſt tamen ſemper eſſe: quoni
am cum materia eſt, quod autem actus eſt neq; eſt compoſitum, ſemper eſt.
Poteſt autem quod actu eſt, idem quoq; ſecundum aliud quiddam in poten-
tia eſſe. Sed neque dii in ſublimi ad entia incumbentes, primum ipſum ſunt.
Mens autẽ entia eſt, ubi eſt & motus & ſtatus: iam uero ipſum primum circa
aliquid

aliquid aliud non uerſatur,ſed cætera circa ipſum cōquieſcen
mouent. Motus enim appetitio eſt,illud aūt nihil appetit. Q
rat quod eſt ſummū? An igiť neq; ſeipſum quidē intelliget? Fo
ſeipſum habet,omnino etiā dicitur intelligere. Forte etiam
quod ſeipſum quid habeat,diciť intelligere:ſed ob id quod
Eſt aūt hęc actio prima & ipſa intelligētia. Si igitur hęc prima
tet eſſe priorem: quod igitur hāc præbet, ſuper hanc exiſtit. P
intelligentia ſequitur,nō enim eſt ipſum primo uenerandum
Neq; igitur intelligentia quælibet ueneranda,ſed duntaxat in
Itaq; ſuper intelligētiam eſt ipſum bonū: an igitur nec etiam ſei
aduertet? Quid ergo? Eſt'ne bonum antequam ſeipſum aīadu
dum eſt bonum? Si enim bonum eſt,iam eſt ante animaduerſi
bonum:ſi autem animaduerſio facit bonum,non eſt ante ha
num:quapropter nec ipſa erit,cum non ſit boni. Quid ergo
que etiam uiuit? Forte nō eſt dicendum uiuere: ſiquidem
prębet uitam. Quod autem ſeipſum animaduertit atq; in
ligit,ſecundum obtinet gradum: animaduertit enim
tali quodam actu ſibiipſi cohæreat. Oportet igitur
ſi apprehēdit ſeipſum,contigiſſe quodammo-
do ut ſe nequaquam apprehenderet: & ut
ſuapte natura imperfectum ſit,ſed in-
telligendo perficiatur. Tollenda
igitur ab ipſo bono ſuiipſius
apprehenſio, adiunctio
nanq; omnis abla-
tionem inducit
atq; defe-
ctum.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM I. ET II. DE ANIMA.

### ARGVMENTVM.

*Intellectus primus eſt eſſentia prima, à quo & in quo ſunt ſemper intellectus alij. Item quomodo anima ſit indiuidua ſimul atq; diuidua.*

QVoniam quæ hic Plotinus de anima diſſerit, alibi latius pertractauimus, præſertim in primo & tertio & ſeptimo Theologię libro, ideo hic breuiter attingemus. Generatio ſemper contendit ad eſſe. Primo quidem ad eſſe nudum, deinde ad eſſe viuum, poſt hæc ad eſſe quod dicitur ſenſuale, denique ad eſſe intellectuale tanquàm ſummum, vbi anima intellectualis ad corporis deſcendit cõmercium. Eiuſmodi vero eſt ordo eſſentiæ vel eſſendi in generatiõis gradibus acquiſitus. Super hunc ordinem extat ordo eſſentię in æternis gradibus vniuerſi, in quo ſummum tenet velut principium ipſe ſimpliciter intellectus. A quo intellectus animalis in generatione deſcendens ſummum tenet in toto generationis ordine tanquàm finis: non quidem ſimpliciter generatione factus, ſed accommodatus corpori ad prouidentiam totius explendam. Eſt autem ipſe ſimpliciter intellectus vbique totus. Sunt & in eo non ſolum per ideas, verumetiam per proprias (vt ita dixerim) exiſtentias intellectuales animę, ſecundum intellectualem ſibi propriam facultatem, etiam dum ſunt in corpore. Quemadmodum lineæ à centro ad circunferentiam vſque productæ, non diſcedunt à centro dum attingunt circunferentiam: & radij non relinquentes ſolem interim terrena contingunt. Atque ſicut lineę radijq; extra prominentes inter ſe loco diſtant, in ipſo tamen principio ſunt loco ſimul: ſic animæ apud nos ſecundum corpora ſitu diſtantes, ibidem ſunt omnes ſecũdum intellectum in mente diuina: ſecundum intellectus inquam ſuos, illic inter ſe differentes: ſicut & linearum radiorumq; termini inter ſe ſunt alij, etiam vbi centrum ſolemq; cõtingunt. Hinc effici vult Plotinus, vt intellectus prophetæ hominis abſtracti, etſi in oriente tantum videatur eſſe, proſpiciat tamen quæ fiunt in occidente: atque ex vno quodam loco miraculoſum aliquid agat in alio, & cogitatione affectioneq; ſua clam moueat alios: quia videlicet intellectus omnes in ſe inuicem & vbique ſunt. Quandoquidẽ ſunt ſemper in mente ſimplici diuina, tota ſemper vbique præſente: qua quidem præſentia & deus percipiat preces, & homines cum deo familiariſſime colloquantur. Eſſe quoque vult intellectus eiuſmodi familiares hominum dæmones, aſſiduosq; duces ſingulis ſingulos attribuios. Nam externi dæmones forte nõ adeo poſſunt ſinguli hominibus ſingulis adhiberi. Cenſet Platonem vbi ait in Timęo animam componi ex eſſentia quadam indiuidua, itemq; diuidua circa corpora, primam eſſentiam intellexiſſe intellectualem animæ poteſtatem nunquã ad corpora declinãtem: ſecundam vero illam animæ naturam, quæ corpori ſe prorſus accommodat. Quæ tamen interim indiuidua dicitur: quoniam & anima corpori copulata quantumcunque membra corporis inter ſe diſtent, ipſa à ſeipſa non diſtat: quippe cũ eadem in quolibet membro ſit tota: ita vero ſe habere vtranque (vt diximus) animæ facultatem, tum in anima noſtra, tum etiam in anima mundi. Cæterum cum dicat intellectum & mundi & hominis omnibus ſui corporis membris eſſe præſentem, itemq; diuinum intellectũ partibus mundi cunctis adeſſe, cur non ex hoc ſaltẽ dicitur ita per corpus eſſe diuiſus vt anima? Quia videlicet intellectus quilibet ſua præſentia nihil tribuit corpori niſi per animam, vt videatur adeſſe potius quàm ineſſe. Prӕterea intellectus ęque ſe habet in qualibet corporis portione, vt videatur penitus indiuiſus. Anima vero aliam ſui vim actionẽq; in hoc membro, aliam in alio exercet: vitamq; & ſenſum atque motum per diuerſos gradus corporis ſui membris accommodat, itaque diuiſa quodammodo videtur in corpore.

*Platonis in Timæo dictum de anima, quomodo intelligendum.*

In ſecundo hic de anima libro notabis Endelechiam illam Ariſtotelicam, qua anima dicitur actus & perfectiõ corporis, accipi poſſe etiam apud Ariſtotelem non ſolum pro forma, & anima à corpore inſeparabili, ſed etiam pro ea quæ ſit à corpore ſeparabilis. Proinde conſiderabis quod proprie diuiditur, id in ſubſtantia diuidi: quod vero mouetur, poſſe moueri quidem proprie, ſecundũ accidentia eius & qualitates atque modos, interim tamen ſubſtantia permanere, ideoq; diuiſione potius quàm motu attingi ſubſtantiam atque lædi. Cum vero in ipſo rerum deſcenſu bonum quidẽ exordiatur à ſummo, malum've à minimo, merito deſcendendo rem proprie mobilem prius quàm proprie diuiſibilem reperimus. Igitur ſub intellectu diuino qui & indiuiduus eſt penitus & immobilis, inuenimus animam indiuiſibilem quidem, q̃uis proprie mobilem: deinde formã qualitatemq; corpoream vndique mobilem atque diuiſam: demum

*Endelechia apud Ariſtotelẽ quomodo accipienda.*

## DE ESSENTIA ANIMAE, II.

*Neceſſe eſt animam eſſe mediam inter intellectum diuinum & corporis qualitatem. Item animam eſſe in qualibet corporis parte totam. Rurſum de gradibus uniuerſi.*

SI quærentes, quæ nam animæ eſſentia ſit, oſtenderimus
eã neq; corpus eſſe, neq; rurſum in rebus incorporeis har
moniam: item quod dicitur de endelechia ideſt actu quo
dam perfectioneq; corporis prætermiſerimus, quaſi (ut
uerba ſonant) minime uerum, neq; quid ipſa anima ſit de
clarans. Præterea ſi affirmauerimus eam naturæ intelli-
gibilis eſſe ſortisq; diuinæ, forſan manifeſti nonnihil de
huius eſſentia in medium adduxerimus. Attamen operæpretium eſt ulteri-
us progredi. Iam igitur per ſenſibilem & intelligibilem naturam facta ſit
diſtributio, animaq; ipſa in mũdo intelligibili fuerit collocata: In præſentia
uero poſita quidem ſit in eo mundo. Sed alia quadam uia huius naturæ pro-
prium indagemus. Dicimus itaq;, alia quidem eſſe primo diuiſibilia & ſuap-
te natura diſſipationi ſubiecta. Talia uero eſſe, quorũ pars nulla idem eſt uel
alteri parti uel toti, & in quibus pars neceſſario minor eſt omni atq; toto. Ta
lia utiq; ſunt ſenſibiles magnitudines atq; moles, quorum quodlibet propri-
um occupat locum; neq; poſſibile eſt idem ſimul pluribus in locis exiſtere.
Alia uero quædam eſt eſſentia uiciſſim huic oppoſita, nullo modo partitiõi
ſubiecta, partium expers, ideoq; etiã impartibilis: interuallum autẽ neq; etiã
per excogitationem accipiens: non indigens loco, rebus nullis inhærens, uel
ſecundum partes, uel etiam ſecundum tota, utpote quæ quaſi cunctis ſimul
incumbat rebus: non quidem ut ſuſtineatur ab eis, ſed quoniam cætera ſeor-
ſum ab ipſa eſſe neq; ualeant neq; uelint: Tum eſſentia eiuſmodi ſemper eo-
dem modo ſe habet. Commune omnium gradatim ſequentiũ firmamen-
tum, & quaſi in circulo centrum, à quo omnes ad circunferentiam lineæ du-
ctæ continue, nihilominus ipſum conquieſcere in ſeipſo permittunt: habet
quidem ab eo generationem atq; eſſe, punctiq; ipſius participes ſunt, quibus
omnibus indiuiduum eſt principium: procedunt tamen alio, inde interim
non diſiunctæ. Cum itaq; ſit hoc primum indiuiſibile, & in ordine intelligi
bilium entiumq; principale, ac rurſus ſit & illud in ordine ſenſibilium peni-
tus diuiſibile, ſuper ſenſibile quidem & prope ipſum atq; in ipſo alia quędam
natura eſt, partibilis quidem, ſed non primo ſicut corpora, partibilis tamen
in corporibus his effecta, adeo ut ſectis corporibus ſecetur ſimul & ſpecies
quæ illis ineſt: ſit tamen quodammodo tota in qualibet partium diuiſarum.
Species inquam eadem facta iam plura, quorũ quodlibet omnino diſtat ab
alio, quippe cũ ſpecies facta ſit penitus diuiſibilis: quales ſunt colores & qua
litates omnes; omniſq; forma, quæcunq; poteſt tota in multis ſimul eſſe di-
ſtantibus, nullam habens partem, idem aliquando patiẽtem, quod patiatur
& alia: quamobrem hoc inſuper omnino diuiduum uidetur eſſe ponendum.
Præterea ultra naturã illam prorſus indiuiſibilem alia eſt eſſentia proxima

 inde

indè naſcens, habens quidem indiuiduũ munus ab illa, ſed progreſſione quadam inde facta ad naturam alteram properans media euaſit ambarum, naturæ ſcilicet impartibilis atq; primæ, rurſusq; naturę partibilis circa corpora & corporibus inhærentis. Neq; omnino ita ſe habet ut color & qualitas omnis, quæ quidem multa ſimul implet, quodammodo exiſtens eadem in molibus corporũ multis. Attamen qualitas quæ in parte alia eſt, omnino diſtat à qualitate quæ iacet in alia, quatenus & moles ibi diſtat à mole. Et quamuis magnitudo ſit una, tamen quod in ſingulis partibus dicitur idem, nullam prorſus habet ad compatiendum communionem: quoniam hoc ipſum idem alterum eſt, & alterum: paſſio enim quædam eſt hoc ipſum idem, non tamen & ipſa eademq; eſſentia. Quam uero in hac natura dicimus eſſe penes impartibilem eſſentiam, ab ipſaq; procedentem, & eſſentia eſt, & corporibus iungitur: circa quę diuidi hanc quoq; contingit. Neq; tamen id ante patitur quam corporibus ſeipſam tradat. Quando igitur corporibus adeſt, quamuis adſit maximo paſſimq; diſtanti, tamen toti ſeipſam accommodans una interim eſſe non deſinit. Neq; ita unum eſt, ut corpus eſt unum. Corpus enim continuatione quadam unum eſt: partes uero aliud inter ſe ſunt & aliud, & alibi diſponuntur. Neq; rurſus ſic una eſt, ceu qualitas una. Profecto natura hęc partibilis ſimul atq; impartibilis, quam eſſe dicimus animam, nõ ſic una eſt quaſi quoddam continuum, aliam partem aliamq; habens: ſed partibilis quidem eſt, quoniam partibus omnibus eius in quo eſt ſeipſam communicat, impartibilis autem, quoniam tota eſt in omnibus & in qualibet portione ipſius eſt tota. Quicunq; uero hoc planius inſpicit, magnitudinemq; & poteſtatem animæ rite conſiderat, intelliget quàm diuinus, quam'ue mirandus animæ ſit theſaurus, atq; naturarum ſuper cæteros theſauros exiſtentium. Quippe cũ magnitudine uacans uniuerſæ magnitudini adſit. Et alicubi exiſtens ibi iterũ non exiſtat: non alio quodam, ſed prorſus eodẽ: adeo ut & diuiſa ſit in partes, & iterum non diuiſa. Potius autem ipſa neq; diuiſa ſit, neq; diuiſa fiat. Manet enim ſecum ipſa tota: ſed circa corpora dicitur eſſe diuiſa: quippe cũ corpora nequeũt diuiſibilitate propria indiuiſibiliter eam accipere. Quo efficitur, ut partitio non animæ quidem paſſio ſit, ſed corporum.

*Confirmantur ſuperiora. Item quomodo fiat ſenſus, & paſſio, & iudicium.*

QVod autem oporteat talem eſſe naturam animæ, quod'ue præter hanc nequeat eſſe anima: Sed neceſſarium ſit, animam neq; impartibilem tantum, neq; partibilem duntaxat exiſtere: immo oporteat ambo hunc in modum eſſe, per hęc nobis eſſe poterit manifeſtum. Principio ſi talis eſſet, qualia corpora, aliam partem aliamq; habens, profecto parte altera patiente pars altera in ſenſum patientis minime perueniret. Sed illa quidem anima uelut quæ eſt in digito quaſi altera & in ſe ipſa exiſtens paſſionem ibi ſentiret. Multæ quoq; forent animæ noſtrum quemlibet gubernantes. Quinetiam hoc uniuerſum non una quædam anima, ſed diuerſæ potius inter ſe & innumerabiles animę regerent: quod enim de continuitate aliquis afferat, niſi prorſus conducat, redigaturq; ad unum, uanum eſſe uidetur. Non enim admittendum eſt, quod pleriq; ſeipſos deci-

pientes aiũt: ſenſus uidelicet ipſos peruenire ad ipſum animæ principale gradatim cõtinuata quadam ſucceſſione. Primo quidem dicere partem animæ principalem inconſiderate proponitur. Nam quo pacto diuident, & hoc quidem aliud, illud uero aliud affirmabunt: & principale aliud potiſſimum deſignabunt? Qua enim quantitatis norma utrunq; diſcernent, qua'ue differentia denotabunt? ubi & qualitas una eſt, & continua moles? Præterea utrũ principale ſolum, an & partes aliæ ſentient? Quod ſi ſolum dicant, ita demum ſentiet, ſi ſenſibilis paſſio occurrerit principali propria in ſede locato. Sin autem in aliam inciderit animæ partem ſenſus expertem, pars eiuſmodi non traducet paſſionem eandem ad principalẽ, nec omnino ſenſus efficietur. Tum uero ſi paſſio accedat ad principale, uel in partem eius incidet, ideoq; hac ſentiente reliquæ nequaquàm ſentient, alioqui fuerit ſuperuacuum, aut certe multæ innumerabilesq; ſenſuũ perceptiones erunt atq; diſſimiles. Alicubi enim quaſi dicetur: equidem primo patior: alibi uero ego nunc ſenſi alterius paſſionem, & ubi potiſſimũ illata ſit paſſio, ſenſus quilibet ignorabit præter primum. Vel forſan pars animæ omnis æque falletur, putans ubi ipſa eſt ibidẽ & paſſionem eſſe factam. Quòd ſi non principalis ſolum pars, uerumetiam omnis alia ſentit, cur nam hæc quidem principalis ſit, hæc uero nequaquàm, cur'ue oporteat ad illam peruenire ſenſum? Et quomodo quæ ex multis con[illegible] ſenſibus, uelut auribus atq; oculis unũ quiddam cognoſcere poterũt? Sin autem anima unum prorſus extiterit, tanquàm impartibile prorſus, & unum in ſeipſo conſiſtens, & omnino multitudinis partitioniſq; naturam effugerit, certe corpus nullum apprehenſum ab anima animabitur totum: ſed anima quaſi circa centrum cuiuslibet ſe ſtabiliens reſiduam prorſus molem relinquet inanimatam. Oportet igitur ſic unum & multa, & partibile ſimul atq; impartibile eſſe animam: neq; diffidere, quaſi impoſſibile ſit, unũ idemq; ſimul multis adeſſe. Niſi enim hoc admiſerimus, natura omnia continens & gubernans nuſquàm erit: quæ quidem ſimul complectitur omnia, & ſapientia dicitur multitudo quidem exiſtens, quandoquidẽ & entia multa: una quin etiam exiſtens, ut unum ſit quod continet: profecto per unũ eius multiplex uitam partibus ſuppeditat omnibus: per unum uero eiuſdem impartibile ducit etiam ſapienter. Quibus uero non ineſt ſapientia, unum ibi illic principale hoc imitatur. Hoc igitur eſt quod diuine licet obſcure, dicitur à Platone hunc in modũ: Mundi artifex ex eſſentia impartibili, eodemq; ſe modo ſemper habente, & eſſentia quæ circa corpora ſit partibilis, tertiam quandam ex ambabus commiſcuit eſſentiæ ſpeciem. Eſt igitur anima unum hunc in modum atq; multa: ſpecies autem quæ ſunt in corporibus, multa ſimul & unũ: corpora uero, multa ſolum: deniq; quod ſupernum eſt, duntaxat eſt unum.

guſtiſſima nō poterit mundum totum cogitatione complecti neque percurrere, neque ſuper hunc mundum animāq; ipſius aliquid cogitare. Conſidera corpus humanum: non eſt hoc cōtinua quædā portio machinæ, ſed ſecundum propriam ſeiunctum eſt figuram ſimul & motionem. Cum vero anima & præſtantior ſit quàm corpus, & figuræ huius motionisq; origo, nō mirum non quaſi continua eſt mundanæ animæ portio, ſed ſubſtantiam poſſidet propriam. Iam vero neque facta eſt ab ipſa mundani corporis anima: quod enim ipſa facit, mobili facit proprietate: ideó que mutabilem adeo facit eſſentiam, ut nequeat immutabile quicquam attingere. Animus vero noſter & motum reſoluit in ſtatum, & mobilia ſubijcit immobilibus. Denique cum animus noſter ſit quædā intellectualis eſſentia, merito fit proprie ab ipſo ſimpliciter intellectu, à quo naſcitur & anima mūdi, quę & ipſa ſimiliter intellectus quidam eſt, ſcilicet animalis. Hinc efficitur, vt anima noſtra poſſit ſimiliter atque anima mundi fieri compos intelligentiæ, & ad illa quæ ſuper mundum ſunt æterna conſurgere. Reliquę autem animæ præter intellectuales, vel exoriri vel pendere à mundi anima poſſunt.

## PLOTINI ENNEADIS IIII. LIBER III.

### DE DVBIIS ANIMAE I.

*Quam neceſſaria ſit conſideratio de anima: & quomodo aliqui ſuſpicantur, nos uiuere dumtaxat ex anima mundi.* CAP. I.

OPeræpretium eſt conſiderare, utrum omnes de anima dubitationes ſoluendæ ſint, an potius in dubitationibus ipſis lucrum nobis ſit collocandum. Nulla profecto res eſt, de qua diligentius & diutius inueſtigare tractareq; quàm de anima debeamus: cum ob alia multa, tum etiā quia ad utraq; cognoſcenda conducit, ſcilicet tam ad ea quorum eſt ipſa principium, quàm ad illa ex quibus efficitur. Sic ergo parebimus deo, præcipienti: Cognoſce teipſum. Præterea cū cætera omnia perſcrutari inuenireq; ſtudeamus, merito quid nam ſit hic in nobis inueſtigator, imprimis inueſtigabimus: præſertim cū id ipſum, quod in ipſis contemplationis ſpectaminibus amabile iocundumq; eſt, conſequi exoptemus. Eſt enim & in uniuerſo intellectu ipſum geminum: quapropter rationabiliter in particularibus intellectibus hoc quidem ita magis, illud uero aliter ſe potius habet. Conſiderandum inſuper erit, quomodo deorum ſuſceptacula fiant. Verum id quidē opportunius indagabimus, poſtquàm quo pacto anima ſit in corpore, quæſiuerimus. Nunc uero iterum ad illos regrediamur, qui aiunt noſtras quoq; animas ex ipſa uniuerſi anima eſſe. Forte enim nobis obiicient, non eſſe ſufficiens argumentū, quo minus noſtræ ſint partes illius, quod dicitur animas noſtras eouſq; procedere, quouſq; anima mundi ſe fundit, quodúe traditur intellectuales dotes habere perſimiles, etiam ſi id illi conceſſerint: eſſe nanq; dicent partes toti plerunq; conformes. Afferent præterea Platonem ipſum in medium, quaſi id opinantem, ubi probans animatum eſſe mundum, inquit: Quemadmodum corpus noſtrū pars eſt corporis uniuerſi, ſic & animam noſtram eſſe totius animę partem. Item quod dicitur & euidenter oſtenditur, ſequi nos totius mundi circuitū, & inde mores fortunasq; habere. Rurſus nos intra mundum genitos, merito ab ipſo continente animam noſtram accipere. Præterea quemadmodum unaquæq; pars noſtri à noſtra anima ſuſcipit, ita & nos ſimili ratione cum ſimus partes ad totum, ab ipſa totius anima tāquàm partes accipere. Poſtremo quod ſcribitur, omnis anima totius inanimati curam habet, idem prorſus ſignificare:

quaſi præter ipſam mundi animam nihil uſquam animæ [illegible] enim eſt quæ totum curat inanimatum.

*De duplici anima, & quòd animæ noſtræ non ſint partes animæ mundi.*

IN capite ſecundo notabis, imperfectum quodlibet in quouis genere [illegible] perfectum aliquid in eodem genere poſitum, per quod reducatur [illegible] ſupra genus: ideoq; animam ratione carentem velut imperfectam [illegible] eſt & inſtrumentis addicta corporeis, reducendam eſſe ad rationalem [illegible] mam, ſui iuris & in ſe perpetuo conſiſtentem: idq; faciendum eſſe tum in [illegible] nibus & ſtellis ſphærisq; & mundo. Quę opinio valde conſonat cum Peripate[illegible] lis motores rite locantibus, quorum alter corpori mobili ſit coniunctus, vt [illegible] ſit motor: alter autem ſit motor quodammodo ſeparatus immutabilisq; & [illegible] principium atque finis. Proinde Platonici quidam non legitimi, qui dice[illegible] mas eſſe partes animæ mundi, interea fatebantur ipſam mundi animam eſſe [illegible] diuiduam, ſempiternam, vnam, ſimplicem, vbiq; totam. Et propterea conſeq[illegible] quamlibet hominis animam eſſe animæ mundanę conformem, totamq; [illegible] attingentem quæ tangit & anima mundi. His vtique poſitis, non poſſunt [illegible] noſtras ita ſecare, ſicut vel magnitudo quædam in particulas, vel numerus [illegible] ſolet: ſic enim illa quæ dicitur totius anima, eiuſmodi diuiſione periret, neq[illegible] Non poſſunt inſuper illam in has diuidere, ſicut calor totius corporis in p[illegible] brorum diuidi videtur. Nam animam illi ſubſtantiam eſſe volunt in corp[illegible] Atqui calor ipſe non proprie ſecatur, ſed dimenſio in qua eſt calor: ideoq; v[illegible] bri calor ipſe communis potius eſt calor in parte corporis, quàm pars calor[illegible] diuiſionem per accidens quodammodo patitur, quatenus per extenſione[illegible] ter eſt extenſus. Anima vero non ita: Nam abſque vlla extēſione ſua [illegible] bus adſtat, vt diuiſibilia quæque diſtantiaq; perfecte connectat in vnum. N[illegible] ſum diſtribuere mundi animam ſic in noſtras, vt ſcientia tota in ſuas diſt[illegible] Nam ſiue nulla ſit præter notiones tota quædam ſcientia, ita non erit v[illegible] anima, ſiue ſit præter illas vna quædam, nō erit accommodata mundo, ſed [illegible] denique, ſic noſtras animas dici animæ mundanę partes, perinde ac ſi quis [illegible] ſtram in manu vel pede, eſſe partem totius animę noſtrę. Sic itaque [illegible] & omnino diuiſionis vocabulo abutūtur: vna enim eademq; anima [illegible] vbique tota ſimul, quæ cunctas in ſe animales potentias habet vbique. [illegible] bra velut inſtrumenta actiones exerceat, paſſiones quidem ſunt in [illegible] ſibilium paſſionum tandem vnus eſt, vnum exhibens de diuerſis [illegible] imaginatione, tum etiam ratione. Sic inquam ſit in nobis. Non poteſt [illegible] ter fieri & in mundo, in quo ſi vnica ſingulorum ſingatur eſſe anima, pote[illegible] ſi homines diuerſa pati: ſicut nunc in quolibet noſtrum inſtrumēta diuerſa [illegible] que iudicium adhibebitur, eadem opinio, intelligentia eadem. [illegible] nent paſſionis expertem, ſi modo verus ſit paſſionum rerumq; iudex: & [illegible] tientibus quodammodo ſegregatus, ideoq; vnicus, neque per varia inſtr[illegible] Vero cum contraria in hominibus inter ſe iudicia ſint, propriæ [illegible] propriæ quoque ſubſtantiæ ſint animarum: ſiquidem non per [illegible] ſubſtantiæ facultatem officium rationale peragitur.

*Non poteſt anima mundi in plures diuidi partes, ſicut corpora vel dimenſiones [illegible] porum qualitates.*

AD hęc igitur id primo dicendum, quod illi po[illegible] conformes, propterea quod eadem attingere [illegible] rim idem commune genus admittentes, [illegible] animæ non ſint partes unius: ſed probabilius [illegible] demq; eſſe, & quamlibet uniuerſam exiſtere. Vnam uero [illegible] quiddam redigent. Quod quidem non huius amplius uel [illegible] ipſum exiſtens, ſiue mundi, ſiue alterius, ipſum quidē [illegible] di & cuiuslibet animati uita facere indicatur. Recte [illegible] non omnem animam alicuius eſſe, quippe cum eſſentia [illegible]

quæ nullius prorſus exiſtat. Eas uero quæcunq; alicuius eſſe dicũtur, fieri aliquando ſecundum accidens, ideſt alicuius euadere. Forſan uero in his accipiendum planius, quomodo pars dicatur, modum quidem partium in corporibus apparentẽ, ſiue uniforme ſit corpus, ſiue difforme, dimittere decet: illud duntaxat ſignificantes, Quando in corporibus conſimilium partium pars nominatur, ſecundum molem, non ſecundum ſpeciem eſſe partem: ſicut in albedine poſſumus iudicare. Albedo enim quę eſt in parte lactis, nõ eſt pars albedinis quæ in toto lacte: ſed partis quidem eſt albedo, non autem pars eſt albedinis: ſiquidem albedo nõ eſt quantum aliquid, ſed per ſe omnino magnitudine carens. Et id quidem ita ſe habeat. At quando in rebus quæ non ſunt corpora, partem dicimus, uel ita ut in numeris accipimus partem, ſicut binarius dicitur pars denarii. Sit autem in numeris tantum puris id dictum. Vel ſicut circuli & lineæ pars dici ſolet, uel tanquàm propoſitio ſiue notio dici pars ſcientiæ conſueuit. In unitatibus quidem atq; figuris neceſſarium eſt quemadmodum & in corporibus, minui tum totum ipſa per partes diuiſione, tum minores toto partes ſingulas eſſe. Hæc enim cum ſint quanta, & ſuum eſſe in ipſo quanto poſſideant, non idem quantum exiſtentia, neceſſario maiora fiunt atq; minora. Hac certe conditione pars in anima dici non poteſt: non enim in ea ita quantum eſt, ut tota quidem ſit ceu denarius, pars uero ut unitas Contingent profecto & alia abſurda permulta, & procul dubio decem, non ſunt aliquid unum. Præterea uel unaquæq; unitatum erit anima, uel anima ipſa ex cunctis inanimatis conſtituetur. Accedit ad hæc, quod pars totius animæ conceſſa eſt uniformis exiſtere. At in continuo nõ neceſſarium eſt, partem eſſe talem, quale exiſtit & totum, ſicut circuli uel trianguli partes. Aut certe nõ omnes particulæ ſimiles ſunt, in quibus licet partem accipere, ceu triangulos in triangulis. Sed in his accidit per uaria permutatio. Animam uero uniformem eſſe fatentur. Item in linea pars quidem habet ut linea ſit, ſed hic quoq; magnitudine differt. Verum in anima, ſi differentia magnitudine ſumitur, partialis uidelicet animę ad totam animã quantum quiddam erit & corpus: quippe cum differentiam ipſam qua eſt anima, à quanto ſuſceperit. At omnes conceſſæ ſunt eſſe ſimiles atq; totæ. Conſtat præterea, neq; ita eſſe diuiſam, ut magnitudines diuiduntur: neq; illi etiam totam ſecari in partes confiterentur: alioqui totam ipſam ſunt funditus perdituri: & ſi quæ ab initio fuerat uniuerſa, iam nomẽ erit ſolum. Ceu ſiquis uino in multa diſtributo, quod ſingulatim eſt in poculo, uini totius dixerit eſſe partem. Sed nunquid ita pars in anima ſumitur, ſicut propoſitio quædam pars totius ſcientiæ nuncupatur? Ipſa quidem ſcientia tota nihilominus integra permanente, partitione uero ſic ſe habente uelut prolario quadã actusq; cuiuſq;. In hac quidem re, unumquodq; totam in potentia ſcientiam habet: hæc uero nihilominus eſt interea tota. Quòd ſi hoc pacto pars in anima & uniuerſa & cæteris cenſeatur, profecto anima uniuerſa, cuius partes aliæ ſunt eiuſmodi, non erit alicuius anima, ſed penes ſe ipſa conſiſtet: neq; igitur erit anima mundi. Sed hæc quoq; erit quædam earum quæ in parte ponuntur.

eraſcendunt: neque finges eas nihilo ab anima mūdi differre, quaſi ſint quædam propagines eius per mundi corpus. Nec aliter anima mea à tua differat, quàm quia differunt inter ſe corpora, per quæ facta fuerit propagatio: nec aliter vtraque differat ab anima mūdi, quàm quia illa quidem ſit radix planta'ue prima, hæ vero ſint ex illa propagines. Sic enim intellectualis ipſa ocratis anima poſt obitum in mundi animam (vt fingitur) reſoluenda, dum propriam, per ierit exiſtentiam, eſſe omnino deſinet, quando acceſſerit ad eſſe perfectum. Quod quidem intellectualis natura non patitur, non externis ad diſtinctionē ſuam terminis indigens, ut liquores atque lumen: ſed velut exactior, intimis in ſpecies ſuas & exiſtentias terminis diſtributa. Probatum ſatis in Theologia fuerit, rationalem animam quatenus intellectualis eſt, tantò perfectius ſe habere, quantò lōgius ſeipſam à corpore ſeparauerit: perfectius inquam ſe habere ad propriam ſui ſubſtantiam peculiaremq; proprietatem. Cum vero ſummopere à corpore ſeparetur in obitu, tunc ſane neceſſe eſt propriam huius animæ ſubſtantiam eſſe perfectā. Vnde fingere liceat nemini, mentes ſingulas in vnā quandoq; cōfundi, ſubitoq; diſperdi.

*Non licet fingere, eſſe unicam tantum in cunctis hominibus mundi animam: ſicut dicimus in cūctis hominis unius membris, eſſe unam hominis animam.* CAP. III.

SEd nunquid ita partes hic accipiendę ſunt, ac ſiquis in uno quodam animali dicat animam, quæ eſt in digito, partē eſſe totius animæ quæ eſt in toto animali. At uero hic ſermo uel nullam efficit animam extra corpus eſſe, uel omnē non in corpore, ſed extra corpus mundi illam quæ mundi anima dicitur. Conſideratione quidē id dignum eſt, ſed impręſentia quaſi per imaginem eſt agendum. Si enim totius anima omnibus particularibus ſeipſam præbeat animātibus, atq; ita quęlibet ſcilicet anima pars dicatur: nā ſi diuiſa eſſet, nequaquàm unicuiq; ſe præberet, profecto eadem ubiq; tota erit, una inquam & eadem in multis ſimul exiſtens. Sic autem nequaquàm obtineretur aliam quidem animam eſſe totam, aliam uero partem, in his præſertim quibus eadem adſit potētia: quandoquidem & ubi aliud alteri officium eſt, aliud uero alteri, uelut oculis atq; auribus, non aliam animę partem oculo, aliam auribus adeſſe dicendum, nā aliorum eſt diuiſio talis: ſed prorſus eandem, quamuis alia in utriſq; potentia ſe exerceat, ſunt enim in utriſq; omnes: ſed propterea quod differentia ſunt inſtrumenta, differentes quoq; apprehenſiones fieri eſt putandum. Omnes tamen ſpecierum eſſe, atq; in ſpeciem redigi omnino potentem, formari per omnia. Patet uero hoc ex eo etiam, quod neceſſarium ſit omnia in unum deniq; peruenire. Naturam uero inſtrumentorum, per quæ peruenitur, cōſtat non poſſe cuncta ſuſcipere. Et paſſiones quidem inſtrumentis fieri differentes, iudicium uero ab uno eodemq; agi uelut iudice, tum quæ dicuntur, tum quæ aguntur, pariter aduertente. Verum quod unū ubiq;, dictum eſt indifferentibus etiam actionibus. Quod ſi uelut ſenſus duntaxat ibi ſint, non licet unumquodq; ipſorum intelligere, ſed potius illam: ſi autem propria intelligentia ſit, nimirum quęlibet in ſeipſa conſiſtit. Quando uero & rationalis ſit anima, atq; ita rationalis dicatur ut tota: quod dicitur pars, non pars quidem totius, imò idem erit omnino.

*Confirmantur ſuperiora, & docetur quomodo fiat diſtinctio in intellectu, & quomodo debeat in anima fieri: & quomodo aliqui fingant diſtingui ad tempus animas, iterumq; confundi.* Cap. IIII.

QVid ergo dicendum erit: ſi modo ita ſit una, quando quiſpiam hinc nos percontabitur: primo quidem dubitans, nunquid ita poſſit eſſe ſimul in omnibus unum: deinde quādo anima in corpore ſit, quomodo & alia ſit extra corpus. Forte enim cōſequēs

erit,

erit, omnem in corpore ſemper eſſe, præſertim animam uniuerſi: ſicut noſtra, corpus relinquere dicitur: & ſi nonnulli aiunt, hoc qui licturam, non tamen omnino extra corpus fore. At ſi omnino ex erit, quo nam pacto hæc quidem deſeret, hęc uero nequaquàm, cu In ipſo quidem intellectu qui alteritate diſtinguitur in ſeipſo, ſeo tes præcipue inter ſe, ſimul tamen exiſtentes ſemper, ſiquidem impartibilis eſt, nulla unquàm talis incidet dubitatio. At uero im circa corpora dicitur eſſe partibilis, hoc ipſum quod dicitur uni mnes, multis nos dubitationibus implicat. Niſi quis ipſum qu ſeipſo firmauerit, in corpus minime decidens: deinde omnes ab tius animam quàm alias, uſq; ad certum quiddam uelut ſimul atq; unam ex eo quòd nullius proprii fiant, eſſe dixerit. Termin ſuſpenſas ſimulq; conſpirantes penes ſuperna, interim huc & illuc atq; porrigere, inſtar luminis, quod quidem in terra iam eſt per di ſtributum, neq; tamen à ſeipſo diſiunctum, ſed eſt nihilominus nimam uniuerſi ſemper ſupereminere, propterea quòd nō accid ſio neq; degeneratio ad inferius, neq; conuerſio ad ſequentia. No minus excellere, ex eo quòd certa pars eis in mundo ſit aſſignata, ora ſe flectant ob naturam corporis cura & ſolicitudine indigente ro mundi anima per infimam eius partē ſimilis eſt ingentis arbo quæ ſine labore atq; ſolicitudine gubernat plantā. Infimum uero ſtrę ita ſe habet, uelut ſi in putrefacta arboris parte puſilla quęda generentur. Sic enim ſe habet animatū corpus in uniuerſo. Alia conformis ſublimi parti animę uniuerſi ita ſe habet, uelut ſiquis a malibus in planta genitis curandis incumbat, & in planta colen tur. Aut forte ſiquis dicat, ſanum quidem hominem & cum aliis rentem eſſe penes illa, quibus ſeipſum uel agendis uel ſpeculandis ęgrotantem uero & in curando corpore occupatū, dicat penes co eſſe, & iam ipſius corporis eſſe factum.

*Intellectuales animæ non per accidētalia, ſed per eſſentialia propria inter ſe diſtinguuntur ... tæ animæ dicuntur eſſe una, atq; ab una.*

CVm enim primus intellectus & eſſentia prima ſit idem, merito intellectus ... ſentiæ veræ: ideoq; veris inter ſe differentijs diſtributę, id eſt non per acci ... minis acceptis extrinſecus, vt diuiſæ continui partes, & ipſæ inter ſe ... materiales formæ, ſed pro dignitate eſſentiarum ſuarum in ſe ſubſiſtentium ... differētijs & terminis diſtinguuntur. Verius enim diſtinguitur hoc ab illo ... etate formali, quàm ſi materiali diuiſione, vel accidente, vel loco. Quilibet ... eſſentiam ſuam & eſſe poſſidet in ſua quadam intima prorſus identitate & ... teritate. Identitate inquam, prout eſt ſimpliciſſima forma à ſua ſimplicitate ... teritate rurſum, prout eiuſmodi forma per ſeipſam talem velut per ... qualibet alia, & à quolibet alio diſtinguitur intellectu. Quòd ſi primo ... permanet ſemper procul à confuſione diſcretus. Cogita in mente ... id eſt ideam animarum intellectualium generalem, in qua conceptæ ... & illa idea quidam intellectus eſt ibi, & hę ſpecies ibi quidam ... autem illic inter ſe ideales intellectus eiuſmodi non quidem ... enim hactenus ſubſtantia eſt: ſed ratiōe quadā & proprietate formali ... di proprietates ſi cogitātur extra prodire, diſtinguūtur ſubito magis ... ſtētijs: adeo enim intus ſunt efficaces, vt foras agāt nō accidentale ... ſtātias, diuerſas pro rationū diuerſitate formaliū. Subſiſtit ...

deuntes ab intellectu primo intellectuales imprimis exiſtũt. Quoniam vero & ipſæ ſunt ad modum efficaces ad concepum videlicet intimum, ideo vnaquæque proprietatem quandã exprimit in ſeipſa ex intellectuali iam animalem, magiſq; in plura diſtinctam: ſicut vel à ſcintilla radius emicat, vel ab intimo imaginationis verbo ſimpliciore verbũ in prolatione multiplicius iam mobiliuſq; producitur. Prodeunt igitur ex vna ideali anima foras animæ multæ, cum mundi, tum etiam aliorũ: quę etſi differentes ſubſtantię ſunt, ſunt tamen inter ſe quodammodo vnum triplici potiſſimum ratione, tum quia ſub eadem idea cunctæ, tum quia locis & temporibus minime diſiunguntur, tum etiam quoniam per intellectuales ſuos quælibet apices vno eodemq; ſecundum actum formantur intellectu diuino, eundemq; cũctæ perpetuò contuentur: mitto quòd ad eundem naturaliter omnes conferunt vniuerſalis prouidentiæ [illegible].

*Quomodo intellectus humani profluant ab intellectu diuino inter ſe diſtincti, atq; ita permaneant: [illegible] in ſeipſis, & quaſi ſub ſe naturas concipiant animales.* CAP. V.

SEd qua nam ulterius ratione hæc quidem tua eſt, hæc uero huius, illa deniq; erit illius? An forſan huius quidem eſt ſecundũ ipſius infimum, non aũt huius, ſed illius potius per ſupremum? At uero ſic Socrates quidem erit, quando in corpore ipſa Socratis anima fuerit: interibit autem, quando maxime erit in optimo. Sed certe [illegible] nullum perit: quandoquidem & intellectus ſibi non pereunt: quoniam non ſunt conditione corporea in unum ſecti, ſed ibi permanet unumquodq; in alteritate, ſeruans ipſum idem, quod ipſius eſt eſſe. Sic itaq; deinceps & animæ ſuſpenſę illinc, ſecundum quemlibet intellectum & rationes [illegible] intellectuum exiſtẽtes magiſq; explicatæ quàm illi, quaſi iam multum quiddam ex pauco factæ, & contiguæ pauco, impartibiliori illorum cui [illegible] diuidi iam uelle uidentur: neq; tamen ad ſummum partitionis progredi [illegible]. Seruantes enim ipſum idem ſimul & alterum, manet unaquęq; unũ, & ſimul unum cunctæ. Dictum profecto iam eſt, quantum ſpectat ad diſputationis ſummam, omnes animas ex una deduci: ex una inquam multas eodem tenore cum intellectu, diuiſas eodem ordine atq; etiam non diuiſas. Atqui ratio una mentis eſt anima illa quæ permanet, & ab ipſa rationes [illegible] immaterialeſq; ſicut & ibi.

*Quomodo anima quelibet rationalis eſt oĩa: & quomodo differãt inter ſe ſpecies rationaliũ animarũ.* VI.

S[illegible] omnium principium propter ſummam tum ſimplicitatem eſt ſuper omnia, tum [illegible]atem mox efficit omnia. Intellectus igitur eius filius eſt primum omne, ideoq; eſt o[illegible] perfecte: & iccirco quęlibet eius idea eſt omnes ideę. Anima igitur ab idea propria [illegible] & proxime profluens ſecum contrahit omnia: quęlibet igitur intellectualis anima eſt vniuerſum. Id totum rurſus ita confirmo. Primum in quolibet genere & ſimpliciſſimum [illegible] & ibidem cõtinet omnia. Cum igitur intellectus ipſe primus ſit prima forma, merito & vniformis eſt, & omniformis exiſtit: itaque omnis rationalis anima quatenus intellectualis eſt, non ſolum forma ſimpliciſſima eſt, ſed etiam eſt omniformis & omnia: omnia inquam actu, ſicut & intellectus ipſe eſt actu omnia. Quatenus autem anima non tam intellectualis [illegible] quàm animalis euadit, retinet quidem munus idem quo ſit adhuc omnia: ſed [illegible] perfecte retinens eſt iam in potentia vniuerſum: & merito, quando deus eam rerum [illegible] collocauit, eam ex omnibus temperauit. Temperauit autem ita diuerſas ſpecies animarum, vt anima quæ mundi vniuerſalis vita fe[illegible]x, ad intellectum ſemper conuerteretur [illegible], atque vniuerſaliter inſuper & inſuper attentiſſime. Vnde factum eſt, vt vni[illegible] ſemper totius gereret prouidentiam, atque hanc poteſtate mirabili, ideoq; & facili[illegible]fica: ſiquidem poteſtas omnis venit ex alto. Animæ vero reliquę poſt hanc cæleſtes [illegible] quidem vniuerſum conuerterentur, nec tamen adeo vniuerſaliter nec atten[illegible] pari, ideo prouidentiam neque tam vniuerſalem agunt, neque etiam tam potentem. Inferiores tandem his animæ ita conſtitutę ſunt, vt aliquando ad intellectum ſe verterent vni[illegible] [illegible] vniuerſaliter vel attente. Ideoq; aliâs cum vniuer

[illegible] quod & vnum aliquid eſſe. Non enim per externa, ſed per interna diſtinguitur eſſentia ſimplex, permanens in ſeipſa, vt nemini liceat ſomniare, noſtras animas perſonalibus quandoque [illegible] proprietatibus in generalem quandam animam confundendas. Res quidem corporeæ ex materia formaq; compoſitę vnitatem ſpeciei perpetuā ſucceſſione conſeruant, vnitatem vero numeralem propriamq; nequaq̄. Atqui neque ſpecialem conſeruarent in ſe vnitatem, niſi ab anima generationis fonte perpetuo hanc haurirent. Anima igitur tanquàm longe præſtantior vnitatem in ſeipſa quælibet numeralem propriamq; retinet ſemper, non ſolummodo ſpecialem: imò ſicut per ipſam compoſita quæ diſſoluuntur ſimilibus temporibus redeuntibus, ſimilia prorſus & eadem ſpecie reuertuntur: ſic anima mutans quodammodo in ſeipſa formam uelut præſtantior corpore ad eandem numero quandoq; redit: & ad idem corpus eandemq; perſonam. Poſthac vbi quæritur, quomodo forma ſimplex intel- [illegible] anima ſiue mundi ſiue noſtra dicatur aliquando infinita, reſpondetur, Non quia in infinitum diuidi queat, ſed quia ſine fine vigeat, & vbique & ſemper agere poſſit. Sic igit̃ nec [illegible] mundi vel in animas diuiditur infinitas, vel qualitatis corporeę more diſtēditur, qua- [illegible] moles mundi protendit, ſed vnica permanet: & quantumcūque corporis ex ea quicq̄ [illegible] accipere, ipſa ubiq; integra uegetat. Animæ quoq; noſtræ ſicut non fiunt numero totidē, ex tot corporeis portionibus atq; qualitatibus: ſic neq; protēduntur in molem & more [illegible] extenduntur extenſa materia: ſed & totidem ſunt, quot proprietates intimæ: & [illegible] molis ad earum præparatur influxum, tantum formant in diuiduo quodam & vbique toto perpetuoq; vigore. Neq; ſecatur anima noſtra in plures animas, ſiue propter diuerſa membra, ſiue membro quolibet amputato: ſicut nec anima mundi ipſa in ſe vel diuiditur, vel fit plures animæ, partibus inter ſe mundi diuiſis. Hæc enim vna permanens, quantūcunque diſiungatur pars mundi viuens hæc ab alia, tamen tota ſimul eſt in vtraque. Eſt & in medio propter continuitatem materiæ primę, imò & eſſentiæ quintę, quæ eſt proprium animæ ſuſceptaculum. Inter hæc ſi cui Plotinus videtur in plantis & animalibus ex putrefactione genitis non aliam ponere animam quàm mundanam, tu caue ne facile id conceſſeris: id enim ipſe videtur in libro de animę immortalitate refellere. Dicēs ergo, ipſam mundi animā omnibus quidem talibus eſſe pręſentem, neque cogi hanc ipſam plures fieri animas propter [illegible] plures atque animātes: ſed interea non hanc ſolam his eſſe vitam, quāuis ipſa vitas [illegible] atque animas. Quæ quidē animæ ſi à Platonicis aliquibus, & ab ipſo Plotino [illegible] eſſe ſecundum proprias ſubſtantias ſempiternæ, non tunc primum ab anima mundi generabuntur: ſed vniuerſali illius inſtinctu genitis infundentur. Poterit & aliquis dicere [illegible] quidem vitam eſſe perpetuam: ſed animas, ſi quæ ſunt tales, proprio motu ca- [illegible] tam in ſe quàm in cōmuni poſt obitum vita ſubſiſtere. Quę vero proprios edunt motus præſertim ſi liberos, propriam quoque formam per ſeipſas perpetuo cōſeruare. Semper vero memento, præter vitas animantiū proprias ſubeſſe cunctis cōmunem uim ex mundi anima vegetalem in arbore mundano totam vbique vigentem, quæ & præparet materias [illegible] proprijs animabus, & tempore certo conſeruet, & in vnum uiuentia cuncta cōciliet. Hunc Pythagorici, referente Sexto Pyrrhonio, eſſe dicunt ſpiritum in modum animæ rebus cunctis infuſum, qui homines conciliet cæteris animātibus, conciliatos aliunde numinibus. [illegible] ente cōmuniter, accedit in nobis [illegible] rationalis anima: atq; ſub hoc cōmuni [illegible] deinceps lumen proprie peculiarisq; uitę diffundit in corpus: quod & in obitu [illegible] contrahat proprium, quēadmodum & mūdi anima ſuum, atq; cōmune conſeruet.

*Quomodo animæ differant: & quomodo ſint immortales in propria forma reſtantes. Et quomo- [illegible] ad uitam omnibus conferat.* CAP. VIII.

ATq; hæc quidem ita nobis ſoluta impræſentia fuerint. Præterea hoc ipſum quod animę inter ſe compatiantur, rationes noſtras impedire non debet. Nempe cum ex eadem omnes ex qua mundi anima profluant, nimirum compatiuntur & inuicem. Iam uero [illegible] eſt, tum unam eſſe, tum multas: dictum quoq; de differentia par- [illegible] dictum deniq; de animæ differentia, & nunc ſummatim quoq; [illegible] Dicimus itaq; pręter corporeas differentias animas inter ſe differre [illegible] maxime, tum in cogitationis officiis, etiam ex præcedenti- [illegible] inſtitutis. Nam in Republica ſcribitur à Platone, ſecundū [illegible] ab animabus ſequentes eligi uitas. Siquis autem omnino

*Anima unitatem retinet numeralem.*

*Animarum differentiæ.*

animæ ipſius naturam conſideret, hic quoque poſuit differentias, ubi gradus ſecundos tertioſq; diſpoſuit. Præterea dictũ eſt, omnes animas eſſe omnia, ſecundum uero quod operatur in ipſa, quamlibet eſſe: hoc autem eſt aliam quidem in actione uniri, aliam in cognitione, aliam appetitu: atq; inſuper ex eo differre, quod alia aliæ intuentur, & quæ intuentur, eadẽ ſunt & fiũt. Plenũ quoq; munus atq; perfectum conuenit animabus, neq; tamen omnibus idẽ, ſed ita ſe habent, ac ſi uniuerſa earũ coordinatio uaria eſſe dicatur: una enim eſt ratio uniuerſa, multiplex atq; uaria, uelut animal aliquod animale atque multiforme. Quod ſi ita eſt & coordinatio eſt, neq; entia ſunt à ſeinuicem penitus diſgregata, neq; quicquàm temere factum in ipſo entium ordine alicubi reperitur, neq; etiam in corporibus: iccirco & conſequens eſt extare quẽdam numerum conſequentẽ. Nam & conſiſtere oportet entia, ipſaq; intelligibilia eadem eſſe, & unumquodq; eſſe numero unum: ſic enim de unoquoq; hoc aliquid dicitur. Vbi enim in genere corporum naturaliter fluunt ſingula, utpote quæ aduentitiam ſpeciem ſortiuntur, nimirum eſſe ſecundum ſpeciem hic perpetuum imitatione quadam entium reperitur. At penes entia utpote quę non ex compoſitione ſunt, ipſum eſſe eſt in eo quod eſt numero unum, quod quidem exiſtit etiam ab initio, neq; fit quod ante non erat, neq; quod eſt non erit: quoniam & ſi quid erit quod ipſa faciat, certe non ex materia faciet. Quod ſi ita eſt, oportet aliquid etiam ex ſeipſo eſſentiale adiungere: quapropter hoc ipſum circa illud permutatio erit, ſi nunc plus facit aut minus. Præterea quæri poteſt, cur agat nunc, neq; eodem modo ſemper? Atqui & quod factum eſt non erit ſempiternum: ſiquidem plus admittit & minus: anima uero tale quiddam poſita eſt. Quomodo igitur infinitum erit, ſi firmabitur? Forſan potentia infinitum, quoniam infinita eſt ipſa potentia, nõ tanquàm quæ diuidenda ſit in infinitum, quando & deus non eſt terminatus. Sic itaq; ſe habent & animæ: non enim per terminum alienum eſt quælibet id quod eſt uelut tanta, ſed ipſa quantũ uult exiſtit: neq; unquàm adducitur, ut extra hoc ipſum digrediatur, ſed profluit quidem per totum: quod ex ipſa ita natura comparatum eſt, ut per corpora in corpora currat: neq; tamen à ſeipſa diſtrahitur, quãdo ineſt & in digito manus ſimul & pede. Sic utiq; & in uniuerſo in quodcunq; percurrit, in alia atq; alia uelut parte plantę: & ſecta parte aliqua reſtat in planta priori, & in eo quod ab ipſa ſeparatum eſt: unum nãq; eſt uniuerſi corpus, & tanquam in uno eſt ipſius ubiq;. In putrefacto autem animali ſi plura ex ipſo animalia oriantur, illa quidem non ulterius totius animalis anima eſt in corpore: non enim habet tunc ſibi proprium ſuſceptaculum, neq; etiam periit. Quæ uero ex putrefactione apta ſunt ad animalium genituram, partim quidem horum, partim etiam illorum accipiunt animã, quippe cum anima ipſa nuſquam deſit: cum tamẽ aliud hanc accipere poſſit, aliud nequeat: & quæ ita uiuentia fiunt, nõ cogunt plures animas eſſe, dependent enim ab una, quatenus illa permanet una. Quemadmodum & in nobis quando aliqua amputantur, pro quibus alia pullulent, ab illis quidem abeſt anima: his autem ſeſe adhibet, quatenus una permanet: in uniuerſo autem

permanet

[illegible] ſemper una. Quæ uero in uniuerſo ſunt, alia quidē uitam retinent, alia uero nequaquam: cum tamen interea eædem perſeuerēt ipſius animæ uires.

*Quot modis inſinuetur anima corpori: Et qualis ſit anima mundi, & quomodo faciat mundum & dimenſionem eius. Et quomodo ſit ubique.* Cap. IX.

IN capite libri nono, ubi ſecunda incipit quæſtio, quomodo inſinuatur anima corpori, [illegible] duobus in primis id fieri modis. Nam aut ab incorporeo ſtatu, aut à corpore uenit in corpus. Et hoc quidem ſecundum diuiſionis membrum in quatuor iterum membra diuiditur. Nempe aut à liquido corpore tranſit in liquidum, aut à liquido in ſolidū, aut à ſolido in aliud ſolidum, uel à ſolido rurſus in liquidum. Vbi notabis ſiquādo ex Plotini ſententia omne corpus exuere poſſit, excogitare poſſe ſemper extra corpus eſſe uicturam: quod & Plato in Phædone ſignificat, & Porphyrius atque Iamblichus ſuſpicantur. Sin autem ut ait Proclus, ſemper eſt in aliquo corpore, poterunt conſequenter fingi uiciſſitudines corporum ſempiternæ. Vt autem cognoſcas quomodo anima tua, imò prius quomodo mundi anima [illegible] corpori, cogita in anima mundi uim intellectualem eius, in ſummo ceu [illegible] rationalem in medio, ut ſplendorem: uegetalem in infimo, ut calorem. Præterea circa eius eſſentiam conſidera duo. Primum, prout ipſa aliud quiddam eſt quàm illa tria. Secundū prout [illegible] iam illis eſt inſignita. Iam uero quo momento eſt aliud, quodammodo obſcura eſt, & deformis, & frigida: obſcura quidem, nondum habens intelligentiæ lucem: deformis item, nondum rationis ſpelndorem poſſidens: frigida denique, non adhuc adepta uegetalis naturæ fomentum. Ex hac ergo eſſentia ſic egena cogita prodire primam mundi materiam [illegible] egenam & omnino tenebroſam, deformemque & frigidam: ſed interim ab eſſentia, [illegible] tribus iam illis eſt inſignita, contemplare mundi materiam prodeuntem proti[illegible]. Per intelligentiam quidem formis penitus permanentibus: per rationem uero formis, quæ moueantur ſtabiliter: per uegetalem denique formis, quæ mobiliter moueantur: [illegible] intelligentia rationeque procedunt, tam naturaliter inde profluant quàm [illegible], quæ uegetali natura naſcuntur. Atqui ſic anima mundi prædita in mundo [illegible] exemplar præcipuum (ut Timæus innuit) non mobilem & quaſi generabilem ſpe[illegible] naturam uel rationem, ſi modo ſit ratio mobilis: ſed intellectualem potius formam o[illegible] generationis expertē, ſiue ſit animalis intelligentia, ſiue prima. Cogita rurſum animam [illegible] mobilis eſt intrinſecus, naturaliter annixi, ut eatenus moueatur extrinſecus: ex hoc [illegible] materiam iam natam ſtatim longe lateque protendi, adeo ut ex animæ motu [illegible] dimenſio materiæ ſit exorta, ſimul & mundi motus. Sic ergo locus inde ſimul na[illegible] tempus: locus, quem habitet anima uegetando: tempus, quo locum, id eſt corpus [illegible] uegetando. In exemplari primum intellectuali deſtinata eſt idealiter certa tum mūdi [illegible] narum dimenſio rerum: ad quam ſane deſtinationem tanta ſuborta eſt ad motū [illegible] efficacia in uegetali natura: quæ pro menſura tali tantam mundo quantitatem ex[illegible] mundanis, quanta ſimul & quantæ præſignantur in ipſa mentis idea. Poteſt [illegible] per eſſentiam ſuam tota ſimul adeſſe parti cuilibet mundi tam grandis: quo[illegible] hic eſt factus, quantum ipſa proceſſit quæ procedendo fecit. Et ipſa quidem [illegible] dimenſio eſt, neque qualitas extenſa dimenſione: ſed indiuiduum quiddam, non [illegible] dimenſionis terminus alicubi in dimenſione ſignatus; ſed inde ſolutum [illegible] extra totum quantitatis genus in quodam plus quàm ſubſtantiæ genere, mo[illegible]ſſimo naturæ uirtutiſque ſupereminens interuallo. Vnde hoc ipſo indiuiduo [illegible] molem poſſidet, neque totum poſſidetur ab ipſa.

[illegible] *Quot modis inſinuetur anima corpori. Et qualis ſit anima mundi. Et quomodo faciat [illegible] dimenſionem eius: & quomodo ſit ubique.* CAP. IX.

*Animæ duobus modis corpus ingreditur.*

DVbitandum eſt præterea, quomodo anima inſinuetur corpori: non enim minori hoc admiratione & inueſtigatione dignum eſſe uidetur. Duplex autem modus eſt per quem anima corpus ingreditur. Vnus quidem fit, anima iam coniuncta corpori atque [illegible] corpora commutante, uel ex corpore aereo ſiue igneo in terrenū [illegible] quam multi non nominant commutationem corporum, quæ [illegible] eſt unde inſinuatio ueniat. Alter uero modus eſt, quo ani[illegible] in corpus quodlibet labitur: quod quidem primum ani[illegible] commutatum eſt. Operæpretium eſt inprimis de hoc [illegible]

 pſu conſide-

omnia facilitate mirabili: cum enim ex ea pendeat tota mundi moles eiusq; forma, nihil uſquã ei poſſe reſiſtere: præſertim quia inde omnia ſub ſequenti ſerie ita dependent, ut agentia uel leuiſſimo primum nutu pulſata, mox omnia moueantur, atq; ad actionem primi mouentis finemq; conducant. Proinde quæ non uiuunt, foras & in alienam tantum materiam agunt, in ſeipſis uero torpent: quæ uero uiuunt, agunt etiam in ſeipſis, aguntq; perpetuo. Anima ergo uiuendi principium, mundana præcipue, agit ſemper atq; potiſſimum in ſeipſa, prout intelligentia eius, hinc quidem ſuam rationem format, inde ſuam quoq; naturam. Atqui & ratio naturaliter ſecum ipſa diſcurrit, & omnia turget, geſtitq; ſeminibus rerum omnium, etiam corporum diuinorũ: Ex quo quidẽ intimo rationaliq; per rationes rerum ſeminales motu naſcitur forma rationalis mundi ſimiliter omniformis, forma inquam animæ quamſimilli-ma. Si enim generantia quæ ſequuntur, ſibi ſimilia generare contendunt: nimirum uniuerſalis & proximus hic mundi genitor mundum ſibi generat quamſimillimum.

*Anima mundi generat mundum, non electione, ſed naturali fœcunditate: plena rationibus, plenum formis ſimilibus rationum.* CAP. X.

CVm hæc cõſiderauerimus, oportet rurſus ad id reuertẽtes quod ſemper ita ſe habet, entia cuncta ſimul accipere, uelut aerem, lumen, ſolem uel lunam: & lumẽ ſolemq; rurſus omnia ſimul, habentia tamen ordinem primorum ſecundorumq; & tertiorum: & hic animam ſemper conſiſtentem, cõſiderare. Deinde prima, & quæ deinceps uelut ignis ultima in poſterius, primo uidelicet ex extremo uelut umbra ignis conſiderato: deinde hoc etiã ſimul illuminato, adeo ut ſpecies quaſi ſuperferatur in id adhibitum, quod primo factum erat prorſus obſcurum, ipſumq; ueſtiat: ornatum uero eſt ſecundum rationem, ipſius animæ poteſtate, habentis ſcilicet per totã ſeipſam uim, qua per ratiões exornet. Quemadmodũ & in ſeminibus rationes fingunt formantq; uiuentia quaſi exiguos quoſdam mundos. Quicquid enim attingit animam, ſic inde perficitur, prout eſſentia animæ naturaliter ſeſe habet. Hæc autem facit nõ aduentitia quadam ſententia, nec conſilium conſiderationem'ue expectans: ſic enim non per naturam, ſed per artem faceret acquiſitã. Nam ars ipſa poſterior eſt, atq; imitatur umbratilia debiliaq; imitamina, fabricans ludicra quædam paruiq; momenti, multis ad ſimulacra fingenda machinis utens. Anima uero per ipſam eſſentiæ poteſtatem ſic eſt domina corporum, ut hæc non aliter fiant atq; diſponantur, quàm ipſa perducat: quippe cum ea etiam quæ ab initio fiunt, ipſius uoluntati nequeant reluctari. In rebus nanq; ſequentibus ob mutua paſſim impedimenta ſæpe materia ſic impeditur, ut formam non recipiat propriam, quam uidelicet uolebat ratio in paruo quodam ſeminario deliteſcens. Ibi uero cum uniuerſa etiam forma inde fiat, & quæ fiunt, ordinem ſimul habeant: nimirum quod efficitur, abſq; labore impedimentoq; prouenit pulchrum. Conſtituta uero ſunt in ipſo alia quidem deorũ delubra, alia hominum domicilia, alia aliis accõmodata ſimiliter. Quid enim potius debuit ab anima fieri, quàm ea ad quæ facienda uim habet? Ignis nanq; propriũ eſt, calida facere, & cuiuſdam alterius, frigefacere. At animę opus partim quidem ex ipſa in aliud, partim etiam in ſeipſa: in rebus quidẽ inanimatis quod eſt ex ipſis, quaſi conſopitum iacet in eis: quod autem tendit in aliud, poteſt nititurq; quod inde pati poteſt, ſibi ſimile reddere. Iam uero id omnibus eſt commune, ad ipſam ſui ſimilitudinem in agendo contendere. Animæ uero opus, & quod eſt in ipſa, uigilans quiddam eſt & efficax: & quod tendit in aliud, eſt

ud, eſt perſimile. Efficit ergo ut & alia uiuant, quæcunq; per ſe non uiuunt: taliq; uita uiuant, quali uiuit & ipſa. Hæc igitur uiuens in ratione, tradit & corpori rationem, uelut ſuæ rationis imaginem. Etenim quantum uitæ impartit corpori, uitæ eſt imago: ſimulq; formas impartit corporeas, quarũ poſſidet rationes. Habet autem & deorum rationes, & omnium: quapropter hic quoq; mundus omnia poſſidet.

*Magica trahit uim proprie ab anima mundi dijsq; mundanis, per hæc à superioribus.* Ca. XI.

*Animæ natura ductu facilis.*

ATqui mihi uidentur ueteres ſapientes quicunq; optabant ſibi adeſſe deos, ſacra ſtatuasq; fabricantibus in ipſam uniuerſi naturã mentis aciem direxiſſe, atq; inde animaduertiſſe naturã animæ ubiq; ductu facilem admodum pronamq; eſſe, omniumq; facillime poſſe capi: ſiquis fabricauerit aliquid, quod facile ab ipſa pati poſſit, patiendoq; portionem aliquam ab ipſa ſortiri. Facile uero patiens eſt, quod qualicunque modo imitationi aptum eſt, uelut ſpeculum ſpeciem quandam arripere potens. Etenim uniuerſi natura omnia mirabili quodam artificio fabricat ad illorum imitationem, quorum in ſe poſſidet rationes: cumq; ſic unumquodq; fiat, certe ratio in materia, quæ ſecundum rationem materia ſuperiorem formata eſt, coniuncta eſt illi deo, ſecũdum quem genita fuit, & in quem ſuſpexit anima, habuitq; dum faceret. Proinde neq; poſſibile erat hic aliquid fieri diuinitatis expers, neq; rurſus illam ad iſta deſcendere: illa ſiquidem mens ipſa eſt ceu ſol diuinus, qui nobis eſto rationis exẽplar: proxima uero huic ſuccedit anima, ſuſpenſa intellectui manenti manens. Dat enim hæc terminos ſuos ad ſolẽ hũc uergentes eiuſmodi ſoli, efficitq; per ſe uelut mediam, ut illic iterum ſequentia religentur: uelut interpres tum eorũ quæ inde huc deducuntur, tũ eorũ quæ hinc illuc reducuntur, quantũ per animã recurrit in mentem. Neq; enim longe ſemotũ aliquid eſt ab aliquo, rurſusq; ſemotum per differentiam quandam & mixtionem: ſed eſt in ſeipſo, neq; tamen ſecundum locum: & quodlibet ibi conſpirat ſimulq; permanet & diſtinctum. Dii uero hi ſunt, quatenus ab illis nunquam deſtituuntur, atq; animæ prodeunti ab initio ſuſpenduntur: animæ tamen uelut inde huc uſq; ſeſe diffundendo quodammodo iam abeunti. Hac autem ratione quatenus & ſunt, & quòd reſpicere dicuntur ad intellectum, diuini dicuntur: ipſa uidelicet anima non alio quàm illuc ſemper ſuſpiciente.

*De deſcenſu animæ, Dionyſio, Ioue, curriculis uitarũ, ordine mundi, conſonantia uniuerſi.* Cap. XII.

HIc naturam ipſam, ideſt uegetalem animæ mundanæ potentiam appellat Dionyſium, cuius membra ſunt rationes rerum ſeminales in ipſa natura: quæ quidem membra quando per generationem quaſi procedunt in materiam, hic magis inter ſe diuiſa, iam à Titanibus, ideſt dęmonibus geniturę pręfectis diſcerpta uidentur: quaſi membra Oſyridis, ideſt uiuificæ prouidentiæ dilaniata à Typhone, ideſt dæmonum geneficorum duce. Animæ igitur in diuino quodam mundo uiuentes, aliquando per imaginationem, quæ in eis erat ultimum, proſpexerunt formas in materia mundi iacentes, quæ ſunt imagines Dionyſij, eiusq; membrorum in materia quaſi ſpeculo. Proſpexerunt uero eas forſan intuendo recto quodã aſpectu in naturam, atq; inde aſpectum in materiam deflectendo. Quorſum uero ſe ita conuertit imaginatio, illuc ſtatim ratio ſe diuertit ab intellectu: & utraq; non aſpiciendo ſolum, ſed amando. Amor eiuſmodi extitit deſcendendi principium, atq; poſt caſum etiam permanendi: quoniam prouincia hæc indiget aſſidua noſtræ rationis attentione. Sed intellectus interea quem non tangit affectus eiuſmodi, ſe in mundo ſuperiore ſeruauit immotum. Benignitas uero Iouis inſtituit curricula temporum in hac quidem laborioſa uita, fore breuia: in

vita vero apud ſuperos, longa: longiſſima tandem, apud ſupremos. Reuertuntur aūt animæ noſtræ quandoq; ad animæ mundanæ gradum, vbi prouidentiam eius publicam contemplē tur, & facilitate gubernationis propriæ circa corpus tunc ſuum & circa ſuam prouinciam fruuntur. Pręterea mundi anima quaſi mundanus Apollo canit quidem in natura, pulſat aūt in cælo lyram: In natura rationum omnium euolutio ſtatutis temporibus atq; reuolutio, uniuerſalis eſt concentus ex multis cantibus moduliſq; compoſitus: In cælo ſimiliter, perpetua quædam diſpoſitio ſtellarum atq; motionum, ſonus eſt Apollineus, ad perpetuā cantus illius concordiam inſtitutus. Siquis igitur diſpoſitionem continuam illius cantus inſpiceret, in ea ſtatim cęleſtes ſonos contueretur, & quaſi iam (ut proprie loquar) audiret. Animę quinetiā noſtræ progreſſiones ſuas tum in deſcenſu, tum in hac habitatione, tum in aſcenſu quaſi tripudio concordi ſaltantes cantui mundano ſonoq; coaptant. Cum enim ab eodem patre proficiſcantur à quo & anima mundi: eiuſq; germanæ ſint & prouinciam eius inhabitent: nimirum ad cantum ſonumq; illius ipſæ ſaltant: non impulſæ quidem inde ſed uolentes & naturaliter ſimul atq; libenter ipſæ mundanæ mundanum ordinem æmulantur. Hinc efficit, atque cæleſtia progreſſiones humanas & ſi non vbiq; quaſi per cauſas ſaltem quaſi per ſigna quædam cōiectare quis ualeat. Pręſertim quia uniuerſalis naturę cæliq; forma exemplari quadam ratione continet quęcunq; geruntur intra mundum: ſiue ab ea ipſa ſiue à ſeipſis ſiue quomodolibet aliunde ducantur. Habitant vero animæ aliquando extra cæleſte corpus: aliquando in cæleſti puro: aliquando ſubcæleſti. Et quatenus anima diuerſum intra ſe habitum induit diuerſam foris induit & figuram. Itaq; aliquando in hominem cæleſtem uenit: aliquando in aereum: alias in terrenum: atq; hic rurſum quatenus minus magis'ue inde degenerat in hominem venit vel diuinum vel humanum vel quaſi ferinum. Nempe ita nos Plotini verba emendare ſolemus: Nam rationalem animam bouini corporis vel ſuilli formam aliquando fieri à Platonicis non eſt receptum. Neq; etiam ab ipſo Plotino concedendum erat, cum propoſuiſſet mutationem in anima ab imaginatione principium habuiſſe, quæ in eſſentia ſpeciē mutare non poteſt. Tot quidem intellectus in humana ſpecie eſſe quot ſunt & animæ receptum eſt. Intellectum vero noſtrum in diuinis reſtare felicē, dum rationalis potentia quaſi ad terram præcipitata fit miſerrima: Ab Iamblicho quidem non uidetur penitus diſſidere: à Porphyrio tamen Plotini diſcipulo ſpretum eſt: à Proclo reprobatum dicente, tantam fore portionem beatiſſimæ apud deum mentis, ut uim ſibi contiguam & ſimillimam rationem ſit intimam retentura quatenus ipſa minima declinauerit. Et in hac uita nos minime peccaturos. Item conſentire uidetur ſtomachum infirmiſſimum fore quandiu firmiſſimum iecur extiterit. Cenſuit Porphyrius caſum animæ nō ab imaginatiōe vel natura ſed ab intellectu, cœpiſſe. Nō enim trahi ab inferioribus ſuperiora, ſed vim illam ſuperiorem agere pro menſura quadam uirtutis ſuæ. Itaq; intentionem agendi quandoq; in ea remitti: atq; eatenus intendi uirtutis inferioris actum, ideſt imaginationis atq; naturę, cum anima vndiq; otiari non poſſit. Contra vero remitti rurſum inferiorum actus quando ſuperiorum actus intenditur. Vbi vero dicit intellectum agere pro menſura uirtutis ſuæ ſic emendandus eſt, vt quando intellectus apud deum eſt beatus agat non tam virtute ſua quām diuina ſub cuius forma iam agit. Itaq; animam quoque ita beatam putandum eſt nunquam inde diſceſſuram. Cætera illi uiderint. Nobis vero ſat fuerit narrauiſſe: id potius probaturis, quod Theologi noſtri potiſſimum comprobarent.

*De differenti animarū deſcenſu. De miſericordia Iouis erga animas. De conſonantia mūdi.* XII.

Hominum uero animæ ipſorum ſimulacra tanquam Dionyſii proſpicientes in ſpeculo, illic extiterunt deſuper properantes: neq; tamē à principio ſuo intellectuq; diſiunctæ: neq; enim unà cum intellectu deſcenderunt, ſed peruenerunt quidem uſq; ad terram: at interim caput earum extat etiam ſuper cælum. Contigit tamē eis interdum diſcedere longius, quoniam media earum potentia curare diligētius cogitur: quippe cum id ipſum in quod deſcendunt, cultu prorſus indigeat. Iupiter uero pater laborantes animas miſeratus, earum uincula quibus laborant ſolubilia fabricauit: atq; ita intermiſſiones laborum certis tēporum interuallis inſtituit, in quibus liberæ uiuerent à corporibus: ut ipſæ quoque ibi quandoq; forent, ubi eſt mundi anima ſemper circa hæc ſolicita nunquam. Quod enim iam habet mundus, hoc ſibi ſufficit atq; ſufficiet, ſecundum rationes perpetuę

ones perpetuę

ſpeciei illi congrua & propinqua, erga quod in ſe concepit affectionem: ſpectatq; ad illud, quod tunc mittit quo oportet & introducit, non quidē ut eat tunc in corpus uel in corpus tale, ſed quando præſcriptus iam inſtat terminus, animæ uelut ultro deſcendunt quo oportet & intrant. Stat enim ſua cuiq; dies. Qua denique imminente, quaſi citante precone labuntur, corpusq; ſibi congruum intrant. Atque fermè perinde ſe habent, ac ſi Magorum uiribus [illegible]ibusq; potentibus moueantur atq; ferantur. Præterea ſic ſe habēt, [illegible] in quolibet uiuentis totius perficitur diſpenſatio, mouens ſcilicet certo quolibet tempore atq; producens, uelut pilos, & barbam cornuaq; ſimi[illegible] certo quodam tempore ad talia quædam impetus atq; uigores. Item [illegible] in plantis nequaquam antea germinantes, cæteraq; in his ſimiliter or[illegible] quibuſdam regulis diſtributa. Procedunt autem animæ neq; ſponte [illegible] neq; compulſæ. Neq; enim ſponte procedere ita his tribuitur, quaſi [illegible] dicantur eligere: ſed tanquam natura proſiliant, ceu ſolemus Vene[illegible] concupiſcentias, uel ad honeſtas aliquas actiones inſtinctu quo[illegible] quàm rationis conſilio prouocari. Verum ſemper tali cuidā tale [illegible] ineſt fatale: item tali cuidam hoc momentum, tali uero momentū [illegible] prouenit fato decretum. Proinde intellectus mundo ſuperior fatale ha[illegible] illic aſſiduè permanere, quatenus & huc aliquid inde demittere: tū uero [illegible] communi ſubiecta legi gradatim inde mittūtur. Inſita nanq; eſt uni[illegible] forma communis, ipſaq; lex nequaquàm accipit ab extrinſeco ſui mu[illegible] abſoluendi potentiam: ſed ea prorſus conditione tradita eſt, ut ipſis [illegible] inſit eam paſſim circunferentibus: tum uero quādo imminet tem[illegible] fieri lex ipſa decreuit, agitur tunc ab eis qui intus legē habent, adeo [illegible] legem ipſi perficiant, utpote eos circumagentem, & propterea quod fun[illegible] decreta ualidius peragentem, quaſi ſuo illos pondere prægrauan[illegible] [illegible] ſtudiū ſtimulumq; intrinſecus incutit quo illuc proficiſcantur, [illegible]mum proficiſci lex intima dictat.

[illegible] huius mundi ad ſuperiorem, & Prometheo ſtatuisq; loquentibus. Cap. XIIII.

M[illegible] ſphæræ [illegible] habent animas, & propria hinc imprimis vitalia dona, per [illegible] quidem animas perq; animales dotes velut per media quædam ſortiuntur in[illegible]tualia quędam dona cōſequenter ab intellectibus indiuiduis ſuarum ducibus [illegible] quos inſuper nonnulla etiam diuina munera naciſcuntur ab ipſis diuinæ [illegible] ( vt Plotinus putat & Iamblichus ) inſeparabiliter coniuncti ſunt intelle[illegible] ſit, diuinum mundum illum mundo huic vndique eſſe prorſus infuſum. [illegible]uertes, naturalem quandam prouidentiam in vitali animę mundi parte re[illegible] cognomento, ex luto id eſt materia prima ſtatuas, id eſt res naturales [illegible] eſſe huic opificio partim quidem alligatā, partim quoq; ſolubilē: nec eſſe hic [illegible] locum. Item rebus naturalibus non ſolum vires animales ineſſe, [illegible] intellectuales atque diuinas, & omnia numina huic opificio aliquid [illegible] opificio inquam non vniuerſo tantum, ſed etiam vnicuique. Alludit inter hæc [illegible] vocum nactę mentione ad magos pręcipue illos, qui loquentes ſtatu[illegible], in quibus non proprie quidem vilæ ſtatuarum animę, nec ſidera loqueban[illegible] ab eodem ſidere ducti, ſub cuius imperio ſtatuæ fingebantur. Arbitror eti[illegible] Regis filio quo die natus eſt locuto, vt teſtatur Haly, qui & interfuiſſe ſe dicit, [illegible] planetarum quatuor in eius horoſcopo concurrentium formauiſſe ver[illegible] animum verba vaticiniumq; feciſſe de paterni regni calamitate paulo [illegible] dæmonem potius illic fuiſſe locutum: dæmonem inquam Mercurialem. Nam [illegible] libræ gradu horoſcopo, qui & terminus eſt Mercurij, Mercurius ipſe cum Venere 10

atque & Marte fertur fuiſſe coniunctus. Sed non licet ulterius in praeſentia digredi: imo neque licet tenorem ab initio librorum exponendorum hactenus continuatum ultra ſeruare: ſi enim longa ſimiliter argumenta, imo & commentaria ſeorſumque ab ipſis Plotini capitibus diſpoſita proſequamur, & confuſa continget interpretatio, & opus excreſcet in immenſum. Satis euagati ſumus, ſatis multa iam diximus: ſat igitur erit deinceps breues quaſdam annotationes, ut in Theophraſto fecimus, Plotini capitibus interſerere.

*De connexione huius mundi per ſuperiorem: & donis deorum deſcendentibus in opus mundanum.* CAP. XIIII.

CVm haec ita ſe habeant, mundus hic habens lumina multa, illuſtratusque ab animabus, exornatur in priores aliter per priores alios mundos uel ornatus, alium habens ab alio: tum ab illis diis, tum ab aliis mentibus tradentibus animas. Tale quiddam ueriſimile eſt per fabulam indicari dicentem: Poſtquam Prometheus foeminam effeciſſet, deos quoque alios eam adornauiſſe. Huc tendit quod ibi traditur, terram aquae fuiſſe permixtam. Item figmento illi humanam uocem adhibitam. Praeterea ſpeciem deas repraeſentantem, tum Venerem & Gratias aliquid impartiſſe, donumque aliud alium, nomenque ex dono donatoribusque cunctis accepiſſe Pandoram. Omnes enim hoc figmentum aliquo munere donauerunt: figmētum inquam à prouidentia quadam iam formatum. Quod aūt Epimetheus ei donum dederit nullum, quid nam aliud ſignificat, quàm acceptionem electionemque doni intelligibilis eſſe praeſtantiorem? Ligatus autem eſt formator ille, quoniam opus ſuum quodammodo uidetur attingere. Sed eiuſmodi uinculum fit extrinſecus, & ab Hercule ſoluitur: quoniam ei facultas ineſt per quam etiam quodammodo ſit ſolutus. Sed hoc quidem pro arbitrio quiuis accipiat. Id uero conſtet, per haec, ſcilicet dotes deſuper in mundum uenientes, oſtendi: quocirca his quę in ſuperioribus dicta ſunt, conſonare uidentur.

*Promethei fabula.*

*De animarum deſcenſu, tranſmigratiōe, differentiis, fato, arbitrio, prouidentia. Et quomodo prouidentiae ordo tanquàm latiſſimus connectit ſibi fatum pariter & arbitrium.* Cap. XV.

PRocedunt autem animae à mundo intelligibili declinantes, primo quidem in caelum, ibique corpus accipientes, per ipſum iam in corpora magis terrena labuntur, quatenus progrediuntur in longum. Et aliae quidem à caelo in corpora inferiora, atque hic iſſim: aliae uero ab aliis in alia tranſeunt; quippe cum his facultas non ſuppetat ad ſe hinc attollendas propter pondus atque obliuionem, plurimum trahentes ſecum, quo grauante per inferiora praecipitentur. Differentes autem inter ſe animae fiunt, uel ob diuerſitatem corporum, quibus inſinuantur: uel etiam ob fortunas, uel rurſus educatiōes: uel ipſae praeterea ex ſeipſis differentiam ſecū ferunt: & omnino uel per hęc omnia uel per aliqua diſcrepant. Proinde aliae omnino fato hic dominanti ſuccumbunt: alię autem quando fato cedunt, tū ſui iuris uiuunt. Sunt & quę quotcunque neceſſaria ſunt, ſuſtinenda cōcedunt. Poſſunt tamē quęcunque ſunt proprii muneris ſibi propria efficere, uiuentes ſcilicet ſecundū aliam quandam conſtitutionem legum, cuncta ſimul entia complectentē, & alteri ſe regulae cōmittentes. Contexta uero hęc eſt ex omnibus quae hic ſunt ratiōibus atque cauſis. Item motibus animarū &

legibus

legibus inde pendentibus, conſonans uidelicet illis & exordia inde ſuſcipiens, & illis conſequentia cuncta contexens: tum uero ſeruans ea omnia inconcuſſa, quæcunque ad illorum habitum ſeruare ſe poſſunt. Cætera uero quæ fert natura propria circunducens, adeo ut in deſcendentibus cauſa ſit: propterea quod ita ſe habent, ut hæc quidem hic atq; ita ponantur, illa uero ibi & aliter collocentur.

Cum mundus ſupercæleſtis atque etiam cæleſtis ſit ordinatiſſimus, neceſſario ordinatus eſt etiam ſublunaris: in quo cum inferiora homine ſint ordinata, ergo multo magis humana. Singula igitur hominibus contingentia iuſte diuinitus diſpenſantur.

Caput XVI.

Supplicia igitur quæ iuſte inferuntur iniquis, attribuenda ſunt ordini, prout decet omnia perducenti. Quotcunq; uero præter iuſtum bonis accidunt, ut pœnæ, inopiæ, morbi, forſan ob prioris uitæ delicta contingunt: hæc enim contexuntur, atque etiam perducuntur: quo fit, ut & ipſa ſecundum rationē fieri uideantur. Nunquid hæc ſecundū rationes naturales minime fiunt, neq; inter illa quæ principaliter intenduntur ſunt collocanda, ſed ex illis potius conſequentia? Velut ſi cadente caſa, qui ſub ea erat interimatur, qualiſcunque ſit. Vel ſi duobus quibuſdam ordine quodam motis, aut etiam uno, quod offenditur, frangatur uel peſſundetur. Forſan uero hoc ipſum quod iniuſtum dicitur, neque malum eſt patienti, & ad totius ſeriem eſt conducens. Forte neque iniuſtum eſt, cum ex antecedentibus iuſte ſingula diſpenſentur. Non enim putandum eſt, alia quidem ordinem inter ſe habere, alia uero hinc omnino ad placitum licentiamq; deflecti. Si enim ſecundum cauſas & conſequentias naturales, & rationem unam unumq; ordinem oportet omnia fieri, nimirum & quæ minora ſunt, coordinata eſſe atque contexta putandum. Itaq; quod tanquam iniuſtum ab alio infertur in aliud, ipſi quidem agenti eſt iniuſtum, neq; eſt extra cauſam atq; crimen. Coordinatum uero in uniuerſo minime non eſt in hoc iniuſtum, neq; etiam iniuſte infertur in patientem, ſed ita decebat. Quod ſi bonus eſt qui patitur, in bonum deniq; deſinit quicquid patitur. Exiſtimandum certe eſt, communem hunc ordinem uniuerſi non eſſe diuinitatis iuſtitięq; expertem, ſed exactiſſima quadā ratione quod conueniat unicuiq; reddere, cauſas tamen in ſe latentes habere, ideoq; ignorantibus occaſionem criminandi præbere.

Sicut [illegible] aeris primum omnium ignitur ab infimo ignis: ſic cælum ſummum corporum primo animatur ab anima, quæ eſt ultimum diuinorum. Item ipſum bonum eſt quaſi [illegible], lumen inde micans atque permanens: Anima, lumen de lumine ſemotum. Corpus per ſe opacum illuminatur ab anima. Sed animæ in cælo ſecuræ illuminãt, ſub quibus [illegible] cura.

Cap. XVII.

Quod autem animæ à mundo intelligibili in cælum primo deſcendant, ex his coniectare licebit. Si enim cęlum in genere ſenſibili præſtantiſſimum eſt, merito intelligibilium ultimis eſt quamproximum: inde igitur cæleſtia primum animantur atq; accipiunt, utpote quæ ad capiendum ſint admodum aptiora. Corpus uero terrenum & ultimū eſt, minoriſq; animæ minuſq; naturaliter poteſt participare

[illegible] ſermonibus, quibus apud nos ob indigentiam uel ambiguitatem utimur [illegible] cum certo quodam ordine ſecundum naturam ſingula illic agunt, [illegible] nec imperant aliquid neque conſultant, Cognoſcunt uero [illegible] ſua per reciprocam conſcientiæ notionem: quando & hic multa etiam [illegible] intuitu ſolo percipimus. Ibi uero omne corpus eſt purum, & [illegible] totus eſt uelut oculus. Nihil ibi eſt occultum, nihil fictum, ſed priusquam alteri quicquam dixeris, intelligit alter. In aere uero [illegible] animas, nō abſurdum eſt uocibus uti: animalia [illegible] ſunt.

V[illegible] ex proprietate indiuidua atque diuidua. Dicitur enim diuidua [illegible] corpus, quia ſingulis partibus eius ſe accommodat; dicitur etiam indiuidua, quia [illegible] adeſt tota. Ratio uero ac mens dicitur ſimpliciter impartibilis, quia corporeo [illegible] non utitur, & propterea ſeparata. Cap. XIX.

Trum uero in anima ſecundum idem dicatur partibile & impartibile, quaſi duo hæc inuicem contemperata ſint: an potius alia ratione, & ſecūdum aliud hoc quidem impartibile, illud autem partibile prædicetur, tanquam deinceps diuerſæ partes diſpoſitæ [illegible] hanc rationalem, illam irrationalem nuncupare ſolemus, manifeſtum nobis erit, poſtquam quid potiſſimum utrunque dicamus, explanauerimus. [illegible] impartibile apud Platonem ſimpliciter eſt acceptum, partibile [illegible] ſimpliciter, ſed animam inquit circa corpora fieri diuiſibilem, [illegible] fuiſſe factum. Profecto naturam corporis conſiderare decet, qua[illegible] modum ad uiuēdum indigeat anima: quod'ue neceſſe ſit ubique [illegible] totique prorſus adeſſe. Omne quidem ſenſuale [illegible] ſentiat, iam quodammodo diuidendum peruenit [illegible] quidem ubique non omnino dicitur eſſe diuiſum [illegible] non omnino diuiſum dicitur, ſed diuiſibile circa [illegible]. Si quis autem dicat in cæteris ſenſibus non eſſe diuiſum, ſed in [illegible] reſpondendum erit in alijs quoque ita diuidi, ſiquidem corpus eſt [illegible] minus tamen quàm in tactu. Quinetiam uim animæ uegetalem [illegible] diſtribui, atque ſi circa iecur concupiſcentia, circa [illegible] in his eſſe perſimilem. Sed forſan non [illegible] permixtione. Forſan uero & alio pacto, & ex aliquibus [illegible] Ratio autem & intellectus corpori ſeipſa nō tradunt [illegible] propter inſtrumentum corporis non perficitur: id enim [illegible] eſt, ſi quis in [illegible] hoc utatur. Quamobrem [illegible] impartibile ſcilicet & partibile diuerſum eſt, neque tanquam in [illegible] ſed tanquam totum quoddam ex partibus [illegible] potentiam ſeparatis. Si tamen & quod circa corpora fit [illegible] potentia impartibilem habet dotem, pot[illegible] hoc [illegible] partibileque pariter eſſe, tanquam [illegible] ex hoc ipſo [illegible] [illegible] in ipſum ueniente conflatum.

A[illegible] in loco uel uaſe, nec ut pars in toto, [illegible] nec ut ſpecies in materia. Sed corpus eſt in anima, ut [illegible] mouetque ſtabilis. Cap. XX.

RElinquum eſt ut exponamus, utrum hæ aliæq; partes animæ ſint in loco, uel hæ quidem omnino non in loco, aliæ uero in loco ſint: & ubi, & quomodo, uel nulla omnino pars ſit in loco. Siue enim non aſſignemus ſingulis animæ partibus locum quendam, nuſquam uidelicet aliquid collocantes: ſic utiq; nihilo magis eam intra corpus quàm extra cenſebimus: ideoq; corpus inanimum relinquemus. Neq; aſſignare poterimus, qua ratione fiant opera illa, quæ per inſtrumenta corporea peragunt. Siue quibuſdam animę partibus deſcribemus ſitum, quibuſdam uero nequaquàm, ſane quibus non deſcripſerimus, eas nequaquàm in nobis collocare uidebimur, adeo ut non totam animam noſtram in nobis eſſe uideamur exiſtimare. Omnino autem nullam animæ partium, neq; totam rurſus animam debemus in corpore uelut in loco ponere. Locus enim comprehendens eſt, & corporis continens. Et ubi unumquodq; [illegible] ſum iacet, ſic ibi iacet, ut non totum eſſe queat in quolibet: anima [illegible] eſt corpus, neq; comprehenſa eſt potius quàm comprehendens. Neque tamen ſic ut in uaſe eſt in corpore, ſic enim corpus inanimatum relinqueretur: ſiue tanquàm uas, ſiue tanquàm locus animam contineret. Niſi forte anima dicatur in ſeipſam eſſe collecta, & traductione quadam à ſe in uas aliquid ſui tranſmittere: atq; ita quantum uas participauit, tantum animæ [illegible] erit detractum. Locus autem, qui principaliter locus dici ſolet, incorporeum quiddam eſt, non corpus. Quapropter quid nam anima indigebit? Præterea corpus non per ſeipſum, ſed per quendam ſui terminum animæ propinquabit. Multa inſuper alia obiici poſſent his, qui tanquam in loco animam in corpore collocant, [illegible] & locus ſemper una cum locato ferretur. Et quærendum ſupererit, quid nam ſit, quod ſecum locum [illegible] circumfert. Quinetiam ſi locus interuallum quoddam eſſe definiatur, multo minus anima in corpore erit uelut in loco: interuallum enim ſiue ſpatium neceſſe eſt eſſe uacuum, corpus autem non eſt uacuum: ſed forſan uacuum illud dicitur in quo eſt corpus, quapropter in uacuo corpus erit. Rurſus anima non eſt in corpore quaſi ſubiecto. Quod enim in ſubiecto eſt, paſſio quædam eſt eius in quo eſt, uelut color atq; figura: anima uero eſt aliquid ſeparabile. Sed neque ut pars in toto: anima enim non eſt pars corporis. Siquis autem dicat, animam eſſe uelut partem in toto uiuente, dubitatio eadem nobis inſtabit, quomodo in toto ſit [illegible]. Non enim [illegible] uas [illegible] inerit. Neque qua conditione aliquid permanet in ſeipſo. Sed neque ſic etiam ut in partibus totum, ridiculum [illegible] animam quidem totum [illegible], corpus uero partes. Proinde neq; [illegible] ſpecies in materia, ſpecies enim in materia inſeparabilis eſt [illegible] te materia, ſpecies poſterior aduenit [illegible] ſpeciem efficit [illegible] materia, [illegible] aliud quiddam eſt quàm ſpecies. Quod ſi [illegible] dem ſpeciem, ſed ſeparatam eſſe dicant, nondum [illegible], qua conditione ſit ſpecies hæc in corpore [illegible] erit [illegible]. [illegible] hæc ita ſe habent, quo nam pacto [illegible] omnes [illegible] eſſe in corpore [illegible]

catur? Profecto cum non anima quidem, ſed corpus aſpectui pateat, uidẽtes
utiq; corpus & animatum eſſe cõiectantes, propterea quòd moueatur & ſen
tiat, haud ab re animam haberi à corpore dicimus: itaq; conſequenter & ani
mam eſſe putamus in corpore. Verum ſi anima uideretur atq; ſentiretur, ex
iſtens aliquid uita plenum, corpusq́; undiq; uita complectẽs, & uſq; ad extre
ma æqualiter ſeſe porrigens, nunquam eſſe animam in corpore fateremur.
Sed potius in eo quod principalius eſt, eſſe quod non ſit principale, & in con
tinente contentum, & fluens in eo ſimiliter quod non fluit.

*Anima non proprie ineſt, ſed adeſt corpori: non tamen vt gubernator naui, vel virtus gu
bernatoria infuſa gubernaculo.* Cap. XXI.

QVid autẽ dicemus, ſiquis interroget, quomodo anima adſit cor-
pori, & ipſe quidem modum hac de re nullum adducat in medi
um? Item ſi quærat, nunquid tota anima ſimul inſit, an pars alia
potius aliter? Poſtquàm igitur nullus eorũ qui dicti ſunt eſſen-
di in aliquo modus adhuc nobis probatur uelut animæ conueniens erga cor
pus: Dicitur autem ſic eſſe in corpore, uelut gubernator in naui: dicendum
eſt id recte dictum eſſe, quantum ſpectat ad eam ipſam animæ facultatem,
per quam ualeat à corpore ſeparari. Neq; tamen modum nobis exponet po
tiſſimum exoptatum. Nam ſi tanquam nauigator accipiatur, ſecundum ac-
cidens aderit gubernator: ſin autẽ ut gubernator duntaxat, quomodo id con
ueniet? Non enim in tota naue eſt, ſicut anima eſt in toto corpore. Sed nun-
quid ita dicendum: Sicut ars inſtrumẽtis ineſt, uelut in gubernaculo, ſi forte
eſſet gubernaculum animatum, adeo ut gubernatoria uirtus intus ſit artifici
oſe mouens? Sed in hoc ſaltem differentia eſt, quoniam ars eiuſmodi ab ex-
trinſeco pendet. Si igitur ſecundum illud gubernatoris exemplar gubernacu
lo ſeipſum inſinuantis animam collocemus in corpore uelut in inſtrumẽto
naturali, mouet enim ſic ipſum quocunq; placuerit, nunquid ad quæſitum
plus aliquid reportabimus? An forſan iterũ ambigemus quomodo inſit huic
inſtrumento? Atqui etſi modus hic diuerſus eſt ab aliis, adhuc tamẽ planius
inuenire & accedere propius exoptamus.

*Anima adeſt corpori ſeparabiliter, ſicut lumen aeri. Corpus eſt in anima, ſicut aer in lumi
ne. Mens & ratio non adſunt corpori, quia cum eo non communicant in agendo. Senſus & ve
getalis potentia adſunt, quia & hæc per corpus agunt, & corpus indiget eis, neq; tamẽ à cor
pore ſuſtinentur.* Cap. XXII.

SEd nunquid dicendum eſt, ſic animam ineſſe corpori, ut ignis,
ideſt lumen ineſt aeri? Etenim hoc dum adeſt aeri, non adeſt: ac
per totum preſens nulli miſcetur, & manet quidem ipſum. Aer
uero transfluit. Et quando extra illud fit in quo eſt lumen, abit
protinus nihil retinens; quãdiu uero eſt ſub lumine illuſtratur. Quapropter
recte hic licet dicere, aerem eſſe in lumine potius quàm in aere lumẽ. Ideoq;
Plato in ipſa mũdi generatione dici noluit animã in corpore poſitã eſſe, ſed
corpus in anima collocatũ. Aitq; aliquid eſſe ipſius animæ, in quo ſit corpus:
aliquid rurſus, in quo corpus nullũ, quãtũ uidelicet ad eas uires animæ perti
net, quibus corpus minime indiget. Eadẽ quoq; ratio eſt de cęteris animab⁹.

leuis, acutus, purus ſanguis ſit inſtrumentum iracundiæ congruum, huius fons, uidelicet unde ſanguis eiuſmodi ad æſtum iracundiæ profluit, ipſum ſcilicet cor, iracundiæ deſignatum eſt habitaculum.

ANima quia eſt ſubſtantia incorporea in ſe exiſtens, nõ determinatur ad aliquem locũ, niſi per inclinationem & actionem circa illum. Soluta igitur è corpore terreno, ſi nullã retinet inclinationem eiuſmodi, nuſquàm terrarum eſt, & vbique: niſi forte ſit in ſphæra ſuperiore per inclinationem ad illam. Sin autẽ inclinationem adhuc retinet ad terrena, circa hæc reuoluitur cum corpore ſpiritali, in quo & corporea patitur. Præterea ſicut apud aſtrologos nonnulli fatum ſuum etiã nolentes implent, dum ignari aliquid eligunt per quod incidunt clam in fatum: ſic omnes animæ diuinam implent in ſe legem, eligendo aliquid ex quo in inuitem incidunt legis diuinæ ſententiam. Cap. XXIIII.

POſt hæc quærendum eſt, ubi nam anima ſit, poſtquàm à corpore fuerit ſeparata. Profectò hic quidem non erit, ubi non ſit quod eam quomodocunque ſuſcipiat. Neque enim in eo moras trahere poteſt, quod non eſt ad eam capiendam naturaliter aptum, niſi aliquid ipſum habeat, quod amentem animam trahat ad ipſum. Eſt autem in illo, ſi habet aliud, ſequiturq; illuc, ubi id naturaliter eſſe & fieri poteſt. Cum uero plurimus ſit & unuſquiſq; locus, oportet differentiam tum ab affectione animæ proficiſci, tum etiam ab ipſa iuſtitia iudicio'que rebus omnibus dominante. Nunquam enim effugiet quiſquam, quod ex iniuſtis actionibus pati decet. Lex nanque diuina ineuitabilis eſt, ſimul in ſeipſa continens facultatem iam quicquid iudicatum fuerit, faciendi. Fertur autem & ipſe patiens ad quæ pati decet ignorans, inſtabili quidem motu paſſim erroribus circumactus: ſed tandem uelut per multa defatigatus ob ea quibus renitebatur, in locum incidit ſibi conuenientem, uoluntario quodam motu inuoluntariam ſubiens paſſionem. Edictum uero eſt in lege, & quantum, & quouſque oporteat pati. Ac tandem iterum unà concurrit tum remiſſio pœnæ, tum poteſtas ex locis illis effugiendi, id'que potentia quadam harmoniæ omnia continentis. Proinde animæ corpus habentes, habent etiam ut tormenta corporea patiantur: Animæ uero quæ puræ ſunt, nihilq; ullo pacto corporei ſecum trahunt, nullo prorſus ſitu corporeo cohibentur. Si igitur ad nihil eiuſmodi deſignantur: neq; enim ullo modo corpus habent, ibi procul dubio ſunt, ubi eſſentia ipſumq; ens atq; diuinum in deo conſiſtens: hic inquam & unà cum his atque in hoc ipſo anima eiuſmodi habitabit. Sin autem illa adhuc requiras ubi, quærendum tibi ſimiliter erit, ubi nam ſint & illa. Id uero perquirens, neq; oculis neq; tanquam corpora quærito.

IN intellectu non eſt reminiſcentia, quia nihil noui illic accidit vel extrinſecus vel intrinſecum quod conſeruandum ſit atque recolẽdum. Nec vlla de potentia in actum ibi fit cõmutatio: ſed recordationis officium ad animam pertinet. Cap. XXV.

OPeræpretium eſt de memoria ſimiliter perſcrutari: Nunquid animæ cum ex his locis abierint, recordentur. An aliæ quidem reminiſcantur, aliæ uero nequaquam. Et rurſus, nunquid omnium, an potius aliquorum memoriam habeãt: Atq; iterum, utrũ ſemper meminerint, an forte ad tempus, ſcilicet emigrationi q̃ proximũ. Verum ſi recte hac de re quæſituri ſumus, imprimis accipiẽdum eſt, quid ſit hoc ipſum

ipſum quod recordatur. Dico autem non quid ipſa memoria ſit, ſed qua in re potiſſimum naturaliter eſſe ſoleat. Quid enim memoria ſit, & alibi dictū eſt, & ſæpius prędicatur. Sed exponendum eſt diligentius, quid potiſſimum natura ſit ad memoriam inſtitutum. Si autem tota memorię facultas eſt aduentitii cuiuſdam ſiue diſciplinæ ſiue paſſionis, profecto reminiſcentia rebus quæ paſſione uacant, neq; ſubiiciuntur tēpori, minime conuenit: ideoq; memoria circa deum uel ens & intellectum ponenda non eſt, nihil enim eis accidit: neq; tempus circa ens eſt, ſed æuum. Neq; prius aliquid ibi eſt & poſterius, ſed eſt ſemper uti ſe habet permanens in eodem, nullam prorſus admittens mutationem. Quod autem in eodem ſimiliq; eſt ſemper, quomodo utetur quandoq; memoria? Quippe cum neq; habeat, neq; teneat diſpoſitionem aliam poſt aliam quam prius habuerit: uel intelligentiam aliam poſt aliam ſortiatur, ut ita in alia quidem maneat, alterius uero meminerit quam prius habuerat. At uero quid nam prohibebit, hunc intellectum aliorū mutationes cognoſcere, ipſum interim nō mutatum, uelut ipſos mundi circuitus? Forſan quia aliud quidē prius, aliud uero poſterius, ſic intelliget, ſequens ſcilicet agitatæ rei mutationes. Præterea meminiſſe, aliud quiddam præter intelligentiam eſt: Atq; ipſas ſui intelligentias recordari non eſt dicendum. Non enim proceſſit ut contineat, ne forſan abeat: alioqui ita etiam metuet, ne ipſa ſui eſſentia à ſeipſo diſcedat. Sed neq; etiam animam dicendum eſt ea conditione meminiſſe, quemadmodum ſi dixerimus eorū quæ innata poſſidet meminiſſe. Sed poſtquam hic eſt, habere quidem illa, neq; tamen ſecundum ipſa nunc operari, & maxime huc longe profectam. Veteres aūt operari iam ſecundum illa quæ habebat, memoriam & reminiſcentiam apellaſſe uidentur: ideoq; hæc altera quædam eſt memoriæ ſpecies: quapropter tempus memoriæ huic minime conuenit. Sed forſan circa hæc non tam conſiderate quàm facile leuiterq; nos gerimus. Fortaſſis enim quiſpiam dubitabit, ne forte non illius animæ ſit memoria reminiſcentiaq; eiuſmodi, ſed alterius uilioris, uel etiam huius compoſiti animalis. Prętera ſiue alterius animæ ſit, ambiget, quando & quomodo quæ recordatur acceperit: Siue animalis, ſimiliter etiam dubitabit. Quamobrem inueſtigandum eſt, quid nam in nobis potiſſimum ſit memoria præditū, quod etiam ab initio quærebamus: & ſiue anima recordetur, quæ nam uis ſiue pars animę: ſiue animal ipſum utatur memoria, quemadmodum & ſentiens id ipſum eſſe quibuſdam apparuit, quærendum erit, quis nam ſit modus, quid'ue ipſum animal ſit dicendum. Item utrum ipſum idem ſenſibilia intelligibiliaq; & alia quęuis percipiat, an aliud hæc, & aliud accipiat illa.

Animal eſt vnum quiddam, non vnum dico factum ex tranſmutatione ambarum partium in aliquid tertium, ſed ex tranſmutatione corporis in formam [illegible] animalem. Ad hoc vnum commune pertinet effectus ſentiendi fermé ſicut & vegetandi. Sed effectus memorię, id eſt conſeruandi & recolendi, ad animam proprie pertinet ſtabilem, non ad corpus inſtabile, quod eſt obliuionis occaſio. Nam & multa per memoriam ſeruantur & ſuggeruntur, quę nunquam cum corpore ſunt percepta. Cap. XXVI.

Si

SI igitur animal eſt utrunq; ſimul, in ſenſibus ſecundum actum, oportet ipſum ſentire etiã aliquid eiuſmodi eſſe. Quapropter & commune dicitur, quemadmodum texere atq; terebrare: ut ſecundum artificem quidem anima inſeruiendo ſe gerat, ſecũ[illegible] instrumentum ſe habeat corpus. Dum corpus quidem patitur & [illegible] anima uero ſuſcipit corporis ipſius formationem, uel eam quæ fit [illegible] aut ſaltem iudicium quod ex corporis paſſione peregit. Vbi cer[illegible] ſic communis actio diceretur: ſed memoria non ſic cogeretur eſſe [illegible]. Quippe cum anima ſuſceperit iam figuram, atq; uel cuſtodiat, [illegible] eam. Niſi forte quis memoriam quoq; commune quiddam eſſe [illegible] eo quòd complexionibus quibuſdam corporum tum memo[illegible] obliuioſi fieri ſoleamus. Verum dici quidem poteſt, corpus uel im[illegible] non impedire recordatiõis effectum: ſed nihilominus ipſum me[illegible] eſſe ipſius animæ proprium. Iam uero meminiſſe diſciplina[illegible] quomodo non ipſius animæ, ſed cõiuncti potius eſſe dicetur? Si autem [illegible] eſt utrunq; ſimul, ut alterum quiddam ex utriſq; proueniat, primo [illegible] erit, neq; corpus, neq; animam dicere animal. Non enim [illegible] utriſq; diuerſum quiddam animal eſt: neq; rurſus ita commixtis, ut [illegible] animali ſit quædam duntaxat potentia. Atqui & hac rurſum con[illegible] meminiſſe nihilominus ad animam pertinebit. Quemadmodum in [illegible] quadam ex uino melleq; confecta, ſiquid ſupereſt dulcedi[illegible] definit, id ipſum habet ex melle. Quid ergo? Si ipſa quidẽ me[illegible] eo quòd eſt in corpore, ideoq; nec eſt pura, imò tanquã ſic iam [illegible] ſenſibilium figuras poteſt imprimere, ac uelut ſedem in cor[illegible] ad capiendas formas atq; ſeruandas. Sed primo quidem eiuſ[illegible] non ſunt magnitudines: deinde neque tanquam ſigillares im[illegible] neq; uerberationes uel figurationes quædam. Quoniam neque [illegible] impulſio, neque fit ſicut in cera fieri conſueuit: Sed modus alter qualis [illegible], etiam in rebus quæ ſentiuntur. At in intelligendo quæ nam [illegible] impreſſio dici poterit? Aut quid opus eſt corpore uel etiam cor[illegible], qua tum intellectio peragatur? Quin etiam neceſſarium eſt [illegible] meminiſſe, ſicut eorum quæ deſiderauit, quæ ue con[illegible] minime conſecuta. Neque dum ad corpus uſque peruenit, [illegible] deſiderabile nobis propoſitum eſt. Qua enim pacto cor[illegible] poterit, quæ ad ipſum non peruenerunt: aut qua ratione [illegible] recordabitur, quod nullo modo natura corporis [illegible] poteſt? [illegible] dicendum eſt, quædam in animam ipſam deſi[illegible] per corpus ueniunt: quædam uero animæ ſolius exiſtere: ſi [illegible] eſt animam ipſam aliquid eſſe, & naturam eius quandam o[illegible]. Si uero hoc, inſuper deſiderium eius proprium, deſiderijq; [illegible] quamobrem conſecutionis quoque & inanis noti reminiſcen[illegible] & ipſius natura in earũ genere quæ ſiunt [illegible] ita ſe habeat, neq; cõſenſum neq; conſequentiã animo cõcedi mus:

perionum. Cum uero longioribus temporum curriculis aduentitia multa contingant, ſemper in obliuione uerſabitur. At anima quæ ſola iam euaſit, quidnam meminerit? Forſan uero prius nobis inueſtigandum eſt, ad quam potiſſimum animæ uim memoria ipſa pertineat.

Potentia ſenſitiua aliud quiddam eſt quàm potentia concupiſcendi vel iraſcendi. Atque hæc vtraque excitatur à ſenſu: & ex frequēti incitamento acquirit inclinationem propenſiorem, quæ tamen non eſt memoria: memoria enim ad ſenſum pertinet atque rationem. Cap. XXVIII.

NVnquid eo meminimus, quo ſentimus & quo diſcimus? An etiam quo concupiſcimus, concupitorum, & quo iraſcimur, ſingulorum ad iram pertinentium reminiſcimur? Non enim aliud quidem frui dicet quiſpiam, aliud uero meminiſſe eorum quibus aliud fruebatur. Vis ergo concupiſcendi ſuis aliquando potita deliciis, ſi quando deſideratum ei rurſus occurrerit, mouetur iterum per memoriam. Cur enim neq; alio quouis obiecto, neq; aliter quàm ita mouetur? Quid ergo prohibet, quo minus ei ſenſum quoq; talium tribuamus? Et ſenſuali ſimiliter concupiſcentiam, per omniaq; ſimiliter: adeo ut ſecundum id quod præualet, quodlibet nominetur. An forte ſenſum ſingulis aliter attribuimus? Velut uidit quidem uiſio, non autem ipſa concupiſcendi natura. Incitata uero hęc eſt à ſenſu, quaſi ſuccedente quadam traductione, non ita quidem ut hæc dicat qualis omnino ſit ſenſus, ſed abſque animaduerſione propria patiatur. Eadem ratione in his quæ ſpectant ad iracundiam, uiſio quidem uidit iniuriantem, animoſitas autem irritata eſt. Quemadmodnm ſi paſtore lupum proſpiciente gregibus imminentem, irritetur canis, non ipſe quidem intuitus, ſed impetu quodam uel ſtrepitu laceſſitus. Etenim concupiſcendi quidem natura olim potita eſt: retinetq; eius quod factum eſt, inſitam ſibi notam non tanquam memoriam, ſed uelut affectionem quandam & paſſionem. Aliud uero eſt quod conſecutionem patientis animaduertit, [illegible] ſe rei geſtæ memoriam poſſidet. Huius uero argumentum eſt, memoriam ſcilicet ſæpe non cognoſcere quæ uis ipſa concupiſcendi participationis [illegible] adhuc in hac ipſa reſideant.

Quando in ſenſu memoriā ponimus, hāc in ſenſu interiore, id eſt imaginatione locamus: Quæ enim abſentia repetit & conſeruat. Et vbi hęc potentior eſt, memoria etiam eſt valentior: præſertim ſi corporis qualitas & meditatio conducat ad idē. Cap. XXIX.

NVnquid igitur ſenſuali uirtuti memoriam dedicabimus? atq; idem ſentiendi compos nobis erit, quod & memoriæ compos, At ſi & animæ ſimulachrum memineris, ut dicebamus, duplex ſenſuale in [illegible] ſi ſenſuale non ſit memor, ſed quoduis aliud: ſic etiam quodlibet [illegible] duplicitur erit memor. Præterea ſenſuale ſi etiam ad diſci[illegible] retinendas, etiam cogitationes ipſas perſentiet: uel aliud po[illegible] pertinebit. Num igitur animaduerſorium commune ponentes, [illegible]orum memoriam concedemus? Verum ſi unum idemq; quod ani[illegible] eſt ſenſibilium atque intelligibilium, nonnihil forſitan di[illegible] bifariam diſtribuitur, nihilominus duo quædam erunt.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quod ſi utriq; animæ attribuamus ambo, quatuor inde fient. Omnino autem quę nam cogit neceſſitas, ut quo ſentimus, eodē etiam meminerimus, eademq; uirtute ambo perficiamus: & quo cogitamus, eodem cogitationum etiam recordemur. Quandoquidem non iidem homines in excogitando memoriterq; retinendo potentiſſimi ſunt. Et qui æque ualent ſenſu, non æque memoria ualent. Atque alii ſenſibus magis admodum uigent, alii uero magis memoria pollent, cum tamen ad ſentiendum non ſint admodum perſpicaces. Sed rurſus ſi eſt utrunq; diuerſum, oportebit quoq; aliud eſſe, quod meminerit quæ ſenſus ante perceperat: atq; illud oportet ſentire, cuius & meminiſſe debebit. Forte uero nihil prohibebit commemoranti uirtuti ſentiendi actum, eſſe actum quendam imaginandi: atque ipſi imaginali naturæ, quæ & diuerſa ſit, memoriam conſeruationemq; congruere: hoc enim eſt in quod ſenſus deſinit: ſenſuq; ceſſante, huic adeſt interea uiſum. Si igitur penes hoc abſentis imaginatio reſidet, certe memoriam habet: ac ſi ad breue permanet, exiguam habet memoriam: ſin autem prorogatur in longum, hi magis memoria pollent, hac uidelicet poteſtate ualidius ſe habente, uſqueadeo ut non facile peruertatur, notas'que memores amittere compellatur. Imaginalis ergo uirtutis memoria eſt, taliumq; eſt meminiſſe. Differentes uero ad reminiſcendum animos eſſe dicemus, uel ob illius uires ſe differenter habentes, uel ob frequentiam actionum aut uacationem, uel ob corporeas complexiones, quæ'ue adſint, quæ'ue deſint: & quæ permutatæ permutent, aut contrà: ſiue etiam quæ quaſi perturbent. Sed de his alibi dicendum eſſe uidetur.

*Imaginatio duplex.*

SVnt in nobis imaginationes geminæ: vna in vita irrationali, altera in anima rationali: atque illa eſt ſummum ſenſuum, hęc infimum cogitationum: ſuntq; contiguæ, & ad vtranq; pertinet animaduerſio. Sicut ergo ſæpe nonnulla videmus, nec tamen animaduertimus nos videre, niſi huc imaginatio ſenſualis intendat, & niſi in hanc viſio ipſa reſultet: ita nec intelligere, neque cogitare nos animaduertimus, niſi actiones eiuſmodi quoquo modo attingāt imaginationem ſibi cōtinuam, & in ea quaſi reſultent. Ad hanc quoque imaginationem perueniunt & ſenſuum & imaginationis inferioris actus; atque in hac ipſa rationalis memoria collocatur. Cap. XXX.

VErum quid nam cogitationum meminiſſe dicemus? Num has quoque imaginatio ipſa conſeruat? Verum ſi omnem intelligentiam imaginatio ſequeretur, forſan hac imaginatione manente uelut quadam cogitationis imagine, ſic utique rei cognitæ memoria erit: ſin minus, aliud indagandum. Forſan uero ratione ipſam intelligentiam comitante traductio & ſuſceptio quędam in imaginationem memoria erit. Ipſa enim intelligentiæ notio, ſiue (ut ita dixerim) intelligimen, impartibile eſt, ac nondum quaſi proceſſit foras, ſed permanens intus latet. Ratio uero explicans & educens ex ipſa intelligentiæ notione in imaginandi uirtutem, ipſum quod dicitur intelligimen, uelut in ſpeculo demonſtrauit: eius'que animaduerſio ita fit & permanentia atque memoria. Quamobrem cum anima ſemper ad intelligentiam moueatur, quoties in hoc reſultat, fit in nobis animaduerſio. Aliud enim eſt intelligentia, & aliud intelligentiæ ipſius animaduerſio. Et intelligimus quidem ſemper,

non

non tamen ſemper animaduertimus. Id autem inde contingit, quoniam id quod ſuſcipit, nō ſolum intelligentias, uerum ſenſus etiam aliunde ſuſcipit, idq; uiciſſim.

Si animae noſtrę duae locis inter ſe ſeparentur, duas habebunt imaginationes manifeſtas atq; memorias: quatenus vero ſunt ſimul, inferior praeſtantiori cedit in corpore formando, ſicut lumini maiori minus lumen. Et ideo non ſunt hic animalia duo, quia ſuperior anima eſt quaſi inferioris forma: atq; haec ſub illius forma actuq; naturaliter agit in corpore. Praeterea quamuis imaginatio memor naturaliter ſit in vtraq;, tamen quando vna frequentius imaginatur atque validius, altera vel vacat vel ita remiſſe agit, ſicut ſaepe viſus quaſi nō videt, imaginatione interim circa aliud attentius laborante. Decet autem, vt naturale eſt, & ſic communiter, imaginationem inferiorem ſuperiori cedere. Quae quidem ſuperior quia cō- prehendit intelligibilium notas ſimul et ſenſibilium formas, declarat in nobis animal eſſe v- num. quae quando egreditur corpore, ſi alteram ſibi educatione ſubegerit, vilia quidem man- dat obliuioni, honeſtiora reſumit. Cap. XXXI.

Verum ſi imaginationis memoria eſt, utraq; uero anima meminiſſe dicitur, duae quaedam erunt imaginandi uirtutes. Profecto ſi ſeparatae inter ſe animae ſint, geminas habeant: cū uero in eodem ſint apud nos, quomodo duas habebunt, & utri earum fiet impreſſio memor? Si enim utriſq;, geminae ſemper imaginationes erunt: nō enim dicendum eſt ad alterā quidem intelligibilium, ad alteram uero ſenſibilium memoriam pertinere: ſic enim duo prorſus animalia erunt inter ſe commune nihil habentia. Si ergo utriſq; impreſſio fit, quae nam differentia eſt? Praeterea quid obſtat, quo minus id agnoſcamus? Forſan quando altera conſentit ſiue conſonat alteri, quippe cum imaginationes nō ſint ſeorſum: ſiquidem tunc animae potioris expreſſio ſuperat, unū prouenit phantaſma, ideſt uiſum, quippe cū uelut umbra tunc alterum comitetur, minuſq; lumē maiori cedat: quando uero pugna fit atq; diſcordia, tunc & altera emicat per ſeipſam, latet autem quod eſt in altera: quoniam & omnino latet nos duplicitas animarum: In unum enim ambae conſpirauerunt, alteraq; obfunditur. Inſpicit igitur altera, uiditq; omnia, & alia quidē habet excurrēs ſiue egreſſa, alia uero dimittit ad alteram, uidelicet pertinentia. Quemadmodū ſolemus cum uilioribus aliquando conuerſati, ſi deinde nos ad praeſtantiorum conſuetudinem traducamus, exigua quaedam priorum contubernalium memoria retinere, plura uero ſequentium ac meliorum.

In utraq; anima poſt obitum, humanorum memoria remanet: ſed in inferiore, cum pertur- batione, praeſertim quando ſuperiori non prorſus obtēperauerit: in ſuperiore vero ſine perturbatione, praeſertim quando talia parui penderit. Item in corpore aereo, reminiſci- tur quidem plurimorum: in caeleſti, pauciorum: extra caelum, pauciſſimorum. Re- cordatio vero illic pauciorum non prouenit ex debilitate memoriae, ſed ex attentione circa intelligibilia negligentiaq; deteriorum, niſi quatenus haec per illa conſpiciuntur. Cap. XXXII.

Quid uero dicemus de amicis & filiis, atque coniuge: item de patria, ſimiliterq; de aliis, quorum uir probus honeſte recordaturus eſſe putabitur? Forte illud quidem, ideſt animę ſimulachrū cum perturbatione quadam reminiſcitur ſingulorū. Hic autem abſq; perturbatione horum memoriam retinebit: perturbatio enim forſan & ab initio erat in illo. Atq; etiam urbani quidam affectus in anima praeſtantiore ſunt, quatenus cum altera commercium habuit. Decet autem deteri-

# PLOTINI ENNEADIS IIII. LIBER IIII.

## DE DVBIIS ANIMAE II.

ANima igitur ad diuinum mundum profecta, & in illa eſſentia conſtituta quid nam dicet? quorum'ue memoriam conſeruabit? Forte conſequens eſt, eam illa contemplari in quibus eſt, & circa eadem agere: alioqui ibi non eſſe. Num ergo eorum quæ hic ſunt nullo modo reminiſcetur? Velut quod philoſophata fuerit: quod'ue etiã hic habitans ſuperiora illa ſuſpexerit. Forſan ſi fieri nequit, ut quando quis intentiſſimus intelligit aliquid, aliud quicquàm agat interim contempletur'ue aliud præter illud: atque in ipſa intellectione non includitur actus aliquis, per quem ſe intellexiſſe cognoſcat: ſed poſterius aliquem dicere, id contingit, quod quidem ſignificat hunc iam permutatũ: non licebit ei qui pure mũdo intelligibili fruitur memoriam eorum, quæ hic ſibi quandoq; acciderint reuocare. Atqui ſi quemadmodum apparet, intelligentia omnis eſt temporis expers: quippe cum quæ ibi ſunt, non uerſentur in tẽpore, ſed in æternitate conſiſtant, impoſſibile eſt illic eſſe memoriam, non ſolum noſtrarum rerum, ſed etiam quarumlibet aliarum. Eſt enim unumquodq; præſens: quoniam neq; diſcurſus, neq; ab alio in aliud tranſiens permutatio. Quid ergo? Non erit diuiſio deſuper in ſpecies, uel ab infimo ad uniuerſale atque ſupernum? Quod profecto dicitur deſuper, non ſit ibi actu ſecretum in intellectu omnia actu ſimul habente: in anima uero ibi exiſtente cur non erit? Sed quid nam prohibet hunc quoq; intuitum totum unà collectum fieri ſimul rerum ſimiliter collectarum. Nunquid igitur ita ſit tanquàm ſimul alicuius intuitus? uel ut intellectiones ſimul omnes compluri[illegible]. Cum enim ſpectaculum ipſum ibi ſit uarium, conſequens eſt uari[illegible] & multam ſimul intelligentiam fieri, intelligentiasq; multas, tan[illegible]ſus multos in uultum unum eundemq; directos, ubi uidelicet ocu[illegible] nares, & oculos, & cæteras faciei particulas contuetur. Sed quando [illegible] quid diuidit & euoluit, quid dicemus? Forſan in intellectu id eſſe di[illegible] ibiq; tale quiddam magis innixum quendam eſſe atq; firmamen[illegible] quod autem prius dicitur & poſterius in ſpeciebus exiſtere, non per di[illegible] temporalem: non enim prioris intelligentia poſteriorisq; ſit tem[illegible] quodam potius ordine: uelut ſi arboris ordo exordiens à radicibus [illegible] ſumma perueniens, apud contuentem non aliter quàm ordine [illegible] habeat atq; poſterius: ſiquidem plantam ſimul omnem conſpicit. At [illegible] in unum inſpicit, ſi multa omniaq; habet, quo nam pacto aliud qui[illegible] habet, aliud uero deinceps. Forſan uero poteſtas ipſa quæ una [illegible] ut & multa eſſet in alio, neq; ſecundum intellectionem unam [illegible] Intelligentiæ nanq; non ſecundum unum illic ſe habẽt per omnem [illegible] potentiam perpetuo permanentẽ, adeo ut in aliis efficiantur mul[illegible] illud utpote non exiſtens ipſum unum, poteſt multorũ in ſe[illegible] non exiſtentium naturam ſuſcipere.

ANima in hoc quidem corpore dum attentior eſt ad aliud, ſeipſam interim non cognoſcit: quia & potentia hic eius debilis eſt, & quod cogitatur ab ea, non eſt principium animæ. Sed quando diuinum mundum contemplatur, utpote quę & corroborata eſt & principia ſui cõſpicit, ſeipſam habitumq́; ſuum & geſta prorſus agnoſcit. Anima in hoc corpore ad imaginationem, & per hanc ad ſenſibilia plurimũ eſt conuerſa: Sed poſt obitum ſi in corpore viuat aereo, ad rationem poſtremo tota conuertit, perq́; hãc ad intellectum ſuũ ſemper omnia contuentem, & in diſcurſu interim temporali verſat. In corpore vero cæleſti ratio quaſi effecta eſt intellectus & ſuus atq; cõmunis, prętcritiſq́; diſcurſum ad intuitũ fermè redegit. Hic ergo & quatenus ingenitas ſibi reperit formas agnoſcit ſeipſam: & quatenus ſe, formas quoq; viciſſim: ipſa enim eſt ipſę formę. Anima deniq; extra cęlum ſic formata eſt diuina mente eiuſq́; ideis, ſicut corpus anima viribuſq́; animę: & ſicut ignitũ ferrum igne. Videt igitur agitq́; per ideas diuinæ mentis quaſi per vires quaſdam ſuæ formæ: igitur & actu ſtabili & cognoſcens ibi principia ſui, agnoſcit profecto ſeipſam.

Cap. II.

SEd hæc quidem ita ſe habeant. Nunquid autem in memoriam ſui reuertitur? Forte neq; ſuiipſius reminiſcetur: neq; quod ipſe ſit qui contemplatur, uelut Socrates aut alter aut quod ſit mẽs uel anima: quo enim modo circa hæc quiſpiã memor erit? Siquidẽ quando & hic contẽplatur, præſertim acerrime, non conuertitur tũc per intelligentiã ad ſeipſum, ſed habet quidẽ ſeipſam: actus aũt eius ad illud fit & illud, quaſi materiã ſeipſum exhibens. Formatus uero ſecundũ id quod ſpectatur ab eo, & ipſe quidẽ tũc in potentia ſeſe habens. Tunc enim ipſe eſt actu aliquid quando nihil intelligit: uel forſan ſi duntaxat ipſe ſit, nimirũ uacuus erit omnium, quando nihil intelligit. Sin aũt ipſe talis eſt ut omnia ſit, quando ſeipſum intelligit, cuncta ſimul intelligit. Quamobrem ita conſtitutus & intuitu quidẽ in ſeipſum, & ſeipſum actu cernẽs, cuncta ſimul habet incluſa. Intuitu uero quodã in omnia ſeipſum ſimiliter habet incluſum. Verũ ſi ſic agit, permutat intelligẽtias, quod in ſuperioribus negabamus. Nunquid ergo dicendũ, in ipſo quidem intellectu hoc ipſum eodẽ modo ſe ſemper habere: ſed in anima tanq̃ in extremis mundi intelligibilis conſtituta, id mutationis poſſe contingere? quando & reuocare ſe ad intima datur. Siquid enim circa permanens ipſum efficitur, oportet ipſum quandã ad permanẽs habere mutationẽ, quippe cũ non æque permaneat. Forte uero neq; mutationẽ illic fieri eſt dicendũ, quando à rebus ſuis ad ſeipſum uergit, & quando à ſeipſo uiciſſim. Omnia nanq; ipſe eſt, atq; ſecundũ ambo per aliam animã in mundo intelligibili permanẽs id ipſum patitur quod aliud dicitur atq; aliud erga ſeipſam, & erga illa quę fundãtur in ipſa. Aut certe in mũdo intelligibili pure uitẽs ipſa quoq; habet ſtabilitatẽ. Eſt enim & ipſa quæcunq; eſt. Quandoquidẽ & cũ in eo eſt mũdo, neceſſe eſt ad unionẽ peruenire cũ intellectu, ſi modo cõuerſa eſt: cõuerſa enim nihil patitur intermediũ. In intellectũ ergo profecta cũ eo contẽperat, & contẽperata mox unitur, ex hoc tamẽ minime diſſoluta: ſed unũ ambo ſunt atq; duo. Sic itaq; ſe habẽs minime permutabit, ſed ad intelligẽtiã immutabiliter ſe intẽdet, ſimul habẽs ſuimet cõſcientiã ſiue cõſenſum, utpote quę unũ iã ſimulq́; idẽ cũ mũdo intelligibili ſit effecta.

ANima extra cælum in mundo diuino conſtituta dicit eſſe vnũ, quoniam agit duntaxat per intellectũ. Deſcendit tandem in corpus cæleſte, quãdo [illegible] ſeipſam in ſe explicãs multitudinẽ, agens iam videlicet per intellectũ, rationẽ, imaginationẽ. Tunc & ſui rerũq́; quarũ ita fermè iam reminiſcit, quemadmodũ apud homines cõſueuerat ſcilicet, cum per rationis agitationẽ quis ibi celerrimẽ, & per imaginationis formationes atq; ſimulacra. [illegible]

vero

vero intereſt, qualia cũ affectu cogitat animus. Nam cũ formas ipſe ſuas in ſe latẽtes produ-
cendo in actum cogitet, nimirum euadit illa ipſa quę cogitat, locumq́; & conditionem eis con
uenientem ſubinde ſortitur.

Cap. III

EGreſſa uero inde, quaſi ipſum unũ ulterius minime ſuſtinens,
ſed ſui proprietatem amãs affectansq́; eſſe alterum, tanquàm
quaſi enitens iam procumbensq́; procliuius memoriam, ut ui
detur, ſuiipſius aſſumit. Memoria uero, ſi ſuperiorum ſit con
tinet adhuc animam ne longius prolabatur: ſin autem noſtrarũ rerum ſit re
cordatio, ad noſtra præcipitat. Sed cęleſtium reminiſcentia gradum ſiſtit in
cælo. Omnino autẽ cuiuſcunq; meminit idipſum eſt atq; efficitur. Eſt enim
meminiſſe, uel intelligere, uel imaginari. Hęc autẽ ipſa imaginatio nõ in eo
cõſiſtit ꝙ habeat aliquid, ſed quòd uideat diſponaturq́;, talisq́; ſit ipſa. Quod
ſi ſenſibilia cernit, quatenus ea proſpicit, eatenus & profundũ habet. Cum
enim habeat omnia ſecũda quadã cõditione, neq; ſic quidẽ perfecte fit & oĩa:
cumq́; rerũ confiniũ ſit & uelut in cõfinio poſita, nimirũ trãsfertur in ambo.

ANima in mundo ſupercęleſti cotemplans diuinæ mentis ideas, per ipſam mentẽ velut
diaphanũ luminoſum cernit ipſum bonum velut Solem: atq; dum per principia ſui vi
det ſeipſam, nimirum & ſe cognoſcit intelligentẽ eſſe, & ſeipſam prorſus agnoſcit. Sed
per eũdem penitus actũ eiuſdẽq́; potentię, diuina ſuam naturã actionem propriam contuet.
Ideo non proprie dicit ſeipſam ſuũq́; actum & vitã priorem animaduertere, quia non vtitur
rationis diſcurſu atq; imaginatione, in quibus recordatio & animaduerſio conſueta verſatur.
Sed cum primũ inde venit in cęlũ, & poſt in aerẽ, duo hæc exercet. Omnino vero formę rerũ
in potentia animæ cognitrice non ſunt accidentia quædã ſic animæ adiacentia, vt in tabella
ſunt literæ: ſed rationes, proprietates, vires quędam eſſentiales, ſicut rationes ſeminales mẽ-
brorum qualitatumq́; corporalium in potentia vegetali: & ſicut proprietates plantæ totius
in ſemine. Anima igitur ſemper eſt hæc omnia: ſed aliàs quidem potius in potẽtia quadam, a-
liàs vero magis in actu. Eſt autem anima magis res ipſæ diuinę, ſi per ſolum intellectum agit
in ipſis, quàm ſi interim per rationis quoq; diſcurſum vel imaginationis figmenta idipſum a-
nimaduertat: hæc enim diſtrahunt.

Cap. IIII.

ANima igitur in mundo intelligibili ipſum quoq; bonũ uidet per
intellectum: neq; enim intellectus eam impedit, quo minus ad i-
pſum uſq; percurrat. Quoniam quod eſt mediũ, non eſt corpus,
ut ex hoc ualeat impedire: quàmuis & mediũ in corporibus per-
mittit ſępe à primis ad poſtrema deſcẽdere. Proinde ſi anima ſeipſam dedat
inferioribus, pro ipſa memorię imaginationisq́; proportione reportat proti
nus quod affectabat: Iccirco memoria etiam quando rerum eſt optimarum,
non eſt optima. Memoriam uero oportet accipere nõ ſolũ in eo quòd quiſ-
piam ſe recordari perſentiat, ſed etiã in eo quòd impræſentia ſit affectus ſe-
cundum priorum affectuũ cogitationumq́; ſimilitudinẽ. Fieri enim poteſt,
ut qui non animaduertit aliquid ſe habere, habeat id penes ſe ualidius q̃ ſi a-
gnoſceret. Si enim agnoſcat, forte tanquàm aliud quiddã habebit, ipſe uide
licet tanquàm alius quidã exiſtẽs: qui uero non cõſiderat ſe habere, uidetur
id ipſum eſſe quòd habet: quę quidem affectio uehementius afficit animam
longiusq́; inclinat. At ſi digreſſa iam ab ipſa regione diuina, refert quoquo
modo memorias, habuit & ibi uis ipſa in ſe memoriam, ſed actus illorum
quodammodo memoriam obfuſcabat: non enim dicendum eſt, uelut ad-
iacentes ibi figuras fuiſſe: ne forte abſurdum quid inde contingat. Sed e-
rat potentia in actum poſtea emittenda. Quando ergo actus ille circa

 intelli-

fundum omne præcipitari. Fieri enim poteſt, ut cõmotę iam animæ ad certumq́; progreſſæ ſpatium pedem ſiſtant: neq; quicquàm prohibet emergere inde rurſus & regredi, antequàm ad imum generationis locũ præcipitentur.

COnſeruatricis memorię miniſterium neceſſarium eſt vbi prętererire aliquid rurſumq́; accedere poteſt viciſſim prętereiturũ. Animis ergo cęleſtibus nõ videtur memoria neceſſaria. Neque enim diſcurrunt vt nouum aliquid vel inueniant vel inquirant. Ca. VI.

ANimas igitur diſcurrentes ſeq́; uarie permutantes uti memoria, facile quiuis poteſt aſſeuerare: memoria nanq; eorum eſt, quæ facta ſunt quæ'ue præterierunt. Animæ uero quæ in eodem penitus conquieſcunt, quarum nam rerum reminiſcentur? Humana uero ratio ſiquidem in animis ſiderum quidem omniũ, ſed præcipue ſolis & lunę requirit memoriam, hinc ſimili quadam conditione ad animã uniuerſi ſe transferet, ac tandem audebit negotioſam in ipſo Ioue memoriã collocare. Hæc uero perquirens, conſiderabit præterea cogitatiões ratiocinationesq́; eorum, ſiquæ ſunt, quales præcipue ſint. Iam uero ſi neq; quicq̃ requirunt neq; ambigunt: nulla enim re indigent: neq; diſcũt quæ antea ignorauerint, quę nã ratiocinatiões uel argumẽtorũ ſubiunctiões uel excogitationes in eis erũt? Sed neq; ſolicite de machinis cõſultabũt quibus humana & oĩo terrena diſponãt. Altera enim ratio eſt qua ſuperi munifice uniuerſa diſpẽſant.

ANimis cæleſtium corporum rectoribus non eſt neceſſarium recordationis obſequium, vel in cognitione, vel vita, vel motu. Suſpiciũt quidem diuina intuitu nunq̃ interrupto: Vbi animaduertere quidẽ poſſunt ſe videre, nõ tñ eſt opus repetere ſe vidiſſe, cũ ſibi nõ ſit ipſum vidiſſe, ſed videre nunq̃ intermiſſum, nunq̃ igiť reſumendũ. Similis eſt & eorũ vita ſemper eadẽ, ſimilis & motus perpetuus in eorũ corporibus atq; continuus, ideoq́; vniuſcuiuſq; illorũ ſemper vnus q̃uis nobis multiplex vel accidat vel videať. Proſpiciunt res quoq; mutabiles intuitu quopiã non mutato, ſicut & quiſpiam eadem inſpectione ad aliquã horæ partem continuata cernit deambulãtẽ in rectum, aliter aliterq́; mutatum, proſpectu videlicet non mutato: quo quidem ſi iudicauerit, illum hic eſſe, ibi fuiſſe, illic fore, mutationes eiuſmodi non propterea in viſione contingent, ꝙ in ſpectaculo cõtingere iudicent. Cap. VII.

QVid ergo? Nonne deum ſe uidiſſe reminiſcuntur? an potius ſemper uident? quandiu nõ uident, nõ licet eis dicere ſe uidiſſe: alioqui hæc eorum conditio foret, qui aliquando uidere deſiuerint. Quid ergo neque etiam recordantur ſe heri uel anno ſuperiore terram circumcurriſſe, neq; ſe heri & iandiu uixiſſe, & ex quo tempore uiuant. Quinimò ſemper uiuunt. Quod uero ſemper idem eſt ſemper & unum. Quod autẽ in motione dicitur heri & anno ſuperiore, perinde ſe habet, ac ſiquis impetum motumq́; uno pede factum partiatur in multa, unum'que motum ipſe alium aliumq́; eſſe multoſq; confingat. Hic etenim unus eſt motus, penes uero nos menſurantur ut multi: dieſq́; alii, quoniam & noctes intercidunt. Illic autem cum unus ſit dies, quomodo poterunt eſſe multi? Quapropter neq; ſuperior annus. At uero obiiciet aliquis, non unum, ſed aliud itemq́; aliud interuallum eſſe, aliamq́; eſſe & aliam zodiaci portionem. Cur igitur non dicat cæleſtis anima, hanc iam præterii partem, nunc uero aliam occupo? Pręterea ſi humana proſpiciunt, quomodo non etiam uideant mutationes humanas, atq; alios nunc homines eſſe? quod ſi ita, etiam ante alios extitiſſe aliaq; negotia? Ex quo fit ut habere memoriam uideantur.

ANima cuiuslibet ſtellæ cõtemplans ideas principiaq; rerum omnium, habet ſemper in ſe certam vniuerſi notitiam, ſiue intellectualem hanc ſiue rationalem appellare volueris: atque interea per corpus cęleſte ſuum corporalia ſentit. Sed quod minime quęque ſentiat, interea nec per imaginationem animaduertit. ideoq; nec in memoria collocatum quia hæc omnia altius iam comprehendit, tum quia apud ipſum nullius ſunt momẽti, tum etiam quoniã tandiu iã omnia ſentit, vt nihil vltra ſenſum moueat tanquam nouũ: veruntamẽ per imaginationem animaduertit ea particularia ſe ſentire, quæ vniuerſo ſunt apprime neceſſaria, vt ſtellæ cæleſtia elementa. Profecto cum propoſitum ſit cęleſtibus animis, non per hanc quidem ſolum partem vel huc uſque tantum vel tandiu dũtaxat moueri, ſed contemplari, & ſimpliciter ſemperq; moueri. Et cum quolibet in momento earum motio ſit perfecta, ſintq; animæ illæ certæ præſcriptum in ſeipſis ordinem vniuerſi ita proculdubio euaſurum, nulla nimirum eas cura tangit de parte quapiam loci vel temporis aut motus, vel de re vel de quauis re mutabili: itaque neque dum talia ſentiunt, imaginationem attentionemq; talibus adhibere coguntur. Nota circularem cæli motum nec eſſe alterationem, quia nõ mutat formam, nec eſſe localem, quia non mutat locum: ſed eſſe vitalem, id eſt proprium vitæ interioris actum pariter & indicium. Nam agere in ſe moueriq; ex intimis proprium eſt viuentium: cęleſtium vero motus eſt eiuſmodi, quemadmodum in animalibus pulſuum cordisq; motus, nutritioq; in plantis.

Cap. VIII.

FOrſan uero non eſt neceſſarium uel quotcunq; aliquis intuetur commendare memorię, uel illa quæ omnino ex contingenti ſequuntur, imaginatione colligere. Item quorum in animo intelligentia cognitioq; rerum certior inſidet, ſiquãdo res eiuſmodi ſenſibus offerantur, non neceſſe eſt eos intellectuali notitia prætermiſſa in id quod particulare ſenſibileq; obiicitur, intueri: niſi quis opere ipſo diſpenſet aliquid, quod tametſi particulare ſit, tamen in ipſa notione totius præcipue includatur. Dico autem de quolibet hoc pacto. Principio nõ eſſe neceſſarium, ut quæ uidet aliquis collocet in ſeipſo, quando enim nihil intereſt, uel nullius eſt apud ipſum momenti, tunc ſenſus abſq; electione noſtra eorum quæ uidentur differẽtia motus, ipſe quidem ſolus id patitur: Anima uero interim id non excipit intra ſeipſam: quippe cum ea ipſa uiſibilium differentia neq; curę ſit nobis, neque ad neceſſitatem uel utilitatem aliam ſit collatura. Iam uero quando quis omnino ad ſeipſum agit, uel ad alia quædã, tunc rerum eiuſmodi pręteritarum memoriã minime retinet, quando neq; præſentium quidẽ percipit ſenſum. Quinetiam non eſt neceſſarium ea quæ omnino ex contingenti proueniunt, in imaginatione locari: ac ſi locentur, non ita collocari, ut cuſtodiantur atq; obſeruẽtur: ſed eiuſmodi rei figuram non afferre conſenſum, percipere quiuis poterit, ſi modo quod dicitur, ſic acceperit. Dico autem hunc in modum: Si nunquàm principale nobis propoſitum fuerit, partem aeris hanc impræſentia deinde illam diuidere, dum loco mouemur, uel etiam magis pertranſire: profecto nunquam in deambulando hoc ipſum obſeruantes cogitaremus. Quandoquidem niſi præcipue nobis decretum eſſet, tantum prorſus certæ cuiuſdam uiæ peragere, liceret autem per aerem nobis percurrere, nũquam curæ nobis foret in quo potiſſimum ſtadio terræ ſimus, uel quantum iam ſpatii peregerimus: tum uero ſi moueri quidem nos oporteret, neq; tamen ad tempus proprie tantum, ſed moueri ſolum. Item neq; actionem aliam prorſus ullam referre ſoleremus ad tempus, certe nunquàm in memoria tẽpus aliud aliudq; excogitaremus. Id uero ex eo patet potiſſimum, quoniam quando cogitatio uniuerſum id quod

quod agitur in ſe habet, confiditq́; ita prorſus ut habet effectum iri, haud ulterius ſingulis quæ fiunt ſeſe adhibet. Præterea quando quiſpiam idem ſemper agat, fruſtra nimirum ſingula ſui operis obſeruabit. Si ergo ſtellæ dum feruntur, ſua quædam agunt officia: neq; mouentur, ut hæc ipſa pertranſeant, quæ prætergrediuntur, opusq́; ipſarum neq; eſt aſpicere quæ pertranſeunt, neq; etiam præterire: atq; ipſe tranſitus accidentalis eſt illis, circa maiora interim occupatis: denique per eadem ſemper ſimiliq́; tenore diſcurrunt: nimirum apud eas tempus diſcreta quadam menſura minime computatur, ac etiamſi diſtinguatur, non neceſſarium eſt uel locorum quæ prætereunt, uel temporum memoriam retinere: præſertim cum uitam ſemper eandem penitus habeant, quando & circa eundem locum perpetuo reuoluuntur, adeo ut earum motio non tam localis quàm uitalis eſſe uideatur. Quippe cũ animal unum agat in ſemetipſum in ſtatu quidem quantum pertinet ad externa, in motu uero per uitam in ipſo propriam peruigentem. Proinde ſiquis cœleſtium motum choreæ ſimilem eſſe dicat, ſi modo choreæ aliquando deſinenti, tota quidem progreſſio motionis perfecta erit à principio ad finem uſque continuata: imperfecta uero unaquæque erit in parte dinumerata. Sin autem tali choreæ comparetur, quæ ſempiterna ſit, perfecta ſemper erit: ſi autem perfecta ſemper, non habebit tempus in quo perfecta ſit quandoque futura, neque etiam locum, quapropter neque ſic etiam appetitum: ideo'que neque temporali neque locali conditione dimetietur: itaque neque horum memoria ulla continget. Præterea ea ratione magis etiam nobis ratio cõfirmabitur: quod ſcilicet illi uitam agunt beatam in ſui ipſorum animis uitam inſpicientes, atq; ipſa ſuarum animarum ad ipſum unum conſpiratione, & à ſe in totum cælum colluſtratione, tanquam fides in lyra motæ concorditer melodiam in naturali quadam harmonia mirifice concinunt. Atque ita totum cælum uoluitur, partes'que eius ad ipſum, agitatur quidem ipſum aliter & alia aliter, quàmuis ad idem: quippe cum poſitio quoque illis ſit alia, atque uita omnium magis etiam una ſit atque perſimilis.

Rector mundi Iupiter per vnam ſimplicemq́; ſui formam omniformem, virtute infinitam infinitorum effectricem videt & efficit infinita, non duobus quidem actibus, ſed quo actu videt, eodem efficit, atque viciſſim. Abſurdum vero foret dictu, eum notitiam rerum ex rebus ipſis colligere. Nam per noticiam res antecedentem, res efficit. Neq; poſſet infinita comprehendere, ſi noticiam ex infinitis aucuparetur. Nunc vero non aliter per vnam ſui formam cõſpicit infinita, quàm ſi Sol per vnam ſui lucem radios innumerabiles mittentes ipſe conſpiciat.

Cap. IX.

IVpiter autem exornans omnia, & moderans & diſponens, ſemper animam regiam mentemq́; regiam poſſidens, & qua ratione unumquodque fiat prouidentiam, & in ea quæ fiunt imperium, item ordine ſingula certo diſponens: præterea circuitus multos reuoluens, multos'que inceptos iam ad finem uſque perducens, cur non in his omnibus memoriam habeat, recordatus ſcilicet quot & quales reuolutiones actæ iam fuerint? Rurſus'que quemadmodum in poſterum

fiant

Neque enim ab ultimis, neque à partibus exorditur: ſed à primis incipiens & à primo uia quadam ab impedimentis omnino remota per omnia ſe diffundit & ornat. Atque ob hoc ipſum dominatur & ſuperat, quoniam ipſa eadem in eodem opere permanet & ad idem. Sin autem aliud uelit & aliud, unde nam aliud concupiſcet? Deinde ſic affecta quid potius ſit agendum ambiget, atq; ita debilitabitur eius officium in agendo, ſiquidem ratiocinando in agendi ambiguum diſtrahatur.

Qua proportione ſingulæ naturæ partium ſingularum in quolibet viuente dependẽt ab vna quadam viuẽtis totius natura communi, eadem omnes mundanorum naturæ ab vna communi totius mundi natura. Sicut ergo viuentis cuiuſque natura in ſe con[illegible] naturalior ſeminales partium effectuumq; naturalium rationes, nec laborat neque [illegible] in agendo, neque trãſmutatur dum diuerſa producit, præſertim quoniam agit ex [illegible], nec ex multis velut partibus inchoat opus, ſed ex vno velut omnium cardine cũcta [illegible] ita neque natura mundi cõſultat in opere, vel laborat, vel permutatur: quippe cum [illegible] ſe ſuum habeat, ſicut naturam particularem ad ſuum ſe modo dicebamus habere [illegible] multo præſtantius, præſertim quia inſtrumẽtum eſt æternæ infinitæq; ſapiẽtiæ [illegible] ſemper ad eadem viciſſim eodemq; tenore, totiq; materiæ præſidet. Ars quinetiã quæ [illegible] per habitum naturæ ſimilem denique agit ſine conſultatione vel electione, vel attentio[illegible]: imo vero ſi tunc ad attentionem eiuſmodi redeat, impeditur ſæpius & aberrat, [illegible] talis non pertineat ad naturam. Cap. XI.

[illegible]St enim gubernatio mundi tanquàm animalis unius. Sed hæc ipſa gubernatio animalis partim tractat extrinſecus atq; partes, partim uero ab intrinſeco regit atq; principio. Medicus quidẽ incipiens ab extrinſeco per parteſq; procedens, incedit ſæpe du[illegible] atque conſultat: natura uero cum ab intimo ducat principio, conſulta[illegible] non indiget. Oportet autem mundi totius gubernationem atque gu[illegible]rnatorem in diſpenſando non medici, ſed naturæ more procedere: mul[illegible]o magis illic ſeruari ſimplicitatem, quò magis ibi intus comprehenſa [illegible], uelut animalis unius membra. Omnes nanque naturas una na[illegible]plectitur: reliquæ uero ſequuntur dependentes inde & prodeun[illegible] ita quaſi pullulantes, quemadmodum naturæ ramorum ab ipſa [illegible] uniuerſæ natura. Quæ nam igitur ratiocinatio, uel numeratio, uel [illegible] Cum adſit ſapientia ſemper & agat & dominetur, atque ſemper [illegible] tenore gubernet: Non enim ex eo quòd uaria ſunt & diuerſa quæ fi[illegible] eſt etiam effectorem cum ipſis eorum quæ fiunt mutationi[illegible] commutationem: quatenus enim uaria ſunt quæ fiunt, eatenus ef[illegible] eodem tenore conſiſtit. Multa enim ſunt quæ gignuntur in uno [illegible] animalium naturaliter, neque ſimul omnia. Diuerſæ quidem [illegible] certis temporibus germinationes certæ, uelut cornuum, bar[illegible]; [illegible] item augmenta certa floreſque ætatis. Rurſus præſcripta [illegible] prolis quæ generantur alia, prioribus interim ſeminariis ratio[illegible] deficientibus, ſed aliis præterea genitis: quod quidem ex [illegible] in animali inde genito eadem ſeminaria ratio totaque ſerua[illegible] opera pretium eſt aſſerere, eandem ſapientiam hic uigere, at[illegible] uniuerſalem, uelut mundi ſapientiam conſiſtentem: multam

quidem ac uariam: rurſusq; ſimplicem animalis unius omniũ maximi, quæ quidem ex ipſa operũ multitudine non euadat uaria, ſed una ratio ſit ſimulq; omnia: alioqui niſi ſit omnia, non erit ipſa, ſed potius quædam poſteriorum & partium ſapientia.

Cogitatio per plura deinceps ordine currens eſt motus aliquis abſoluta notitia carens, atque ob indigentiam, veritatem, ſapientiamq; appetens conſummatã: ideo diſcurſio eiuſmodi, vel conſultatio, vel electio non pertinet ad mentem vel animam mundi rectrĩcem, poſſidentem ab æuo habitum ſapientiæ plenum & integram, cum idearum tum rationum ſeminalium plenitudinem. Qua quidem plenitudine res futuras anticipat in præſentibus, & quibus modis ſint futuræ diſcernit. Quarum ipſamet eſt opifex, ſola toti ſuæ materiæ dominans, nec impedimentis obnoxia: ideoq; nec ſolicita, vel ambigua, vel inquirens, ſed natura ſua omniformi vniuerſum ſibi conformans. Cum vero hæc ipſa natura ſit intelligentia & voluntas, merito non conſilio tractat mundi materias, ſed ſapientia firma tum naturaliter tum etiam voluntarie fabricante. Cap. XII.

FOrſan uero quod eiuſmodi eſt quiſpiam naturæ opus eſſe fatebitur. Sed cum in uniuerſo ſapientia ſit, neceſſario rationis quoque diſcurſiones & memoriam eſſe putabit. Verum id quidem hominum eſt, ſapere in non ſapiendo ponẽtium, putantiumq; idem eſſe inquirere ſapientiam atq; ſapere. Nam ratione diſcurrere quid nã aliud eſt, q̃ appetere ſapientiam, inuenire, ueramq; rationem mentis uere cõpotem. Qui enim ratiocinatur, ſimilis eſt pulſanti citharã abſolute pulſationis gratia, atq; meditanti ad habitũ conſequendũ, & omnino diſcenti gratia cognoſcẽdi. Ratiocinator enim id quærit addiſcere, quod qui iam habet, eſt ſapiens: quapropter in ſtatu quodã & ſtabili eſt ſapiẽtia. Teſtatur id & ipſe ratiocinator. Nam cũ primũ inuenit quod optabat, ceſſat ratiocinari, & in ſapientia ipſa poſitus conquieſcit. Si igitur ipſum mundi ducẽ uicẽ habere diſcẽtium arbitremur, nimirũ rationis diſcurſiones dubitationesq; illi & memoriam tribuemus, cõferenti uidelicet præterita cũ præſentibus & futuris: ſin aũt ita potius ſe habere putemus, quẽadmodum qui cognoſcat in ſtatu quodam ſuum terminũ poſſidente, merito ſapientiã ei potius cõuenire cenſebimus. Præterea ſi futura nouit, abſurdum enim eſſet id negare: cur non etiam quomodo futura ſint, teneat? Quod ſi quomodo etiam futura ſint nouerit, quidnam amplius opus eſt ratione perueſtigare, ac præterita cũ præſentibus cõparare? Rurſus cognitio futurorum, ſi modo ei concedatur adeſſe, non utiq; talis erit, qualis ineſſe uatibus cõſueuit, ſed qualis effectoribus ipſis certo ſcientibus ita fore. Id uero eſt omniũ autoritatem habentibus, quibus nihil hæſitans, nihil contingit ambiguũ: & quorum ſentẽtia cui ſemel aſſenſit, perpetuo acquieſcit. Eadem igitur illic eſt ſapientia de futuris, quæ & de præſentibus ſecundum ſtatum: id autẽm eſt à rationis inueſtigatione remotum. Ac niſi futura cognoſcat, quæ ipſe facturus ſit, neque etiam ſciet facere: neque ad aliquid ſpectans efficiet: ſed quod forte inciderit, aget; id uero nihil aliud eſt, quàm caſu facere. Permanet igitur qua ratiõe faciet. Ac ſi permaneat, qua ratiõe faciet, certe nõ faciet aliter quàm deſignet, quod in eo exiſtit exẽplar. Vno itaq; tenore & eadẽ ſemper faciet ratione. Non enim nũc quidem aliter

aliter ne in poſterum: alioqui quidnam prohibebit ab inſtituto procul errare. Sin autem opus ipſum ſe differenter habebit, non à ſeipſo quidem hanc differentiam poſſidebit, ſed quatenus ſeminariis ſeruiet rationibus: hæ uero ab effectore dependent: quapropter opificiũ ſeriem ipſam ſequitur rationũ. Effector itaq; nullo modo cogitur aberrare, aut ambigere, aut negotiis laborare, quemadmodum nonnulli opinati ſunt, putantes gubernatiõem omnium eſſe laborioſam. Profecto laborare in opere diſponendo, nihil aliud eſſe uidetur, q̃ alienas materias pertractare, id eſt materias quibus minime dominentur. At quando quis operi dominatur, & ſolus imperat, qua nã re indigeat, niſi ſeipſo & propria uoluntate, id eſt aũt ſapiẽtia propria: penes enim hunc ita ſe habentẽ uoluntas eſt ſapientia. Nihil itaq; huic deeſt ad fabricandum, quando neq; ſapientia huic eſt aduentitia, ſed eſt ipſemet nulla unq̃ re aduẽtitia utens: igitur neq; ratiocinatiõe neq; memoria, hæc enim aduẽtitia ſunt.

Mens diuina idearum ſuarum ſigillo imprimit formas animæ mundi adeo vehemẽter, Vt non ſolum figuret ſupremum animæ, id eſt intelligentiam, ſed etiam medium eius id eſt imaginationem: & vſque ad infimum eius, id eſt naturam formarum notas inurat. Formæ ſiue rationes rerum ſeminales in natura ſunt vltima quędam veſtigia diuinorum, ideo cognitione carent, quàmuis vita non careant: aguntq; in materiam ſicut ignis atque ſimilia. Et artificioſe quidem, quoniam ſunt viuæ quædam expreſſiones diuinæ cuiuſdam intelligentiæ, atque huius verba loquentis. Natura dum agit in materiã, pati dicitur non à materia, ſed ab anima. Anima vero non tam patitur à mente, q̃ ſe agit ad ipſam. Cap. XIII.

SEd quo nã eiuſmodi ſapientia differet à natura? Hoc ſane, quòd ſapientia quidem primum, natura uero eſt ultimum. Natura enim ſapientiæ imago eſt: Cumq; poſtremum animę ſit, ultimã quoq; in ſe rationem habet deſuper emicantem. Quemadmodum ſi cum profundior cera imprimitur, uſq; ad alteram eius ſuperficiem penitus figura pertranſeat, ubi quidem figura ſuperior perſpicua ſit: poſtrema uero ueſtigium ſit obſcurum. Ideoq; natura nihil nouit, ſed efficit tantum. Prudens enim abſq; electione ſequenti quod habet, corporeo materiæ [illegible] ſubiecto largitur, talemq; duntaxat actionem habet: quemadmodum & calidum proximo ſuam exhibet ſpeciem, debilius calidum reddẽs. Hanc ob cauſam imaginationem natura non habet. Intelligentia uero eſt imaginatione præſtantior. Sed imaginatio inter naturalem figuram intelligẽtiamq; eſt media: natura enim nullius rei animaduerſionem cognitionemq; habet. Imaginatio uero rei peregrinę cognitionem: dat enim imaginanti ut quę patitur, agnoſcat. Hæc autem ipſa progenies atq; actio ex ipſo agente dependet. [illegible] mens quidem poſſidet, anima uero totius ſemper accipiebat, ſemperq; accepit: idq; ei uiuere eſt: & quod in ea apparet, fulgetq; ſemper eſt ipſius animæ intelligentis agnitio. Quod autem ab ipſa in ſuperficiem materiæ [illegible], eſt natura, in quam entia deſinunt, uel ante ipſam, quæ quidem id ipſum præcedit quod apparet. Atq; hæc ſunt ordinis intelligibilis ultima: iã enim poſt hæc ſunt quædam entium imitamina. At natura in materiam agens interim patitur aliunde: anima uero hac ſuperior ſimulq́ue proxima, faciendo non patitur: mens denique ſuperne conſiſtens in corpora materiamue non agit.

[illegible] quodam ordine diſcrepant, quo alij alia cedunt potius quàm ſuccedant. Eſt enim anima per eſſentiam omniformem ordo quidam ſpecialis & firmus futuri ordinis vniuerſi exemplar pariter & effector & quantum in ſe eſt, efficere poteſt ſimul omnia, ſi materia poſſet ſimul omnia capere. Moueri quidem dicitur anima hæc ad bonū, qua ratione per [illegible] ad illud appetendo conuertitur. Mens vero in bono quieſcere, quoniam nullo ad id medio vtitur. Mundus vero circa animam, imò intra animam tempore voluitur. Plotinus in libro de Tempore etſi non ponit tempus motumq; in anima mundi ſuperiore, ponit tamen in [illegible] eiuſdem inferiore, id eſt in veſtigio ſuperioris atque natura: non quia formas [illegible] vel [illegible], ſed quia formæ in ea quædam quaſi è ſomno ſtatutis temporibus [illegible] in vigiliam.

Cap. XVI.

[illegible] Aeterum ſi in ea deſignatum eſt hoc poſt illud, & prius atq; poſterius ſuorum operum: & ſi ipſa facit in tempore etiam annuit in futurum. Si autem hoc ita ſe habet, annuit etiam in præteritum. Forſan uero potius in his quæ fiunt, & prius eſt & præteritum, in ipſa uero nequaquàm: ſed rationes omnes ſimul, ut diximus. Quæ quidem non ſimul ſunt in operibus tempore, quando neq; etiam loco ſimul. Quamuis in ratiōibus ſimul loco ſint uelut manus & pedes in ſeminario: in rebus autem ſenſui patentibus hæc loco ſeorſum diſpoſita ſunt. Etſi in ſeminario alia quadam ratione ſeparata dicuntur, ideoq; prius etiam alia ratiōe. Profecto quod ſeorſum dicitur, alteritate quadam ſeorſum eſſe cenſebitur. Quod autem prius dicitur, quo nam pacto? Niſi ordinator ipſe ſic imperet. imperans uero edicet idipſum, ſcilicet hoc eſto poſt illud. Nam cur non ſimul omnia erūt? Sed certe ſi aliud quiddam ordinator eſſet atq; ordo, ſic res ageretur quaſi dicendo: ſin autem imperator ipſe præſidens, ordo primus exiſtat, non dicit ultra, ſed facit tantum hoc poſt illud efficiens. Si enim dicat, ſpectans ordinem dicet: quapropter aliud quiddam ſic erit præter ordinem. Qua igitur ratione eſt idem? Quoniam ordinator nō eſt materia ſimul atq; ſpecies, ſed ſpecies ipſa duntaxat: atq; poteſtas & actus ſecundus poſt mentē erit anima. Quod autem dicitur hoc poſt illud ipſis operibus accidit, habere ſimul omnia nō ualentibus. Venerandum enim quiddam eſt & anima talis, ſcilicet qualis & circulus centro accommodatiſſimus ſtatim poſt centrum adhibitum interuallumq; indiſtans. Sic enim ſingula diſponuntur, ac ſiquis ipſum bonum pro centro poſuerit, mentem uero uelut immobilem circulum adhibuerit: ſed animam uelut mobilem addiderit circulum, motum inquam per appetitum. Mens enim proxime ſubitoq; bonum habet atq; conceptam: anima uero id quod etiam eſt ſuperius, appetit. At mundi ſphæra habens animam ea conditione appetentem, nimirum qua ratione naturaliter appetens poteſt, mouetur. Sic uero natura comparatum eſt, qua corpus ualens naturaliter idipſum, extra quod eſt, appetere. Hoc autem eſt circunfundens ſeſe illi, & undiq; circuncurrere: quo efficitur, ut moueatur in orbem.

I[illegible] mundi non eſt ambigua cōſultatio temporaliſq; diſcurſio: quia quod optimum [illegible] uno ſemper cæteris ſuis viribus dominatur. Eſt tamen in noſtra: quoniam è [illegible] viribusq; noſtris nunc vna tunc alia dominatur. Item quia & ignorantes [illegible] quoniā plurimis indigemus, tum denique quia plurimæ nobis ab externis [illegible] paſſiones. Virtus nobis rationalis etſi non eſt ipſa natura debilis, ac etiamſi nō ſic [illegible] ab irratiōali aliquādo ſuperaſ. Et quia hęc quieta eſt, illa vero turbulēta: Et quia [illegible] eſt vnica, illa vero multiplex. Homo peſſimus ſimilis eſt populari gubernationi peſſimę: [illegible] vero malus, populari minus malæ, Bonus, optimatum gubernationi: optimus, regno.

AT quo nam modo non etiã in nobis intelligentiæ illæ quæ ſunt ipſius animæ atq; rationes ita ſe habent? Sed hic ſecundum tempus eſt poſterius, quæſtiones'que hic oriuntur. An quia multa ſunt in nobis quæ dominantur atq; mouentur, neq; unicum imperat? An etiam quia aliud atq; aliud ad uſum atq; ad præſens ſuccurrit, non definitum in ſcipſo, ſed ad aliud ſemper atque aliud extrinſecum pertinens? Itaq; & conſilium aliud, quod & pro temporis opportunitate, quando neceſſitas poſtulat, nobis adeſt: præterea tum hoc tum illud extrinſecus accedit. Quinetiam ex eo quod multa dominantur in nobis, neceſſarium [illegible] quoq; imaginationes accidere & peregrinas & nouas, aliis circa [illegible] alia impedimento ſunt aliis ad motionis actioniſq; expeditionem. [illegible]do enim uis concupiſcendi mouetur, ſuboritur eiuſmodi nobis imaginatio, quæ quaſi quidam ſenſus nuntiat defertq; paſſionem, requirens ſcilicet ut animus obſecundet concupiſcentiæ, eiq; ad uotum ſuppeditet. Tum uero animus ſic affectus, neceſſario in controuerſiam trahitur, ſiue obſecundet & ſuggerat, ſiue repugnet. Atqui & uis iraſcendi irritans ad iniuriam propulſandam, quoties incitatur, eadem nobis infert. Proinde indigentiæ paſſioneſq; corporis uarias nobis opiniones inducunt. Rurſus ignoratio bonorum defectuſq; inueniendi, quod in iudicando definiat, ubi animus huc atque illuc diſtrahitur, atque ex horum commixtione alia reſultantia ad idem pertinent: tametſi quod optimum eſt in nobis, alia opinatur quàm communis ipſius defectio opinionum'que diuerſitas. Ab eo autem quod eſt optimum recta ratio in noſtrum commune traducta ob hoc ipſum degenerat, quod in ipſo commixto debilis iam euadit, cum tamen ſuapte natura non ſit debilis. Sed quemadmodum in plurima contionis turba uel conſultor omnium optimus in orando non perſuadet, ſed deteriores potius ex ipſo interturbantium uociferantium'que numero ſuperant: ille uero ſedet quietus, nihil impetrare potens, utpote qui tumultu deteriorum eſt ſuperatus. Eſt enim in quouis deterrimo commune quiddam, & ex cunctis coaceruatus homo deterrimæ cuiuſdam gubernationis more. In homine autem medio ſic ſe habet, quaſi in ciuitate, in qua quiddam aliquanto melius dominatur: ubi profecto popularis quædam gubernatio eſt non omnis expers obedientiæ. At in homine etiam meliore uitæ ſpecies eſt optimatum gubernationi perſimilis: quippe cum ipſum iam quod in homine commune dicitur aufugiat, melioribuſq; obtemperet. In optimo denique etiam à communi ſe ſeparante unus eſt princeps, à quo quidem in alia ordo profertur. Quaſi duplex in nobis ſit ciuitas: quarum altera quidem ſit ſuperior, altera uero ſit inferior, ad ſuperioris ſimilitudinem exornata. Dictum eſt autem, in ipſa quidem anima mundi unum idem'que ſemper & ſimiliter imperare: in aliis uero ſe aliter rem habere, huiuſq; rei aſſignatæ ſunt cauſæ. Sed de his hactenus.

Sicut [illegible] a ſole micat lumen ab eo inſeparabile, quod non ſit aeris propria qualitas: ſed à lumine generat calor propria iam aeris: ſic ab anima noſtra emicat viuificus actus: qui non ſit quidem propria corpori qualitas, ſed generat vitale aliquid in corpore factum iam corpori proprium. Anima quidem ſubſtãtia eſt & vita. Actus ille ſuus inſeparabilis, ſubſtantiale aliquid eſt & viuificũ. Qualitas hinc tributa corpori accidẽtale quiddã eſt & quaſi vitale. Actum illum appellamus idolum animę, in quo ſenſus eſt vegetaliſq; natura. Qualitatem vero illam imaginem animę nominamus & vmbram. Ex hac & corpore fit compoſitũ, in quo voluptates doloreſq; ſunt corporales: quarum paſſionum ſenſus ad idolum animamq; perueniunt, paſſiones vero nequaquam. Superior comparatio magis propria fuerit, ſi idolum [illegible] ab anima non ſeiunctum comparauerimus radio viſuali ab oculo non diſiuncto. Qui [illegible] ab oculo rubente proceſſerit, ruborem aſpicienti procreabit in oculo: cui [illegible] [illegible] vmbram animę in corpore reſultantem. Cap. XVIII.

Reliquum eſt inueſtigare, utrũ corpus habeat aliquid in ſeipſo, atq; ita anima præſente uiuat, ut iam propriũ aliquid in ſe poſſideat: an quicquid habet, ſit ipſa natura, idq; ſit quod ſe communicat corpori, ipſa ſcilicet natura duntaxat. Forſan uero corpus ipſum, in quo anima eſt atq; natura, non oportet eſſe tale, quale prorſus inanimatum, uel qualis aer illuminatus, ſed tanquam calefactus aer. Sic utiq; animalium plantarumq; corpora quaſi umbram animæ in ſe habent. Itaque dolores uoluptateſq; corporeæ circa corpus tale uerſantur. Nobis uero talis corporis cruciatus uoluptaſq; eiuſmodi in cognitionem peruenit paſſionis expertem: nobis inquam, ideſt alteri animæ: quaſi corpus eiuſmodi nõ alienum à nobis ſit, ſed noſtrum. Quapropter & nobis curæ eſt, quaſi ſit noſtrum. Neq; enim hoc ipſi ſumus: neque ab hoc nos ſegregati, ſed dependet ex nobis hoc, nobiſq; appendet. Nos autem per id quod eſt principale cenſemur: noſtrum uero ſimul & hoc eſt aliter. Quamobrem tum dolore afflicti, tum uoluptate permulcti eiuſmodi corporis curam habemus: & quo ipſi debiliores ſumus, eo diligentius & curamus: & tanto colimus accuratius, quanto minus ab eo nos ſegregamus. Sed hoc ipſum quod in nobis eſt præſtantiſſimum, quo & homines ſumus, quaſi in corpus tale ſubmergimus. Profecto putandum non eſt, paſſiones eiuſmodi omnino ad animam pertinere, ſed ad corpus tale & commune quiddam atq; coniunctum. Quando enim unum aliquid eſt duntaxat, quaſi ſibi ipſi ſufficit. Velut ſi corpus ſolum ſit atque inanimatum, quid nam patietur? Si enim diuidatur, non tam ad ipſum [illegible] quàm ad unionem quæ in eo eſt, paſſio eiuſmodi pertinet. Anima [illegible] ſola diuiſionem paſſionemque patitur nullam: & ita ſe habent, totum hoc aufugit. At uero quoties duo quædam unum eſſe contendunt, atque ita unione utuntur extranea, nimirum ſæpe ex eo quòd unum permanere non permittuntur, doloris initium ſubeunt. Dico autem [illegible] non ſi duo in unum corpora coeant, una enim in his eſt natura: ſed quando diuerſa natura cum diuerſa natura alioq; genere commercium inire conatur: & quod deterius eſt, à meliore aliquid ſuſcipit: neq; ipſum quidẽ poteſt accipere, ſed eius duntaxat ueſtigium. Atq; ita id totum duo eſt, fitq; unum: euadens profecto medium inter id quod erat ante, atq; id quod aſſequi nequit, iam in difficultate poſitum: quippe cum commercium infelix

natura hæc agit obnixius, peruenit perceptio paſſionis in ſenſum, atque hinc ad imaginationem atque iudicium. Cap. XX.

COnſequens eſt præterea, corporearum cupiditatum principium fieri ex eo quod ita eſt commune, & tali quadam natura corporea. Neq; enim corpori quomodocunq; ſe habenti attribuendum eſt initium appetendi & impenſius proſequendi. Neq; putandum eſt animã ipſam affectare ſalſa uel dulcia, ſed potius id quod corpus quidem eſt: nititur autem non ſolum corpus eſſe, ſed plus ſibi quàm anima uendicat motionum, atq; ob uendicationẽ eiuſmodi in multa transferri compellitur. Quapropter ita quidem affectum ſalſa, ita uero dulcia concupiſcit: item humefieri, rurſusq; calefieri, quorum nihil ſibi curę futurum eſt, ſi ſolum fuerit. Quemadmodum uero illic ex dolore cognitio nata eſt, animaq; ſtudens ab inferente paſſionem corpus abducere, uertit in fugã. Quod etiam admonuit quod primo ſuſtinuit paſſionem, dum ipſum quoq; in ipſa contractione quodammodo fugeret. Ita & hic ſenſus quidam perdiſcit, & anima quæ prope eſt, quam utiq; naturam dicimus ueſtigium uitæ corpori tribuentem. Igitur natura quidem concupiſcentiam reportat iam adultam, uelut finem concupiſcentiæ in tali corpore iam exorſæ: ſenſus autem imaginationem, per quam anima iam cuius eſt proſequi: uel proſequitur atq; ſuggerit, uel repugnat & abſtinet. Neq; conſentit uel exordienti concupiſcentiam, uel ei quod poſt eiuſmodi exordium concupiſcit. Verum cur nam duas concupiſcentias ponimus? Non autem ſolum tale quoddam corpus eſſe quod appetat? Profecto ſi aliud eſt natura, aliud uero corpus tale à natura iam effectum: eſt enim natura antequàm tale corpus efficiatur, cum ipſa corpus efficiat tale, fingens ipſum atq; formans: neceſſarium eſt neq; animam ipſam inchoare cupiditatem, ſed tale quoddam corpus quod & patitur talia quædam: & quando dolet, contraria eorum quæ patitur appetit, tum ex languore oblectamentum, tum ſaturitatem ex indigentia. Naturam uero ceu matrem quaſi coniectantem deſideria patientis conari, neceſſe eſt dirigere, & ad ſeipſam id reuocare, ac remedia languoribus quæritantem ob inquiſitionem eiuſmodi, cum patientis cupiditate coniungi, atq; ita affectionem hanc ab illo ad animam penetrare. Quamobrem dicet quiſpiam, corpus quidem tale appetere ſuapte natura: forſan uidelicet quantum ſpectat ad appetitionis properationisque incitamentum: naturam uero ex alio, & propter aliud affectare: at animam uelut aliam eſſe quæ uel obſequitur, uel potius aduerſatur.

INcitamentũ ad cõcupiſcenda oblectamẽta corporea nõ oritur in ipſa animę uirtute cõcupiſcẽte, ſed in corpore tali, ideſt per animã affecto uitaliter. Id ſanè cõijcimus: Primo, quia cum in corpore tali ſit indigentia ſimul atque paſſio, merito appetitus hinc incitãtur. Secundo, quoniã quatenus aliter ſe habet corpus tale pro differentia ætatũ, ualetudinis, habitus, loci, tẽporis, eatenus diuerſi ſurrepũt appetitus. Virtus aũt concupiſcẽdi in anima permanẽs nõ permutaſ. Tertio, quia nonnunq̃ in tali corpore ſtimulus aliquis eſt ad aliqud, ad q̃d nõ ſtatim uis ipſa concupiſcẽdi ſe dirigit. Quarto, ſi etiã mox ad hoc intẽderit, nõ tñ animus ſemper hoc admittit. Quinto, ſurgit ſæpe in corpore deprauato ſtimulus ad aliquid naturæ minimè

minime conſentaneum, vt ad cinerem comedendum: quod natura corporeæ habitudinis moderatrix non adſciſcit, neque coaptat corpori, neque ſibi. Denique nec impletur nec euacuatur, nec quomodolibet alteratur vis ipſa concupiſcendi animæ inſita eius've idolo, ſed corpus tale. Hinc igitur non inde appetitus ad talia ſuſcitantur. Cap. XXI.

ESſe uero corpus tale circa quod ſit principium appetendi, oſtantur inſuper differentes ætates. Alii nanq; ſunt appetitus corporei puerorum, adoleſcentum alii, aliiq; uirorum bene uel male ualentium, dum ipſa concupiſcendi uirtus eadem interea permanet. Conſtat itaq; corporeum quiddam eſſe, corpus inquã tale, quod dum modis plurimis permutatur, incitat ſimiliter quamplurimos appetitus. Declaratur idẽ, quod non ubiq; in huiuſmodi incitamentis ſimul excitatur omnis concupiſcentia: cum tamen corporea incitatio ſæpe ad finẽ uſq; perduret. Præterea quòd & antequã ratio id deliberet, ſæpe animus non uult comedere aut bibere, dum ad hæc concupiſcentia uehemens impellit, quãtum eſt in tali quodã corpore. Quinetiam quòd natura ſæpe id ad quod tale corpus incitat uel adſciſcit, non adſciſcit ipſa, neq; uult in naturæ ſedem adducere, quaſi oblectamentum eiuſmodi naturæ non congruat: & quaſi naturæ ipſius ſit ſtatuere, quid naturæ conſentaneum ſit, quid non conſentaneum. Siquis autem ad prius illud obiiciat, ſufficere corpus aliquando factum differens, differentes concupiſcentias uirtuti cõcupiſcendi ſuggerere: Haud quaquam dicit ſufficienter, quantum ſpectat ad id quòd alio patiente, hæc ipſa uirtus aliter alterius cauſa cupiditates habeat differentes: quando neq; ſi ipſa eſt, cui ex neceſſitate ſuggeritur. Non enim ad ipſam uim concupiſcendi pertinet nutriri, uel calefieri, uel humefieri, uel permutari, uel euacuatione leuari, uel ſaturitate repleri: ſed ad tale corpus hæc omnia pertinent.

TErra cum animalia generet ſitq; animalis mundani membrum & neceſſarium & minime contemnendum, eſt animal intellectuale atque diuinum, habetq; ſenſum. Nam in anima vis iudiciaria viget, quæ cõiũcta corpori ſuo percipit & iudicat ſui corporis paſſiones: id autem eſt ſentire. Quanquã Plotinus & multi vnicuique elementorum ſuam tribuunt animam. Poterit tamen aliquis forſan non abſurde dicere, ſphæras quidem cæleſtes, quia & immutabiles ſunt, & permanent in ſelpſis inuicem non confuſæ, animas inter ſe diſtinctas habere. Elementa vero quoniam compoſiti gratia inſtituta ſunt, & in ſelpſis permutantur, & inuicem confunduntur, ſuntq; in globum vnum redacta, numerisq; compoſita in formam vnam concorditer colligata, vnicam cunctorum animam poſſidere, vni eorum materiæ complexioniq; humorum quaſi quatuor prorſus accommodatam, vigentem in aere & igne quàm plurimum. Per hæc in aqua ſimul atque terra, cuius virtute vitalem vim compoſita omnia illa reportent: in quibus elementorum portiones ſimili quadam ad totum proportione ligãtur: in terra quidem & aqua, animalia manifeſta: in aere vero dæmones, habentes corpora connexa ſimiliter, quàmuis tenuia nobisq; occulta. Cap. XXII.

NVnquid etiam in plãtis aliud quidem eſt quod quaſi proprium earum corporibus inſeratur, aliud uero quod ſuppeditet: quod in nobis quidem dicitur concupiſcendi uirtus, in illis uero dicitur uegetalis. Forſan uero in terra quidem eſt eiuſmodi uirtus, cum anima ſit in ipſa: in plãtis autẽ eſt quod ab hac uirtute procedit. Oportet tunc uero quiſpiam prius interrogabit, quæ nam anima ſit in terra. Vtrum ex ipſa uniuerſi ſphæra, quam Plato ſolam primo animare uidetur, uelut fulgor aliquis micet in terram: an potius dicendum ſit, Platonem terræ animã tribuere, qualẽm ſtellis: ubi rurſus ait, terram eſſe primam antiquiſſimamq; deorum

deorum omnium, qui cælo clauduntur. Quo enim pacto terra poterit iudicari dea, niſi habuerit animam? Vnde contingit, ut difficile ſit inuẽtu, qua res hęc ratione ſe habeat: atq; maior uel certe non minor ex Platonis dictis ambiguitas oriatur. Sed certe imprimis quo nam pacto ſententiam rationi conſentaneam inueſtigare poterimus? Principio terram habere animam uegetalem, per ea quę ex ipſa naſcuntur, coniectare quis poterit. Quòd ſi animalia etiam multa ex terra generari uidentur, quid nam prohibet eam eſſe animal iudicare? Cum uero tam ingẽs animal ſit, neque exigua quædã mundi portio: cur non etiam habere mentem, atque ita deum eſſe dicamus? Iam uero ſi quamlibet ſtellã eſſe dicimus animal, quid prohibet terram quoque, cum ſit totius animalis pars, animal confiteri? Non enim putandũ eſt eam extrinſecus quidẽ ab aliena anima contineri, intrinſecus uero animam non habere, quaſi ipſa ſola animam habere propriam nequeat. Cur enim ignea quidẽ poſſint, terrenum uero non poſſit? Nempe utrunque corpus eſt: neq; ibi ſunt uenæ, nerui, carnes, ſanguis, humor. Tametſi terra eſt maiori admodum uarietate munita, ex omnibusq; corporibus conſtituitur. Siquis autem obiiciat, quòd inepta ſit ad motum: id quidem dicere quis poterit ex eo duntaxat, quòd è loco proprio non moueatur: quęret & aliquis, quomodo terra ſentire poſſit. Quæremus & nos ſimiliter, quo pacto ſentire poſſint ſtellæ. Iam uero neque carnium eſt ſentire: neque omnino tribuendum eſt animæ corpus, ut inde ſentiat: ſed corpori potius anima tribuẽda, ut ſit corpus, atq; ſeruetur. Profecto cũ anima uim iudiciariam habeat, habet & facultatẽ, per quam dum ſpectat in corpus, de paſſionibus illius ualeat iudicare. Quę nam uero paſſiones ſunt terræ? Quorum'ue iudicia? Præterea plantæ quatenus terrę aliquid ſunt, non ſentiunt. Quorum nã igitur ſunt ſenſus? Et per quę fiunt? An forte non audendum eſt aſſerere abſq; inſtrumentis fieri ſenſus? Itẽ ad quẽ uſum ſenſus terræ conducit? Non enim ad cognitionẽ. Sufficit enim forte cognitio, quæ cõſiſtit in ſapientia, quibus ex actu ſentiendi nulla eſt prouentura utilitas. An forte hoc quiſpiam nõ conceſſerit. Eſt enim & præter utilitatem in rebus quæ ſentiuntur cognitio quædam à Muſis non aliena: uelut Solis & ſiderum reliquorũ, cęliq; & terrę ſpectaculũ: hęc enim ſpectare per ſeipſum etiam eſt iocundum. Hoc igitur in ſequentibus erit cõſiderandum: Impræſentia uero rurſus inueſtigandum, num inſint terræ ſenſus, & quorum animalium ſit ſentire, & qua id rõne fiat. Forſan uero neceſſarium prius eſt, quæ ſunt dubitata reſumere, & communiter intelligere. Nunquid abſq; inſtrumentis ſenſus effici ualeat: et num utilitatis gratia inſtituti ſint ſenſus, etiam ſiquid aliud ex his accidat præter uſum.

SEntire nõ eſt ſimpliciter cognoſcere ſenſibilia, ſed per paſſiones ſiue impreſſiones quaſdam factas vel à rebus ſentiẽdis prope animam, vel ab anima circa eas. Anima ab omni corpore ſeparata ſicut in ſe viuit, ſic ad ſe conuerſa per formas ſibi inſitas à diuinis diuina cognoſcit, per'que illa velut principia comprehendit & ſenſibilia. Neque tamen hoc eſt ſentire: nequit enim ſentire tunc corporalia: quia nullam habet cum eis proportionem, per quam impreſſio vlla, vel expreſſio inter hanc & illa fiat. Sed quando corpori

rerum proprietatem. Regula enim accommodata rectitudini, tum quæ eſt in animo, tum quæ eſt in ligno, recteq; in medio poſita, iudici dat iudicandi operis facultatem. Alterius uero diſputationis eſſet inquirere, utrum coniungere prorſus oporteat inſtrumẽto id quod eſt iudicandum: an etiam per aliquod medium procul à re ſentiẽda diſtante fiat ſenſus, ceu ſi ignis ſit procul à carne medio nihil patiente. Vel ſicut ſi uacuum quiddam ſit medium inter uiſum atq; colorem: nunquid uideri poſſit inſtrumento præſente potentię. Conſtat autem ſenſum ad animam pertinere in corpore duntaxat uiuentem, atque per corpus expleri.

CVm animam corpori coniunctam neceſſario conſequatur ſenſus, animæ ſphærarum, ſtellarum, mundi, ſentiunt. Mundus ſentit per aliam ſui partem, uiciſſim partẽ aliam: itẽ per totum partes. Præterea totius habitudinem quaſi quodam ſui conſenſu ſentit. Per amplíſſimam ſphæram præcipue quaſi per oculum intus omnia cõtuetur. Si enim tu per oculum tuum, quoniam animatus eſt & diaphanus atque lucidus, q̃plurima vides, ac per radiũ eius ad cæleſtia procedentem cæleſtia ſuſpicis: cur non & mundus per cæleſtem oculum ſuum viuum, perſpicuũ, lucidũ, radioſq; ſuos ad omnia diffundẽtem, omnia cernat? XXIIII.

SEd nunquid utilitatis ſolius gratia tributus à natura ſit ſenſus, ita eſt indagandum. Profecto ſi animæ, dum ſola uiuit, ſenſus minime conuenit, ſed unà cum corpore adhibentur & ſenſus, nimirum propter ipſum corpus ex quo & ſenſus prodeunt, ac propter corporis ſocietatem datus eſt ſenſus: ſiue ex neceſſitate aliqua conſequatur, dum quicquid patitur corpus, modo ſit paſſio uehemens, ad animam uſque pertranſit: ſiue prouiſum ſit, quo uidelicet caueatur, antequàm paſſio uſqueadeo inualeſcat ut perdat: uel priusq̃ nimis propinquet, quod paſſiõem infert. Quod ſi ita eſt, gratia uſus dati ſunt ſenſus. Etſi enim ad notitiam dati ſint, non ei qui cognitionem poſſideat ita ſunt dati, ſed ignaro ob infortunium, & obliuioſo ut quandoque reminiſcatur: ſic utique ei qui neque egeat, neque obliuiſcatur, minime fuerint attributi. Verum ſi id ita ſe habeat, non ſolum conſiderandum erit nobis de terra, ſed de omnibus ſtellis, præſertim de toto cælo atque mundo: partibus enim ad partes, quibus & pati contingit ſecundum præſentem rationem ſenſus quoque conueniet. Toti uero ad ſeipſum, quiſnam ſenſus inerit? Cum ad ſeipſum paſſionis ubique ſit expers. Etenim ſi oportet aliud quidem eſſe ſentientis inſtrumentum, aliud uero præter inſtrumentum id eſſe quod ſentitur, uniuerſum uero eſt & totum: nimirum non erit in eo aliud quidem per quod efficiatur ſenſus, aliud uero quod ſenſu percipiatur. Cæterum oportet ei conſenſum quidem ſuiipſius quendam tribuere, quemadmodum & nos quendam noſtri conſenſum in nobis habemus: ſenſum uero qui ſemper intendatur in aliud, minime. Quoniam & nos quando præter habitum naturalem aliquid ſingulatim in corpore noſtro percipimus, accedens quiddam ab externis tunc attingimus. Verum quemadmodum in nobis non ſolum externorum eſt apprehenſio, uerum parti etiam erga partem: quid nam prohibet mundum etiam per inerraticam regionem erraticam intueri, per'que hanc proſpicere terram, & quæ in terra ſunt contueri. Quòd ſi hæc differentes ab aliis paſſio-

nes habent, nihil prohibet differentes quoq; ſenſus habere. [illegible] uiſionem inerraticæ regionis non ſolum eſſe ſecundum ſeipſam, [illegible] hanc ipſam regionem eſſe quaſi oculum, ea quæ uidet totius animæ [illegible] antem. Etſi enim paſſiones alias non admittit, quid tamen obſtat quo [illegible] uideat tanquàm oculus, cum ſit lucidum quiddam & animatum. Sed hic obſtare Plato uidebitur, dicens cælum oculis non egere. Verum & ſi nihil relictum eſt extra uidendum, ideoq; non eiuſmodi indiguit oculis, attamen intus ineſt quod uideatur, nihilq; prohibet uidere ſeipſum. At ſi quis obijciat, non expedire ſenſum, quia uanum ſit ſeipſum cernere: eſto quidem non ex principali quodam conſilio mundus ſic uiuendi gratia conſtitutus: ſed [illegible] ita natura comparatum, id quoq; neceſſario conſequatur, ideoq; nihil [illegible] bit quin per corpus eiuſmodi perſpicuum uideatur.

Animæ ſphærarũ ſtellarumq; & anima mundi humanã uident atque audiunt. [illegible] rim talia ſe ſentire minime ſentiunt: quoniam imaginatio ad quam talis [illegible] pertinet, intentiſſima ſemper eſt ad intelligentiarum notas in ſe fingendas. [illegible] ſe noſtra forſan non animaduertunt, tamen precantibus benefaciunt, [illegible] occulto quodam naturæ conſenſu. Hæc Plotini ſententia eſt inter obiectiones [illegible] doſo. Dicet fortaſſe quiſpiam, imaginationes cæleſtium animarum adeo effica[illegible] intelligibilium notas deriuent in ſenſibilia, atque ita intrinſecus quodammo[illegible] ſimul valeant tam ſenſibilia quàm intelligibilia miris quibuſdam modis ima[illegible]

FOrte uero non ſatis eſt adeſſe inſtrumentum per quod agatur, ad hoc ut uideat omninoq; ſentiat: ſed oportet animã ſic ſe habere, ut quodammodò ſenſibilibus annuat. Animæ uero ipſi conuenit, ut ſemper penes intelligibilia ſit: ac ſi fieri poſſit ut ſentiat, non propterea id ei conueniet, quòd intelligibilibus ipſis incumbat: quando & nos dum impenſius intelligendis incumbimus, latent [illegible] ones ſenſusq; alii, & omnino ſi intendimus in aliud diligenter, cætera latent. Quinetiam ſi alia ſui parte partem aliam apprehendere ſtudeat, [illegible] ipſum perſpiciat, ſuperuacuum id quidem etiam in nobis erit, ac [illegible] ius gratia id agatur, erit uanum: tum ſpectare aliud tanquam pulc[illegible] entis eſt atq; indigentis. Olfactum uero atq; auditum, guſtumq; [illegible] diſtractiones quaſdam & ductus quoſdam animæ circum ad [illegible] dentes quiſpiam ponat: Solem autem ſtellasq; alias per accidens [illegible] audire. Quòd ſi per utraq; ponat [illegible], non erit abſurda poſitio. Verum [illegible] conuertantur, etiam rerum meminerint humanarum. Forte enim [illegible] dum foret, niſi recordentur eorum, quibus ſedulo benefaciunt: [illegible] ſint memores, [illegible] benefacient.

Sphæræ mundi [illegible] habent, & preces noſtras exaudiunt. C[illegible] dem habent, [illegible] noſtro uiſu, [illegible] natura ſcilicet vita perſpicua lucida. Dicuntur & auditum habere, ſed genere quodam ab auditu noſtro longe diuerſum: quia videlicet audientium exaudientiumque more [illegible] vouentium preces [illegible] mundi partes quaſi vnius animalis [illegible] tur eſſe [illegible] vel [illegible] continuum, aut vnio, [illegible] que fundamenta videntur. Primum eſt vna omnium vbique materia: ſecundum, concordia qualitatum. Nam ſicut elementa quamuis diſcordia, quibuſdam tamen proximis [illegible] litatibus concordia ſunt [illegible] gradus ſunt componantur ac [illegible] non componantur, quamuis inter ſe differentes, tamen concordibus viciſſim [illegible] ſe contingunt.

contingunt. Tertium, ſpiritus vbique vnus. Nam ſicut cælum vnus eſt ſpiritus in excelſis: ſic intra cælum vnus inde ſpiritus vel cæleſtis omnino, vel cælo ſimillimus omnibus eſt infuſus quo & cælitus regantur omnia, & anima mundi inferioribus quoque corporibus per ſpiritum coniungatur, & omnia per hunc viuentia coaleſcant: ſpiritum intellige ſpiritui noſtro conſimilem. Quartum eſt vna natura genitalis onmnia fouens per ſpiritum ſequentibus colligata. Quintum, anima mundi vbique vna per naturam ſpiritui cæteteriſq; cõnexa. Per hãc igitur vnionem fundamentis quinque conſtãtem vehementiſſimus quiſque motus ſiue vouentium peruenit ad celeſtia, ſiue celeſtium peruenit ad vouentes: pręſertim ſi non ſolum anima mundi, ſed etiam diuinæ omnes ſunt vbique pręſentes, quàmuis alicubi potius actiones ſuas quandoque declarent: quod velle videntur Plotinus Porphyriuſq; & Iamblichus. Pręſentiſſimus autem ſingulis adeſt primus ipſe deus omnium potentiſſimus imperioq; latiſſimus.

Anima terræ ſenſus omnes exercet per ſpiritũ ibi quaſi cæleſtem & cæleſtiũ radijs illuſtratũ ſuęq; naturæ ſubiectum, & terrena regentem, præterea preces exaudit. Cap. XXVI.

COgnoſcunt & uota noſtra uelut ſecundum quendam contactũ certamq; habitudinem cunctorum ubiq; contemperatam, eademq; ratione procedunt effectiões. Quinetiam in magorum artibus totum peragitur in contiguum. Hæc autem in uiribus quibuſdam conſiſtunt, ſe inuicem mutua quadam cõpaſſione ſequẽtibus. Si uero id ita ſe habet, cur non & terrã ſentire dicamus? Sed quos nam huic ſenſus attribuemus? Primo quidem cur non tactum? ſiue parti ad partẽ, ſenſu uidelicet ad ipſum principale traducto: ſiue totum ipſum ignem & alia ſentiat. Nam & ſi terrenũ corpus ineptum eſt ad motum, non eſt tamẽ immobile. Sentiet autem nõ minima quæq;, ſed magna. Sed cur iſta ſentiet? Forte quoniã neceſſe eſt præſente hic anima, motus maximos non latere. Obſtat uero nihil ob hoc etiam terram habere ſenſum, ut uidelicet quæ ad homines pertinẽt bene diſponat, quatenus ſcilicet ad ipſam humana officia pertinẽt. Diſponet aũt bene quaſi quadam cõpaſſione ſiue conſenſione. Neq; prohibet quicq̃ audire precantes, precibuſq; annuere: neq; tamẽ qua ipſi cõditione ſolemus. Aliis quoq; ſenſibus uti ad ſeipſam atq; alia uelut circa odores atq; ſapores aliis notos. Forte olfactu liquorũ uti expedit ad animaliũ prouidentiã atq; culturã, item ad corporis proprii cultũ: non tamen exigenda ſunt talia, qualia in nobis ſunt inſtrumenta. Neq; enim in omnibus animalibus eadem ſunt, uelut aures nõ in omnibus, & quæ nõ habent aures, nihilominus ſonos apprehendunt. Viſus autem ſi modo huic lumine opus eſt, quo nam modo terrę aderit? Et ſi enim oculi requirendi non ſunt, lumen tamen deeſſe nõ debet. At ſi poſtquàm conceſſum eſt uegetalem ineſſe naturam, conſequenter eſt cõcedendum, hanc ipſam naturam eſſe quaſi quendam ſpiritum, ideoq; illam primo ſic ſe habere: cur nam diffidendum ſit, eſſe rem quoq; perſpicuam, cum ſit ſpiritus. Imò uero fatendum, ex eo quod ſpiritus eſt, eſſe perſpicuum: & cum illuſtretur à circulo, eſſe actu perſpicuum: quapropter neq; abſurdum neq; impoſſibile putãdum eſt animã terræ uidere. Meminiſſe uero oportet, hanc ipſam non eſſe uilis cuiuſdã corporis animam: ideoq; intelligere, eſſeq; deam: omnino enim oportet animã ipſam bonã ſemper exiſtere.

TErram habere animam apparet ex plantis lapidibuſq;, creſcentibus quidẽ quandiu terræ radicitus inhærent, contrà vero nequaquam: ſicut in animali dentes, vngues, pili. In plantis terræ hærentibus apparet virtutis genitalis effectus: ipſa vero virtus in eis propria nulla videtur eſſe: alioqui etiam auulſæ per virtutem propriam pariter coaleſcerent. Ve

 getalis

hęc ipſa natura ſic affecerit corpus, ut iocunda moleſta'que [illegible] item amaram infuderit bilem, ſic'que affecto ueſtigium impreſſionis [illegible], quod quidem cum in tali quodam ſit circa moleſta ad iracundiam [illegible], & cum ipſum male à principio ſit affectum, cætera etiam nititur [illegible], & quaſi ſibi ſimilia reddere. Eſſe uero hoc animæ ueſtigium alterius ueſtigii cognatum eſſentia, id nobis argumento eſſe poteſt, quòd qui oblectamenta corporea minus appetunt corpusq́; negligunt, minus ad iracundiam prouocantur, minusq́; irrationali paſſione feruntur. Arbores uero iracundiam nõ habere, quàmuis naturam habeant uegetalem, mirũ uideri non debet: quando neq; ſanguinem, neq; bilem habent. Vbi enim hæc inſunt, abſque ſenſu æſtus tantum ſuboritur, ac uelut offenſio quædam: ſenſu uero adueniente, impetus iam inſurgit ad id quod offenderit expugnandum. Verum ſi irrationalis animæ pars diuidatur in concupiſcendi & iraſcendi uirtutem, & illa quidem ſit uegetalis, uis autem iraſcendi ſit illius ueſtigium circa ſanguinem aut bilem, aut utrunque, non recte è contraria parte diuiſio fiet: quippe cum horum alterum prius ſit, alterum uero poſterius. Forſan uero nihil prohibet utrunque poſterius eſſe, diuiſionemq́; eiuſmodi eſſe duorum naſcentium ab eodem. Eſt enim diuiſio appetentium qua ratione appetentia ſunt, non autem eſſentiæ, unde talia prouenerunt. Eſſentia uero illa ſecundum ſeipſam non eſt appetitus, ſed forte perficiens appetitum, ſcilicet ſibi coniungens actionem ab appetitu prouenientem. Denique non eſt abſurdum dicere, ueſtigium animæ in animoſitatem excidens in præcordiis eſſe ſitum: non enim hic animam proprie, ſed talis cuiuſdam ſanguinis fontem eſſe putandum.

IN corpore animato nõ ſolum eſt anima & actus uiuificus animæ cõcitatus, ſicut [illegible] ſo lumen in corpus ſuum emicans: ſed etiam eſt quoddam uitale veſtigium, quaſi [illegible] mine calor. Calorem dico naturalem ſpiritumq́; motibus aptum, qui ad breue reſtare poteſt in corpore poſt diſceſſum animæ, & motum quendam edere. Nulla vita, nullum [illegible] cum perit. Sed nunquid hoc vitale veſtigium? Profecto ibi naturalis calor [illegible], ſpiritus quoque naturalis cito reſoluitur. Vitalis autẽ & animalis poteſt diutius ſupereſſe, & ſequi animam contentus ab anima velut coagulo, futurum quaſi fermentum aereo corpori poſt obitum congregando afficiendo'que vitaliter. Sin autem in veſtigio hoc [illegible] eſſe aliquid pręter calorem atque ſpiritum, quod ad animam lumenq́; eius ſe [illegible] non vt calor, ſed vt ſplendor reſultans ex lumine animæ, id quidem non perit, ſed lumen [illegible] animæ comitatur. Opinatur lumen nullo modo ab illuminato, ſed tantum à luminoſo pendere, idq́; ſemper ſequi vnà cum ſplendore quomodolibet reſultante. Tangit [illegible] tem, omnium colorum vires & quaſi floſculos eſſe in lumine, neque per[illegible], & iterum apparere. Item lumina quæ videntur extingui, non diſperdi: ſed [illegible] ris luciduma; eius occultum nobis obire. Denique quicquid in nobis vitæ [illegible] eſt, noſtram ſequi ſuperiorem, neque perire, veſtigiumq́; vitale in corpore ſeruari [illegible] pria vel communi, ſaltem ad tempus, poſtquam propria deſeruerit. Cap. XXIX.

CAeterum ſi animatum corpus non illuminato ſed calefacto corpori ſimile eſt, cur nam poſt alterius animæ diſceſſum corpus nihil habet uitale? Forſan uero habet, ſed ad breue: citoque nimis euaneſcit, quemadmodum & à rebus calefactis cum ſeiunguntur ab igne, cito calor extinguitur. Cuius quidem rei [illegible]

[illegible] in corporibus defunctorũ naſcuntur pili, & augen-
[illegible] od & animalia multa poſtquàm ſecta ſunt, mouentur ad tem
[illegible] forſan propterea fit, quia adhuc uitæ nonnihil eſt reliquũ: quod
[illegible] altera anima ſimul habeat, non tamen id ſignũ erit ſufficiẽs ad
[illegible] nobis, id non eſſe diuerſum. Etenim abeunte ſole, non ſolũ cõ-
[illegible] penesq; ipſum q̃ proxime pendens, ſimul abit: uerũetiã ſplẽ
[illegible] hoc dependet extra ipſum in ſubiectis inſpectus, ab ipſo differẽs,
[illegible]. Sed nũquid diſcedit unà, an mox extinguitur? Id aũt & in lumi-
[illegible] facto eſt indagandũ: atq; in uita infuſa corpori, quã quidẽ eſſe pro
[illegible] poris arbitramur. Conſtat profecto nihil omnino luminis in cor
[illegible] illuminatis reliquũ fieri. Sed quæritur, utrum in ſuum refluat fontẽ,
[illegible] pereatur. Sed quonã pacto eſſe prorſus deſinit? ſi prius erat aliquid. Et
[illegible] quid erat? Putabit uero quiſpiam ipſorũ corporum à quibus eſt lu-
[illegible] aliquid lumẽ, quod & color dicitur: & quãdo hæc ipſa corpora ſunt
[illegible] pereuntibus ipſis, colorẽ quoq; lucidũ ſimul perdi. Ideoq; nemo per
[illegible] iam extincto, ubi ſit eius color: ſicut neq; ubi ſit figura. An forte ſi
[illegible] habitudo quædam eſt, ſicut cõtractio manus atq; dilatatio: co
[illegible] non ita, ſed ſicut dulcedo ſe habet. Quid enim prohibet, quo minus
[illegible] dulci corpore, dulcedo ſuperſit, odorq; ſimiliter deſtructo corpore
[illegible], atq; in alio quodam reſtent corpore, neq; ſentiantur tamen: propte
[illegible] participantia corpora nõ ſint talia, ut qualitates acceptas ſenſibus
[illegible]. Similiter quid obſtat, lumen deſtructis prioribus ſuis corporibus
[illegible] nihil uero luminis, ut ſolebat, ad oculos alicunde reflecti? Niſi for
[illegible], ſimiliter ſe mente uidere illas etiam quæ qualitates dicuntur in
[illegible] nõ eſſe. Verum ſi id admittatur, admittemus etiam qualitates in-
[illegible] biles eſſe: neq; ſubiectorum conſtitutionibus generari: neq; ratio-
[illegible] ſeminibus inſunt, colores efficere: ſed uelut in auibus, quarum plu-
[illegible] nobis occurrunt, colores iam inſitos quidem ſed diſtractos in u-
[illegible] gere. Forte etiam facere: ſed inſuper uti coloribus qui in aere ſunt
[illegible] eno. Eſſe enim in aere hæc, non tamen omnino talia, qualia cum in
[illegible] generantur, nobis apparẽt. Sed iam dubitatio talis hic ita iaceat.
[illegible] manentibus corporibus lumen inde pendet neque ſeparatur, quid
[illegible] lumen unà cum moto corpore commoueri, tum proxime pen-
[illegible] od dependet à proximo: quàmuis cum abit non uideatur, quem
[illegible] ſequens accedit apparet. De anima uero alibi diſputabitur: nũ ſe
[illegible] procedentia comitẽtur: an forte ſingula in ſe cõſiſtant, etiamſi
[illegible] defecerint, poſſintq; in ſeipſis perſeuerare: an potius nulla omni
[illegible] animæ diſiungatur, ſed omnes animæ una ſimul atq; multæ ſint, &
[illegible] animum ratione. Sed quidnam dicemus de ueſtigio illo animæ, quod
[illegible] proprium eſt impreſſum? Forte ſi hoc ipſum eſt anima,
[illegible] animæ comitabitur rationem: ſiquidem ab ipſa animæ ratione
[illegible]. Sin autem eſt uelut uita corporis propria, eadem hic

erit conditio, quæ & cum de imagine luminis [illegible] dubitabamus. Illud e nim conſiderandum, numquid uita abſq; anima eſſe queat. Niſi [illegible] poſſit, quatenus quædam aſſiſtat anima in aliud agens.

*Hactenus in commentarijs Euſtochij Secundus de Anima, atq; hic incipit Tertius in commentarijs vero Porphyrij quæ ſequuntur, Secundo continuata ſunt.*

STellæ viſum auditumq; habent, memoria vero nō indigent. Præterea preces [illegible]. Sicut qui corpus ſuum opportune lumini Solis exponit, naturaliter inde [illegible] animum ſpiritumq; ſuum per votum ſuperiorum influxibus applicat, ubiq; [illegible] bus beneficia inde reportat naturaliter influentia. Antiqui aliqui præter Solem [illegible] adorabant, plurimi vero præſertim Platonici atque id genus philoſophi ſolum adorabant in ter cæleſtia Solem. Orationem ad Solem compoſuit Iulianus & Iamblichus. Solem Plato fi lium & imaginem ſummi dei viſibilem appellauit. Solem Socrates orientem ſalutans [illegible] ſum ſæpe patiebatur. Orienti Soli Pythagorici hymnos lyra canebant. De cultu quidem Solis illi viderint. Deus certe in Sole poſuit tabernaculum ſuum. Cap. XXX.

POſtquàm uero memoriam ſtellis eſſe diximus ſuperuacuam, dedimus autem ſenſus, neq; uiſum duntaxat, ſed & auditum. Præterea preces exaudire cōceſſimus, quas ad Solem dirigimus: alii uero quidam ad alias quoq; ſtellas: credunt enim multa precibus ſe ab illis impetraturos, atq; adeo facile, ut non ſolum iuſtis officiis, ſed ſæpe etiam iniuſtis patrocinentur. Cum inquam dubitationes eiuſmodi incidant, impræſentia nobis diligenter conſiderandum. Habent enim hæc in ſeipſis maximas uulgatiſſimasq; dubitationes apud eos præſertim, qui grauiter ferunt cenſeri deos adiutores autoresq; operum iniquorum, tum aliorum, tum etiam amoris incontinentisq; concubitus. Itaq; & horum cauſa, & maxime memoriæ illorum gratia, de qua eſt à principio dictum, inueſtigandum eſſe uidetur. Conſtat enim ſi modo faciunt quæ precamur, neq; illico faciunt, ſed impoſterum, ac ſæpe poſt longum tempus, humanas preces memoria conſeruare. Prior uero ratio nobis adducta id minime cōcedebat. Sed quātum ad collata hominibus beneficia pertinebat, tale uidebatur eſſe, quale ſi à Cerere atq; Veſta, ideſt terra conferri dicantur: niſi quis forſan ex terra ſolum beneficia hominibus conferri dixerit. Conandum eſt igitur utraque demonſtrare, & qua ratione memoriæ munus eis attribuamus, quantum uidelicet ad nos ſpectat, nō quantum ad ea quæ uidentur aliis, qui memoriam ſtellis dare non uetant: & quid de illis dicendum ſit, quæ ab ipſis perpetrari uidentur. Quod quidem philoſophiæ officium eſt, conſiderare ſcilicet ſi quo modo ſoluere dubitationes datur aduerſus cæleſtem deorum hominibus incidentes. Item & aduerſus uniuerſum mundum, in quem etiam criminatio eiuſmodi tendit, uelut cauſam iniquorum: ſi modo præſtanda eis eſt fides, qui uniuerſum quoq; cælum audacia arteq; humana, quaſi magicis quibuſdam carminibus ad uotum adduci putant. Quærendum etiam inſuper de dæmonibus, quo nam pacto talia ſubminiſtrare dicantur. Niſi forte ex ipſa ſolutione priorum, ſolutionem quoq; horum acceperis.

ACtiones aliæ quidem naturales ſunt, aliæ uero artificioſæ. Naturales [illegible] ſi mūdi erga partes [illegible], aut partium ad uniuerſum, aut partium [illegible]. Artificioſæ actiones vel deſinunt in opus arte cōſtructum, vt [illegible] ad opus naturæ miniſtrant, vt medicina, agricultura, magia, cum quibus [illegible] habet oratoria perſuaſio, & poetica muſicæq; lenocinia. Actiones cæleſtium ad inferiora non ſolum fiunt per calorem & aliam elementis ſimilem qualitatem, ſed per vires quaſdam à no

bis

poſſint. Quod ſiquis differentias morum uiribus ſupernis attribuens ſecundum certas conſtitutiones corporũ uel frigoris uel caloris exceſſum [illegible] ctas, quo nam pacto poterit etiam inuidias, æmulatiões, aſtutias in [illegible] reducere? Verum ſi & hæc ualeant fortunas certe deteriores uel meliores, di uitias, inopias, maiorum nobilitatem, generoſitatẽ propriam, [illegible] ſauros, qua nam ratione in qualitates eiuſmodi referant? Nam [illegible] lia quiuis enumerare poteſt, quæ lõge remota ſint ab efficacia [illegible] litatis ab elementis in animalium corpora & animas uenientis. [illegible] conſilio electionibꝫ ſtellarum & uniuerſi ſententiæ horumq; conſ[illegible] bus attribuẽda ſunt ſingula, quæ ſingulis inferioribus accidunt. Nec [illegible] dictu eſt, ſuperos erga homines machinari, quo pacto alii quidẽ [illegible], alii liberos in ſeruitutem redigant, muros ſuffodiant, ſacrilegia [illegible] rurſus illiberales & timidi, & in actionibus paſſionibuſq; muliebres, [illegible] buſq; turpibus deditiſſimi. Talia enim committere atq; machinari non ſolum non eſt deorum, ſed neq; etiam hominum mediocriter honeſtorum [illegible] forte uero neq; etiam aliquorum eſt talia perpetrare, ex quibus [illegible] la eis ſit utilitas prouentura.

Cælum in omnia hæc inferiora agit non conſilio quodam eligente talia vel talia age re, neque tantum corporeis qualitatibus ſcilicet calefaciendo, humefaciendo, [illegible] ciendo vel contra: ſed naturalibus quibuſdam vegetalis animæ viribus [illegible] buſdam viribus inter conſilium & corporeas qualitates quaſi medijs anima noſtra [illegible] humores & membra, eorumq; figuras & qualitates quotidie reficit. Cum [illegible] animal, omnia corporea duobus modis ſunt partes mundi. Primo, quia ſingula [illegible] quædam vniuerſi corporis portiones: ſecundo, quia in quolibet corpore eſt & ipſa [illegible] di anima, & propria quædã huius animæ virtus, efficacia, dos huic corpori [illegible] tenus ergo corporea ſingula ſunt animalis mundani membra facile tum à toto [illegible] patiuntur: quippe cum etiam quæ loco inter ſe diſtare videntur ſint propinqua, ob [illegible] naturæ vnius communionem. Cap. [illegible]

Cvm igitur neq; corporeis cauſis neq; conſiliis attribuantur [illegible] quæ extrinſecus in nos cæteraq; animalia, & quæcunq; [illegible] cælo proueniunt: quæ nam probabilis cauſa reliqua [illegible] Principio uniuerſum hoc exiſtimandum eſt, eſſe anim[illegible] animalia omnia intra ſe continens, unam habens animam per [illegible] partes ſe diffundẽtem, quatenus quodlibet pars eſt eius. Pars autem [illegible] quodcunq; in ordine ſenſibile continetur: Et certe quantum ad corpus [illegible] net, pars eſt omnino: quantum etiam mundanę eſt animę particeps [illegible] & hac ratione pars mundi cenſetur. Iam uero quę animam hanc ſolam parti cipant, undiq; ſunt & partes: quę uero aliam inſuper habent [illegible] ipſo habẽt, ne omnino ſint partes. Patiuntur autem ab aliis [illegible] tenus uniuerſi aliquid habent, & ſecundum illa quæ habent [illegible] tur. Profecto uniuerſum hoc quia unum eſt, unumq; animal, [illegible] compatitur: & quod remotum in eo uidetur eſſe, eſt & prop[illegible] admodum in uno quouis animalium ungues, cornua, digiti [illegible] bet eorum quę non ſunt proxime poſita, ſed quodam intercipiente [illegible] Vbi patiente aliquo nihil patitur, quod nullo ſit modo prop[illegible] enim quæ inter ſe conſimilia ſunt, non continuantur proxime, ſed interie

niente alio diſtant, tamen ſimilitudine ipſa uiciſſim compatiuntur, atq; in id quod procul eſt poſitum, neceſſe eſt peruenire effectum etiam non propinqui. At in hoc uniuerſo quod & animal eſt, & undiq; conducit in unum, nihil adeo loco remotum eſt, quin cenſeatur eſſe propinquum ob ipſam animalis unius naturam ſibimet ubiq; compatiētem. Quod igitur ſimilitudinē habet erga id quod agit, paſſionem accipit nō alienam. Si uero agens diſſimile ſit, alienam ſuſcipit paſſionem atq; moleſtam. Neq; uero mirādum eſt, in uno uiuēte actionem ab alio in aliud accidere noxiam, quando & in nobis in actionibus noſtris pars alia ab alia læditur: ſiquidē bilis & ira aliud ut uidetur premit & pungit. Tum uero in uniuerſo eſt aliquid animoſitati biliq; quadā proportione perſimile, aliudq; ſimiliter aliis. Quinetiā in plantis alia impedimento ſunt aliis, adeo ut & perdant. Hic uero mundus non ſolum eſt unū animal, ſed & multa conſpicitur. Quamobrem quatenus unumquodq; cum uniuerſo eſt unum, ex hoc ipſo ſeruatur: quātum uero & multa atq; multa inter ſe concurrunt, paſſim læditur à diuerſo. Vbi certe aliud ad propriū uſum lędit aliud, & pro nutrimento utitur alio, cum cognatū ſimul ſit & differens. Nempe quodlibet ſibimet naturaliter conſulens, quantum cum altero congruit, accipit in ſeipſum: & quantum ſit alienum perdit beneuolentia ſui. Prętera unumquodq; dum proprium agit opus, interea prodeſt ei quod opportune poteſt in ſe aliquid operum eius admittere. Quod autem operis impetum ſuſtinere nō ualet, aut perdit aut afficit detrimento. Sicut quæ igne prętereunte repente areſcunt: uel ſicut animalia minora maiorum curſu raptantur ſiue calcantur. Horum uero omnium generatio & corruptio, item permutatio ad melius uel deterius ipſam animalis unius mundani uitam perficit ab impedimento remotam & naturaliter ſe habentem: quandoquidem fieri non poterat, ita ſingula ſe habere, ut ſola forent, uel ut ad ſeipſa fines eſſent, ſeq; duntaxat ſpectarent, cum partes exiſtant. Sed ad illud ſpectandum fuit uelut finem, cuius & partes ſunt. Item cum differentia eſſe deberent, merito ſingula in una uita comprehenſa non debuerunt idem inter ſe omnino propriumue ſui perpetuo poſſidere. Neq; fieri potuit, ut quicquàm eodem ſemper modo penitus permaneret, ſi modo permanere debuit uniuerſum ſuam habens in motu ſtabilitatem.

Totus mundus eſt animal vnum ratione muſica ſaltans, & ſaltando conſequenter vnà ſecum omnia varians. Anima mundi habet in ſua intelligentia, cogitatione, imaginatione, natura, deſcriptas quaſi præſentes futuras omnes reuolutiones mundi ſecundum muſicas earum proportiones. Item deſignatos habet omnes euentus, qui vel reuolutiones neceſſario comitantur in cælis, vel quomodocunque ſub cælo conſequuntur eaſdem. Ad eiuſmodi muſicam deſignationem quaſi ad cantilenam ſonorumq; cōcentus per affectum ſequuntur reuolutiones in mundo quaſi geſtus quidam atque tripudiātis. Ipſe quidem ſaltator intentione ſpectat primo inſitam ſibi muſicam, deinde per hanc membrorum mundanorum reuolutiones: tertio, per eas proſpicit quodammodo quæ inde ſequuntur, vel ſaltem ſignificantur. Poteſt & ſapiens aliquis quaſi muſicus præuidere qualia vbique quales ſequuntur reuolutiones mundi, ſicut quales geſtus membrorum ad quales ſequantur ſoni partes: prȩter q̄ vbi vel inepta ſuperis materia non omnino cedit, vel nimis debilis patitur ſupra modū: Sicut & arbitrium hominis poteſt non ſequi cæli tenorem, & viciſſim humana debilitas vltra modum inde pati. Denique ſicut in chorea paſſiones quædam membrorum vel aliorum contingunt vltra geſtus artificioſos, ſic & ſimilia quædam ex tripudio mundi contingunt.

## Caput XXXIII.

CVm uero reuolutio mundi nihil in ſe fortuitum habeat, ſed ratione quadam ſpectante ad animal peragatur, oportuit quandam agentis ad patiens eſſe concordiam: & ordinem quendam in ſe & ad ſe inuicem ordinantem, adeo ut ſecundum quamlibet reuolutionis habitudinem, rurſus reuolutioni huic ſubditorum, aliam aliam'que diſpoſitionem oporteat fieri: quaſi tripudium unum in chorea longe uaria faciant. In noſtris profecto tripudiis explicare quis poteſt, utpote manifeſta quæ fiunt extrinſecus tripudio conſentanea, in qualibet motione ſingulatim aliter ſe permutantibus, his quę conducunt ad choream, tibiis uidelicet & cantilenis cæteriſq; coniunctis. Sed non ſimiliter tenere quiuis poteſt & declarare partes illius qui tripudium agit ſecundum figuram quamlibet neceſſario, dum corpus certa quadam ratione comitatur & flectitur conſequendo: in quo quidem aliud premitur & cohibetur, aliud relaxatur, aliud quidem laborat, aliud uero reſpirationem quandam in figuratione recipit differenti. Inſtitutum ſanè tripudiantis aliud interea ſpectat, dum reliqua conſequenter ad tripudium patiuntur, & ſaltationi miniſtrant, totamq; unà perfecte conficiunt. Itaq; ſaltandi peritus poterit aſſignare, quemadmodum in tali quadam configuratione membrum id corporis altius eleuatur: id uero contrahitur, illud occulitur, aliud interim humi deprimitur: dum ipſe tripudiator non aliter hoc agi deliberet, ſed in ipſo corporis uniuerſi tripudio diſpoſitionem hanc teneat neceſſariam, huic parti choream peragenti. Eadem ratione putandum eſt, cæleſtia facere quæcunque faciunt, & pleraque ſignificare: imò uero totum quidem mundum totam ſui uitam agere, mouentem in ſe partes ingentes ſemperq; transfigurantem. Habitudines uero partium tum inuicem, tum ad totum, differenteſq; earum poſitiones prebere cætera ſibi conſequentia quaſi unum animal moueatur, ita quidem ſe habentia ſecundum tales habitudines & poſitiones atq; figuras, ita uero ſecundum tales: perinde ac ſi non ſint autores rerũ, qui figurantur, ſed figurator: neq; rurſus figurator ipſe aliud faciens faciat aliud: non enim facit in aliud, ſed exiſtimandum eſt ipſum ea omnia eſſe quæ fiunt, ibi quidem figuras, hic uero conſequentia figuris tanquàm neceſſarias paſſiones circa animal ſic agitatum: ac rurſus circa ita compoſitum & conſiſtens, natura & patiens & agens neceſſariis conditionibus in ſeipſum.

CORpus noſtrum tanquàm mundi pars ſequitur fatalem mundi circuitum. Animus quoque quatenus obſequitur corpori. Poteſt tamen & magnanimitate paſſiones corporis paruipendere, & eas arte declinare uel leuare. In variis mundi ſphęris partibuſque earum & ſtellis, naturaliter variæ ſunt virtutes. Sunt & virtutes variæ in differentibus ſiderum figuris ex ſtellis inuicem firmiter conſtitutis: virtutes inquam firmæ. Oriuntur & differentes deinceps virtutes in differentibus figuris, quæ inter ſtellas perpetuo motu diuerſimode contingunt. Ad has vtique virtutes tam naturarum quàm figurarum conſequuntur quæ ſub Luna fiunt, partim quidem velut inde neceſſario facta, ceu qui ſaltantis manu capti continentur: partim vero tanquàm liberius conſonantia, velut qui ad ſoni choream geſtiunt & cantant ſaltantque libenter. Figuræ quidem cęleſtes hęc inferiora ſignificant: naturę vero vna cum figuris efficiunt pro diſpoſitione materię. Multa vero figurę ſignificant, quę non cęlitus, ſed aliunde fiunt.

Cap. XXXIIII.

ſignificari

QVo igitur modo hæ uires ſe habẽt? Planius enim iterum dicendum eſt, quidnam differẽtiæ habeat triangulus ad triangulum comparatus, quid'ue hic habeat agat'ue ad illum: & ſecundum quid hoc agat, & quouſq;, poſtquam neq; corporibus neq; conſiliis cæleſtium attribuimus actiones, non corporibus, quoniam quæ fiunt, non corporis tantum eſſe effectus apparuit: non conſiliis, quia nefas eſſet deos conſiliis turpia facere. Ad hanc igitur quæſtionem meminiſſe debemus, nos ſupra propoſuiſſe mundũ eſſe animal unum: cumq; tale ſit, ipſum oportuiſſe compatiens ſibimet neceſſario fore. Item ſecundũ rationem uitæ eius agi diſcurſum ſibimet omnino conſentientem. Rurſus in ipſa uita nihil eſſe fortuitum, ſed concentum unum atq; ordinẽ. Præterea figurationes omnes ſecundum rationem fieri, certisq; ſingulas numeris. Atq; animalis mundani partes utraſq; quaſi choream agentes eſſe proculdubio quoſdam mundi ipſius actus: tum figuras quæ in eo fiunt, & figuratas ipſius partes: tum quæ hæc ipſa ſequuntur. Atq; ita & hac ratione uniuerſum uiuere uiresq; ſuas ad hoc ipſum conferre, quemadmodũ ſe habentes factæ ſunt ab eo, qui omnia rationibus efficit. Exiſtimandum eſt præterea, figuras eſſe quaſi rationes ſiue ſermones, aut animalis ipſius interualla modosq; numeroſos, & habitus geſtusq; animalis ratione perfectos: ipſa uero quæ diſtant & figurantur, eſſe alia membra, eſſe quinetiam animalis uires alias ſeorſum ab electione, tanquam animalis ipſius partes: quoniam electionis munus illic quaſi accedit extrinſecus, neq; ad animalis huius conducit naturam. Vna enim electionis inſtitutio eſt animalis unius, uires autem aliæ eius ad ſeipſum multæ. Quotcunq; uero in eo electiones ſunt, eodem tendunt, quo tẽdit & una totius. Appetitus enim in his quæ in eo ſunt, aliorũ eſt ad alia. Accipere enim aliquid aliorum ſtudent, pars uidelicet alia partem aliam, illius ſcilicet indiga. Quinetiam ira quædam naturalis inſurgit in aliud, quando aliquid lædit. Tum uero augmentum fit ex alio, & generatio in aliam partium: ipſum uero totum in his etiam hęc quidem agit, ſed ipſum bonum ipſum quærit, aliud uero ſuſcipit. Hoc igitur & optio recta, quæ paſſiones antecedit, appetat: atque in idem cum hac ipſa conſpirat: quoniam & in his qui miniſtrant aliis, multa quidem opera ad domini mandata reſpiciunt: appetitio uero boni eodem modo quo & dominus ipſe ſpectat. Si ergo Sol & aliæ ſtellæ in hæc aliquid agunt, exiſtimandum eſt Solem ipſum ſuperna ſuſpicere: in hoc enim uno exempli cauſa de aliis dictum puta. Interea uero ſub ipſo terrena caleſcere hac conditione & ſiquid deinceps, conductione quadã animæ quoad fieri poteſt: plurima enim illic eſt animæ naturalis. Similiter & cæleſtia reliqua in hæc agere quaſi colluſtrando uitam ſuam abſq; electione præſtantia: atq; omnia unum aliquid ita figuratũ effectu diſpoſitionem aliam rurſusq; aliam exhibere, adeo ut ipſæ quoque figuræ uim habeant. Nam ſecundum ipſum quod ita uel ita ſe habeat, aliter agit aliterq; agitur. Atque per ipſa figurata fieri aliquid eſt putandum. Ad hoc etiam aliud

&ad il-

& ad illos iterum fit & aliud: quandoquidem & figuras ſecundum ſe uires habere in rebus quoque noſtris licet aſpicere. Cur enim aliæ quidẽ figuræ cernentibus ſunt terribiles, ubi etiam nihil paſſi antea fuerint qui terrẽtur: aliæ uero nihil terrent. Item alios quidem hæ figuræ, alios autem illæ perterrefaciunt. Forſan quia in illum qui ſic eſt affectus, figuræ tales agunt, in aliũ uero aliæ, non potentes in illud agere quod nõ eſt naturaliter huic expoſitum paſſioni. Quinetiam ſpectaculum ita figuratũ aſpectum ad ſe trahit, ita uero non trahit eundem. Etenim ſiquis dixerit pulchritudinem eſſe quod prouocat, obiiciemus, cur nam hoc quidem pulchrum hominem hunc, illud uero alliciat illum, niſi differentia figurarum in ſe uim habeat? Qua enim ratione fatebimur colores quidem habere uim atq; facere, figuras uero non conſitebimur? Abſurdum enim prorſus dictu eſt, eſſe quidem aliquid in rerum ordine conſtitutum, nihil tamen habere quod poſſit: ipſum nanq; ens tale eſt naturaliter, ut agat aliquid uel patiatur: & quibuſdam ſane attribuendum eſt agere ſolum, aliis uero utraque. Sunt & in ſubiectis uires ultra figuras: atque in rebus inferioribus multæ ſunt uires, quas neq; calor præſtat neque frigus, ſed ſubſtantiæ differentibus præditæ qualitatibus, & in ſpecie rationibus conformatæ, uirtutiſque iam ipſius naturæ participes: quales ſunt naturæ lapidum & effectus herbarum, multa nobis mirabilia demonſtrantes.

Sicut uegetalis uita noſtra ſingulis membris, quãuis aliis aliter ſe impertit, uireſq; articulis alias aliis mirabiles inſerit: ſic multoq; excellentius una mundi anima omnes licet aliter aliis uegetat mundi partes: atq; ipſa innumerabilium mirabiliumq; plena uirtutum, quas quidẽ [illegible] exundat in toto: ſingula quidẽ, ſed precipue ſuperiora mundi membra [illegible] ubiq; mirificis implens: quas nec elementares uires æmulari ullo modo ualẽt, neque nos effari facile poſſumus. Sunt autem eiuſmodi vires quaſi propriæ propagines quædam [illegible] mundanæ per corporis vniuerſi membra diffuſæ, quas quidem uota ſupplicum [illegible] magorum conciliare ſibi, & quaſi per inſitionem quandam inſerere quandoque poſſunt.

Cap. XXXVI.

PRofecto uniuerſum hoc quàmplurima eſt uarietate refertum. Huic omnes rationes inſunt, huic innumerabiles uariæq; uirtutes. Nempe quemadmodum in homine tradunt aliam uim in ſe oculum continere, aliã uero uim oſſa, & diuerſa diuerſam. [illegible] manus hoc, hanc habet uim, ſed digiti os in pede poſſidet differentem, [illegible] ulla omnino pars eſt uirtute penitus deſtituta: quãuis non eandem [illegible] pars habeat: id uero nos latet, niſi quis forte talia diligenter fuerit perſcrutatus: ſic certe atq; multo magis res ſe habet in mũdo, imò uero hæc noſtra [illegible] uestigia ſunt. Conſentaneum igitur eſt, inexplicabilem in [illegible] atq; mirandam uirtutum uarietatem, præſertim cæleſtibus [illegible] progreſſibus. Non enim oportuit uniuerſum id eſſe factum uelut [illegible] inanimatum, præcipue ingens atq; multiplex, ex quibuſdam uelut [illegible] atq; lignis & aliis quibuſcunq; placet ſecundum ſpeciem nume[illegible] numero ad mundanum ornamentum unà conſtructis: ſed eſſe [illegible] ubique uigilans, ubique uiuens, quamuis aliter alibi: neque quicquam eſſe poſſe, quod non ſit & in eo. Quapropter hinc dubitatio illa ſoluetur, qua

tur, qua quæritur, quomodo in uiuente penitus animato ſit quicquam inanimatum. Sic enim præſens ratio dictat, aliud aliter in toto uiuere. Nos autẽ negare id uiuere, quod inter hæc non manifeſte per ſe moueri nobis apparet. Tametſi quoduis tale clam uiuit: & quod manifeſte uiuit, ex his componitur, quæ occulte quidem uiuunt, mirabiles tamen uires animali huic largiuntur ad uitam. Non enim fieri poteſt, ut homo ad tot tantaq; moueatur, ſi uires ſuæ quibus mouetur, ſint prorſus inanimes. Impoſſibile rurſus, totũ ita uiuere, niſi in eo ſingula propria uita uiuant, etiamſi non inſit electio. Nam in agendo electione nõ indiget, utpote quod electione antiquius eſt: itaq; ſæpe uires partium ſequitur.

SIcut membra noſtra tam interna quàm externa vires ad actionem atque motum habẽt ab anima noſtra, ſic omnia mundi membra ab ipſa mundi anima. Mirabiles ſupra naturam elementarem actiones in lapillis, metallis, herbis, animam eſſe teſtantur in mundo, à qua minima quæque vires vbique maximas habeant. Item quod exiguus ignis tam procul agat, tam facile cuncta in ſe abſumat, quod luceat, habet ab anima: imò ſingula quod aliquid generent. Et ipſe ordo motuum atque formarum ab anima regitur, cõtrariorumq; connexio, & motus cæleſtis machinæ tam ingentis, in quam velut animæ proximam genitalis anima potiſſimum propagatur: per hanc in ignem, per hunc in aerem, per hunc in cætera. At qui genitalis hæc mundi vita non electione quaſi practica, nec actionis ſuæ animaduerſione in hæc, ſed ita naturaliter agit, vt Sol & ignis, imò vt & in nobis anima vegetalis. Naturalis autem actio eſt antiquior quàm electio practica, quamuis contemplatiua & vniuerſalis ipſa excelſæ mentis electio antiquior ſit, quàm actio naturalis. Cap. XXXVII.

NIhil igitur uniuerſo ex ſuis eſt reiectum uel deſtitutum. Nempe ſiquis eorum qui nunc uidẽtur ſapere de igne uel de alio quouis talium, quæ dicimus facere, indagauerit quidnam ſit ipſum facere, nõ prius ſe à dubitationibus explicabit, quàm uim ipſam efficiendi in ſingulis agnoſcat ex uniuerſo: idem'que dicat omnino de omnibus quæ ſunt in uſu. At nos de cõſuetis quidem neque inueſtigandum quicquam neque dubitandum eſſe cenſemus. De uiribus autem inſolitis dubitamus, quomodo unaquæq; ſe habeat, & noua tantum admiramur: admiraturi ſimiliter quæ nunc conſueta ſunt nobis, ſi ad hæc ipſa nõdum aſſuefactis, eorum quiſpiam uires exponendas adducat in medium. Exiſtimandum igitur unumquodq; occultam quandam in ſe uim habere in uniuerſo fictum atq; formatũ, & quodãmodo mundanæ ipſius animæ particeps ab uniuerſo cõprehenſum animato, animatiq; membrũ: quippe cum nihil in eo ſit, quod non ſit pars eius. Alia uero aliis ualentiora ſunt ad agendũ, tum quę in terra ſunt, tum quæ in cælo. Et profecto cæleſtia omniũ ualidiſſima, utpote quæ expreſſioni natura fruuntur. Proinde multa per has uires fieri iudicandum, nulla electione ad hæc accedente, uel in his, quorum opera ſæpe fieri electione uidentur: eſt enim actus eiuſmodi uirium in his quoq; quæ nullam habent electionem. Quinetiam neq; uigoris ſui traditiõe uis ipſa naturæ in ſuum conuertitur actum, etiam ſiquid ipſius animæ in effectum à cauſis traducatur. Gignuntur enim ab aĩalibus aĩalia, electione interim hæc minime faciente: neq; rurſus genitore interim cõminuto, neq; conuerſo tũc in actũ.

eiuſmodi in ordinem reuocantur. per eandem [illegible] quoque [illegible] [illegible] ordine diſponi [illegible] [illegible] bis interim libere obſecrantibus, nec diuina voluntate mutata, [illegible] co. Diſpoſitio itaque rerum latior eſt in mente quam [illegible] ipſa natura [illegible] ſum prima, ſed etiam mundanæ cæleſtiſque animæ. Diſpoſitionem [illegible] legem Saturni Plato nominat in Politico. [illegible] in Politico atque Legibus. [illegible] in natura legem fatalem vocat [illegible] vero vbique firma eſt inexplicabiliterque procedit. In Phædro [illegible] Adraſtia [illegible] rò quandam ſimul cum lege liberam conſeruat efficaciam animorum, in [illegible] mis quidem exiſtere principium actionum, in lege vero terminum atque in [illegible] legis edictum introducit ſemper cum conditione quadam hunc in modum. [illegible] trauerit talia quædam, reportet & talia. Quod autem inquit in Timæo, animas [illegible] tales audiuiſſe leges, quam vehiculis fungerentur, declarat animas ex ſe liberas [illegible] vero ad corpora pertinere. Pertinet vero fatalis neceſſitas non ſolum ad corpus, [illegible] tam quoque corpoream. Qualis vbique vita in mundano cæleſtique corpore [illegible] one libera, ſed neceſſitate fatali vim ſuam ad inferiora diffundit. quæ quidem vis [illegible] benefica etiam à Marte, vel Saturno, ſtelliſque ſimilibus. Poteſt tamen magus [illegible] dere non aliter atque ille, qui è concauo ſpeculo collectos Solis radios conjicit in [illegible] atque comburit. Siquis enim decem Saturni vires mundo nobiſque neceſſarias [illegible] in materijs decem vnâ contentione cogat in vnum, perdet [illegible] non [illegible] cuius perniciem congregauerit: innocens interim eſt Saturnus, [illegible] varias [illegible] conciliationiſque proprietates varijs paſſim rebus inſeruit. Magus igitur mater[illegible] virium eiuſmodi quomodocunque capaces adhibens [illegible] [illegible] homini [illegible] & illi, immoderatos inter [illegible] [illegible] que Iouis ſimiliter accumulat alijs, Iouio interim animali non [illegible] [illegible] maleque Saturnium & Venereum appellamus ſtellæ corpus vegetali virtute [illegible] quidem corpora excogitauit Pythagoras, vbi ait, inuocatos deos influere [illegible] ceſſitate compulſos, [illegible]

*Saturni, Iouis, Fatalis et Adraſtia leges.*

*Iouiale, Saturnium et Venereum animal.*

CVm igitur omnia ſimul ordinata ſint ſemper, ad [illegible] ducant, nihil mirum eſt, ſingula iudicijs quibuſdam [illegible] ſed virtus interea ſeruis nulli, attamen huius officium [illegible] communi rerum ordine contexuntur: quippe cum quæ hic [illegible] inde dependeant ab his videlicet quæ his vniuerſi rebus diuiniora [illegible] id vniuerſum particeps ſit illorum. Fiunt igitur quæ in mundo fiunt [illegible] ſecundum rationes dumtaxat ſeminales: ſed ſecundum rationes [illegible] res, quæ in ſe comprehendunt vires rationibus ſeminariis longe [illegible] Nõ enim in ſeminarijs rationibus ineſt quicquam eorum quæ [illegible] ſeminarias rationes alicubi fiant, neque ſimilius eorum aliquid quæ [illegible] teria mundo conferri cenſentur, neque etiam quicquam [illegible] bus genitis inuicem inſequuntur; quia potius ipſa totius ratio [illegible] lis eſt ciuitatem aliquam exornanti [illegible] condenti & certe [illegible] ſiquæ facturi ſint ciues, quibus [illegible] acturi, atque [illegible] inſtituta ſingula diſponenti, connectenti que legibus [illegible] ctiones que illorum, præterea merita ſingularum actionum [illegible] atque ſupplicia, omnibus interim quaſi ſponte in [illegible] [illegible] [illegible] Significatio vero in natura [illegible] huius præcipue [illegible] gratia, vt ſignificatio [illegible] [illegible] ab alio [illegible]

effectu, cauſa: ab antecedente, cõſequens: compoſitum ab alterutro: quoniã alterum ſimul alterumq́; conficit. Si hæc igitur recte dicuntur, dubitationes iam illæ ſoluentur: & illa quidem imprimis, quæ cauendum admonebat, ne forte cogeremur fateri, deos mala facere. Huic igitur reſpondemus, primo quidem hæc omnia nõ electionibus, ſed naturalibus neceſſitatibus fieri quæcunq; inde proueniunt: quaſi à partibus transferantur in partes, uitamq́; ſequantur unius. Deinde multa rebus quæ fiunt, ex ipſiſmet rebus adiungi. Tertio, quæ dantur deſuper, penes ipſos datores ſingulatim non eſſe mala, ſed in mixtione aliud quiddã contingere. Quarto, non uniuſcuiuſq;, ſed totius gratia dari uitam atq; cęſeri. Quinto, ſubiectam naturam aliud quidem accipere, aliud uero pati: neq; poſſe ubique ab ipſo munere ſuperari, uel uim illius propriam retinere.

QVodlibet animalis membrum vim habet ad portionem nutrimenti propriam attrahẽdam: & cor ad aromata, iecur ad dulcia, venę ad ſanguinem, ad ſpiritum arterię, ad ſemen vero teſticuli. Sunt & medicinę quę certos adſciſcant humores, & membra quędam petere videantur. Eadem eſt animalis mundani conditio, in quo paſſim diſperſa ſunt, quæ rem hanc aut illam ad ſe rapere poſſint, ſi congregata in vnum admoueantur: per ſua enim retia vel illicia homines, per ſua equi, & per propria ſimiliter homines hi vel illi clam illaqueari poſſunt: quemadmodum oblectamentis formarum atque muſicæ palam ineſcantur. Denique ſicut ferro paleisq́; compertum eſt, quod trahat magnes ſcilicet atque ſuccinum: ſic diligens & fortunatus perſcrutator inueniet eſcam omnibus attrahendis. Singulis enim animalis mundani membris coaguli vis eſt inſita, connectens in unum cuncta, viuum, temperate quidem ſuapte natura, intẽperate vero, quoties vndique congregata in aliquid transferatur, mundo nec patiente interim neque peccante. Sunt & differentes in hoc animali vires inter ſe à natura diſiunctæ, quę frequenter à mago coniunctæ & in membrũ hoc coniectę vel illud, violentius agant atque perdant, in his (vt dixi) non peccante mundo. Nominat Plotinus quatuor, quibus mirabilis inſit virtus, ſcilicet qualitates ſpecierum occultas, & figuras, concentusq́; & vota. Quippe cum qualitates illæ propagines quædam ſint virium in vita mundi latentium: Et figuræ concentus'que inferiores, cęleſtium figuras ſæpe referant & cõcentus. Votum vero motus quidam eſt animæ noſtræ vehemens erga numen quod obſecramus. Si contrito ſulphure ſubtiliſſimum eius puluerem proijcias verſus ignem, ignis in longum producta flamma ſe pulueri huic protinus applicabit. Similiter qui ſtellam obſecrat opportune paratus ad ſtellam, ſpiritum ſuum proijcit in radios ſtellę manifeſtos pariter & occultos, vbique diffuſos atque viuificos, per quos vitalia ſibi ſtellæ munera vendicat. Denique ſicut omnes ſtellæ fixæ connexæ ſunt firmamento, ſic omnium ſtellarum numinumq́; mundanorum vitæ connexę ſunt vitę mundanę: cui & connexa eſt vita noſtra, vt nõ mirum ſit, vehementes animę noſtrę motus effuſos per communem vitam vbique vigẽtem vſque ad numina mundana produci, viciſſimq́; motus horum numinum per eandem vitã ad nos vſq; deduci.

Cap. XL.

MAgicos uero attractus qua nam ratione fieri dicemus? Profecto ex conſenſione quadam rerum in patiẽdo, ac lege quadam naturæ faciente, ut inter ſimilia quidem concordia ſit, inter diſſimilia uero diſcordia. Item uirium multarum uarietate in unum animal conferentium. Et enim nullo alio machinante multa ritu quodam magico attrahuntur. Veraq́; uis magicæ eſt amicitia in uniuerſo, rurſus'que diſcordia. Ac primus ueneficus (& ut ita dixerim) incantator eſt eiuſmodi. Quæ homines obſeruantes, eius inter ſe philtris ueneficiisq́; utuntur. Nẽpe ex eo quod pleraque ſe mutuo naturaliter amare facile poſſunt, inferuntq́; Magica uis.

 amo-

amorem rebus inter ſe reciprocum, nata eſt efficacia amatoriæ artis, philtris quibuſdam faſcinationibusq; utentis: dum tangendas adhibēt naturas aliis alias conciliātes, inſitumq; habentes amorem: animamq; alteri alteram ita copulant, quemadmodum qui diſtantes inter ſe plantas unà coniungunt. Prętere a figuris utuntur, uires certas habentibus: Se quoq; ipſos ratione quadam propria figurantes clam ad ſe uires ſubripiūt, eoq; facilius, quòd in uno ſunt, trahuntq; in unum. Nam ſiquis ita figuratus eſſe extra mundū eſſe fingatur, neq; traheret quicquàm, neq; deduceret illecebris aut modulis, neq; nexibus implicaret. Nunc uero quoniam non tanquam ad alienum rapit locum, uim ſortitur ut rapiat. Cognoſcit certe qua conditione aliud in eodem uiuente trahatur ad aliud. Inſita enim traducendi uis eſt carminibus cantibusq; & certo cuidam ſono figuræq; ipſius agentis: nam talia quædam mirabiliter attrahunt, ſicut flebiles quædam uoces, & accentus, miſerabilesq; figuræ. Trahitur uero anima, ſed quo pacto? neq; enim electio neq; ratio, ſed irrationālis anima muſica demulcetur. Et eiuſmodi quidem ueneficia animas occupantia nemo miratur, quàmuis deliniri ſoleāt, etiamſi id non exigatur à muſicis. Vim quoq; precibus inſitam nequaquam putandū eſt exaudiente conſilio ad exitum peruenire: qui enim alliciuntur carminibus, non ita mulcentur. Neq; quando ſerpens aliquis faſcinat hominem, hoc ipſum qui faſcinatur intelligit, neque ſentit: ſed iam paſſus ſe paſſum animaduertit. Ipſum uero animæ principale ſic pati nequit. Cui uero uotum eſt inſtitutum, peruenit ad ipſum aliquid ex illo, uel rurſus ad aliud.

QValis eſt in quolibet animali perfecto textura neruorum atq; venarum, talis in mundano eſt animali naturarum contextus atq; vitarum. Sicut ergo motio paſſioq; pedis in nobis pertinet ad ceruicem, & ceruícis ad pedem: ſic & in mūdano hoc animali motus inferiorum ad ſuperiora proueniunt, atq; viciſſim: & quaſi æqualium ſimiliter ad æqualia. Motus autem omnis venit quidem ſalutaris ex alto, dummodo qualis venit, taliter capiatur & capi poſſit. Neq; diſtantia loci prohibet, quin motus viciſſim vtrinque proueniant. Vbi vltra communem texturam res inferior cognatam habet cum ſuperiore proprietatem tam acquiſitam quàm naturalem. Sicut nerui motus in lyra ad neruum alterum peruenit, diſtantem quidem, ſed ſimiliter temperatum. Cap. XLI.

SOl autem uel alia quæuis ſtella hoc ipſum nequaquàm animaduertit. Conſiſtit uero uoti poteſtas in conſenſione quadam partis ad partem compatiendi, quemadmodum in neruo quodam tento contingit: ubi cum infima pars mouetur, mox mouetur & ſumma. Sæpe etiam alio quodam neruo pulſato tremit & alter, quaſi perſentiat ex concordia: Id'que potiſſimum, quoniam eadem prorſus contemperati ſunt conſonantia. Quod ſi ab alia quoque lyra motus transfertur in aliam, id etiam ex compatiente quadam conſenſione proficiſci putandum. Igitur & in uniuerſo una eſt harmonia: quamuis ſit ex contrariis. Nam eſt etiam ex ſimilibus omnibusq; cognatis, etiam his quæ contraria ſunt. Proinde quæcunq; nocent hominibus, uelut animoſitas iracunda unà cum bile ad iecoris tracta naturam, ita prouenerunt non quaſi hominibus nocitura. Quemadmodum ſi quis ignem ab igne rapiens læſerit aliud, nequaquam machinatus ignem illucuſq; procedere. Forſan uero accipiēs ille

id agit

paſſionem ipſam reſtare. Sed cum nihil huic accidat prętex naturam, ipſum nimirum abſq; paſſione manere. Quando & ſtellis quantum partes quidem ſunt, paſſiones conuenire uidentur: ipſæ tamen cōſiſtere paſſionis expertes: tum quia electiones eis abſque paſſionibus inſunt, & corpora naturaq; earū ſunt procul à detrimento: tum etiam, quia & ſiquid per animam ſuam ad inferiora traducant, anima interim non minuitur, corporaq́; eadem perſeuerant. Ac ſiquid inde ſubterfluit, ſenſu interim non aduertente delabitur: & ſi quid illis accedit, clam ſimiliter affluit.

*Magica faſcinatio nititur uiribus naturalibus tam cæleſtium quàm inferiorum, rerum ſcilicet atq; uerborũ. Attingit igitur proxime ſpiritum noſtrum, & per hunc non ſolum humores, ſed etiam uitam irrationalem dependentem etiam ab ipſo mundo. Animam uero rationalem natura uitaq; corpore à mundi ſuperiorem, & ſolum à mente diuina pendentem nequit attingere, niſi quatenus cum uita inferiore conſentit.* Cap. XLIII.

Siquis hunc quidem ſuccinea induat veſte, illum vero paleari, ad hunc attrahet illum. Ita perſcrutati magi multa paſſim recondita non naturalia ſolum, ſed etiam verba quę vim ſuam eminus effundentia trahere valeant: multa etiam quæ ab his trahi poſſint, & illa quidem viro, hæc autem fœminæ clam adhibentes, fœminam ad virum rapiunt. Admouēt etiam quæ ſeiungere poſſint: Sicut & nautæ ſuſpendentes ferrum ita cum magnete librant, vt rapiatur ad Vrſam: atq; viciſſim inficientes allio, raptum eiuſmodi ſoluunt. Qua vero ſiderum poſitione quidam opportunius ad hæc vtantur, & quas fingant imagines, quas've materias conflent, narrare non expedit: nec etiam quibus incantamentis clam alliciant. Verbis quidem præeſt Mercurius, cantibus vero Phœbus, incantamentis autem Mercurius cum Phœbo coniunctus. Sed vbi & qua ratione iunctus Soli, & quali ſtellarū aſpectu fretus vim præbeat cātionibus: itē quo aſpectu malefica, quo've benefica præſtet incantamēta, docere iuſtitia vetat. Forte vero ſicut cæteræ materiarū qualitatumq́; mixtiones vim nouam adipiſcuntur: ita certæ quædam iuncturæ verborum, & intra animam conceptæ & extra animā prolatæ, adhuc quaſi viuæ vim quandoque mirabilem conſequuntur, vel ex præſenti ſiderum poſitura, vel etiam ex ipſius hominis genitura, aut ex ſingulari quadam animæ poteſtate, adeo vt in effectu verborum hæc ipſa eorum iunctura proceſſioq́; in obiectum intenta ſit quaſi directio & applicatio virtutis intimæ ad externum: quemadmodum pręgnantis cupidæ digitus genam ſignans, rei nimium affectatæ nota. Procedit vero in rem diſtantem incātamenti vigor motu quodam non ſolum per aerem ſibi ſimilem propagatus, ſicut in aqua ſemel percuſſa circuli: ſed etiam per radios ſpiritus excantantis, quos quidem procul imaginatio vehemens affectusq́; iaculatur. Radialis namq; natura ſubito procedit in longum, ſecumq́; producit vires eiaculantis. Imò vero res omnes infra Lunam imitatæ ſtellas, ſuas vires & quaſi vapores quoſdam radiorum inſtar emittunt foras, quibus obiecta etiam diſtantia pro natura ſua bene aut male frequenter afficiant, idq́; facilius, quoniam ſingula eiuſdem ſunt animalis membra mundani: quod odores ipſi declarant longius & diutius à canibus apibusq́; percepti. Mitto quantam dæmones veneficijs magicisq́; operibus adhibeāt poteſtatem: quod ſane in Sympoſio Plato confirmat. Hos etiā magus cultorq́; diligens demulcendo ſibi conciliare poteſt, quemadmodum & abiectus mimus muſicusq́; puerum ſæpe illaqueat generoſum. Et beſtię quędam hominem quandoque faſcinant. Sicut enim ſe habet ad hominem beſtia, ad virum puer: ita vir magus ad inferiores dęmonas nobisq́; propinquos. Huc forſan tendit illud Albumaſar aliorumq́; aſtrologorū, ſcilicet preces vim habere quàm plurimam, quando caput Draconis medium tenet cęlum, & Iupiter vel in eo ſit, vel id aſpiciat: Lunaq́; vel coniuncta ſit cum Ioue, vel ab ipſo procedens coitum cum aſcendentis domino proſequatur: aut aſcendentis dominus congreſſum cum Ioue petat, capitisq́; Draconis aſpectum. Putant enim ſidus eiuſmodi vel efficaciam proſperitatemq́; ſpiritui noſtro vocibusq́; prębere ad dęmonas Iouis Capitisq́; ſubditos alliciendos: ſi modo cęleſtibus his influxibus ſubſiſtantur ex omni genere ſenſibilium multa, tā huic dęmoni quàm ſuo illi ſideri competentia: quę & perſcrutari laborioſum eſt, & obſeruare periculoſum. Tutius vero de hoc Iouiali ſidere phyſicus aliquis opinabitur, ſpiritum hominis tunc bona cęleſtia vehementius affectantis, beneficio Iouis cęleſtibus bonis largius hauriendis exponi. Ad malignos autem ſpiritus loco mouendos, diuinationemq́; per mortuos explendam, Ptolemæus in Quadripartito conferre putat harmoniam cęleſtem, quando Luna fuerit magiſterii domina, coloreq́; Iouis pleno, ſagittarium ſcilicet aut piſces. Hęc ad Plotini cum illud dicta ſint, vbi aitmagum quibuſdam modo dęmonas irretire, ac per Vniuerſum in partem agere, atque per ſuperiora facile inferiora mouere.

mouere. Ego vero ſuſpicor ne forte dæmones ſubdoli ſimulent magicis quibuſdam machinis allici vel expelli. Nam Porphyrius & Iamblichus aiunt, per deum proprie perq; bonos angelos aduerſus infimos ſpiritus imperium nos habere, qui alioqui nos fallere frequenter ſoleant atque lædere. Et quoniam perturbatione tanguntur, quod & Plotinus affirmat, merito Plotinus vnà cum Porphyrio atque Iamblicho damnat eam ſuperſtitionem, quæ exquiſitis illecebris ſtudeat fallacibus perturbatisq; dæmonibus adulari. Qua vero ratione ex corpore mundi vbique viuo, viuis'que tum ſtellis tum cæteris mundi partibus, naturali quodam quaſi agricolarum medicorumq; more vitales carpere auras valeamus, ſatis in libro de Vita tertio diſputamus. Platonici denique adorationem intentiſſimam ſacrificiorum omnium efficaciſſimam eſſe putant: præſertim ſi ad intellectus mundo ſuperiores, ſcilicet angelos dirigatur: maxime ſi ad deum quoque ſuperiorem. Sed ab his ſimiliter atque ab hoc, nihil impetrari naturali quodam cæleſtiq; fauore, cuius motus illucuſque non tranſit: ſed eleuatione quadam coniunctioneq; mentis ad illos. Quæ vero in ſuperioribus de virtute imaginationis faſcinationibusq;, & de magia prætermiſimus, in Theologia noſtra, & libro de Amore, & libro de Vita tertio latius pertractamus.

QVærendum uidetur quo pacto uir probus magicis ſubduci machinis poſſit: Forte per ipſam animam illaqueari non poteſt, neque uis ipſa rationalis patitur, adeo ut hinc mutetur opinione. Quantum uero irrationale huic ineſt ex uniuerſo, per hoc pati poteſt, imò uero hoc ipſum proprie poteſt pati: ſed non id ſolum quando quis amoribus irretitur ex philtris. Siquidem amor ipſe uiget & feruet, anima uidelicet altera conſentiente alterius animæ paſſioni. Quemadmodum uero carminibus incantantium pars irrationalis paſſionem ſubit, ſic & ipſe decantator uiciſſim atq; recantator uires ibi reſoluit. Proinde uero mortem ex his aut languores, uel quælibet corporis detrimenta abſque controuerſia patietur. Pars enim uniuerſi ab alia parte, uel ab ipſo toto facile patitur: ipſe uero quiſque ſui iuris exiſtens uiuit indemnis. Quod autem non ſubito, ſed poſt certum tempus quod patitur ſuſcipiat paſſionem, non ab ipſo naturæ ordine alienum. Dæmones uero neque ipſi quidem in parte ſua irrationali ſunt paſſionibus liberi. Memoriam quinetiam atque ſenſus his attribuere, non erit abſurdum. Tum uero demulceri eos naturaliter atque deduci, & exaudire uocantes, dæmones inquam inter alios rebus humanis propinquiores: eo'que magis erga nos affici, quo & propinquiores exiſtunt. Quicquid enim aliqua cognatione ſe habet ad aliud, aliquando illaqueatur ab alio. Id enim ad quod ita ſe habet, quaſi magicorum ritu captat atque ſubducit: ſolum uero quod tantum ſeipſum ſpectat, irretiri rapi'que nón poteſt. Quamobrem omnis actio uita'que actiua omnis illaqueatur & trahitur: fertur enim ad illa quæ prouocant & deliniunt. Hinc illud poeticum: Magnanimi enim Erechthei populus uultu formoſiſſimus eſt. Verum quidnam paſſus aliquis cenſetur certo modo ad aliud ſe habere? Profecto tanquàm tractus nō magorum artibus, ſed arte naturæ mirabiliter ſeducentis, aliudq; cum alio ualde conciliantis atque iungentis, non quidem loco, ſed adhibitis ab initio philtris.

*Vita contemplatiua, libera eſt: actiua, miniſtra actionum & rerum atque fortunæ: uoluptuoſa, ſerua corporis.* Cap. XLIIII.

CVm mens rerum contemplandarū formas ingenitas habeat, ipſaq; mens ſit ipſe formarum, merito quatenus in his contemplandis natiua voluptate ſe verſat, eatenus libera ſecū habitat. Qui vero corpus & externa curioſe colit, corpori, hominibus, fortunæ ſeruit. Actio atque paſſio inter ſe opponuntur. Omnis igitur motus noſter qui incitamentū ex corporea humanaq; paſſione habuit, paſſio quædam eſt & ſeruitus. Denique natura ipſa vimq; mundi quaſi maga, imagines ipſius boni, veri, pulchri, vbique fingit velut eſcas, quibus animas huic mundo per voluptatem, auaritiam, inanem gloriam deditas fallit, & quaſi mancipia detinet atque trahit.

SOla itaque contemplatio reliqua eſt, quæ ritu magico ſubduci non poſſit. Nullus enim attrahitur ad ſeipſum: Vnus namq; exiſtit, ipſeq; eſt id ipſum ſpectaculum quod ſpeculatur, atq; ratio non ſeducta: ſed quod rite agendum eſt id agit, ſuiq; ipſius uitā & opus agit. Illic autem non agit animus quod ſuum eſt, neque ratio præbet exordiū: ſed initium ibi ab irrationali parte traditur, regulæq; agendi ſunt à paſſione propoſitæ. In appetitu procreatiōis curaq; liberorum, manifeſtus apparet attractus: ſimiliterq; in omnibus quæ ſuauitate quadā alliciunt appetentes. Actiones quoq; tū quæ per irā abſq; ratione mouentur, tum quæ incitantur cupiditate, ciuilis quoq; gubernationis auiditas & ſtudium imperandi, ſignificant dominandi cupiditatem nobis incitatam iam incitare. Tum uero ſtudia imperandi huc potiſſimum tendentia, ne iniuriæ nobis ab aliis inferantur, à metu ducunt originem: quæ aūt ut ipſi plus aliis reportemus, à cupiditate ducuntur: quæ deniq; neceſſitati utilitatiq; ſeruiunt, naturæ indigentiam implere conantes, plane oſtēdunt ipſam naturæ uim nos ſtudio uiuendi prorſus conciliantem. Siquis aūt obiiciat, actiones circa honeſta uerſantes non eſſe magico ritu deductas, alioqui contemplationem quoq; pulchrorum tali quadam conditione ſubduci: Reſpondendum eſt, ſiquis actiones honeſtas ſequatur ut neceſſarias, ſpectans uidelicet aliud quiddam uere pulchrum, hunc nequaquàm magicis modis illaqueari. Nouit enim neceſſitatem, neq; ad id quod noſtris ineſt actionibus aſpicit, neq; ad alia huic uita dirigitur. Niſi forte per partem ipſius irrationalem ui quadam humanę naturæ, & naturali familiaritate nos cum uita uel aliorum uel noſtra conciliante, hic irretitus eſſe dicatur. Videtur enim forte rationale non eripere ſeipſum è uita, ob quādam cum uita neceſſitudinem nobis maxime propriam, qua penitus occupamur. Sin autem uir rebus gerendis deditus, ipſa pulchritudine rerum eiuſmodi ſit contentus, ideo'que eligat actiones, hic iam deceptus ipſius pulchri ueſtigiis, quaſi ueneficiis eſt irretitus, unde pulchritudinē rebus inferioribus inſitam ſtudioſe proſequitur. Omnino enim negotiatio omnis circa id quod eſt ſimile uero, tractusq; ad hoc ipſum omnis, eſt quidam raptus ingenii ab his decepti ad ſe rapientibus. Id uero ipſa naturæ magica ſubductio facit. Sequi enim uelut ipſum bonum quod non eſt ipſum bonum, dum quis ſpecie ipſius allicitur impetuq; irrationali prorumpit, paſſio quædam eſt ingenii clam quo nolebat attracti. Hoc aūt quid aliud præter raptum quendam magicum eſſe dicemus? Solus ergo maleficiis eiuſmodi minime rapitur, qui per alias ſui partes tractus, nihil aliud affirmat bonum, quæ illis bona uidentur: ſed ſolum quod ipſe nouit, neq; deceptus,

ſemper ſeruātes morē: ordinatas [illegible] conuenie cō-grua proportione diſpoſitas: dum uidelicet aliæ uicem quaſi capitis obtinēt, aliæ uero pedum, uicem inquam congruam uniuerſo: habet enim & hæc differentias ad melius atq; deterius. Siqua uero anima, neque quod hic eſt [illegible] lius eligit, neque inquinatur deteriore, ad locum alium commutatur [illegible] rum quem elegerat quandoque conſecutura. Punitiones uero [illegible] tales ſunt, quales partium ægrotarum: ubi aliæ fomentis alligantur, aliæ [illegible] cunciduntur uel expurgantur, aliæ qualitatibus permutantur [illegible] totum, ſingulis ubi expedit rite diſpoſitis. Sanitas enim [illegible] imprimis, hoc obligato, illo potius qualitatibus permutato, ali[illegible] expulſo quaſi hic languente: illuc uero translato, ubi minime languet.

*Animarū punitiones quales.*

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, DE DVBIIS ANIMAE III. Vel, de Viſione. ANNOTATIONES.

SEntire eſt percipere corporea ſingulatim per inſtrumenta corporea. In perceptione ſenſuali deprehendimus externorum corporum qualitates [illegible] uſque ad animam, vel circa animam quodammodo peruenire [illegible] quandoque vim actumq; animæ ad corporea ſe porrigere. Quod quidem fieri nullo modo poſſet, niſi anima proportionē quandā ad hæc haberet. [illegible] non habet, niſi ipſa per vim vegetalem ſuo quodam pacto [illegible] corpus & præcipue ſpiritum: atque ita ſibi conformet, vt vis eius actusq; per hoc ſuum corpus quaſi inſtrumentum ad externa quandoque ſe porrigat, & externorum motus [illegible] veniendo quodammodo videantur ad animam perueniſſe. Denique vt viſus [illegible] videndam, non opus eſt foris corpore medio quaſi ad videndum neceſſario [illegible] etiam per ſe viſus oculusq; natura paratus eſt vt verſetur circa luminoſum, at-que hoc viciſſim circa viſum. Corpus vero medium ſiquidem opacum eſt impedit: ſi diaphanum, hoc tantum habet, vt viſioni non obſtet, ſicut ſolet opacum: abſque hoc ergo forte videbitur.

# DE DVBIIS ANIMAE III.
## Vel de Viſione.

QVoniam uero inueſtigare conſtituimus, nunquid uidere poſſimus ſi nihil ſit medium, ceu aer aliud ue perſpicuum corpus inter oculum atq; id quod eſt uidendum: operæpretium eſt hoc ipſum impræſentia proſequi. Principio, quòd per corpus aliquod oporteat uidere & omnino ſentire, iam dictum eſt: nam animam [illegible] corpore prorſus in mundo intelligibili uiuere. Cum uero ſentire ſit [illegible] non quidem intelligibilia ſed ſenſibilia tantum, oportet animam [illegible] quodammodo contiguam ſenſibilibus, per quædam iam ſibi familia[illegible] communionem quandam ad hæc cognitionis uel paſſionis inire: quapro[illegible] inſtrumenta corporea eiuſmodi cognitio fit. Per hæc enim quaſi [illegible] continua, quaſi in unum quodammodo ad ipſa ſenſibilia oportet [illegible], compaſſione quadam ad ipſa ita iam facta. Quod ergo neceſſa[illegible] contactum quendam ad illa quæ cognoſcenda ſunt fieri, nimirum [illegible] ſpectat ad ea quæ tactu quodam percipiuntur, nemo forſitan am[illegible]. De uiſione uero magis ambiguum. At utrũ idem in audiendo neceſ[illegible], in ſequentibus indagabimus. Nempe impræſentia de uiſu tractã[illegible], nunquid oporteat medium quiddam corpus eſſe inter uiſum atq; [illegible]. Forte uero corpus ex contingenti medium incidit, ſed confert ni[illegible] ad uidendum. At ſi corpora quò denſiora ſunt ceu terrena, eò [illegible] uiſionem: quò uero tenuiora ſunt media facilius peruide[illegible] aliquis media hæc ad uidendum conferentia dicere: aut ſi non [illegible], ſaltem non obſtantia uiſioni: Hæc autem aliquis obſtantia dixe[illegible] medium corpus paſſionem prius accipiat, & quaſi forme[illegible] ad uidendum. Signum uero huius aliquis afferat, quòd ſiquis ante fa[illegible] ſit, uel penes colorem, aſpiciens etiam uidet: id ipſum uero ad [illegible] minime perueniret, niſi paſſio quædam medio fuiſſet illata. Sed for[illegible] eſt pati medium, dum quod paſſioni naturaliter eſt ex[illegible] oculus, patitur. Aut ſi tunc medium patitur, aliud quiddam [illegible] quidem neq; calamus medius inter piſcem illum ſtupefaciẽ[illegible] Narcem atq; manum patitur, quod manus ipſa patitur: tametſi hic [illegible] in medio ſitus, & ſeta ſiue capillus eſſet, manus mini[illegible], Forte etiam hoc eſt ambigendum. Nam ſi intra rete ſit, piſca[illegible] ſtupeſcit. Videtur autem hic ſermo ad illas quæ dictæ ſunt cõ[illegible] conferre. Nempe ſi hoc tale ab hoc tali naturaliter uiciſſim pati [illegible] quod ſimilitudinem ad ipſum quandam habet, non propterea quod [illegible] medium eſt, patitur ſi diſſimile fuerit; aut certe idem mini[illegible]. Quod ſi ita ſe habet, multo magis ubi nullum ſit medium, pa[illegible] naturaliter obnoxium paſſioni: tametſi medium tale fue-

rit, ut & ipſum aliquid patiatur.

INter viſum atque viſibile medium per ſe neceſſarium eſt lumen, vel commune externumq;, vel proprium ſiue oculi ſeu obiecti natura valde lucentis: corpus autem non adeo neceſſarium inter hæc medium eſt. Viſio fit potiſſimum, quia vel radius ab oculo viſualis proficiſcitur ad viſibile, vel à viſibili iam luminoſo nonnihil procedit ad viſum, vel vtroque ſimul pacto: & omnino quoniam tam oculus quàm viſibile ita in natura mundi viuente ſunt diſpoſita, vt proprietatem habeant inuicem valde conformem, per quam à ſeinuicem facile moueantur, agantq; mutuo vel patiantur. Corpus igitur nec eſt per ſe neceſſarium ad emicantem ex oculo radium ſuſtinendum atque perferendum, qui ſine ſuſtentaculo in rectum profluit naturaliter: nec ad lumen ita vehendum, ſiue ſit lumen obiecti, ſiue ſit alienum: nec etiam ad compaſſionem inter viſibile viſum'que complendam: ſatis enim per ſe mutuæ ſunt expoſita paſſioni. Denique nec neceſſarium eſt, aerem medium ab obiecto colorari figurari'que modo ceræ, per quam paſſionem viſus ſubinde ſimiliter patiatur; alioqui ad cernendum non oporteret oculum ad obiectum ipſum conuertere procul poſitum: ſatis enim foret oculum attingi à contigua nobis parte aeris iam formata. Omnino vero ſpiritales ſub lumine viſibilium ſpecies peruenientes ad oculum, abſque aeris paſſione perueniunt. Cap. II.

SI ergo ſic uiſio fiat, ut uiſus ipſius lumen cum lumine medio cõiungatur uſq; ad ſenſibile, oportet hoc medium eſſe lumen: atq; ſuppoſitio hæc medium id requirit: Sin autem ſubiectum corpus coloratum aliquo modo mediũ afficit atq; permutat, quidnam prohibet permutationẽ eiuſmodi ſtatim ad oculũ peruenire? etiamſi nullũ mediũ interuenerit? Siquidẽ nunc neceſſario quod interuenit, ob hoc ipſum quod interuenit prius q̃ oculus permutatur. Proinde qui dicunt per quandã uiſus ipſius effuſionẽ nos uidere, nulla ratione adducuntur ad mediũ afferendum, niſi forte metuant ne radius ipſe decidat: ſed radius naturã habet luminis, lumen aũt recte diffunditur. Qui autem inſiſtentiam quandam in cauſa uiſionis aſſignant, medio prorſus egebunt. At uero aſſertores ſimulachrorum affirmantes ea per uacuum pertranſire, expeditum exigunt locũ ne peruenire prohibeãtur. Quapropter ſi multo minus impedietur, ubi nullum ſit medium, nimirum præſentem ſuppoſitionem in controuerſiam minime trahent. Præterea quicunq; cõpaſſione quadam fieri aſſerunt uiſionẽ, minus utiq; uidere nos dicent, ſi quod medium interciderit: propterea quod hoc prohibebit impedietq; imperſpectionem, dum minorem reddet compaſſionem Imò uero conſentanea ratione dicere poſſumus, medium ipſum etiamſi cognatum ſit atq; etiã patiens, compaſſionem tamẽ illam debiliorẽ facere. Nam & ſi corpus continuum in profundo ex acceſſu ignis uratur, tamen pars eius poſita in profundo acceſſione ſuperioris partis minus utique patietur. Verum ſi animalis unius partes uiciſſim compatientes ſint, nunquid patientur minus, quia nonnihil ſit medium? Forte patientur minus. Nempe mediocris euadet paſſio quatenus natura uoluerit: quippe cum medium interpoſitum inhibeat paſſionis exceſſum, niſi forte alicubi tale ſit quod infertur, ut medium nullo modo id pati queat. Cæterũ ſi totum propterea eſt compatiens, quòd eſt unum animal: atque nos ideo patimur, quoniam in uno uniuſq; ſumus, cur non oporteat quando ſentitur aliquid procul poſitum, ineſſe continuitatem? Forte cõtinuitatem quidem & medium

ma quæque: item apes & formicæ, mellita olfaciunt remotiſſima: conchæ quinetiam diſtantia guſtant: & torpedo piſcis per longam ſæpe virgam ſtupefacit te quaſi tangens, non eſt exiſtimandum, præſertim in ſuperioribus à minimo quoque obiecto longiſſimum ſpatium frangi, & materialiter affici. Sed interuenire neſcio quid quodammodo ſpiritale, quod per tam longum ſpatium agat in ſenſum, ideſt actū quendā ſpecialē ab ipſa ſpecie rei ſentiendæ prouenientem. A ſpecie inquam, non tam quia in materia ſit, quàm quia à ſpiritali viuaq; dependet idea. Actum quoque ſpecialem inquam & ſpiritalem, ſiue hic intra nos fiat in inſtrumento ſenſus, vt in tactu atque guſtu: ſiue etiam extra nos in aere, vt circa viſum, auditum, olfactum: ſiue etiam à viſu proueniat in obiectum, qui ſane actus in omnibus ſentiendis fit vbique inter paſſionem etiam materialem ab obiecto in aere factam circa ſenſus inferiores. Fit igitur opportune tunc virtute quadam vitæ communis, cuius beneficio cuncta ligantur tam facile à rebus diſtantibus & mouetur ſenſus, & corpus conforme procul patitur à conformi: quod etiam apparet in magia. Et cæleſtia aliaq; multa vires ſuas impartiunt remotiſſimis. Denique vita mundi communis ita ſenſum hunc cum hoc ſenſibili temperat, vt agēte ſenſibili, moueatur ſenſus & agat: Sicut in lyra dum mouetur hæc chorda, ſtatim & contemperata mouetur: & te clamante, paries conclamat ſic expoſitus. De ſuperioribus diligentius in commentarijs Theophraſti tractamus.

Cap. III.

MAximum uero argumentum eſt, non propterea cerni ſenſibilium formas, quia iam aer illorum ſpecies per continuatam traductionem patiendo ſuſceperit, quòd ſub obſcura nocte ignis & ſidera, horumq; formæ cernuntur. Neq; afferet quiſpiam in aere tenebroſo impreſſas ſpecies ſic ad oculum uſq; continuari: alioqui non eſſent tenebræ ubi ignis illuminando ſuam ſpeciem traderet: quando etiam ſub profundis tenebris occulentibus ſtellas & ignem, horumq; lumen prorſus impedientibus, interim ex ſpecula facibusq; proſpicitur ignis: atq; ex turribus quæ ſigna nauibus exhibent. Siquis autem in his quoque ignem tranſire dicat, repugnans uidelicet ſenſui, oportebit etiam minima quæque interim in aere cerni, neque duntaxat ignem. Si ergo tenebris in medio prohibentibus, tamen quod eſt ultra tenebras peruidemus, multo magis ubi nullum ſit medium, diſcernemus. Sed hic aliquis fortaſſis inſtabit, aſſerens ubi nullum ſit medium, uideri nihil non quidem ex eo proprie, quia deſit medium: ſed quoniam animalis compaſſio ad hæc ipſa prorſus auferatur, conſenſio'que partium inter ſe in eo quod unum totum ſit conſiſtens. Videtur enim ob id ſenſus quomodocunq; fieri, quoniam uniuerſum hoc animal ſibimet ubiq; compatitur: niſi enim foret tale, quonam pacto aliud ab aliis etiam remotiſſimis uires acciperet? Hoc itaq; conſideratione dignum eſt: Si alter eſſet mundus, alterumq; animal cum hoc noſtro nullam habens communionem, eſſetq; uiſus aliquis in cæli dorſo, nunquid eiuſmodi uiſus ex ſpatio moderato mundum alterum ſit uiſurus: an potius nullum huic futurum ſit ad illum in agendo uel patiendo commercium? Sed de hoc tractabitur in ſequentibus. Nunc uero id inſuper aliquis afferre poterit teſtimonium, probans non propterea fieri uiſionē: quia mediū patiatur. Nempe ſi patitur aer, neceſſariū eſt conditione corporea pati. Id aūt eſt uelut in cera imprimi figurā. Sic igitur uiſibilis obiecti pars certa in certa parte aeris figurabitur. Itaq; pars aeris contigua uiſui tanta, quanta pupilla partē figuræ ipſius uiſibilis pro quātitate propria accipiet atq; tradet. Nūc aūt & uidetur totum, & quotcūq; ſunt in aere, tū ex directo poſiti tum etiā ex obliquo, ad longum

gum uident: ſtantes etiam inter ſe à tergo, modo ne alii undiq; aliis obſtent. Ex quo apparet, quamlibet aeris particulam totum uelut uultum in ſe inſpectum habere. Id aũt nõ fit corporeæ paſſionis conditione, imò ſecundũ maiores & animales, & aĩalis unius ubiq; ſibimet compatientis neceſſitates.

SI quod medium neceſſarium eſt inter viſum atque viſibile, id quidem nõ corpus eſt, ſed lumen, vel natiuum oculo ſiue viſibili, vel alienum. Confert autem ad videndũ non paſſio medij oculiq;, ſed actio quædam atque lumen. Tres hic de viſu tangit opiniones. Vna putat animam ita per radios viſuales, ſicut per capillos ſeſe propagare vel manus, atque ita ſenſibile tangere, & id quidem abſque reflexione. Secunda, animam non propagari per radios, ſed eos quaſi virgas extendere ad obiectum, eosq; ad animam inde reuerberari. Tertia, lumen figurari ab obiecto, atque ita figuratum ad oculos peruenire. Circa primam ludit, ſecundam deridet, tertiam reprobat. Et vbique tandem id molitur, tantam eſſe cõpatiendi conformitatem inter viſum atque viſibile, vt ſatis circa ſe viciſſim moueantur & agant, etiamſi nulla paſſio contingat in medio: ſicut neque patitur medium, vel ſaltem non tale quiddã patitur, quando tremente hac chorda, altera contremiſcit: oſcitãte hoc, oſcitat ille: & imaginante aliquid amiciſſimo, imaginatur interdum idem & alter amicus. Cap. IIII.

SEd contiguum uiſionis lumen quomodo ſe habet ad lumen uiſioni propinquum, & uſq; ad ſenſibile? Forte aere quidem non indiget medio, niſi forſan lumen abſq; aere non dicatur. Sic autem medium hoc eſt ſecundũ accidens, ipſum uero lumen eſt medium minime patiens: & oĩno hic non opus eſt paſſione, ſed forte duntaxat medio. Quòd ſi lumen non ſit corpus, non eſt opus corpore medio. At qui forte dixerit aliquis, non ad ipſam ſimpliciter uiſionem alieno opus eſſe lumine atq; medio, ſed ad hoc ipſum duntaxat, ut longinqua cernantur. Verum igitur lumen abſq; aere poſſit eſſe nec ne, in ſequentibus perquiremus. Nunc autem hoc in primis inueſtigemus. Profectò ſi lumen hoc contiguum uiſui ſit animatum, & anima per ipſum fertur, & in ipſo uiget quemadmodum & in intimo, nimirum in percipiẽdo quoquo modo quale eſt uidere lumine medio non egebit: ſed uiſio ſimilis erit tactui, uirtute uidelicet uidẽdi in lumine percipiẽte, dũ mediũ nihil patit, ſed illac uiſus ipſe perfert: ubi ſane quærendũ eſt, nunquid ex eo quod illic eſt interuallũ, oporteat procedere uiſum: an ex eo quod in interuallo ſit corpus? Ac ſiquidẽ ex eo ꝙ corpus in interuallo ſit, ſi obſtaculũ hoc auferat perſpicietur. Sin aũt eo ꝙ ſimpliciter ibi ſit interuallũ, uiſibilis ipſius naturã oportet ſupponere otioſam, & ipſo nihil agentẽ. Sed enim hoc fieri nequit: tactus enim nõ ſolũ nuntiat atq; tangit quod aliqd ſit propinquum, ſed etiã quaſi paſſus tangibilis ipſius nuntiat differẽtias: ac niſi quid obſtiterit, id etiã ſentiat è longinquo. Simul enim medius aer atq; nos percipimus ignem, non expectãtes ipſi quoad aer ante fuerit calefactus. Magis ergo corpus calefit ſolidum, quàm aer: quapropter per aerem potius quàm propter aerem incaleſcit. Si igitur ſenſibile ad agendum uim habet, hoc autem ad patiendum, uel etiã quomodocunq; uiſum, quã alio indigeat medio in quod uim habeat ad agendum? Id enim nihil aliud foret, quàm impedimento aliquo indigere. Iam uero quando Solis lumen accedit, nõ prius oportet aerem, deinde nos, ſed ſimul illuminari: & prius quam propinquet uiſui, ſępe dum etiam adhuc eſt alibi, nos uidere contingit, quaſi aer minime patiatur: dum uidelicet medium quidem

hoc nihil eſt paſſum,& lumen nōdum profectum ad quod adhibere uiſum oportet. Et profecto penes hāc ſuppoſitionē difficile fuerit cauſam aſſignare,ob quam & quomodo nocte ſtellas ignemq; cernamus:ſin autem manet quidem anima in ſeipſa,indiget autem lumine,uelut uirga per quam ſe porrigat,oportebit uiolentam fore perceptionem ſecundum quandam porrecti luminis reuerberationem, atq; ſenſibilem colorem, qua ratiōe color eſt, habere reflectendi uirtutem:ſic enim per medium tactus efficientur. Praeterea & prius appropinquauit nullo tunc interueniente medio. Sic enim deinde per medium attingere facit cognitionem, quaſi memoria quadam fiat & quodam potius argumento. Nunc uero non fit ita:uerum ſi lumen ſenſibili propinquans oportet pati,deinceps uero id totum uſq; ad uiſum continuata traductione procedere,eadem nobis ſuppoſitio fiet atq; illa, quæ tradebat medium prius à ſenſibili permutari & affici, aduerſus quam alibi diſputauimus.

Siqua materialis paſſio à rebus ſentiēdis affertur in medium:quia nimium diuerſa eſt ab incorporea natura ſenſus:ideo & ſæpe ſua vehementia confundit ſenſum, & nunquam eſt accommodata cauſa ſentiendi:niſi præter illā ſuboriatur ſpiritale aliquid vel in medio,vel ſaltem in inſtrumento ſenſus.id quidem ſpiritale accommodatum ſenſui etiam apparet in voce.Quod enim vbique totum circa vocem à multis eodem momento percipitur ſignificaturq́;,ſpiritale quiddam eſſe videtur.Tale vero aliquid circa quēlibet ſenſum non corporea cauſa generat:ſed procreat ipſa mundi vita in ſubiecto tunc opportune diſpoſito; eſt autem hoc adeo cognatum ſenſui,vt cum primum id circa ſenſum viget actu,ipſe quoque ſenſus ipſius actus circa id ſimul expergiſcatur.Quemadmodum alijs hominibus alius præcipue concentus eſt amicus,& alius alios ad cantum excitat,atque tripudium.Quod autem ad actum huius obiecti ſenſibilis ſtatim hic ſenſus agat,conficit eadem vbique vita mundi ſic potiſſimum cum illo contemperans ſimulq́; mouens:ſicut ad talis humoris motum mouetur & imaginatio talis atque viciſſim.Item ad varios Lunæ motus habituſq; varie mouentur & afficiuntur humores.Ad motum ſulphuris mouetur & flamma. Quorſum intēdis dextrum oculum,intenditur & ſiniſter.

Cap. V.

CAeterum nunquid circa ſenſus auditus concedēdum eſt aerem quidem pati primum motū,& deinceps aerem proximum ab aere primum ſonante:ſimiliterq; aerem uſq; ad auditum gradatim idem pati:atq; ſic ad ſenſum peruenire. An potius ſecundū accidens in his medium patitur,ob id uidelicet quod interuenit. Quod ſi inde tollatur,ſemelq; fiat ſonus, duobus inter ſe corporibus concurrentibus, ſenſum in nobis huius protinus excitari. Forte uero opus quidem eſt pulſato aere ab initio,quod uero deinceps ſequitur,aliter ſe habet medium. Hic enim uidetur aer dominus eſſe ſoni. Quippe cum neq; ab initio fieri queat colliſorum inter ſe corporum ſonitus niſi aer in ueloci eorum cōcurſu percuſſus atq; excuſſus eiuſmodi pulſum ſuccedenti aeri tradat uſq; ad aures & auditum. Verum ſi aer ſoni dominus eſt,huiuſq; agitati pulſus eſt, quærendum erit ſecundum quid potiſſimum differentiæ uocum ſonorumq; perpendantur. Aliter enim ſonat æs ære percuſſum, aliter alio, aliter alia corpora inter ſe collidentia. Aer autem unus eſt , unaq; in eo pulſatio. Non enim ſolum per magnum atq; paruum horum differentiæ perpenduntur. Sin autem aſſeueretur uocis ſoniq; autoritas penes aerem , propterea quod pulſus illatus aeri ſonum reddat:reſpondendum eſt,non qua ratione aer eſt, id effici. Tunc

minime fuerit. Profecto ſi qualitas eſt duntaxat, & qualitas alicuius [illegible] litas omnis ſit in ſubiecto, neceſſe eſt lumē in eo cui ineſt corpore [illegible]. Si autem lumen eſt actus ab alio, cur nā ſi abſit ſub eo corpus, [illegible] ane, non exiſtet: & ad ſuperius etiam ſe extendet. Cum enim [illegible] ctumq; ſit, quid prohibet quo minus pertranſeat etiam à nullo [illegible] alicubi precludatur. Ac ſi tale eſt, ut cadat, deferetur ultro: Neq; enim [illegible] que illuminatum quicquam erit, quod hoc trahat ab illuminante, & [illegible] compellat. Quoniam neq; etiam accidens eſt, adeo ut ſit prorſus in alio, [illegible] alterius paſſio quædam, ita ut oporteat eſſe quod patiatur. Alioqui [illegible] ret diſcedente eo quod illuminat, lumen in re illuminata [illegible] ro abit: itaq; forte progredietur. Quonam igitur? An forte locum [illegible] ret ſolum. Alioqui ita corpus Solis actum ſuum pendet ex ipſo [illegible] Id autem eſt lumen. Si ita eſt, neq; lumen alicuius erit. Quod [illegible] ctus ex ſubiecto quodam emicans: non tamen tranſiēs in ſubiectum [illegible] iectum ſi forte adſit ſub eo aliquid patietur. Profecto quemadmodum [illegible] quæ & actus eſt, actus eſt animæ: ſub quo & aliquid uelut corpus, [illegible] titur: ac etiam non præſente corpore eſt actus eiuſmodi, ita nihil [illegible] uidetur ita ſe lumen habere: ſiquidem eſt actus quidam corporis [illegible]. Non enim nunc ipſum aeris tenebroſum gignit lumen, neq; tenebroſum [illegible] pſum terræ commixtum prorſus impurum procreat lumen. Sic enim [illegible] inde id ſe haberet, ac ſi dicatur aliquid fore dulce, ſi modo miſceatur [illegible]. Proinde ſiquis lumen eſſe dicat permutationem affectionemq; aeris [illegible] dum huic inſuper erit, oportuiſſe aerem ipſum in hac tranſmutatione [illegible] affici: tenebroſamq; eius conditionem iam in aliud permutatam, [illegible] plius tenebroſam. Nunc uero aer, qualis eſt, permanet: utpote qui [illegible] hil eſt paſſus. Atqui paſſionem omnem illius eſſe oportet, cuius eſt paſſio. [illegible] igitur eſt color aeris, ſed in ſeipſo conſiſtit. Adſtat uero aer. Atque [illegible] ctenus ita ſit dictum.

Sicut reliqua corpora proijciunt ſemper foras ex ſe nonnihil, ſcilicet vaporem [illegible] tem vel imaginem: ita ſidereum corpus atque ſimile actum ſuum emittit [illegible] ficacior ideo procul. Eiuſmodi actus eſt lumen, attingēs quidem externa, [illegible] tem proprium non relinquens. Inter lucem prorſus intimam lucido corpori, [illegible] iam aeri factum intimum, eſt lumen partim quidem luci intimum, partim [illegible] cedens, ferme ſicut ſermo inter cogitationem atque fabricam. Lumen quo [illegible] molle diaphanum, eodem diaphanum tranſuerberat vel duriſſimum. [illegible] cui durities corporis non reſiſtit. Veruntamen quoniam eſt cæleſte, ideo [illegible] terreum etiam ſi minus durum ſit, non capit lumen. Quoniam igitur incorpore [illegible] bemus huic paſſiones corporis attribuere, id eſt, accedere, recedere, [illegible] trahi, dilatari: ſed potius vbi coram diaphanum exponitur lucido, [illegible] illic agere ſine mora, [illegible] diu corpus eſt lucidum. Lumini ſimile eſt radialis actus ſpectaculi directus [illegible] vitalis actus animæ directus in corpus. Actus vitalis [illegible] noſtri in corpus [illegible] mundi, hanc quoque animam [illegible]

V [illegible]

[illegible]

ſerit:forte quis dixerit euaneſcere.Si aũt eſt actus aliquis è fonte nõ effluens, alioq́ circũflueret,atq; intus poſſideretur,plus etiã q̃ quantũ ab agente prouenerit:nimirum non deſtruetur,quatenus quod illuminat, in ſua ſubſtãtia permanet. Quando uero transfertur illud,hoc quoq; in alio exiſtit loco,nõ quaſi refluxus fiat aliquis,ſiue transfluxus:ſed quia actus illius exiſtat,&adſit eatenus,quatenus nihil obſtat ad eſſe. Quoniam etiam ſi lõge maior diſtantia foret quàm nunc ſit Solis,à nobis lumẽ id totum Solis impleret,nullo uidelicet prohibente,neq; obſtaculo uſquam impedičte.Eſt autem actus alter in luminoſo,& quaſi uita plurima corporis luminoſi,ac uelut principium & fons agendi. Eſt &actus alter ultra terminos corporis luminoſi,qui eſt interioris imago:& ſecũdus actus à primo minime deſtitutus. Profecto res quęlibet exiſtens habet actum, uelut quandam ſui ſimilitudinem. Adeo ut re ipſa exiſtente,actus exiſtat:&illa manente prodeat ad remotum: partim quidem longius,partim uero breuius:& partim debiles atq; exiles,partim quoque latentes. Quorundam uero maiores ſunt actus, procul'que funduntur. Et quando ad remota procedunt,ibi exiſtimandum eſt eſſe, ubi agens eſt & potens,rurſus'que quo currit. Proinde uidemus in animalibus, quorum naturaliter lucent oculi,lumen extra ex oculis emicare. In animalibus quoque quæ intus collectum ignem poſſident, quando ſe aperiunt, lumen in tenebris extra fulgere: & quando ſe concludunt, nihil luminis extra relinqui. Quod quidem non penitus euaneſcit:ſed aut eſt quidem,aut non eſt extrinſecus. Quid ergo,nunquid in animal ipſum regreditur? An potius dicẽdum eſt extra non eſſe? Quandoquidẽ neq; ignis ad externa proceſſit,ſed intrinſecis ſe inſinuat. Ipſum ergo lumen nunquid ſeipſum inſinuauit? Nõ forte: ſed illud tantum. Cum uero quod illuminat ſeſe occulit, corpus iam aliud obſtat,adeo ut illud ad externa non agat. Eſt igitur ipſum manans à corporibus lumen,actus quidam lucidi corporis ad externa procedens. Ipſum uero lumen omnino talibus corporibus inſitum, quæ quidem primo talia ſunt, eſt eſſentia ſecundum ſpeciem corporis primo lucidi. Quando uero unà cũ materia corpus tale miſcetur,colorem exhibet:Solus autem actus non exhibet,ſed uelut colorationem quandam,utpote qui ſit alterius,& ab ipſo continue manans,à quo quidem quod abeſt,ab actu eius inſuper abeſt. Tum uero oportet omnino lumen incorporeum iudicare,quamuis ſit actus corporis. Quapropter non proprie de hoc dicitur,&præcipue uel accedere uel diſcedere,ſed alio quodam pacto hæc ibi ſe habent: atq; eſt ipſius ſubſtantia tanquam actus. Siquidem ſimulachrum quoque in ſpeculo actum nuncupare debemus eius quod uidetur in ſpeculo, agentis in id quod pati poteſt. Vbi quidem nihil effluit: ſed ſi adſit,& illud illic apparet: atque ita ſe habet, ut ſimulachrum coloris ſic figurari. Ac ſi abit,non ulterius perſpicuum corpus habet,quod prius habebat,quando ſpectaculum ipſum agebat in ſpeculum. Proinde in anima quoque, quantum eſt, animæ prioris actus, manente priore manet & actus comitans. Siqua uero uis ſit, quæ non ſit animæ ipſius actus,ſed ex actu qualem diximus uitam iam corporis propriam,

nunquid

nunquid ita ſe habet, ſicut lumen corporibus iam permixtum? Forte lumen quidem hoc reſidere dicemus: quia & quod colorem facit, eſt [illegible]. Deinde ta uero corporis propria quid? Forte corpus hanc retinet alteram uidelicet ad ſtante anima. Nihil enim expers animæ eſſe poteſt. Quando igitur corpus interit, neq; huic ſufficit, uel ipſa quæ ſuppeditauit hactenus, uel ſi qua etiam adſtet, quo nam pacto uita permanet? Quid ergo? Perijt hæc? Forte neque hæc periit: nam & hæc eſt quædam illuſtrationis imago. Solum uero dicendum eſt, ibi non eſſe.

CVm mundus ſit uniuerſum corpus atque ſenſibile, poni reuera non poteſt ſenſibile aliquid extra mundū. Quod ſi fingas corpus aliquod extra nulla in re cum [illegible] municans, non ſentietur ſenſu mūdano. Sin vero quoquo modo communicans [illegible] non erit extra, ſed intra. Quod patiente digito pedis, ſtatim compatiantur inguina, [illegible] quidem potius quàm genua, quamuis remotiora, inde contingit: quia & in eodem [illegible] ſunt, & præcipua inter ſe cōformia. Similiter ad paſſionem cerebri patitur ſtomachus [illegible] viciſſim. Simili ratione quòd ſenſus etiam longe diſtantes ad leuiſſimos ſenſibilium [illegible] motus, etiam non patiente medio annuant, efficit vna mundi inter hæc continuata [illegible]. Sicut continuitas longiſſimi intentiq; nerui facit, vt vibrata parte vel infima, ſtatim [illegible] & ſumma. Hinc quoque contingit, vt rerum ſeries cælitus imminentes & adhuc [illegible] ginemur: vel occultiore quodam inſtinctu ſæpius imitemur, & amicum ad nos pro[illegible] tem antequam perueniat, occulto quodam ſenſu nonnunquam præueniamus. Cap. [illegible]

SI corpus ſit extra cælum, & mundo huic ad illud oculus dirigatur, nihilo prohibente diſcernere: dubium eſt, utrum illud [illegible] dere poſſit: quoniā cum illo nequaquam in paſſionis [illegible] nione conſpirat: ſiquidem nunc communio paſſionis [illegible] eſt propter ipſam animalis unius naturam cunctis ubiq; communem. [illegible] te ſi compaſſio circa ſenſualia ſenſibilia, ſenſus penes animalis [illegible] eſſe cenſetur, ſic mundus hic corpus illud minime cerneret, niſi [illegible] corpus externum animalis huius noſtri membrum eſſe dicatur. [illegible] eius membrum fortaſſe perſpiciet. Verum ſi non ſit huius membrum [illegible] men coloratum corpus, qualitatesq; cæteras habeat, quales & mūdus [illegible] conforme ſit inſtrumento huius mundi ſenſorio, forte uiſurum [illegible] netur. Sed neq; ita, ſi modo recta ſit ſuppoſitio. Niſi qs hoc ipſo [illegible] nem ſtudeat è medio tollere: afferens perabſurdum fore, niſi [illegible] lorem præſentem intueatur: ſimiliterq; ſenſus alii circa præſentia [illegible] cta ſua nihil agant. Nos autem dicemus unde nam abſurdum hoc [illegible] pareat. Forte quoniam hic & in uno & unius nunc exiſtentes [illegible] que patimur. Id ergo conſiderandum, an præter hoc ſit aliud [illegible]. Quod ſi ſatis nobis facit, iam eſt demonſtratum: ſin minus, [illegible] demonſtrandum. Quod igitur animal unum ſecum met in [illegible] tiat, ſatis eſt manifeſtum. Atq; ſi quòdcunq; dictum eſt [illegible] ſufficit, parteſq; erunt unius omnia: & quatenus uiuentis unius [illegible] inter ſe conſentient. At ſi quis afficiat mundum hunc ſenſurum [illegible] ob quandam duntaxat ſimilitudinem, ipſa tamen perceptio [illegible] malis naturam erit, atq; ſenſus: quoniam ad ipſum ſimilitudinem [illegible] Inſtrumentum enim ipſius eſt ſimile. Quapropter ſenſus [illegible] mæ per inſtrumēta, ſimilia rebus percipiendis. Si igitur [illegible]

ceptio fiat,& anima extra proſpiciat. Quod quidem (ut arbitror) indicat nullam in anima formam uel factam eſſe uel fieri: neq; animã ex eo uidere, ꝙ admittat impreſſionem, qualem cæra ſuſcipit à ſigillo. Nihil enim opus foret ulterius extra reſpicere, ſi iam in ſe rei uidendæ ſpeciem poſſideret: atq; ob hoc ipſum ꝙ intrauerit in eam ſpecies, cerneret. Pręterea quando animus interuallũ adhibet rei quã uidet, & quàm procul uideat, cernit, ſatis indicat nõ habere intra ſeipſum quod intuetur, alioqui cũ nihilo diſtaret ab ipſo, non tanquam procul poſitum peruideret. Itẽ iudicare nõ poſſet per formã intus acceptã, quanta ſit res externa, neq; etiã omnino eſſe quantã, ceu quàm magnum ſit cælum: quippe cũ forma intus accepta eſſe tãta nõ poſſit. Quod uero eſt omniũ maximũ, ſi figuras eorũ, quæ uidemus, intus acciperemus, nõ liceret cernere ea ipſa quæ intuemur: ſed eorum imagines atq; umbras. Itaq; continget, alia quidem eſſe quæ ſunt in rebus, alia uero quæ nobis apparent. Omnino uero quod fertur, non poſſe nos rem impoſitam pupillæ diſcernere, remotam uero poſſe: idem quoq; multóq; magis eſt ad animam transferendum. Si enim rei uidendæ figuram poneremus in anima, ſpectaculum illud quo inſigniretur, minime cerneret. Oportet enim hæc duo quædam eſſe, quod uidet, & quod uidetur. Aliud igitur oportet eſſe, quod uidet figuram alibi poſitam: neq; poſitam in ſeipſo. Quare neceſſe eſt uiſionem non quidem impoſitæ rei eſſe, ſed potius non impoſitæ: ſi modo futura ſit uiſio.

*Sentire non eſt pati à rebus ſentiendis, ſed agere circa illas.* Cap. II.

ANima quoniam rebus ſentiendis abſque proportione excellentior eſt, neque cum eis in materia vel natura communicat, formas ab eis nunquam ſuſcipit: & quoniã in ſentiendo recte iudicatura eſt, paſſio vero confundit iudicium, nihil patitur ab obiectis. Siqua vero paſſio cõtingit ab eis in corpus peruenit, atque ſpiritum. Quo quidem ſpiritu ſic ab externis, aut ſic pulſato vel affecto ſtatim anima præſens affectiões eiuſmodi percipit. Id vero percipere non eſt pati, ſed potius agere .i. aliter tunc ſpiritum atque aliter vegetare, & innatas (vt Iamblichus ait) ſenſibilium formas edere. Intelligentia multo magis quàm ſenſus eſt à paſſione remota. Nam & interiores habet formas, nec extra conuertitur.

SI ergo nõ ita fit ſenſus, reliquum eſt, quomodo fiat, inquirere. An forte de his dicit animus quæ non habet: De his profecto. Hoc enim poteſtatis eſt propriũ, non quidẽ pati aliquid, ſed ualere: & opus ſibi proprium exequi. Sic arbitror diſcernetur ab aliquo uiſibile, ſcilicet atq; audibile: non quidem ſi figuræ quædam utraque ſint, imò ſi non figuræ, neq; paſſiones ullæ, ſed actiones circa quod naturaliter ſunt inſtitutæ. Nos autem diffidentes uim quãlibet obiectũ ſuũ, niſi pulſetur ab eo, poſſe cognoſcere: interea facimus admouendo, ut patiatur proximũ non cognoſcat: quod quidẽ ſuperare debet naturæ munere animus, non ſuperari. Eadẽ ratione de auditu etiã eſt iudicandũ: figurã ſcilicet in aere fieri uelut pulſationem quandam diſtinctã articulatim, quaſi literarũ illic ſcriptarum ab eo qui protulit uocem. Vim uero eſſentiam'que animæ, quaſi figuras legere ſcriptas in aere, proxime illuc accedentes, quo tandem profectæ naturaliter percipi poſſunt. Proinde circa guſtum & odoratum alia quidem paſſiones ſunt: alia uero paſſionum cognitiões, ſcilicet ſenſus & iudicia paſſionum: quę quidem à paſſionibus differunt. Intelligibiliũ uero cognitio multo etiã magis paſſionis formationiſq; eſt expers. Hæc enim econuerſo,

uelut

uelut ab intimo prodeunt. Senſibilia uero attinguntur extrinſecus. Ideoq́; il
la magis actiones ſunt actionesq́; præcipuæ. Ipſius enim animæ ſunt. Ipſaq́;
anima horum quodlibet agit. Vtrum uero anima ſeipſam quidem duo quæ
dam uideat & uelut alterum: intellectum autem uelut unum, & ambo, duo
unum, alibi diſputandum.

*Meminiſſe & reminiſci non eſt conſeruare atq; repetere rerum formas aliquando impreſſas animo.*

Cap. III.

QVando dicũt animam tanquam rerum incorporearum atque corporearum mediam
utrarumq; in ſe formas habere, non intelligimus has formas tanquam accidentia quæ
dam iacere in anima: ſicut literas in tabella, ſiue aliquando inſcriptæ ſint, ſiue ingeni
tæ. Nam animæ diuinæ natura neque nouas ſubit impreſſiones, neque rationes rerum quas
habet ab initio, tam diuerſas habet ab ipſa ſui natura, ut accidentia referant. Sed ut alibi di-
ximus, ſicut ſunt in anima naturales ſubſtantiæ uires, intellectus, ratio, imaginatio, ſenſus,
& potentiæ uegetales: ita rerum quoque cognoſcendarum rationes habet quaſi uires eſſen
tiales, quemadmodum & membrorum ſeminales poſſidet rationes. Quando igitur anima
aliquid meditatur, ſeipſam ex naturali uirtute in actum naturalẽ circa idipſum educit. Quod
ſi attentius diutiusq; meditatur idem, in hoc ipſum ualentius ſe conformat, idque eſt memi-
niſſe, hinc & facilius reminiſcitur.

POſt hæc autem de memoria dicendum eſt. Et ante omnia non
eſſe mirandum, imò uero mirandum quidem, non tamen incre
dibile, quod tali poteſtati aĩæ attribuimus. Eã ſcilicet nihil in ſe
accipientẽ, ea tamẽ quæ nõ accipit, animaduertere. Animæ nan
q; natura eſt omnium ratio: ratio inquam intelligibilium, & eorum quæ illic
ſunt, ultima. Eorũ uero quæ ſunt in uniuerſo ſenſibili, prima. Quapropter
ad utraq; uergit, & à ſuperioribus quidem bene afficitur, atq; reuiuiſcit. Ab in
ferioribus autem quadã ſimilitudine fallitur, & tanquã delinita prolabitur.
Cum igitur ſit in medio conſtituta, nimium percipit utraq;, & ſuperiora qui
dem dicitur intelligere, in memoriam uidelicet reuocata, ſiquidem illis incũ
bat. Cognoſcit autem propterea ꝙ quodammodo eſt hæc ipſa. Nempe nõ co
gnoſcit ea collocãdo eadem in ſe uelut in ſede: ſed quodammodo hæc habẽ
do atq; intuendo, atq; ex eo ꝙ anima hæc ipſa eſt obſcurius, & ex habitu quo
dam obſcuriore uelut experrecta euadit lucidius eadem, & ex potẽtia prodit
in actum. Senſibilia quoq; ſimiliter quaſi coaptans hæc ipſa ſecum, efficit ut
effulgeant, & ante oculos põnit. Quippe cum uis animæ etiã prius ad id præ
parata ſit, eademq́; parturiat. Quando igitur ad aliquid eorum, quæ offerun
tur, corroboratur, diu ad idem quaſi ad præſens afficitur: & quo magis cor-
roboratur, eo diutius. Quamobrẽ pueri magis memoros eſſe dicuntur. Quo
niã non cito deſiſtunt, ſed rẽ ipſam diu ante oculos habent. Quippe cũ non
dum diſtrahantur in multa, ſed paucis uehementer incumbant. Quorũ ue-
ro cogitatio uiſq; circa multa uerſatur, hi quaſi percurrunt, nuſquãq; inſiſtũt.
Si autem formæ rerum in animo impreſſæ manerent, multitudo memoriã
non minueret. Præterea ſi reſiderent formæ, conſideratione ad reminiſcen-
dum nequaquã indigeremus. Neq; cum prius eſſemus obliti, ſubinde remi-
niſci nos oporteret, ubi figuræ manerent. Præterea meditationes ipſæ quæ
conducunt ad recolendum atq; reſumendum, declarãt id ipſum quod hinc
acquiritur nihil aliud eſſe ꝙ̃ aĩæ corroborationẽ quandã atq; uigorẽ. Quem-

admodum exercitationes [illegible]
us peragenda, quæ neq; in manibus neq; pedibus [illegible]
bra hæc continua quadam consuetudine promptiora [illegible]
cur nam cum semel aut bis [illegible] audiueris, non recordaris [illegible]
us iam audiueris, & quod prius auditum non tenebas, deinde post [illegible]
tempus iam tenes. Non enim hoc ideo fit, quia partes figura [illegible]
ris: nam & harum recordareris: sed uelut repente hoc efficitur ex [illegible]
dam auditione siue meditatione id peragente. Hæc sane testa [illegible]
mo prouocari, per quã recordamur & quasi corroborari uel [illegible]
ad aliquid. Tum uero quando memoria nobis suppeditat non [illegible]
meditati sumus, sed multa etiam suggerit siue reddit, indicijs uidelicet [illegible]
busdam assuefacta: unde ex unius resumptione alia quoq; multa [illegible]
muntur, quam aliam eiusmodi memoriæ causam afferre quis poterit [illegible]
ipsam animæ uim iam esse corroboratam. Nempe rerum formæ [illegible]
animo debilitatem potius quàm potentiam indicarent. Quod enim [illegible]
est plurimis insignitum, cedendo factum est tale; cumq; figuræ [illegible]
sit quædam passio, sequitur ut quod [illegible] passum est, sit [illegible]
mor. Huius autem contrarium manifeste cõtingit: nusquam enim [illegible]
quoddam exercitatio idipsum quod exercitatur, reddit magis passioni [illegible]
ctum. Quoniã & in sensibus non quod est debile cernit uelut oculus [illegible]
tis inest uberior ad agendum. Quare senes & ad sensus debiliores [illegible]
moriam quoq; similiter. Sensus igitur & memoria uigor aliquis est [illegible]
Proinde cum sensus non sint quædam figurarum impressiones in [illegible]
quo nam pacto memoria esse conseruatio potest earum, quæ nec [illegible]
quidem penes eam deposita sunt? Verum si memoria facultas [illegible]
præparatioq; ad promptum, cur non simul & subito: sed deinceps [illegible]
mus eadem? Quia uidelicet uim ipsam adhibere oportet, atq; intendere [illegible]
enim in alijs quoq; uiribus uidemus accidere, quæ quidem ad id quod [illegible]
sunt, parantur efficiendam: & partim quidem subito: partim [illegible]
ante collegerint, suum munus expediunt. Plurimum uero [illegible]
ti uidentur & memores: quoniam non eadem est [illegible] potestas [illegible]
quidem est pugil & cursor. Aliæ namq; in alio dominantur. Idcirco [illegible]
hil prohibet hominem habentem excessus quosdam animæ, [illegible]
sita relegere: neq; hominem hac parte [illegible], non esse [illegible]
tioni. Deniq; quod [illegible] animam magnitudini non esse subiectam, [illegible]
dit omnino quicquid est in [illegible] non passionem esse, sed [illegible]
nõ quæcunque sunt circa [illegible] quadam ratione alia se habere [illegible]
suspicentur homines, qui [illegible] diligenter indagauerunt, [illegible]
significent manifesta [illegible] ab his quæ [illegible]
[illegible] Vnde [illegible]
bellis inscribuntur [illegible] de sensibus & [illegible]
[illegible] ponantur [illegible]
ex illis suppositis [illegible] [illegible]

in quod nam corpus reſoluere corpus hoc, quod uocãt animam, debeamus. Nempe cum ubiq; animæ inſit neceſſario uita, neceſſarium eſt, ſi id corpus quod fingitur anima, ex duobus pluribus'ue corporibus cõponatur, aut ambo uel cuncta ſimul, aut etiam quomodolibet ſingulatim uitam inſitã poſſidere, aut hoc quidem habere uitam, illud uero nequaquam, aut neutrũ hanc habere. Si igitur uni tantum inſit uita, unicum hoc erit anima. Sed quodnam corpus hoc eſt, quod uitam poſſidet ex ſeipſo? Sane ignis, aer, aqua, terra ſua pte natura carent anima, & cuicunq; horum adeſt anima, hoc uita utitur peregina. Alia uero præter hæc nulla ſunt corpora. Tum uero quicunq; præterea elementa quædam horum introduxerunt alia corpora, ea tamen eſſe animas non dixerunt, neq; uitam eis attribuerunt. Siquis autẽ dixerit nullo eorum habente uitam congreſſum tamen cunctorum uitam cõſtituiſſe, abſurda loquetur. Item ſi unumquodq; uitam habet, unum iam ſufficit. Omnino uero impoſſibile eſt, confluctiam corporum uitam facere, & quæ intellectu carent, facere intellectum. Atqui nec quomodocunq; mixta hæc dicent uel intellectum uel ſaltem animam procreare. Oportet itaq; eſſe quod ordinet, mixtionisq; ſit cauſa. Hoc igitur potius autoritatem gradumq; animæ obtinere. Iam uero nedum corpus cõpoſitum, ſed neq; ſimplex quidem corpus erit in ordine rerum, niſi in uniuerſo ſit anima. Siquidem ratio ſeminalis accedens materiæ facit corpus: ratio uero ipſa non poteſt aliunde quàm ab anima proficiſci.

*Omne corpus efficit diſtantia partium ut parte alia patiente non ſtatim compatiantur & aliæ. Per ipſam uero animam corpus uitam habet, ut ad partis unius motionem paſſionemq; cunctæ ſtatim commoueantur. Anima igitur nec eſt corpus, neq; forma diſtenta per corpus.* Cap. III.

NOn eſt corpus craſſum, alioqui non facile penetrabit totum. Nõ eſt corpus labile, alioqui labiliſſimum corpus non continebit. Non eſt impreſſa corpori forma, alioqui nec expedite corpori dominabitur ad viuificandum, & mouendum, & continendum: & à forma præſtantiore pendebit in ſeipſa manente, vitamq; effundente per corpus. Atque hæc ipſa forma prꝯſtantior potius erit anima. Quę cum indiuidua ſit vbiq; tota, & extra cõtrariarum qualitatum genus facile contraria inter ſe conciliat, & diſtẽta diſſipabiliaq; connectit in vnum.

SI quis aũt non ita dicat, ſed atomos uel indiuidua quædã cõcurrentia corpora animã unione cõficere: is profecto ipſa paſſionis conſenſione naturæq; copula refelletur. Quippe cum non ita fiat per totum unum uel compatiens ex corporibus non patientibus, nec ullam admittentibus unionem: ipſa uero anima ſibimet compatiens eſt omnino. Quinetiam ex indiuiduis neq; corpus neq; magnitudo fieri poteſt. Præterea ſi corpus ſimplex adducat in medium, certe quantum in ipſo eſt materiale non dicet ex ſeipſo uitam habere. Materia enim qualitatis eſt expers: ſed aſſeret potius quod in eo uicem gerit formæ uitam afferre. Si ergo ſpeciem hanc eſſe dicat eſſentiam, certe non utrunque, ſed horum alterum erit anima. Quod quidem non amplius corpus exiſtit: non enim hoc eſt etiam ex materia, alioqui eodem rurſus modo reſoluere compellemur. Sin autem ſubiiciat, eiuſmodi ſpeciem non eſſentiam quidem eſſe: ſed quandam materiæ paſſionem, reliquum erit, ut nobis aſſignet,

unde nam

und[illegible] nam hæc paſſio uitaq; deſcenderit in materiã. Non enim ipſa materia ſeipſa[illegible] format, neq; ſibimet comparat animam. Oportet igitur aliquid eſſe quod h[illegible]uic ſuppeditet uitam, ſiue ipſi materiæ, ſiue cuiuis corporũ uita ſuppedite[illegible]ur: ſuppeditet inquam foris extans corporeaq; omni natura ſuperius. Iamuero neq; corpus omnino erit ullum, niſi animæ uis extiterit, nam fluit ſemper, & in motu ipſa corporis natura uerſatur, citoq; periturũ eſt uniuerſum, ſi quæcunq; ſunt ſint corpora, quàmuis etiam alicui corporum quis animæ nomen accõmmodauerit. Sic enim anima eadem prorſus atq; alia corpora patietur, cum eadem cunctis materia inſit: immò uero nihil alicubi fiet, ſed omnia in materia reſidebunt, ubi non adſit formator ipſe materiæ: forte etiam nec ipſa quidẽ materia erit omnino. Soluetur & hoc uniuerſum, ſiquis ſalutem eius corporis connexioni committat, huic attribuens ipſum animæ ordinem, uidelicet uſq; ad nomina ſolum aeri cuidam & ſpiritui penitus diſſipabili, unionẽq; ex ſeipſo nullã prorſus habenti. Cum enim corpora omnia ſint diuidua ſiquis alicui corporum committat hoc uniuerſum, neceſſario fateri cogetur demẽs id totum eſſe, ac temere nimium agitari. Quis nam ordo eſſe poteſt in ſpiritu ceu uento quodam tantum ab anima ordinem expetente, uel ratio uel intellectus? Cæterum ſi adſit anima, hæc omnia huic prorſus ſubminiſtrant ad conſtitutionem mũdi animaliumq; reliquorum: dũ alia paſſim ab aliquis conducit ad totum. Abſente uero hinc anima hæc reliqua, nedum ordine careant, ſed neq; omnino conſiſtere poterunt.

*Stoici & Epicurei animam eſſe ſpiritum ſuſpicabantur, idest ſubtiliſſimum corpus: illi quidem potius igneum, hi uero magis aereum. Et utrique non quemlibet ſpiritum, ſed certa quadam proprietate affectum animam iudicabant.* Cap. IIII.

Hæc ipſa certa proprietas & quodammodo incorporea corporeq; excellentior, non à corpore generatur, ſed à ſubſtantia penitus incorporea, quæ potius anima iudicabitur. Quæ quidem cum ad oppoſitas in corpore qualitates & motiones tam edendas quam regendas æque ſe habeat, merito neque certum aliquod corpus vel corporeum eſt, neque ex corpore quodam corporibus ue dependet.

Ipſi etiam naturæ corporeæ aſſertores ueritate compulſi fatentur atq; teſtantur, oportere ſpeciẽ quandam rerũ ad animam pertinẽtem præcedere corpora corporibus cunctis præſtantiorẽ, quãdo ſpiritũ intelligentiæ compotẽ & ignem intellectualẽ adducũt in mediũ, quaſi gradus ipſe naturæ ſummus abſq; igne atq; ſpiritu in ordine rerum eſſe non poſſit, & locũ quendã quo ſtabiliatur naturaliter exigat, cũ deceret potius locũ quærere ubi corpora collocarent: quippe cum hæc reuera ſit in ipſis animæ uiribus collocãda. Proinde ſi uitã & animã nihil aliud eſſe dicant præter ſpiritũ ceu uentũ, quærendum eſt ab eis, quidnã ſibi uelit illud apud eos tritũ, quãdo ſ. dicunt: anima eſt ſpiritus certo modo ſe habens. Ad id enim cõfugere ſolẽt, quoties naturã aliã præter corpora efficacẽ introducere cõpelluntur. Si ergo nõ omnis ſpiritus eſt anima, quoniã innumeri ſpiritus ſint inanimes, ſed ſpiritus quidã certo modo ſe habẽs, interrogabimus ſpiritũ quod dicitur certo modo ſe habẽs, & eiuſmodi habitudo res aliqua ſit, an nulla. ſi enim res nulla ſit, certe ſolus extabit ſpiritus. Quod uero adiungitur ſe habens, nomen erit ſolum. Ex quo efficietur, ut nihil aliud præter

materiam eſſe concedant: animam uero & deum & ſimilia omnia eſſe du[illegible]taxat nomina fateantur, ſed reuera tantum corpus exiſtere. Sin autem habitudo illa res quædam eſt, & aliud quiddam præter ſubiectum atq; materiam, quod quidem ſit in materia ſit tamen immateriale, propterea quòd ex materia rurſus non componatur, certe non erit corpus, ſed altera prorſus natura & ratio quædam. Præterea non minus ex his apparebit animam corpus eſſe non poſſe. Sic enim aut calidum eſſet aut frigidum, aut durũ aut molle, aut compactum aut fluidum atq; laxum: item uel nigrum uel album: ſimiliterq́; de cæteris corporum qualitatibus proponetur. Et profecto ſi calidum tantum eſt calefacit ſolum, ſi frigidum frigefacit tantum: ſi leue, ſolum eleuat redditq́; leuia ubicunq; adeſt: ac ſi graue, grauat ponderoſaq́; facit: ſimiliter nigrum nigra, & album alba proprie parit. Neq; enim ignis eſt frigefacere, neq; frigidi calefacere: uerum anima tum in aliis animalibus alia facit & alia, tum in eodem contraria parit. Partim quidem cogens, partim uero fundens atq; liquefaciens: item alia denſa, alia rara, alba, nigra, leuia, grauia pariter efficit, tametſi non alia per aliam, ſed unum duntaxat ſecundum qualitatem corporis unam fieri oporteret, atque colorem ſimiliter; nunc uero multa pariter affert.

*Anima motus effectusq; omniſormes tam uegetali uirtute per rationes ſeminales quàm electione profert: & corpus certo quodam ordine ad certum augêt terminum, permanetq́; ipſa interea eadem. Item tota anima eſt in qualibet uel ficta portione animæ, uel uera corporis portione: totaq; uirtus animæ in qualibet ſeminis gutta ſeruatur.* Cap. V.

HAec autem munera ad molem vel qualitatem corpoream pertinere non poſſunt, anima igitur eſt incorporea.

MOtus autem quo nam pacto non unum tantum ſed differentes aſſerere poterũt, cum una corporis uniuſcuiuſq; ſit motio? Si autem cauſas motionum partim quidem ad electiones, partim uero ad rationes referant ſeminales, recte quidem hoc ipſum aſſeuerabunt. Sed neq; corporis propria eſt electio, neq; ratiões præſertim cum differentes ſint: corpus autem hic unum ſit atq; ſimplex, neq; corpus omnino rationis eiuſmodi compos eſſe queat, niſi quantum ſibi conceſſum eſt ab eo quod reddit ipſum calidum aut frigidũ. Augere uero certis temporibus & ad certum terminum, qua nam uirtute conueniet corpori: cui quidẽ naturaliter conuenit augeri, augere uero nequaquàm, niſi forte quantum in mole materiæ ſimul adſumitur, uelut miniſtrans ei quod per ipſum perficit augmentum. Etenim ſi anima corpus exiſtens augeat, neceſſe eſt ipſam quoq; pariter augeri, quadam ſcilicet corporis ſimilis adiunctione, ſi modo tanta penitus euaſura ſit, quantum quod augetur ab ea. Tum uero quod adiungitur aut anima erit uel inanimatum corpus: ac ſi anima ſit, quærendum erit unde nam & quomodo ingrediatur, & qua conditione admoueatur. Sin aũt quod adiungitur inanimatum ſit, quo nam modo hoc animabitur, & præcedenti conſentiet, uenietq́; in unũ: & priori anima in opinionibus congruet? Ac non potius hæc anima uelut peregrina ignorabit ea quæ altera nouit. Et quemadmodum altera noſtra patitur moles, partim quidem ab ea defluet, partim etiam influet, nihilq́; in nobis idem penitus permanebit. Quo nam

igitur pa-

unum tamen oportet eſſe ad quod perueniunt utraq; alioqui non poſſet animus horum inter ſe differentiam iudicare, niſi intentiones ſenſibilium [illegible] liumq; in unum æque confluerent. Oportet igitur hoc eſſe quaſi centrum, ſenſus uero ſingulos undiq; non aliter ad hoc ipſum quàm lineas à circumferentia ad centrum uſq; protendi, atq; uim eiuſmodi cuncta comprehendentem reuera unum aliquid eſſe. Nam ſi diuiduum aliquid eſſet, & quaſi ad extrema lineæ utraq; intentiones ſenſuum pertinerent, aut rurſus in unum idemq; concurrerent quaſi medium, aut aliud ibi eſſet & aliud, atq; alterū alterius tantum haberet ſenſum: ceu ſi ego aliud ſentiam, tu uero ſentias aliud, etiamſi unum ſit ſpectaculum ceu uultus, aut potius in unum congregabuntur. Quod & apparet, congregantur enim & in pupillis, alioqui non poſſent per eas maxima quæq; uideri. Quamobrem quæ ad ipſum animæ principale proueniunt, multo magis uelut notiones quædam ſunt indiuiduæ, ideoq; id quoq; erit indiuiſibile: alioqui ſi habeat magnitudinem, unà cum ſenſibili diuidetur. Itaq; pars alia ſentiet aliam, nihilq; in nobis ſentiendam rem totam percipiet: at enim unum eſt id totum, quo enim pacto diuidi poteſt? nam ſi diuidatur, nequit tāquàm æquale æquali prorſus accommodari, quoniam principale noſtrum cum omni re ſentienda æquale eſſe non poteſt. In quot igitur diuiſio fiet, nūquid in tot ſecabitur, in quot partes numero quod incidit ſenſibile diſtribuitur. Et quælibet partiū animę particula ſentiet idē? an forte particulæ partium ſenſu carebunt? at uero id fieri nequit. Si autem quodlibet totum ſentiat, cum magnitudo diuidi queat in infinitum, [illegible] rum innumerabiles quoq; ſenſus circa unūquodq; ſenſibile in unoquoq; contingent, quaſi innumerabiles in principali noſtro rei eiuſdem ſint imagines. Præterea ſi corpus ſit quod ſentit, non alio modo ſentire continget, quàm ſi quędam ab annulo in cęra imprimantur imagines, ſiue in ſanguine, ſiue in ære quodam ſenſibilia imprimantur. Ac ſi tāquam in corporibus humidis, quod & probabile eſt, certe tanquàm in aqua confundentur imagines, neq; memoria erit ulla. Quòd ſi figuræ permaneant, aut non licebit alias ſibi ſingi prioribus permanentibus, ideoq; ſenſus alii minime fient: aut ſi fiat alii, priores protinus delebuntur: quapropter memoria iam ceſſabit. Si autem poſſumus meminiſſe, ac pręter alia ſentire rurſus & alià, prioribus nequaquam impedientibus impoſſibile eſt animam eſſe corpus.

*Principalis ſenſus paſſionum index paſſ[illegible] cuiuslibet membri ſubito percipit, in qua parte[illegible] diſtincte diſcernit, hæc oculos manusq; ſtatim admouet.*

ID autem efficere nō valeret, niſi eſſet vbique totus, non eſt ergo corporeum.

IDem præterea ex dolore doloriſq; ſenſu declarat[illegible] te quando quis dicitur dolere digitum: tunc dolor [illegible] in digito, ſenſum uero doloris circa ipſum animæ princip[illegible] tingere fatebuntur, ubi pars quædam ſpiritus animalis [illegible] cipale uero id percipit, atque anima tota idem tunc [illegible]. Quo nam igitur modo id accidit? Reſpondebunt arbitror, ſ[illegible] dam traductione [illegible] ſpiritus animalis circa digitum, atq; hinc deinceps ad [illegible] continu[illegible] [illegible]

passio,

paſſio, donec ad principale perueniat. Neceſſarium eſt igitur, ſi primo patiens ſenſit, alium ſenſum eſſe ſecundi, ſi modo per ſucceſſionem quandam ſenſus amplificatur. Tertii quoq; patiẽtis tertium eſſe ſenſum, multosq; ſenſus atq; innumeros in eodem dolore cõtingere. Ipſumq; principale poſtremo ſentire ſuam duntaxat paſſionem. Et profecto ſingulos ſentiendi actus non paſſionem quidem digiti perſentire, ſed eam quæ ſequitur citra digitũ: utputa partem digito proximam, percipere ſequentem mox poſt digitum paſſionem: partem uero remotiorem paſſionem quoq; remotiorem, multosq; dolores accidere. Tunc certe principale non paſſionem quę premit digitum, ſed propriam ſentiet, feretq; de hac ſola iudicium, cæteris omnino dimiſſis, digitum dolere prorſus ignorans. Si ergo ſenſus paſſionis eiuſmodi per ſucceſſionem fieri nequit, & corpus cum ſit moles non id habet ut in eo patiente alio id perſentiat aliud. In omni enim magnitudine hoc quidem aliud eſt, illud rurſus eſt aliud, nimirũ oportet quod ſentit eſſe tale, ut ipſum ubiq; ſibiipſi ſit idem. Id autem aſſequi ad aliud quiddam in ordine rerum pertinet potius quàm ad corpus.

*Intelligentia frequenter attingit & penetrat incorporea, formasq; ſeparat à corporibus, fit igitur abſq; corpore: intellectus ergo non eſt corporeus.* Cap. VIII.

CVm indiuiſibile non aliter q̃ per indiuiſibile poſſit attingi, intellectus attingens indiuidua, eſt indiuiduus. Et ubi ſeparatis ſe coniungit, eſt à corpore ſeparatus: & quando cõiuncta ſeparat, maxime ſeparatum ſe eſſe declarat.

QVod autem anima ſi corpus quoquo modo ſit intelligere nequeat, per hæc nobis eſt demonſtrandum. Profecto ſi ſentire eſt, animam utentem corpore percipere ſenſibilia, intelligere non erit per corpus apprehendere: alioqui idem futurũ eſt intelligere atq; ſentire. Si ergo intelligere eſt abſq; corpore comprehendere, multo prius oportet ipſum quod intellecturum eſt non eſſe corpus. Præterea ſi ſenſibilium ſenſus eſt, conſequenter intelligibilium eſt intellectio. Quod ſi non omnino receperint, erunt tamen intelligibilium quorundam intellectiones, & indiuiſibiliũ apprehẽſiones in nobis. Quo nã igitur pacto intellectus ſi fuerit magnitudo, intelliget quòd eſt à magnitudine liberũ? & cũ natura diuidua indiuiduũ apprehẽdet? An forte parte quadã ipſius indiuiſibili, quod quidem ſi ita ſit, id ipſum quod intelligit nõ erit corpus. Non enim opus eſt toto ad attingendum, nam ſatis eſt uno quodam attingere. Si ergo concedent primas intelligentias, quod & uerum eſt, eſſe rerum à corpore prorſus abſolutarum, ſcilicet ipſius uniuſcuiuſq; ut dici ſolet abſtracti, neceſſarium eſt naturam quoq; intelligentem eatenus intelligere, quatenus uel eſt uel fit à corpore libera. Si autem intelligentias dixerint uerſari circa formas materiæ adhærentes, fatebuntur tamen eas tunc duntaxat intelligi, quando à corporibus ſegregantur, intellectu ſcilicet ſegregante. Non enim cum his carnibus ipſe homo, uel omnino cum materia ipſe circulus & triangulus lineaq; & ſignum, eo ipſo quo à mente ſegregantur gradu conſiſtunt. Quamobrem animum quoque neceſſe eſt ſeipſum à corpore in hoc habitu ſeuocare: oportet igitur neque ipſam corpus exiſtere. Profecto ab omni magnitudine exemptum eſt ipſum pulchrum, ipſumq; iuſtũ,

ſimili-

ſimiliterq́; horum intelligentia. Quapropter accedentia nobis impartibili quodam animi apprehendentur, atq; in hoc ipſo impartibili ſita manebunt. Deniq; ſi anima corpus ſit, non uideo quomodo temperantia & iuſtitia uirtutes eius ſint, quæ & hanc eatenus ſeruent, quatenus capiuntur ab ipſa.

*Eſſentia corporea tanquàm imperfecta dependet ab incorporea perfecta, quæ quidem cum ex ſeipſa primùm ſit, & uiuat, ſemper eſt & uiuit, in cuius genere anima continetur.* Cap. IX.

ANima quoniam in genere diuinorum eſt ultima, ideo cum caducis uidetur inire commercium, ex quo optimus eius habitus intermittitur. At quoniam in diuinorũ genere comprehẽditur, naturam aſſidue ſeruat, ſeq; poteſt in dignitatem priſtinam reuocare.

OMnino uero neceſſe eſt alteram quandam eſſe naturam præter corpora, quæ eſſe habeat ex ſeipſa, taleq́; eſſe omne quod uere ens indicatur: quod quidem neq; fit neq; perit, alioqui cætera omnia dilabentur, neq; gignentur iterum ſiquando eiuſmodi natura perierit, quæ profecto his omnibus ſalutem præbet, & ipſi etiam uniuerſo ſeruato per animam atq; exornato. Hæc enim motus principium eſt, aliis exhibens motionem, mouens interim ſemetipſam, & uitam animato corpori præſtans. Ipſa uero ex ſeipſa poſſidẽs, amiſſura nunquam, utpote quæ hæc habeat à ſeipſa. Non enim omnia peregrina utuntur uita, alioqui in infinitum progreſſio fiet, ſed oportet naturam quandam exiſtere primo uiuentem, quam incorruptibilem immortalemq́; eſſe neceſſariũ eſt, utpote quæ aliis ſit uitæ principium. Hoc ſane in gradu omne diuinum atq; beatũ oportet conſiſtere, ex ſeipſo uiuens atq; exiſtens: primo exiſtens, primoq́; uiuens, mutationis ſecundum eſſentiam expers, neq; oriens neq; occidens. Nam unde naſcatur, uel in quod reſoluatur, ac ſi oportet ueram huic ipſius entis appellationem ineſſe, non debet alias quidem eſſe, alias uero nõ eſſe. Quemadmodum color ipſe per ſe albus, non tum quidem albus eſt, tum uero non albus. Si autem ipſum album eſſet ipſum ens, nimirum unà cum eo quòd albũ eſt, eſſet & ſemper: nunc uero ſolum hoc habet, ut ſit album. At illud cui ens ipſum adſit ex ſeipſo primoq́; ens, proculdubio ſemper exiſtit. Hoc itaq; primo ens ſemperq́; ens, non decet uita carere inſtar lapidis aut ligni, ſed oportet eſſe uiuens, puraq́; uita frui, quantum uidelicet ipſius manet tantũ. Quod autem ex ipſo miſcetur deteriori, impedimẽtum quidem ſubire ad optima. Neq; tamen naturam ſuam amittere, ſed antiquum habitum, quando recurrit in ſua quandoq; reſumere.

*Duæ ſunt mentium diuinarum dotes, una quidem claritas intellectus omnia cernens, altera uero optimus affectæ habitus. Eiuſmodi dotes maxime conſequitur animus, quando ſeipſum ab omni labe corporea ſegregans reuertitur in ſeipſum: ex quo apparet eum eſſe diuinis mentibus natura cognatum.* Cap. X.

DVo ſunt apud nos argumenta diuinitatis, alterum prophetia, alterum prodigioſorum operum demonſtratio. Quicunque vero diuina hæc munera reportarũt, ex hoc vno duntaxat officio hæc ſibi vendicauiſſe videntur, quòd animam à corpore reuocauerint ad ſeipſam: vnde conſtat ipſam animæ naturam per ſe eſſe cum diuinitate coniunctam.

ANimam uero cognatam eſſe diuinioris ſempiternæq́; naturæ ex eo patet, quòd non ſit corpus, ut nobis eſt demonſtratum: neq; figuram habeat neq; colorem, neq; molem uel qualitatem ullo pacto tractabilem. Idem præterea per hæc licet oſtendere, profecto cum nobis cõſtet, omne diuinũ uereq; ens uita frui bona atque

ſapiente.

*ANimam ex ſe & in ſe moueri viuereq; etiam ſine corporis ſuſtentaculo apparet, preterea maxime quando contra inclinationes corporis ſeſe mouet, & quando ſe ad incorporea transfert. Si quod vero accidentale vitæ veſtigium corpori eſt impreſſum, redigendum eſt ad ſubſtantialem animæ vitam in ſe exiſtentem, ſicut calor vel pallor aëris ad lumen. Atqui vt lumen ad ſolem, ſic anima refertur ad mentem.*

NEmo igitur ſanæ mentis rem talem intuitus dubitabit, quin ſit immortalis, cui ex ſe ineſt uita quæ interire non poteſt. Quo enim pacto interibit? cum non ſit aduentitia, neq; ita ſe habeat ut calor ad ignem. Non equidem hoc ideo dico quod calorem igni aduentitium eſſe putem: ſed quia calor non igni, ſed materiæ ignis inſit, ob hoc itaq; diſſoluitur ignis. Anima uero non ſic habet uitam, ut ibi quidē materia ſit ſubiecta, uita uero illi accedens declaret animam. Aut enim eſſentia ipſa eſt uita, atq; eſt eſſentia talis ex ſeipſa uiuens, quod quidē eſt id quod quærimus anima, idq; ſane eſſe immortale confitebuntur: aut reſoluent uelut cōpoſitum, idq; rurſus quouſq; ad immortale perueniāt ſeipſum mouēs, quod nefas eſt mortem ſubire. Aut ſi forte uitam eſſe dicant, affectionem quandam materiæ accidentem, illud tandem à quo talis affectio tradita eſt materiæ, fateri immortale cogentur: quippe cum contrarium eius quod affert ſuſcipere nequeat, ſed re uera eſt una natura actu uiuens.

*Anima noſtra mundi animam motu rerumq; intelligentia imitans ſempiterna eſt, ſicut & illa, preſertim quoniam dum reuocando ſe ad intima ſui res intelligit, declarat abſolutas rerum formas ſibi ingenitas ſe habere.* Cap. XII.

DEnique cum anima ſit forma ſimplex, indiuidua, non alligata materiæ, neque diſſolui poteſt, neque diuidi neque diſperdi.

PRoinde ſi omnem animam eſſe caducam dicant, iandiu oporteret omnia fuiſſe deperdita. Sin autem aliam quidem animam eſſe caducam, aliam uero nequaquàm, ceu uniuerſi animam immortalem, noſtram uero mortalem: differentiæ huius cauſa illis eſt aſſignanda. Vtraq; ſane motionis principium eſt, & utraq; ex ſeipſa uiuit, atq; eodem attingit eadem, intelligens tum quæ in cælo ſunt, tum quæ ſupra cælum, & omne quod ſecundum eſſentiam eſt, & quid perquirens: & denique uſque ad ſummum principium omnium proficiſcens. Præterea et eo quod per ſeipſam ex notiōibus intimis quid ipſum unumquodque ſit inuenit, quodam ſcilicet reminiſcentiæ munere, conſtat animam ante corpus uiuere, ſcientiiſq; ſempiternis utentem ipſam eſſe pariter ſempiternam. Accedit ad hæc quòd omne ſolubile cum ex compoſitione ſuſceperit eſſe, hac cōditione naturaliter diſſolui poteſt, qua eſt & compoſitum. Anima uero unus eſt & ſimplex actus, & natura in uiuendo conſiſtens, non igitur hac ratione poterit interire. Sed nunquid diuiſa quandoque in partes & diſſipata, peribit? At anima ut demonſtratum eſt, neq; moles eſt, neq; quantum quicquā. Num forte permutata, & (ut dici ſolet) alterata perdetur? uerum alteratio quidem cum interimit, ſpeciem aufert relicta materia. Hęc autem eſt compoſiti paſſio. Si ergo nullo ex his modo corrumpi poteſt, incorruptibilem eſſe neceſſarium eſt.

*Anima noſtra & ſi eſt in genere diuinorum, tamen quia in eo genere ultimum [illegible] in corpus, & id quidem caducum, additis [illegible] gradibus iterum ruerſ [illegible].* Cap. XIII.

[illegible]

NAtura intellectus longe diuerſa eſt à corpore: agit enim in ſeipſa fugiẽs interim à corporeis. Igitur inter puros intellectus & corpora ſunt naturæ habentes partem quidem intellectualem, partem etiam animalem, ideſt ad corpora ſibi conformanda vergentem. Sunt in his treis gradus. Nam in animis quidem cęleſtibus intellectuale ſuperat animal[illegible], in noſtris vero viciſſim: in dæmonicis æque ſe habent. Nihil ergo mirum eſt animã noſtrã [illegible] diuinam in corpus mortale deſcendere, quando in ſeipſa deſcendit ad tertia, ideſt [illegible] intellectu per rationem & imaginationem ad potentiam vegetalem.

Cum igitur ipſum intelligibile ſit ſeparatũ, qua nam ratione anima procedit in corpus? Quoniam quantum intellectus eſt ſolus paſſionis expers in gradu intelligibilium, intellectualem ſolum uitam habens, ſemper ibi permanet. Non enim ineſt impetus ullus nec appetitus. Quod autem appetitum adhibet, proxime deinceps intellectũ illum comitans appetitus, adiunctione quaſi iam longe progreditur, atq; exornare appetens ad exemplar eorum, quæ in intellectu nouit, ac uelut inde prægnans atq; parturiens affectat facere, & deniq; fabricat. Hoc itaq; ſtudio ſeipſam anima circa ſenſibile protrahẽs iã gubernat, ac dũ una cum cõmuni uniuerſorũ anima gubernacula gerit, collega eius uiuẽs in cõmuni totius gubernatione tanq̃ extrinſecus præſidet ſuperãs gubernatũ. At cum gubernare partẽ affectat, iam gubernat ſola, eiq; infuſa in quo uiuit, non tota neq; omnis ipſa ſit corporis, ſed interim aliquid poſſidet extra corpus: igitur neq; etiã huius intellectus eſt paſſioni ſubiectus. Hęc aũt aliàs quidem in corpore, aliàs autẽ uiuit extra corpus: nempe impetu quodam exorſa à primis, & ad tertia uſq; progreſſa deſcendit ad noſtra quodam intellectus actu, dũ intellectus ipſe permanet in ſeipſo, intereaq; p animã pulchris omnia complet, immortalis exornator per animam immortalem. Siquidẽ ipſe [illegible] ſemper exiſtens per actum inceſſabilem cuncta diſpenſat.

*Omnes animæ proprias immortalesq; uitas habent.* Cap. XIIII.

QVicquid vitę ab anima noſtra in noſtrum corpus emicat, abeuntem hinc animã comitatur: quod uero in fœtu vitale cęlitus impreſſum fuerat, cęlitus cõſeruatur. Circa quod & noſter animus hinc impurus emigrans amore ſe verſat, purus vero relinquit.

QVæritur præterea de anima etiam animalium reliquorum. Et profecto quęcunq; inter eas tales ſunt, ut à ſuperioribus degenerantes uſq; ad brutorum corpora ſint prolapſę, hę quoq; neceſſario ſunt immortales. Si aũt eſt alia quędã animę ſpecies, oportet [illegible] ſuper nõ aliũde pendere, q̃ à natura uiuẽte: quippe cum ipſa etiam animalibus uitæ ſit cauſa. Similiter & plantarũ animã ſe oportet habere, oẽs enim [illegible] eodẽ principio proceſſerunt, propriam habentes uitã: atq; hę quoq; ſunt incorporeæ indiuiſibilesq; & eſſentiæ. Si autẽ oporteat animã hominis exiſtentẽ trimembrẽ cõpoſito ſolui, & nos dicemus animas quidẽ quæ purę [illegible] quod adiunctum in generatione fuerat dimiſſuras: alias autem con[illegible]modi labem longis temporũ curriculis abſterſuras. Dimiſſum [illegible] quod eſt deterius dicemus, neq; ipſum quidẽ perdi, q̃diu ſit unde ducit originem: nihil enim ex eo quod ens cenſetur, unquàm diſperditur.

*[illegible] noſtra hæc memoriter tenent, ſentiunt, curant, [illegible] ſeu [illegible].* Cap. XV.

Q[illegible] corpus habent qualecunque vel aereum vel ęthereũ, proprios habent & ſen[illegible] omne corpus exuant, eminentia quadam intelligentię ad ſingula diſcernenda vel p ſenſibus iudicant: nã & imaginatio pręſertim perfecta ſenſus pręfert, & ratio

 imagi-

Imaginationem agit atque ſenſus, & intellectus rationem atque ſequentia modo quodam præſtantiore.

HActenus dicta ſunt quæ ad illos qui demonſtrationem exigunt dicenda erāt. Quæ uero opportune dicenda ſint in illis, qui fide quadam ſenſu permixta potius indigent, eligenda ſunt ex hiſtoria, quæ eiuſmodi rebus abundat. Præſertim ex his quæ Dii oraculis mandauerunt, iubentes indignationem animorum qui iniuria quondam ſunt affecti placari, meritosq; honores reddi defunctis, tāquam talia ſentientibus, quemadmodum & omnes erga defunctos obſeruant. Animæ præterea multæ, quæ quondam uitam egerūt humanam, deinde à corpore ſegregatæ non deſtiterunt beneficiis humanum genus afficere: quæ profecto uaticiniis & oraculis, tūm ad alia nobis conferunt, tum etiam per ſeipſas demōſtrant, nec aliorum animas extinctas eſſe.

### MARSILII EPILOGVS.

DEſideras magnanime Laurenti breuem tandem longæ diſputationis ſummam, diſputationis inquam de immortalitate, & in Theologia, & in præſentia in longū iam productæ. Deſiderabat & idem noſter ille Bernardus, cum Veneti ſenatus hic orator, nos hac de re latiſſime diſputantes audiret. Bernardus inquam Bembus, vir apprime doctus, doctorumq; patronus, atque meus in ſidere genioq; frater: tibi igitur atque illi pariter hæc erit ſumma quatuor diſtincta capitibus. Primo quidem, quòd anima rebus caducis dominari poteſt, incitamentisq; corporeis repugnare. Secundo, quòd multa à corporibus ſeparata frequenter excogitat, ſiue res ipſas attingat per ſe ſeparatas, ſiue ſeparet ipſa. Tertio, quòd naturaliter æterna deſiderat, ac ſæpe æternorum fiducia negligit temporalia. Quarto, quòd æternum colit deum vitæ ſempiternæ gratia. Tota denique religio naturalis, homini firmiſſimum immortalitatis eſt fundamentum.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE ANIMAE DESCENSV IN CORPORA, ANNOTATIONES.

*Animæ noſtræ intellectuales in corpus deſcendunt per naturam uiuificam intelligentiæ ſuæ ſubiunctam, & corpus naturaliter adſciſcentem ſicut flamma ſulphur. Similiter & cœleſtium intellectuales animæ corporibus ſuis per eiuſmodi medium copulantur.* Cap. I.

VOluit deus ad ſui intellectus exemplar in qualibet mundi ſphæra & in cœlo & infra cælum animalia quædam intellectualia fore. Ac ne intellectus quaſi per violentiam forent ad corpora protrahendi per naturam animalem, ideſt vegetalem, eis adnatam quaſi plantam, corporibus libenter adſciſcēdis cōciliaſſe videtur.

## PLOTINI ENNEADIS IIII. LIBER VIII. DE ANIMAE DESCENSV IN corpora.

SAepe quidem experrectus è corpore ad meipſum, & extra cętera poſitus, intraq; me receptus, pulchritudinem intueor admirandam, ideoq; tunc cōfido quammaxime ſortis me eſſe præſtātioris. Quippe cum uitā tunc optimam agā & in idē cum diuinitate conſpirem, in qua etiā ſitus ad illam peruenio actionē, per quā meipſum ſuper omne

QVoniam per naturam genitalem coniunctio cum corpore naturalis eſt [illegible] cœleſtes animæ quæ hac ſola potentia vtuntur ad corpus, in habitu naturali felici[illegible] conſiſtunt. Cum enim earum corpora nec diſſoluenda, nec externis paſſionibus ſubiecta, nec vllius egena ſint, facile per ſolã animæ ſuæ vim genitalẽ reguntur atque [illegible] rum contemplationẽ tranquillitatẽq; impediunt: animis vero noſtris contraria [illegible] dit, & contrariũ: datur tamen reditus ad ſuperna, ſiquidẽ quãdoque ſit ad ſuperna [illegible]. Ad inferiora vero labi Porphyrius ait, quãdo animus quaſi ager iã depratus [illegible] tis annis produxerit triticũ, reddat denique pro tritico loliũ. Solitus notiones [illegible] edere, iam ferat imaginales. Tũc è radicibus animæ pullulat, inquit, vegetalis actus quaſi [illegible] men: per quod in corpus iam porrectũ anima corpori ſe cõglutinat. Porphyrius hic animarũ lapſum caſui dæmonũ ab Hebræis introducto facit ſimilem: vitio videlicet intelligentiæ vel voluntatis effectum, vnde ſecuta ſit concupiſcentia demens. Quod etiam de dæmonibus [illegible] ſputans Dionyſius ait, qui ibi videtur dæmonas animalia ponere, ſicut & Baſilius plurimi[illegible] Græci Theologi putauerunt. Tum vero ſi verũ ſit illud Damaſceni, vltimos tantũ angelos cecidiſſe, atque euaſerint aïalia, valde ſimilis erit Platonicus animarũ lapſus dæmonibus apud Hebræos Chriſtianosq; cadẽtibus. Proinde vbi apud Plotinũ atque Proclũ legis particulares animas agere particulares viciſſitudines, tũ ad ſuperiora, tũ ad inferiora, ne intelligas [illegible] tuã infinita corpora mutaturã: finitæ nãque ſunt & paucæ vnius animæ mutationes in anno mũdi magno, atque in anno ſequẽti, vt aiũt, eadẽ penitus retexitur. Præter eã nec oportet omnem animã omnes induere ſpecies, nec quãlibet animã pariter aſcẽdere vel deſcẽdere. [illegible] enim (vt Platonice loquar) inter animas hominũ differẽtiæ quædã quodãmodo ſpeciales, ſicut in ſtellis, quæ videtur aſpectu cõſimiles. Differũtq; inter ſe animæ noſtræ nõ ſicut pyru[illegible] pomo perſico, ſed ſicut à pyro pyrum. Sunt ergo determinati ſingulis ꝑ naturã progreſſus. Excellẽtiores igitur animæ aſcendũt quidẽ altius, minus'ue deſcendunt: deteriores vero viciſſim. Humanas dico animas, & ad corpora tantum humana deſcendere. Sic enim opinionem Platonicam moderamur, quæ erit inſuper moderatior ſi ab Hebræis accipiatur, [illegible] mantibus ter ſolum animã in hominẽ deuenire, poſtremo ſemper fore vel miſerã, vel beatã.

DVm igitur apud Platonẽ de anima noſtra perquirimus, neceſſario contingit nobis ſimul omnino de anima perſcrutari, qua [illegible] ratiõe ſic natura inſtituta ſit, ut eſſet cũ corpore commerciũ habitura. Itẽ de natura mũdi, qualẽ potiſſimũ hũc aſſerere debemus, in quo anima poſita eſt res diſpenſatura corporeas, ſiue ſpõte, ſiue coacta, ſiue alia quadã cõditione: quærendũ etiã de harũ rerũ effectore [illegible] an aliter: & utrũ præſtantius agat, an ſicut animæ noſtræ. Quas forſitan oportuit deteriora corpora gubernaturas interius penetrare per illa, ſi modo ſuperare continereq; debeant: quippe cum unumquodq; corpus diſſipetur, & locũq; repetat propriũ, ſed in ipſo toto omnia propria in ſede naturaliter [illegible] locentur. Prçterea corpora noſtra plurimã ſolicitãq; prouidentiam [illegible] quibus multa alienaq; incidũt, quibus ſemper opus eſt multis, quibus in [illegible] ma difficultate & diſcrimine poſitis omni opus eſt patrocinio. Corpus autem mundi cum ſit perfectum, plenum, ſibi ſufficiens, nihil unquã patiens præter naturam, quaſi iuſſu quodam breui & facili regitur. Atq; ut anima naturaliter inſtituta eſt uelle, ita ſe ſemper habet, neq; cupiditatibus incitatur, neque perturbatiõibus ullis afficitur: nihil enim diſcedit, nihil rurſus accedit. Quã obrẽ animã quoq; noſtrã inquit Plato, ſiquãdo cũ illa perfecta uixerit, ipſam quoq; fore perfectã, ſeq; ipſam per ſublimia collaturã, totũq; mundũ gubernaturã, quando enim inde non abſit, neq; ſe prorſus immergat corporibus, neq; ſit alicuius, tunc eã quoq; uelut animæ mundanæ collegã uniuerſum æqua facilitate recturã: quaſi non ſit animæ malum, quomodocunq; præbere corpori eſſendi & bene eſſendi potẽtiam. Non enim prouidẽtia omnis in de

terioribus diſpenſandis inhibet interim prouidentẽ in optimo ſtatu perſeuerare. Duplex ſane in uniuerſo prouidentia eſt: communis & propria. Et communis quidem iuſſu quodam à ſolicitudine libero, regioq; imperio cuncta componit. Propria uero ſingulatim iam opera quadam (ut ita dixerim) manuaria opificium attractando, opificẽ ipſum opificii conditione implet atq; contaminat. Cum uero anima diuina eo quo dixi modo, totum cælum ſemper gubernare dicatur: ſupereminens quidem, quod deterius eſt: uim autem ultimam huic intus infundens, non poterit quiſpiã cauſari deum, quaſi totius animã in ipſo deteriori poſuerit. Iam uero & hæc ipſa aĩa naturali munere priuatur nunquã, ab æuo idipſum poſſidens, ſemperq; ſimiliter habitura: quod quidem huic pręter naturam ipſius eſſe non poteſt, quippe cũ huic aſſidue ſemper adſit, neq; inceperit unquã. Stellarũ quoq; animas eodẽ modo ad corpus habere ſe dicit, quo & totius animã. Nam & harũ corpora animæ diſcurſionibus admouet. Vbi certe ſtellis etiam decentem ſeruat felicitatem. Cũ enim duo quædã ſint propter quæ potiſſimũ commerciũ animæ ad corpora culpari ſolet: tũ quia intelligentiã impedit, tum quia uoluptatibus, libidinibus, doloribus, obruit animũ, neutrũ profecto incommodũ accidit animæ, quæcunq; neq; corporis penetralibus ſe prorſus immerſerit, neq; ſit alicuius, neq; euaſerit corporis: ſed uiciſſim animæ corpus, quod quidẽ tale ſit, ut neq; re ulla indigeat, neq; defectum alicubi patiatur. Quocirca neq; animam concupiſcentiis timoribuſq; inficiat. Nihil enim incommodi, nihil diſcriminis tali corpori occurrit animo metuendũ: neq; occupatio prorſus ulla ad inferiora declinans, à ſublimi beataq; cõtemplatione detorquet. Imò uero eiuſmodi anima ſemper diuinis incũbit, facultate interim nequaquam ſolicita, nec operoſa moderans uniuerſum.

*Quoniam omnis natura præter primam ſimpliciſsimam infinitam multiplicabilis eſt, ideo in genere intellectuali multi ſunt intellectus. In genere animali multæ ſunt animæ, in ordine animarũ multæ ſunt intellectuales: quales ſunt cœleſtes, dæmonicæ, noſtræ.* Cap. III.

ANimæ noſtræ præter intellectum in mundo intelligibili ſemper agentem, habent rationẽ, imaginationẽ, ſenſum, vim vegetalẽ: quas ſane vires officijs proprijs quãdoq; oportet vti. His aũt utuntur in corpore. Itaq; cõſentaneũ eſt eas in corpora qñq; deſcẽdere.

IN præſentia uero ſermo nobis eſt de anima noſtra, quæ fert in corpore mala omnia pati, miſeramq; uitã ducere, doloribus, cupiditatibus, timoribus, cæteriſq; malis oppreſſa: cui corpus uinculum eſt, atq; ſepulchrum: cui mundus eſt ſpelunca & antrũ. Quæ quidem ſententia de anima utraque, diuerſa ſentiens, ueritati non diſſonat: cum non ſit in utraque eadem ratio deſcendendi. Principio cum ſit intellectus omnis in ipſo intelligentiæ loco, totuſq; & omnis: quem mundum intelligibilem arbitramur. Item cum ſint ibidem comprehenſæ uires intellectuales intellectuſq; ſinguli, non enim unus ſolus eſt intellectus, ſed unus & multi: nimirũ multas quoq; animas unamq; oportuit eſſe, multaſq; ex una inter ſe differentes: ſicut ex uno quodam genere ſpecies, partim quidem pręſtãtiores, partim uero deteriores, & partim magis intellectuales, partim minus actu tales. Etenim illic in mente, hoc quidem eſt intellectus alia omnia potentia comprehendens, uelut animal ingens. Alia uero actu ſunt unum-

quodq;, quæ potentia alterum comprehendit: uelut ſi qua ciuitas animata foret complectens alias animatas, perfectior quidem & potentior eſſet ipſa ciuitatis communis anima. Nihil tamen prohiberet, alias quoq; animas ciuitatum eiuſdem eſſe naturæ. Vel ſicut ſi ex uniuerſo igne, alius quidē magnus ſit ignis, alii uero parui. Eſt enim ipſa omnis eſſentia, ignis uidelicet uniuerſi: imò uero aqua & omnis ignis eſſentia eſt. Opus autem animæ, quæ rationalior eſt, certe eſt intelligere: neq; tamen intelligere ſolum, alioqui quo differat ab intellectu, non uideo. Sed præter id quòd intellectualis eſt, aſſumens inſuper aliud, ſecundum quod proprium ſortitur naturam, nō permanet intellectus. Habet autem opus & ipſa, ſiquidem quicquid in entium ordine numeratur, proprium opus habet. Iam uero ſuſpiciēs anima ad id quod ipſa ſuperius eſt, intelligit: reſpiciēs autem in ſeipſam, ſeruat profecto ſeipſam. At uero id quod inferius eſt iam uergens, exornat ipſum, & gubernat, & regit. Fieri non ſane poterat, ut in mundo intelligibili oīa conquieſcerent. Quippe cum aliud deinceps aliudq; effici poſſet, quod quidē continue minus euaderet: neceſſario tamen exoriretur, quandiu quod ſuperius eſt, conſiſtat.

*Intellectus diuinus impreſſit intellectui noſtro omniformem uniuerſi formam, quæ facile in rationem noſtram inde ſubrutilat. Quando igitur ratio ad eam penitus ſe conuertit, ſecumq; rapit imaginationem, in eodem ſtatu quo & mundi anima permanet.* Cap. IIII.

ID eſt ſimili diuinorum contemplatione fruitur, & interim cælum habitans, ad vniuerſalem mundi gubernationem intuitum conuertit ſimiliter, & affectum. At quando ratio vna cum imaginatione, vniuerſali mundi forma neglecta, particularem quandam diligentius intuetur, & amat ardentius, iamq; & vegetalis ipſa natura eandem prorſus affectat, tunc anima facta iam anguſtior corpus aſciſcit anguſtum paſſionibusq; ſubiectum. Hinc igitur curis innumerabilibus ſolicitata vexatur.

OPortet itaq; ſingulas animas appetitu utentes intellectuali in ipſa ad autorem ſuum conuerſione, habentes quinetiam facultatem ad ſequentia diſpenſanda: quemadmodum lumen deſuper quidem Soli ſuſpēſum, ſed interim ſe inferioribus ſine inuidia porrigēs, oportet inquam illas indemnes illæſasq; ſeruari, quatenus unà cum anima tota in mundo intelligibili uitam agunt. In cælo præterea unà cum tota quaſi collegas ſimiliter gubernare: ſicut & reges alii unà cum ipſo rege omnium congregati ceu collegę unà cum ipſo cuncta cōponunt, nec ipſi quidem è ſedibus regiis deſcendentes. Tunc enim in eodem cum ipſo rege ſunt ſtatu. Cum uero animæ ab ipſo toto ad id deueniunt, ut particulares iam ſuiq; iuris euadant: quaſi iam tędeat, res una cum alio gerere, ſingulæ iam ad ſe propria reuocant. Quando itaq; id diutius talis animus agit, fugiens totum, & inde diſcrepantia quadam iam ſeiunctus, nec ulterius intelligibile reſpicit, pars aliqua iam euadens, nimirum ſolus relinquitur, & ueluti deſtitutus fit impotēs, negotiisq; diſtrahitur. Nam parti cuidam eſt addictus, dum ſegregatus à toto uni cuidam ſe mancipat, omne reliquum fugiens. Et profectus conuerſusq; ad unicum illud à totis omnibusq; concuſſum, ſic itaq; à toto degenerat, & proprium quiddam circa illa quæ undiq; incidit, diſtractus curat, contrectans colensq; externa: nec ſolū aſſiſtens corpori, ſed intra ualde progreſſus. Hinc igitur, ſicut dicitur, animus pennis abiectis ſuis confractis alligatur in corpore, poſtquam ab incolumi innoxioq; habitu melioris

prouinciæ

tiis multa ſunt media, referũtur. Cum uero duplex ſit peccatum, & alterum quidem in ipſa cauſa deſcendendi, alterum uero dũm in hoc uitæ ſtatu delinquitur: illud ſane eſt hoc ipſum quod eſt perpeſſa deſcendens. In hoc aũt id minus eſt, ſcilicet alia ingredi corpora: atq; id quidem ocyus ex iudicio pro dignitate cenſente. Quod utiq; inſtituto factum diuino, per iudicii nomen ſignificatur. Species uero improbitatis immoderatior maiori ſupplicio digna perpenditur, quadam ſcilicet punitrium dæmonum præfectura. Sic igitur anima, quamuis diuinum quiddam ſit, regiõibusq; ſuperioribus oriũda, in corpus tamen immergitur. Cumq; deus quidam ſit poſterior, uoluntaria quadam inclinatione, & cauſa poteſtatis, & poſterioris exornandi gratia huc ita deſcendit. Ac ſi cito hinc aufugerit, nullo hinc affecta detrimento ob id potiſſimum iudicatur, quòd in notitiam mali peruenit, maliq; ipſius cognouit naturam: itẽ uires ſuas produxit in lucem, & opera effectionesq; declarauit. Quæ quidem omnia ſi in habitu ſemper incorporeo conquieſcerent, & fruſtra forent, nunquam ſcilicet in actum ſuum prouenientia: & animam ipſam laterent quæ poſſident nunquam, ſcilicet emicantia neq; procedentia in effectum. Siquidem ubiq; actio potẽtiam patefacit, alioqui prorſus occultam & obſcuram: nec exiſtentem quidem, non uere ſic exiſtentem. Iam uero unuſquiſq; nunc admiratur intrinſeca propter externorum uarietatem, dum qualia ſint illa conie ctat, per hęc quæ inde admodum uaria pulcherrimaq; proueniunt.

*Anima uenit in corpus non ſolum infirmitate quadam in diuinis ultra conſiſtere non ualente, ſed etiã potestate naturæ fœcundæ pullulantis in germen. Forma namq; corporea eſt animæ fœcundæ propago.* Cap. VI.

Simili quadam fœcũdicate primum bonum in mẽtem exuberat omniformem. Hæc similem mundi animam, hæc in mundum ſimiliter omniformem. Item cauſæ omnes in effectus vbique ſuos. Denique ſuperiorum prouidentiam imitatus animus ad inferiora ſe transfert quodam ſtudio prouidendi.

SI igitur oportet non ſolum exiſtere unum, alioqui abſconderentur omnia formam in illo propriam non habentia, neq; ens ullum prorſus extaret, illo ſcilicet in ſe conſiſtente: neq; horũ entium multitudo foret ab uno natorum, niſi ſequentia deinceps inde progrederentur, quæ quidem animarum ordinem ſortiuntur: oportet etiam ſimiliter animas non tantum ipſas exiſtere, ſed etiam effectus earum perſpicue apparere. Siquidem unicuiq; naturæ hoc ineſt, ut ſequens aliquid faciat, expliceto; in lucem, uelut ex ſemine quodam indiuiſibili, & principio in finem ſenſibilem procedente, dum ſcilicet ſemper quod prius eſt, manet in propria ſede: quod uero ſequitur, procreatur ex potentia ineffabili, quantum ſuperioribus inſit, quam ſterilem permanere non decuit, quaſi inuidia cohibitam generare, ſed procedere ſemper, quouſq; ad ultimum quãtum fieri poteſt cuncta progrediãtur, cauſa ſcilicet uirtutis inexhauſtæ munera ſua per omnia diffundentis, neq; patientis quicquam ſui expers alicubi circũſpicere. Neq; enim eſt aliquid quod prohibeat unumquodq; particeps fore bõni, quatenus ſua cuiuſq; natura compos eſſe poſſit. Siue igitur ſemper fuit natura materiæ, impoſſibile erat eam cum eſſet, nequaquam participare, quod omnibus bonum, quantum unumquodq; capere poteſt, abũde ſuppeditat:

ſiue materiæ ortus præcedentibus cauſis eſt neceſſario conſecutus, neq; ſic quidem oportuit eam munerum expertem eſſe ob ipſam eius imbecillitatẽ: qua cenſetur,antequam munera in eã deſuper deſcendere cogitentur. Quando ſcilicet in ſeipſo maneret tantum,quod uelut gratis & eſſe largitur. Demonſtratio igitur eorum quę in mundo intelligibili optima ſunt,eſt potiſſimum,quod eſt in ſenſibili mundo pulcherrimũ:declaratio inquam tum poteſtatis illorum,tum etiam bonitatis. Nempe ſic ſemper omnia cõnectuntur,tum quæ intelligibilia,tum quæ ſenſibilia iudicantur. Et illa quidem per ſe exiſtentia,hæc autem illorum participatione eſſe ſemper accipientia,naturamq; intelligibilem pro uiribus imitantia.

*Sicut aer inter ignem aquam'ue medius,illinc quidem igneus, hinc uero fit aqueus: ac uiciſſim ad utraq; fertur: ſic animus ad diuina ſe habet atq; caduca.* Cap. VII.

OMnia corpora ſui aliquid inferioribus largiuntur,ſed cæleſtia quidem nihil interim accipiunt à ſequentibus:elementaria vero dando viciſſim quoque recipiunt:ſimiliter cęleſtes animę inferioribus prouidentes, inde nequaquam inficiuntur. Dæmonicæ vero quædam atque noſtræ dum perficiunt corpora,quodammodo inficiuntur inde, propter curioſiorem prouidentiam,circa prouinciam duriorem. Sed loci malignitas & mundi ſuperioris felicitatem commemorat,& admonet illum vehementius affectare.

CVm uero duplex ſit natura,& altera quidem intelligibilis, altera uero ſenſibilis, ſatius eſt animæ in ipſa intelligibili uiuere. Neceſſarium tamen eſt eam,cum eiuſmodi natura ſit prædita, ſenſibilem quoq; naturã participare:neq; grauiter ferre debet, ſi nõ omnino eſt ipſum optimum. Quippe cum medium in rebus obtineat ordinem,& diuinæ quidem ſortis ſit particeps,in poſtremo autem gradu intelligibilis naturæ poſita,uelut affinis naturę ſenſibili,ſic naturaliter inſtituta,ut de ſuis aliquid huic exhibeat,recipiat etiam hinc quoq; nõnihil,niſi propria integritate ſeruata gubernet:ſed affectu ſtudio'que plurimo naturæ inferioris ingrediatur interna, neque cum tota anima, tota permaneat. Veruntamen poteſt uiciſſim hinc aſſurgere,peritiam eorum quæ hic cognouit paſſa'que eſt reportans,unde didicerit quàm beata ſit apud ſuperos habitatio,& quaſi contrariorum comparatione tanquã planius meliora perceperit. Cognitio enim boni perſpicacior prouenit experientia mali, præſertim ubi iudicium infirmius eſt,quàm ut abſq; experientia mali ſciẽtiam conſequatur. Quemadmodum uero intellectualis diſcurſio quædam ad ultimum deteriusq; deſcenſio eſt:non enim ſuperius progredi licet, ſed neceſſarium eſt ex ſeipſa agentem,neq; potentem in ſeipſa quieſcere,neceſſitate naturæ legeq; ad animam uſq; procedere:hic enim ei terminus eſt,& hac conditione ſua ſequentibus tradere,rurſusq; recurrere:ſic animæ quoq; actio eſt,tũ ad ſequentia corporea gubernando,tum ad præcedentia ipſa uidelicet entia contemplando. Expletur aũt hoc in pleriſq; animis quadã uiciſſitudine temporum: ac tandẽ conuerſio à deterioribus ad meliora cõtingit. Animæ uero,quæ dicitur uniuerſi,cõuenit proculdubio,ut nunq̃ deteriori opere occupetur, neq; mala ſubeat:ſed quæ ſequuntur,excelſa contemplatione proſpiciat,& interim ſuperioribus ſemper incũbat. Quod quidem ſimul in ea poteſt impleri, muneris utriuſque compote, accipiente quidem deſuper: inferioribus uero ſup-

ro ſuppeditante. Fieri nanq; non poterat, cum ſit anima, quin ſe ad utraque propagaret.

*Cum animus noſter uires & actus cæleſtibus animis conſimiles habeat, probabile eſt ſaltem intellectum noſtrum ſicut & illorum circa diuina ſemper agere, ſicut natura uegetalis in nobis circa corporea uerſatur aſſidue.* Cap. VIII.

VErum ſicut actiones vegetales noſtræ nos latent, ſic & intellectuales noſtræ nobis plurimum ſunt occultæ, nec motus vllus in parte vegetali ſenſu concupiſcentia factus patet nobis, niſi ad imaginationem: & per hanc ad rationem vſque perueniat. Similiter nec actus intelligentiæ ſe patefacit, niſi in rationē vacantem quandoque ſubrutilet: per quã hãc ad imaginationem ſimiliter vacuam transferatur, vbi fieri ſolet animaduerſio. Cæleſtes animæ obedientia ſibi corpora ſolo tum naturæ inſtinctu, tum mentis nutu faciliime regũt. Noſtræ vero imaginationem quoque & rationem circa corpus id occupant, eiuſmodi prouidentiam exigens. Ideo conſtitutum eſt diuinitus, vt quandoque hinc abeuntes ad cæleſtia reuertantur.

PRoinde ſi decet præter aliorum opinionē, quod mihi plane uidetur, aperte pronuntiare: anima quoq; noſtra nō uniuerſa corpus ingreditur, ſed eſt ipſius aliquid in mundo intelligibili ſemper, aliquid autem in mundo ſenſibili. Quod quidē ſi ſuperet, imò uero ſi ſuperet atq; perturbetur, non permittit nos interim perſentire, quæ ſupremum ipſum animæ contemplatur. Tunc enim quod intelligitur in nos deſcendit, quando ad ſenſum quendam peruenit deſcendendo. Non enim quicquid circa quamlibet animæ partem fit, agnoſcimus prius quàm ad totam perueniat animam: ceu concupiſcentia uigens in ipſa concupiſcendi natura, tunc demum à nobis cognoſcitur, quando uirtute quadam intimæ ſentiendi uel etiã cogitandi, uel utraq; hoc ipſum animaduertimus. Omnis enim anima habet aliquid & inferius erga corpus, & ſuperius erga mentem. Et tota quidem atq; totius anima ſua erga corpus parte totum regit: & id quidem abſq; labore, utpote quæ admodum ſupereminet: quoniam neq; rationis diſcurſione, quemadmodum apud nos id ibi prouenit, ſed ipſo potius intellectu: ſicut & ars conſultare non ſolet. Illa enim per infimam ſui partē totum prorſus exornat, ſed animæ particulares atq; partis habent ipſæ quoq; aliquid ſupereminēs. Occupatæ uero ſunt nimium ipſo ſenſu, multorumq; perceptione incidentium contra naturã affligentiumq; & undiq; perturbantium. Quippe cum id quod ab eis curatur pars quędam ſit, & indigens atque deficiens multisq; alienis aduerſisq; circũfuſa. Affectat quoq; multa, illecebrisq; plurimis irretitur, & ipſa uoluptate decipit. Quod uero ſuperius eſt, nullo prorſus nouo oblectamento pulſatur, ſimilemq; uitam ſemper agit.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, VTRVM OMNES ANIMAE VNA SINT ANIMA, ANNOTATIONES.

*Plotini ſententia eſt, mundum unum habere propriam ſibi animam. Et animalia omnia ſuas propriasq; habere.* Cap. I.

NIſi mundus haberet vnam, nō eſſet compoſitum perfectum vereq; vnum, nec reliquæ in mundo animæ ordine inter ſe facile conuenirent. Item niſi nos proprias haberemus, affectio paſſioq; & actio animalis in vno, mox ad omnes vniuerſumq; pertineret. Plotinus exercitaturus ingenium circa opinionem ponentem vnicam in cunctis animam, ludit vltro citroq; aliud interea moliens.

bus corpus oportebit eſſe conflatum. Sic enim coniunctæ utraque ſentiat idem. Meminiſſe uero decet, multa interdum latere totum, eorũ etiam quæ in uno eodemq; corpore fiunt: eoq; magis quò maiorem corpus habet molem: quemadmodum in cæteris uaſtioribus, beluisq; ſimilibus dicitur eueni re: in quibus patiente parte, nullus toti propter motionis exiguitatem incidit ſenſus. Quapropter non neceſſarium eſt uno quodam patiente perſpicuum forma mox inde ſenſum toti omniq; contingere: at compati quidem non eſt abſurdum, neque negandum: Senſualem uero formationem fieri non eſt neceſſarium. Proinde animam eandem in me quidem habere uirtutem, ſed in altero uitium, non eſt mirandum. Siquidem nec eſt impoſſibile idem aliquid in alio moueri, in alio conquieſcere. Non enim ſic unam eſſe dicimus, tanquam multitudinis omnis prorſus expertem. Id ſane natura ſibi præſtantior uendicat: ſed unam ſimul multitudinemq; dicimus, participemq; eſſe tum naturæ huius quæ circa corpora fit partibilis, tum illius quæ indiuidua permanet. Vnde rurſus unam eſſe animam conſequatur. Quemadmodum uero paſſio quæ in me parti contigit, non neceſſario totum occupat, ſed quæ accidit principali, diffunditur quodammodo & ad partem: ſic quę ab uniuerſo ad unũquenq; deueniunt, manifeſtiora contingunt, quippe cum ſingula toti compatiantur: quæ uero nobis accidunt, [illegible] ad totum mox pertineant, eſt nobis occultum.

*Ludit adhuc Plotinus noſter.* Cap. [illegible]

VErum ſicut mutuus hominum amor vnionem ſignificat animarum, ſic & per[illegible] raq; inter ſe odia diuerſitatem. Non enim minus diſſidet homo ab homine, & [illegible] quoduis ab animali, quàm ignis ab aqua: neque minus ergo diſtinguitur. Magicus vero raptus magna ex parte confictus eſt, & quas habeat cauſas, in ſuperioribus declarauimus. Alibi diximus, formalem rei cuiuſdam ratiõem eſſe in eſſentias plures multiplica[illegible] excepta cauſa prima. Igitur ſicut ratio formalis corporis, qualitatis, naturæ, in plura corpora, naturas, qualitates, diſtincta eſt, ſic & animę intellectusq; in animas intellectusq; plures. [illegible] vero ſi anima excellẽtior formiliorq; eſt q̃ qualitas, certe prouidentia diuina conſ[illegible] eſſe multos animarum gradus ſicut & qualitatum formaliter inter ſe diſtinctos, non ſicut hic calor ab illo ſubiecti cauſa, ſed ſicut calor à frigore, ſiccitas ab humore. Quod & Plotinus in fine capituli iam innuit, vbi ait, intellectus eſſe multos, atq; ſenſus ipſos iudiciales [illegible] cum intellectibus, ideſt cum intellectualibus animis. Significat vero diſputationem hanc [illegible] nere, vnam eſſe in cunctis corporibus animam, non rationalem quidem, ſed vegetal[illegible] cuiuſdam confuſi participem. Veruntamen rationalem quamlibet animam poſſe [illegible] vita irrationali formare, ſi non ſit ab anima mundi formatum.

PRoinde ratio dictat, nos ex oppoſito mutuis inuicem paſſionibus affici: ipſoq; aſpectu miſericordia tangi, atq; diffundi, [illegible] naturaliter ad amandum: & profecto conſideratio [illegible] eſt, num inter nos hinc amor mutuus oriatur. Iam [illegible] mina quædam ueneficiaq; magica plures in unum rapiunt, paſſiones[illegible] munem habitantibus etiam procul incutiunt, id totum omnino per [illegible] unam confici poſſe uidetur. Atqui & ſermo ſubmiſſa uoce prolatus longe remotum afficit, cogitq; exaudire: quod interuallo etiã longiſſimo diſtat. Ex quibus licet cunctorũ intelligere unionem, uelut per unã animam conſpiratiũ. Sed quo nã pacto ſi una eſt aĩa, alia quidẽ ratiõalis eſt, irrationalis alia, & alia uegetalis? Forte quoniã quod in aĩa impartibile eſt, uirtuti ratiõali eſt tribu-

tendum

endum in corporibus minime diſtributæ. Quod autem eſt circa corpora diſtributum, ipſum quoq; unum exiſtens, ſed diuiſum per corpora, & ſenſum exercens ubiq;, ponendum eſt aliam eſſe animæ partem. Deniq; partem aliam per id quod corpora effingit & facit. Neq; uero anima minus una eſt, ex eo quod plures ibi ſint uires. Nam & in ſemine uires ſunt plures, & ſemen unum, atq; ex hoc uno multa ſunt unum. Sed cur nam non ubiq; ſunt omnes? Atqui & in anima quæ in quolibet una eſſe dicitur, ſenſus nō in omnibus partibus eſt perſimilis. Et ratio nō eſt in toto: & uegetalis uirtus ineſt, quibus ſenſus ipſe non adeſt. Et ſimul in unum corpore ſeiuncta recurrunt. Si aūt uim nutriendi à toto habet atq; ab illa, cur nō igitur ab anima quoq; noſtra nutriendi uim habet? Quoniā quod nutritur pars eſt uniuerſi: quod paſſiua quadam conditione ſenſuale cenſetur. Senſus uero ipſe iudicialis eſt cum quolibet intellectu: cui non opus fuit formare quod ab uniuerſo formatur. Nam & formauiſſet utiq;, niſi oportuiſſet in toto hoc formante connumerari.

*Opinionem dicentem cunctis ineſſe animam numero unam improbat. Tangit uero dicentem eſſe unam ſpecie diſtinctam numero, atq; ſingulas eſſe deriuatas ex una diuiſa.* Cap. IIII.

HAnc quoque refutat: nam anima eſt ſubſtantia incorporea, indiuidua, in ſe conſiſtens. Non poteſt igitur vna communis anima in plures deriuari, ſicut vel continuū in partes, vel albedo in plures albedines diuiſione continui: vel ſicut ex vno ſigillo plures in multis ceris fiunt impreſſiones.

HAec igitur ideo dicta ſunt, ne quis miretur ipſam ad unum reductionem, ſed enim diſputandi ratio exigit quo nam modo ſit una: nunquid omnes ſint una tanquàm procedentes ab una, an ipſæ omnes penitus una? Quod ſi tanquàm ab una, nunquid illa diuiſa, uel tota quidem permanente, ſed nihilominus multas ex ſe faciente. Tum uero quomodo eſſentia manens ex ſeipſa multas efficiat. Dicamus igitur diuino imprimis auxilio inuocato, oportere profecto unam prius exiſtere, ſiquidem multæ ſint animæ, atq; ex hac una procedere multas. Si ergo hæc una ſit corpus neceſſarium eſt hac diuiſa fieri multas: & aliam omnino eſſentiam ſic aliamq; fieri. Ac ſi ſimilibus ſit partibus conſtituta, conformes quoque fieri cunctas, ſpeciem unam eandemq; ipſo toto ferentes, molibus uero diuerſas. Quod ſi ſecundum ſubiectas moles hoc ipſum habeant, ut ſint animæ, alias inter ſe eſſe. Si autem ſecundum formam id potius habeant, unam ſpecie animas eſſe. Hoc autem eſt unam eandemq; ineſſe multis corporibus animam & ante unam hanc inſitam multis rurſus aliam eſſe in multis non exiſtentem. A' qua quæ in multis eſt una dependet: tanquàm ſimulachrum paſſim delatum, unius exiſtentis in uno. Quemadmodum ſi ex uno quodam ſigillo multæ ceræ figuræ eadem imprimerentur. Illo igitur modo in multa ſigna diſpenſaretur. Si autem ſecundo modo res ſe habet, incorporeum quidem aliquid anima eſt. Ac ſi paſſio quædam ſit, nihil mirum erit, qualitatem unam ex una quadam factam multis ineſſe. Ac ſi ſecundum, utrunq; ſimul iunctum anima iudicetur: nihil id mirum fuerit. Nunc uero animam tum incorpoream eſſe, tùm etiam eſſentiam arbitramur.

*Animæ quàmuis per eſſentias inter ſe diſtinctæ ſint, omnes tamen quodammodo una ſunt anima tribus uidelicet modis.* Cap. V.

PRimo quia omnibus præeſt vna animarum generalis idea, & tota ſingulis ineſt. Secundo quia quælibet anima eſt forma penitus omniformis: ideo quælibet anima cæteras complectitur animas. Differt tamen hæc ab illa, quoniam ſub differenti actu proprietateq; hæc & illa ſunt omniformes. Sicut conueniunt & differunt propoſitiones inter ſe geometricæ. Tertio quia omnes in eodem puncto eſſe poſſunt, ſicut lumina imagines'que colorum abſque confuſione. Non eſſe vnicam in ſingulis animam aut mentem, ſatis in Theologia probauimus. Hæc ergo tibi ſit ſumma. Caue ſuſpiceris ſuſpicari Plotinum non diſtingui inter ſe eſſentias animarum. Id enim omnibus eius libris, & huius etiam fini aduerſaretur. Quinetiam diſputationem propriam fecit in hac enneade contra eos qui animam eſſe vnicam opinantur. Sed memento Plotinum vbique conari omnia quantum fieri poteſt, ad vnum quiddam redigere, ſeruata interim proprietate naturæ. Ad vnum quiddam dico id eſt ad communionem affectionis actionisq; & paſſionis, vt concors in vniuerſo harmonia ſeruetur, & traductio virtutis & actionis mutuo, facileq; per ſingula fiat, quod quidem fieri non poſſet, niſi ſingulæ animæ quamuis ſeruata eſſentiæ diſtinctione contineantur & regantur ab vna, ferme ſicut virtutes omnes membrorum à virtute cordis, & à ceruice nerui. Adducit igitur multa ad vnionem eiuſmodi ſigna, quæ vt tanquàm validiſſima confirmet: concedere videtur etiam tantu vigoris videri poſſe, vt valeant adduci non ſolum ad talem vnionem, ſed ad maiorem etiam ſuſpicandam, quaſi dicat, ſi poſſet quiſpiam per hęc ſigna ſuſpicari vnionem eſſentię, quod tamen ego non probo, multo magis nos poſſumus per eadem ſigna vnionem inter animas affectionis & actionis conſenſionisq; & compaſſionis aſſeuerare.

QVo nam igitur modo una in multis eſſentia: aut enim una in omnibus tota, aut à toto unaq; ſunt multæ, illa manente. Illa igitur una eſt. Multæ uero ad hanc referuntur ut unam, dantem ſe multitudini, ruſusq; non dantem. Sufficit enim omnibus exhibere ſeipſam, & nihilominus una perſeuerare. Poteſt enim in omnia ſimul, & ab unoquoq; non omnino ſeiungitur. Idem ergo ſeruatur in multis. Neq; in hoc diffidere quiſquam debet. Nam ſcientia quoq; tota eſt, & partes eius, adeo ut tota permaneat, & partes ab ipſa. Item ſemen eſt totum & partes ab eo in quas naturaliter diuidi poteſt: & unaquæq; totum, manetq; totum nihilo alicubi diminutũ. Materia uero diuiſionis præbet occaſionem, attamen omnia unum. Sed in ſcientia quidem dicet aliquis, partem non eſſe totum: ſed hic quoq; actu quidem pars eſt quod præ cæteris eſt exprомptum, quatenus uſus exigit, idq; aliis eſt præpoſitum. Sequuntur tamen & reliqua, potentia quadam ibi latentia, ſuntq; in parte omnia & forte hac cõditione ipſa tota dicitur, pars autem ibi quidem tanquàm actu, ſed ſimul omnia. Eſt igitur præſto paratum quicquid aggredi expedireq; uelis. In ipſa uero parte ineſt quod dicimus præparatum: ſed eſſe in potentia iudicatur, quatenus toti cohæret. Nec exiſtimandum eſt, notionem hanc quam dicimus ſcientiæ partem, eſſe aliarum uacuã notionum, alioqui non erit notio quædam artificioſa nec ſcientiæ propria, ſed perinde ac ſi puer aliquis forte loquatur. Si ergo ſcientiæ accommodata eſt, omnes potentia poſſidet. Sciens itaq; uir cum propenſior ad hæc incumbit, uno quodam imprimis poſito, deinceps per conſequentiam quandã reliqua quoq; producit. Hinc & Geometra in ipſa reſolutione declarat, unumquodq; præcedẽtia, in ſe cuncta complecti, per quæ agitur reſolutio complecti etiam conſequentia, quæ inde quodam ordine deducuntur. Verum hæc ob debilitatem noſtram non creduntur, & mole corporis obſcurantur. Illic autem clara omnia ſunt, ac etiam unumquodq; perſpicuum.

MARSI-

tune præponitur. Ipſum enim quod quærit eſt anima; cui profecto cognoſcendum eſt, quid exiſtens iam ipſa in ſe perquirat, ut diſcat imprimis, num ipſa uim habeat ad talia quædam inueſtiganda: & nunquid cum habeat oculum, quo perſpicere ualeat, & omnino num hęc conueniat indagare. Si enim aliena nobis ſunt, cur nam hęc indagemus? Sin autem cognata, merito decet expeditq́; perquirere, & poteſt quandoq; animus inuenire.

*Quanta ſit mundanæ animæ dignitas oſtendit ex eo, quod niſi in mundo ſit ipſa, mundus nihil aliud quàm materia quædam informis erit.* Cap. II.

ANima enim rerum formas gignit. Motiones omnium & actiones ipſa citat. Vitam omnibus inſerit & progreſſum, eſt vbique tota. Nutu regit, atque ita ſe habet ad mundanum corpus accedens, ſicut ſol exoriens ad aerem tenebroſum. Similes anima noſtra vires ſimilemq; fermè dignitatem habet, præſertim ſi corporeis ſordibus expurgata redierit in ſeipſam.

COgitare debet imprimis omnis anima, animam ipſam animalia omnia effeciſſe inſpirantem eis uitam: feciſſe inquam uiuētia omnia, quæ nutrit tellus, & quæ mare, quæ in aere ſunt, & quæ in cælo ſtellæ diuinæ. Anima ſolem, anima ingens hoc cælum exornauit, ordineq́; perpetuo ducit, exiſtens profecto natura quædam ab his diuerſa, quæ ornat, quæ mouet, quibus ſuggerit uitam. Ideoq́; neceſſe eſt his omnibus eſſe præſtantiorem: quippe cum hæc & oriantur, quando anima ſuppeditat uitam: & occidant, quando deſtituit: ipſa uero ſit ſemper, propterea quòd nunquam deſerit ſemetipſam. Quis autem modus ſit uitæ ſuppeditandæ, tum uniuerſo, tum ſingulis animantibus, ita potiſſimum cogitetur. Conſideret itaque ingentem animam alia quædam anima non paruam in conſiderando dignitatem adepta, à deceptione uidelicet libera, & ab his omnibus quæ cæteras animas faſcinare conſueuerunt. Ideoq́; in habitu quodam quietiſſimo conſtituta, non ſolum uero quieſcat illi circunfuſum corpus corporiſq́; procella, uerumetiam quicquid extrinſecus ambit, undique conquieſcat. Torpeat ergo terra, & mare, aerq́; & cælum. Excogitet mox in torpentem eiuſmodi molem undique animam extrinſecus influentem, penitusq́; infuſam & omnia penetrantem, nec aliter illuſtrantem, quàm ſolis radii obſcuram caliginem illuminare ſoleant, nubesq́; ſæpe aſpectu aureas reddere: ſic itaque anima cæleſte corpus ingreſſa dedit uitam, dedit immortalitatem, torpens protinus excitauit. Hoc autem motu perpetuo agitatum ſapientis animæ ductu, beatum animal eſt effectum: omnemq́; cælum adeptū eſt dignitatem, cum primum inhabitauit anima, cū prius eſſet corpus uita uacuum, terra ſcilicet atq; aqua: imò uero materiæ tenebroſitas: atq; non ens, quod'ue (ut inquit ille) dii odio habent. Fiet autem clarior atq; perſpectior uis animæ atq; natura, ſiquis in his animaduertat, quemadmodum ipſa ſua uoluntate cælum complectatur & ducat. Omni nanq; huic moli quantacunq; eſt, tradidit ſemetipſam. Vnde totum hoc interuallum tum magnum, tum paruum eſt animatum, ubi corporis aliud atque aliud eſt alibi ſitum, & hoc quidem ſic, illud uero aliter eſt diſpoſitum. Et alia ex oppoſito ſita. Alia uero connexa, inuicem'que pendentia. At anima non ita ſe habet:

non

non enim in partes particulasq; diuiſa uitam inſerit ſingulatim, ſed omnia ſe tota uiuificat, totaq; ubiq; adeſt ſimilis effecta patri, tum ſecundum ipſum unum, tum ſecundum quandam per omnia amplitudinem. Et profecto cœlum etſi multiplex aliudq; ſit alibi, eſt tamen animæ ipſius potentia unum. Iam uero propter ipſam hic mundus eſt deus: Sol quoq; deus eſt, quoniã animatus: ſtellæq; ſimiliter omnes. Nos quoq; quicquid habemus egregii, ob hoc ipſum duntaxat habemus: Orbati nanq; anima, ſterquilinio abiectiores eſſe dicuntur. Neceſſarium uero eſt animam ipſam quãdoquidem diis ut diſint cauſa eſt, antiquiorem iis deum exiſtere. Conformis quoq; huic eſt & noſtra. Itaq; ſiquando abſq; adiunctis eam conſideraueris, puram inſpiciens, inuenies profecto idem ipſum quod eſt anima uenerãdũ, omniq; corporeo admodũ pretioſius. Etenim ſine ipſa anima forte terra ſint omnia: ac ſi inter ſit & ignis, quid nã erit uehementia eius adurens? Et quęcunq; ex his cõpoſita fuerint: tametſi aquam his aeremq; addideris, nondum tamen nactus fueris aliquid uenerandum. Quòd ſi ex eo quòd animetur, proſecutione dignum corpus euadet, cur quæſo teipſum, ideſt animum tuum dimittis, aliud uero quicquàm proſequeris? Sed age animam ipſam admiratus in alio, admirare teipſum.

*Facultas noſtra rationalis tanq̃ mobilis & ab otio migrans in actum atque uiciſſim, dependet ab intellectu noſtro ſtabiliter ſemperq; agente: atque hic tanquàm proprius animæ particularisq; dependet ab intellectu communi in ſeipſo ſimpliciter conſiſtente.* Cap. III.

INtellectus noſter ſe habet ad rationem & intellectus communis ad noſtrum, ſicut lumẽ ad aerem, formaq; ad materiam. Sed ratio quidẽ quotidie formatur ab intellectu noſtro, noſter autem à communi ſemper formatus eſt, ſemper illuminatus. Intellectus igitur communis excellentiam ex ipſa intellectus animalis præſtantia poſſumus coniectare.

CVm igitur anima ſit res tam ueneranda tamq; diuina, confiſus iam tali quodam uehiculo ad deum te acceſſurum, hoc ipſo ad illum iam aſcende: neq; enim es longius uagaturus, nam neque ſunt intermedia multa. Summe itaq; quod eſt huius diuini diuinius, uicinitatem inquam animæ ad ſupernum, poſt quod uicinum & à quo eſt anima. Etſi enim tanta res ſit quantam ratio demonſtrauit, imago tamẽ quædam eſt intellectus ipſius, quemadmodum uerbum in prolatione uerbi exiſtentis in animo. Sic ergo & anima mentis eſt uerbum, & tota eſt actus atque uita, quam producit in alterius exiſtentiam: uelut altera quidem eſt in igne caliditas, altera quam ignis exhibet alteri. Oportet autem illic accipere non effluentem duntaxat, ſed partim quidem in ipſo manentem, partim etiam ſubſequentem. Quamobrem cum anima ſit ab intellectu, intellectualis exiſtit, intellectusq; ipſius animæ in diſcurſione uerſatur. Tum uero huius perfectio rurſus ab intellectu uelut à patre atque iterum nutritore: ſiquidem hanc primo non omnino perfectam, ſi cum ipſo conferatur, procreauerit. Itaque tum hæc ipſa ſubſtantia eſt à mente: tum actu ratio, & quaſi intellectuale uerbum, dum mens ipſi perſpicitur: quando enim intuetur mentem, tunc quæ intelligit agitq;, intus habet & propria: haſq; ſolas appellare decet animæ actiones, quæcunque intellectuales ſunt atque

 dome-

domeſticæ: quæ uero deteriora ſunt, aliunde [illegible]
paſſiones. Intellectus igitur diuiniorum inſuper [illegible]
ter eſt, tum quia ſemper adeſt: nō enim interueniꝭ [illegible]
alterum inter ſe ſunt & alterum, ita tamen ut ſubſeq[illegible]
intellectus autem ſit tanquàm ſpecies. Pulchra uero [illegible]
materia: quippe cum ſit intellectuale quiddam & ſimplex. Q[illegible]
cellens ſit intellectus, ex hoc quoq; conſtat, quòd excellentior [illegible]
ma re admodum excellente.

*Mundus cum ſit ab intellectu diuino, certe totus eſt in eo. Et quoniam ille eſt [illegible] mo modo, ideo quicquid mundanum eſt in eo, perfectum eſt: atque eſt ens, & uita, & intellectus.*

PArtes temporis pertinentes ad mundana referuntur ad totum tempus [illegible] in mundo: atque hoc tempus quod in anima eſt [illegible] & illud [illegible] tis æternitatem: in ipſa tamen mente differunt inter ſe quidem [illegible] re atque intelligi, item quod intelligit & quod intelligitur ſubſtantia tamen [illegible] rurſum intelligere ipſum metaphoricè eſt mouere intelligi. Verò quaſi [illegible] igitur intellectus ille & omniformis ſit & differentiam in ſe aliquam & [illegible] habeat, merito redigendus eſt ad ſuperius aliquid ſimpliciſſimum.

COgnoſcere idem præterea per hæc aliquis poterit, ſi [illegible]
dum hunc ſenſibilem admiretur, intuitus magnitud[illegible]
& pulchritudinem, motusq; ordinem ſempiterni: [illegible]
ipſo partim quidem conſpicuos, partim uero latentes [illegible]
quoque & animalia, & omnes denique plantas, mox ad ipſum [illegible]
principium & exemplar mundumq; ueriorem prorſus aſcend[illegible]
gibilia cuncta conſpiciat, ac penes ipſum ſempiterna in propria [illegible]
atq; uita, horumq; omnium præſidem intellectum prorſus intel[illegible]
inæſtimabilem ſapientiam, & reuera uitam auream ſub Saturno, [illegible]
turnus ipſe intellectus eſt prorſus immaculatus. Omnia enim in [illegible]
talia comprehēdit, intellectum omnem, deum omnem, anim[illegible]
& hæc omnia penitus conſiſtentiā. Quid enim perſcrutare que[illegible]
ſe habeat? quo'ue pertranſire? cum penes ſe cuncta poſſideat. S[illegible]
incrementum, cum ſit perfectiſſimus. Quapropter & quæcun[illegible]
pſum, perfecta ſunt, ut ſit omnino perfectus, non habens quo[illegible]
Neque quicquam in ſe habens quod non intelligat: intelligit a[illegible]
rendo, ſed poſſidēdo. Neq; peregrinam habet felicitatem, ſed [illegible]
in æuo. Atq; uera eſt æternitas quam imitatur tempus circa ani[illegible]
ſans, alia quidē dimittens, alia uero attingens. Etenim alia rur[illegible]
circa animā: nam aliquando Socrates, aliquando equus, & unum [illegible]
por eorum quæ ſunt, intellectus autē omnia. Habet igitur in [illegible]
conſiſtentia in eodem, atq; eſt duntaxat, ſemperq; præſens, [illegible]
turum: eſt enim iam tunc quicquid eſſe poteſt. neq; habet [illegible]
enim ibi quicquā præterit, ſed ibi cuncta in præſenti conſiſt[illegible]
ſunt ſemper eadem, tanquam quæ præſenti habitu ſunt conte[illegible]
quodlibet illorū eſt intellectus atq; ens: & uniuerſum omnis [illegible]

*Deus ſummus abſque ullo uoluntatis uel naturæ motu diuinum generat intellectum tanq̃ uerbum ſuum ſola alteritate quadam à patre differens. Intellectus ſimiliter immobilis uerbum ſuum generat, ipſam ſcilicet mundi animam.* Cap. VI.

SI primum principium eſſet ullo modo mutabile, omnino mutarēt omnia. Item ſi fingatur per motum quaſi medium generare mentis ſubſtantiam, motum tandem generabit, ſine motu accidens tam imperfectum, ut ſit accidentium omnium imperfectiſſimū, cum partes in ſe ſuas ſimul poſſidere nunq̃ poſſit. Itaque ratio dictat, ſine eiuſmodi accidente perfectiſſimam illam à deo ſubſtantiam generari, cum agentia partim natura, partim uoluntate faciant, & in primo agente omnis agendi facultas contineatur: & quę in ſequentibus ſunt diuiſa, in primo ſint unita. Nimirum deus uoluntate res facit pariter atque natura: idemq; in eo natura eſt atque uoluntas. Ab illo igitur nec per uoluntatem nec per naturam mutato emicat intellectus quaſi lumen: & cum primum emicat naturali quodam inſtinctu uergens ad patrem, idearum ſplendore repletur. Euadit igitur intellectus hinc abſolute formatus. Similiter ad intellectum diuinum anima mundi ſe habet. Notabis orationem tunc efficaciſſimam fore, quando animus ad intellectum ſuum omnino ſe reuocans, ſolum ſe offert ſoli deo, ad ſolum uidelicet illum amore flagrans.

QVomodo igitur uidet? quid'ue uidet? Et quomodo prorſus extitit & proceſſit ab illo ut uideat? Nunc enim neceſſitatē ipſam per quam hæc fiant, animus tenet: affectat autem iterum intelligere: quod etiam inter antiquos ſapientes eſt diuulgatum, quonam pacto ex uno exiſtente tali, quale dicimus unum ipſum exiſtere, habuerit unumquodq; ſubſtantiam, ſiue multitudo, ſiue duitas, ſiue numerus: neq; illud in ſeipſo quieuerit, ſed tanta illinc effluxerit multitudo, quanta conſpicitur quidem in ordine rerum, reducendam uero cenſemus ad illud. Sic itaque dicendum nobis eſt, deum ipſum inuocantibus, nō oratione quidem ad aures pertinente, ſed animo ſeipſum ad deum uoti gratia impenſiſſime reuocante: quippe cum hac tantum conditione uouere precariq; poſſimus, ſi ſoli accedamus ad ſolum. Oportet igitur dei contemplatorem in ipſo penetrali uelut templo quodam, intra ſeipſum inquam trāquille quieſcere ſuper omnia prorſus extantem, ibiq; uelut ſtatuas extra uniuerſum conſtitutas, imò uero ſtatuam primo effulgētem hoc modo, quo naturaliter inſpici poteſt, inſpicere. Circa omne quod mouetur oportet aliquid eſſe ad quod moueatur: nā ſi nihil eiuſmodi fuerit, moueri minime affirmabimus: ſed ſiquid poſt efficiens ipſum fiat, id omne ipſo ſemper ad ſe conuerſo effici neceſſarium eſt. Procul eſto nunc à nobis generatio tēporalis, uerba de ſempiternis in præſentia facientibus: etſi quando inter loquendum generationem eis attribuamus, ratione cauſę ordiniſq; cuiuſdam generationem in medium adducentibus. Quod igitur inde gignitur, dicendum eſt ſuperiore non agitato gigni: alioqui ſi moto illo aliquid generetur, certe id quod gignitur, non ſecundum, ſed tertium erit ab illo poſt motum. Quamobrem neceſſarium eſt cum illud ſit prorſus immobile, ſiquid ſecundū poſt ipſum naſcitur, id profecto illo neq; annuente neq; uoluntate decernente, neq; ullo pacto commoto ſubſiſtere. Quo nam igitur pacto quid'ue nobis eſt circa illud ſtabile cogitandum? Lumen undiq; circunfuſum ex ipſo dependens: ex ipſo inquam penitus quieſcente, ceu fulgorem circa ſolem quaſi circumcurrētem, ex ipſo ſemper manēte progenitum. Iam uero res omnes quatenus naturaliter perſeuerant ex ipſa ſui eſſentia præſenteq; uirtute neceſſariam circa ſe foras naturam

turā producūt ab ipſis dependentē, quę quidē imago ſit uelut exēplaris ſcilicet uirtutis illius unde manauit. Ignis quidē ex ſe foras emittit calorem: nix quoq; frigus nō intrinſecus tantū cohibet, ſed & aliis exhibet. Præcipue uero id res odoratæ teſtant: quādiu enim ſunt, nōnihil ab eis circūeffundit, cui° inde fit particeps quod eſt propinquū. Atqui quęcūq; perfecta iā ſunt, aliquid generāt: quod aūt ſemper eſt perfectū, ſemp gignit & ſempiternū, minus aūt genitū genitore. Quid nā igit de perfectiſſimo eſt dicendū? Nunquid nihil prodit ab eo, an potius ab eo prodeūt quæ omniū maxima ſunt poſt ipſum: maximū uero poſt ipſum eſt intellectus atq; ſecundū: inſpicit enim intellectus illud, ſoloq; illo indiget, illud uero primū hoc minime indiget. Oportet profecto quod fit ab eo quod eſt mēte melius, eſſe mentē. Melius uero omniū quæ fiūt eſt intellectus, quoniā alia ſunt poſt ipſum. Iā uero & anima mētis eſt uerbū & actus quidā, ſicut mēs eſt dei uerbū. Verū obſcurū eſt aīæ uerbū: quatenus. n. eſt imago mētis, hoc ipſo ei aſpiciendū eſt in mētē. Eadē ratiōe deū ſuſpicit mēs imago dei, ut ita ſit intellectus: ujdet uero deū minime inde ſeparata, ſed qm̄ eſt poſt ipſum, nihilq; eſt mediū, quēadmodū nihil mediū eſt inter animā atq; mentē. Omne uero genitū appetit genitorē, in cuius cōſecutione ſit contentū, præcipue aūt, quādo ſoli ſunt genitor atq; genitus: at ubi quod genuit eſt omniū optimū, neceſſario genitum ipſi cohæret uſqueadeo, ut alteritate (ut ita dixerim) quadā ſolum uideat inde ſecretū.

*Quemadmodum intellectualis anima dependet ab intellectu puro qui nō eſt anima, ita & hic intellectus emanat ab ipſo bono quod non eſt intellectus, ſed ſupereminet intellectum.* *Cap. VII.*

INtellectus hic primo quidem à patre manat, tanquàm eſſentia viuens: mox vero naturaliter illuc aſpiciens, intellectus euadit. Intellectus enim eſt ipſa ſubſtantialis viſio ex aſpectu ſiue affectu naturali reſultās. Huius quidem pater eſt ipſum ſimpliciter vnum. Hic autem vnum eſſentiale ſiue vitale, vbi videtur eſſe binarius: ſed aſpectu addito iam ternarius. In ternario eſt par & impar, omniſq; numerus. Similiter hic per aſpectum ſiue affectum naturalem iam ternarius, ſimul numerus omnis efficitur: aſpiciendo enim ſiue naturaliter aſciſcēdo corroboratur à patre: confirmatus viuentem eſſentiam ſuam iam comprehendit, in qua fœcunda viget virtus eſſentiarum omnium genitrix. Sic igitur in ſeipſo in formas omnium ſe deriuat, dum ſuam hanc intelligēdo in ſe explicat poteſtatem. Effectus eſt igitur omniformis, & omnia fomento patris: qui cum nulla rerum forma definiatur, merito vel nihil agit, quod dictu nefas: aut pariter omnia, dum ex ſe vno ſuper omnia exiſtente, vnum generat omniforme. Hic Cælio genitus, Saturnus eſt appellatus: conceptus ſuos ipſe deglutiēs, à Rhea, ideſt natura & materia ſegregatos. Huius filius Iupiter mundi anima, filios ideſt formas generat in natura, atque per hanc ad materiam poſtremo producit.

IMaginē uero illius eſſe dicimus intellectū: oportet. n, apertius explicare. Primo quidē oportere id genitū eſſe, ſeruareq; multa in ſe genitoris, ſimilitudineq; talē fermè ad ipſum habere, qualē lumē habet ad ſolē: genitorē uero illū nō eſſe mentē. Qūo igit gignit mentē? Quia uidelicet genitū cōuerſiōe quadā ad genitorē inſpicit: hęc aūt ipſa uiſio eſt intellectus. Quod enim percipit aliud, uel ſenſus eſt uel intellectus. Cōparari uero ſolet ſenſus quidē lineę: quod uero reliquū eſt in cognoſcēdo circulo: uerū eiuſmodi circulus eſt quaſi partibilis: ipſum uero nō ita ſe habet. Forte uero hic quoq; eſt unnū, ſed unū poteſtas omnium: quorū igitur eſt poteſtas, hæc ab ipſa poteſtate uelut partita intelligentia conſpicit: alioqui intellectus minime foret: quandoquidem & ipſe per ſe habet iam uelut poteſtatis ſuæ conſenſum animaduertentē quantum ualeat, in quo quidē ſua conſiſtit eſſentia. Ipſe igitur

per

per ſeipſum & definit eſſe ſibimet poteſtate quadam ab illo prorſus accepta. Vbi ſane animaduertitur eſſentiã eſſe uelut partem quandam unum eorum quæ ſunt illius atq; ex illo, & corroborari ab illo, ab eodemq; & ex eodem perfici in eſſentiã. Videt autem inde ſeipſum uelut partibili quodam ex impartibili, tum uiuere, tum intelligere, ac prorſus omnia: quoniam ille nihil eſt omnium. Ob hoc enim ab illo fiunt omnia: quoniam illud una quadam forma minime circunſcribitur: illud enim unum eſt duntaxat, intellectus autẽ in ordine rerum eſt omnia: ob hoc itaq; illud nihil eſt eorũ quæ ſunt in mente: ſed ex ipſo cuncta in rerum ordine manant. Quamobrẽ hę eſſentiæ ſunt: determinata enim iam ſunt, & unumquodq; habet iã uelut formam. Ipſum uero ens non eſt quaſi in quodam definito cõſiderandum, ſed termino quodam ſtatuq; firmatum. Status autem in rebus intelligibilibus determinatio eſt atq; forma, quibus ſuam ſubſtantiam ſortiuntur. Hic igitur huius generis intellectus puriſſimæ mentis appellatione dignus, non aliunde quàm ex primo principio naſci eſt iudicandus: atq; hunc iam genitum cuncta ſecum ſimul entia genuiſſe, uniuerſam pulchritudinem idearum, intelligibiles deos omnes. Exiſtimandum præterea hunc eſſe plenum omnium quæ progenuit, & quaſi genita protinus abſorbentem, propterea quòd in ſe omnia complectatur, neque in materiam labi ſinat, neq; nutriri apud Rheam, quemadmodum myſteria fabulęq; de diis fingunt. Saturnum quidem ſapientiſſimũ deum ante Iouem genitũ, quæ generat in ſeipſo iterum cohibere: quatenus ſic & plenus ſit, & purus cum plenitudine intellectus. Poſt hęc tradunt generare Iouem puerum iam exiſtẽtem, id eſt purum atq; uegetum, & quaſi iam ſaturum. Animam enim generat intellectus, intellectus inquam perfectus exiſtens: quando enim perfectus ſit, oportet & generare, potentiamq; tantã non eſſe ſterilem. Sed hic quoq; quod gignitur genitore melius eſſe non poterat: cum uero foret minus, fore & illius imaginem, indefinitam quoq; ſimiliter, ſed definiri à generante atq; formari. Progenies uero mentis ratio quædam eſt, cuius ſubſtantia in excogitando conſiſtit. Id autem eſt, quod circum intellectum ſeſe uerſat, intellectusq; ipſius lumen eſt atq; ueſtigium ſemper inde dependens: inde quidem illi coniunctum, atq; ita repletum & fruens, & compos eius atq; intelligens: inde uero uiciſſim ſibi ſubdita tangens, imò uero generans, quæ quidem neceſſarium eſt anima deteriora contingere eſſe quibus in ſequentibus eſt dicendum. Hucuſque tandem diuina procedunt.

EX Platonis Parmenidisq; verbis probatur ipſum bonum & ſimpliciter vnum eſſe ſuperius ipſo ente atq; intellectu. Quod eſt vnũ multa appetitq; bonũ. Item intellectum diuinum eſſe ſuperiorem anima mundi: quoniam hæc eſt vnum & multa, quaſi [illegible]gis diuiſa atque per participationem eſt intellectus. Cap. VIII.

HAc de cauſa apud Platonem omnia circa omnium regem triplici ordine diſponuntur, præcipue uero per prima: ſecunda deinde circa ſecundũ: tertia denique circa tertium. Tum uero dicit eſſe & cauſę patrem: cauſam quidem intellectũ appellans. Nam mundi artifex apud Platonem eſt intellectus: hunc uero ait animam in illa patera procreare: cum uero cauſa ſit intellectus, patrem appellat ipſum bo-

num

ex uno ſunt omnia congruenti quadam proportione comparabũtur, perinde atq; in rebus ſenſibilibus inter ſe ſphæræ ſe habent, alia ſcilicet aliam cõplectente, & una tandem extrinſecus uelut dominam cõtinente. Quamobrem primũ ibi reliqua cõprehendet, mundusq; intelligibilis erit. Tum uero quemadmodũ hic ſphęræ uacuæ non ſunt, ſed prima quidem ſtellarũ plena ſingulæ uero ſequẽtes ſtellas ſingulas poſſident, ſic & ibi mouẽtia illa, multa in ſeipſis habebunt, uerioraq; cęleſtibus illic omnia erũt. Sin aũt unũquodq; in numero intelligibilium eſt æque principiũ, certe per contingentiã quadã principia erũt. Et quæri poterit, quã ob cauſam cõſpirent in unũ, & ad opus unum, communẽ ſcilicet totius cæli conſentiant harmoniã. Item quo nã pacto quæ in cælo ſenſibilia ſunt, illis ſint æqualia numero. Deniq; quomodo multa ita ſint, cũ ſint incorporea, neq; materia ulla diſcernat. Quamobrẽ quicunq; ueterũ Pythagoram ſectatoresq; eius, & Pherecydem ſuosq; ſimiliter ſecuti ſunt, circa naturam eiuſmodi ſtudioſe uerſati uidentur. Sed alii quidẽ ſua in libris ſenſa poſteris reliquerũt. Alii uero non in ſcriptis, ſed in uiua uocis conſuetudine tradidere, aut penitus dimiſerunt.

*Subſtantiam animæ ratiocinantis eſſe à corpore ſeparabilem apparet, quoniam ratiocinari poteſt etiã abſq; inſtrumento corporeo. Idq; deprehendimus tum quando in conſilijs concludit & eligit contra incitamenta corporea, tum etiam quando in ſpeculando formas uel ſeparatas attingit, uel non ſeparatas ipſa ſeparat.* Ca. X.

IAm uero demonſtratum eſt, oportere ſuper ens eſſe unũ, quale deſiderabat ratio demonſtrare, quantum ſcilicet de rebus talibus demõſtrari poſſit. Eſſe autem poſt ipſum unum ens atq; intellectum. Tertio deniq; loco naturam animæ. Quemadmodum uero in ipſa natura tria hæc ſunt, quæ diximus, ſic quoq; exiſtimandum eſt, hæc nobis ineſſe. Dico autem non in rebus, quę ſenſibus offeruntur, ſeparata enim hæc ſunt, de quibus in præſentia loquimur, ſed de rebus quæ ſenſuum uires excedunt, extraq; eos ſunt: eodemq; modo extra, ſicut & illa in uniuerſo naturæ ordine omnino ſunt extra cælum: ſic itaq; tria quędam ſunt in homine, in homine inquam, quem Plato interiorem nominat hominẽ. Eſt igitur noſtra inſuper anima diuinum quiddam, alteriusq; naturæ, qualis eſt uniuerſa natura animæ. Perfecta uero eſt, quæ mentem habet, ſed mens altera quidẽ in ratiocinando uerſatur, altera uim ratiocinandi ſuppeditat. Hanc utiq; ratiocinandi uirtutem animæ nullo prorſus inſtrumento corporeo ad diſcurſionem propriam indigentem, ſed actionem ſuam in puro quodã gradu ſeruantem, ut & pure poſſit ratiocinari, ſiquis ſeparatã neq; mixtã corpori & in primo illo rerũ ſcilicet intelligibili gradu locauerit, minime aberrabit. Nõ enim quærendus nobis eſt locus, ubi ponamus, ſed extra locũ omnẽ uis talis cõſtituenda. Sic enim duntaxat habere poteſt, quod dicitur per ſe exiſtere, atq; agere & extrinſecus & ſupra materiã quãdo ſola fuerit à corporea natura nihil penitus habẽs. Hãc ob cauſam Plato in Timæo deũ inquit mũdi animã etiã extra mundũ circunfudiſſe, oſtendẽs uim animæ in ipſo intelligibili permanentẽ. De anima quoq; noſtra in Phędro ait, tũ cõdere caput intra cælũ, tũ extra cælũ caput attollere. Atqui cũ in Phędõe potiſſimũ & Theetheto

[illegible] animam iubet à corpore, non loco præcipit ſegregare. Quod enim [illegible] eſt, naturaliter eſt ſeiunctum. Sed monet, ne corpori animus [illegible] imaginationi conſentiat, neq; ob commercium corporis aliene [illegible], conetur q; ſiquo pacto ualeat ſubditam ſibi animæ ſpeciem unà [illegible] ſuperiora perducere: quod'ue ex ipſa hic eſt ſitum, quod quidẽ ſo[illegible] corporis eſt opifex atq; formator, aſſidueq; ad hoc ipſum incumbit.

*[illegible] ipſum unum eſt ſuperius intellectu, & hic ſuperior anima, ſic in anima noſtra ipſa anima [illegible] eius mente, hac dicitur ratione.* Cap. XI.

S[illegible] Theologia & primis Plotini libris ipſum vnũ enti & hoc animæ præpoſuimus. [illegible] in animis ſicut in lineis eſſe ſuam vnitatem quaſi ſignum quo deum v[illegible] unitatem, quaſi centrum attingere poſſint. Præterea notiones rerum communes [illegible] ſtabiles mentibus noſtris ſemper ineſſe, per quas de ſimilibus pro arbitrio [illegible] poſſimus.

[illegible] Vm igitur animus de iuſtis pulchris'que conſultet, inquiratq;, [illegible]num hoc ſit iuſtum, nunquid hoc ſit pulchrum, neceſſariũ eſt, ſtabile quiddam iuſtum eſſe ſimiliterq; pulchrum, unde ratiocinatio in animo ducat exordium, alioqui diſcurrere nunquàm [illegible] animus interdum circa hęc diſcurrit, alias uero minime, oportet [illegible] quidem hanc diſcurrentem, ſed mentem in nobis eſſe, quæ iu[illegible]tumq; ſemper habeat. Adeſſe præterea mẽtis principium & cau[illegible] deũ. Illo quidem nullo modo partibili, ſed penitus conſiſtente, non [illegible] manente, ſed in ſeipſo atq; interim in multis quoq; conſide[illegible] ſingulis eorum quæ capere poſſunt ipſum uelut aliud quiddam præ[illegible]: Quemadmodum & centrum eſt in ſeipſo, habent autẽ ſingula quæ [illegible] circulo ſignum in centro ſuum, & lineæ huic punctum proprium ad[illegible]. Tali enim quodam eorum quę nobis inſunt, nos quoq; diuinum tan[illegible] congredimur, copulamur, eatenus illic innitimur atq; figimur, quatẽ[illegible] illuc intentione conferimus.

*[illegible] noſter circa diuina ſemper agit, non tamen animaduertimus, quoniam ratio & imaginatio [illegible] in diuerſa & uaria diſtrahuntur.* Cap. XII.

[illegible] Aeterum cur nam talia tantaq; poſſidentes nequaquàm animaduertimus nos hæc habere? Sed plurimum ſeorſum à talibus actionibus otium agimus. Sunt & multi qui circa hęc nihil unquàm agunt. Illa quidem in actionibus ſuis aſſidue perſeuerant, intelle[illegible] & quod ſuperius intellectu in ſeipſo ſemper: ſic quoque & anima [illegible] mobilem ſiue perpetuo mobilẽ. Neq; uero quicquid eſt in ani[illegible] iam ſentitur, peruenit ſane in nos, quando ad ſenſum uſq; pro[illegible] quando agens in nobis quodlibet actionem ſuam non traducit in i[illegible]di uirtutem, nondum per totam animã ſe actio eiuſmodi pro[illegible]. Quare nondum agnoſcimus, utpote qui unà cum ſentiendi uirtu[illegible] quod ſumus, neque pars animæ quædam ſolum, ſed uniuerſa po[illegible]mus. Iam uero unumquodque in nobis animatum quandiu ui[illegible] per ſeipſum munus efficit proprium. Sed tunc demum id nobis contingit agnoſcere, quando mutua quędã fit traductio, & inde animaduer-

ſio prouenit. Oportet igitur ſiquando ita præſentia nobis [illegible] mus, uim ipſam animaduerſoriam ad interiora conuertere, [illegible] ut ibi tota prorſus intendat. Perinde ac ſi quis affectans uocem [illegible] teris haurire, à cæteris ſe uocibus ſegreget, ad uocemq; omnium [illegible] attentior porrigat aures, quando propinquet. Sic itaq; hic [illegible] omnibus quæ ſenſibus inſtrepunt, per quæ ſenſus animum [illegible] quantum extrema cogat neceſſitas, uim ipſam animæ animaduertendi [illegible] rioribus aptiorem puram penitus conſeruare, audiendisq; ſup[illegible] paratiſſimam.

TRinitatem hanc principiorum maxime Platonicam [illegible] tas Chriſtianorum. Ipſum enim bonum includit paternā fœcunditatem [illegible] lectualis ipſa filij emanatio. Animam proceſſio ſpiritus per voluntatis [illegible] motum vitalem. Præterea firmamentum refert ipſum bonum fœcunditate [illegible] ctum Saturnus à generatione remotus & alienus. Animam Iupiter generationi [illegible] dum Mars diſcordem iam atq; pugnacem. Rurſus bonum Sol, intellectum Me[illegible] Soli proximus. Animam Venus cupida geniture. Mundum hunc Luna varia [illegible] mutabilis. Iterum bonum ignis. Intellectum aer perſpicuus & ſerenus. Anim[illegible] rem generationi ſuppeditans. Mundum terra ex omnibus iam commixta. De[illegible] tim fœcunda cuiuſque eſſentia bonum. Firma eſſentiæ virtus intellectum. In[illegible] actio animam. Summatim circa animam, memoria fœcunda bonum. Rationis [illegible] tellectum: imaginatio & affectus animam. Nihil ergo certius hac trinitate principiorum [illegible] nihil maioribus & pluribus teſtimonijs confirmatum, merito vniuerſum principiorum [illegible] rum imaginem repræſentat.

## MARSILII FICINI FLORENTINI
### IN LIBRVM, DE GENERATIONE ET ORDINE eorum quæ ſunt poſt primum.
### ANNOTATIONES.

*Sicut unitas principium numerorum non eſt numerus, & ſignum principium continui non eſt continuum, [illegible] hæc principium caloris colorumq; non eſt calor, atq; colores, ſic ipſum bonum entium principium [illegible] quod, aut entia, ergo nec uita nec intellectus.*

NOn enim continendo hæc omnia in ſe prius quaſi prægnans ſubinde parit, ſicut intellectus, anima, natura. Sed ſimpliciter ſupereminendo creat, [illegible] tas, ſignum, ſiue cētrum, lux. Quod autem ex ipſo bono proxime [illegible] quantum ex illo manēte ſtatim hoc exiſtit, ens efficitur. Quatenus [illegible] git naturaliter, & quaſi mouetur ad illud, fit viuens. Quantum [illegible] ratum inde, quaſi circulo quodam conuertitur in ſeipſum, inte[illegible] Similiter ex intellectu manente anima intellectualis exiſtit, ex hac autem [illegible] per potentiam diſcurſiuam ab intellectu intelligibilibusq; diſtracta ad imagina[illegible] bilia, profluit in actum eius imago, vita videlicet quædam rationis expers, ſenſu[illegible] potentiā prædicta. Inter hæc quod ſequitur tandiu perſeuerat, quandiu quod ſupe[illegible] Anima noſtra in eodem corpore eodemq; tempore agit plantam, quibus in [illegible] vegetat. Agit brutum in quibus inſtrumentis ſolum ſentit. Agit hominem in [illegible] do. Agit dæmonem, aut deum ſimul intelligēdo. Idem rurſus homo diuerſis tempor[illegible] tis ſub humana perſona varios eiuſmodi mores exercet. In ſpecie quoque [illegible] li quaſi plantæ vitam degunt, alij vt bruta, alij vt homines, nonnulli tanquam [illegible] nea. Quicunque igitur dixerint, noſtras animas quæ habitum huius vel illius [illegible] xerunt, reuerſuras mox in hominem vel aereum vel terrenum, quaſi ſimiliter [illegible] babilius opinabuntur, quàm ſi humanam ſpeciem [illegible] tas. Tam enim permutatio apud naturam impoſſibilis eſt, & quid [illegible]

poteſtas dominata perduxit. At quando ingreditur hominē, tunc uel omnino in natura rationali motio prępualet, uel ab intellectu proceſſio quędam, ut potequæ propriam habet mentem, uoluntatemq; ex ſeipſa intelligendi, uel omnino mouendi. Iam uero uiciſſim nobis conuertere licet: quando quis in plãta uel quædam inde propagata, uel ramos quoſdam amputat, anima quæ his inerat, quo nam abit? Forte unde proceſſerat. Sed unde natura? Nõ enim diſtat loco. Vnum igitur eſt ipſi principio. Si autem radicem inciderís uel cõbuſſeris, ubi nam erit quod in radice uigebat? In anima non alium in locum abeunte, ſed in eodem quoq; eſſe poteſt. In alio autem dicetur eſſe, ſi recurrerit: Sin minus, erit in alia uegetali. Non enim cõtrahitur in anguſtum: quod ſi recurrerit, in ſuperiore potẽtia reſidebit: ſed ubi nam illa? In ſuperiore rurſus. Et illa iterum ſimiliter uſq; ad mentem, non loci cõditione. Nihil enim horum erat in loco. Intellectus deniq; multo minus eſt in loco aliquo collocandus: quapropter nec ipſa quoq; animæ ipſius natura. Nuſquàm igitur eſt locorum. Verum in eo quòd nuſquàm eſt interea ſic eſt ubiq;. Si autem progreſſa quandoq; anima ad ſublime, cõſiſtat interea prius quàm omnino peruenerit ad ſupremum, mediam agit uitam: atq; in illa ſui parte quieſcit. Hæc autem omnia ille quidem eſt, rurſusq; non ille. Ille inquam, quoniã ſunt ex illo. Non ille iterum, quoniam ille ſingula in ſeipſo permanẽs edidit. Eſt igitur in uniuerſo tanquàm uita quædam ingens quaſi producta in longitudinem, habentem deinceps diſtinctas quidem inter ſe partes, uniuerſam tamẽ interea ſibiipſi cõtinuam, ſed aliud atq; aliud propria quadam duntaxat differentia poſſidentem: ubi profecto in eo quod ſequitur, non deſtruitur antecedens. Quid ergo anima plantis inſerta? Nihil'ne gignit inferius? Forte in quo eſt duntaxat. At uero qua id conditione fiat, conſiderandum nobis eſt, exordium aliunde ſumentibus.

## MARSILII FICINI FLORENTINI
### IN LIBRVM, DE SVBSTANTIIS COGNOSCENTIBVS, & de illo quod ſuperius eſt, ANNOTATIONES.

*Quod cogniturum eſt ſeipſum, non cogitur propterea eſſe adeo ſimplex, ut nulla prorſus in eo differẽtia ſit, ſicut eſt ipſum unum. Sed ita ſimplex eſſe debet, ut in quolibet ſui totum penitus includatur, eiusq; actio expleatur toto momento. Eiuſmodi eſt intellectus.* Cap. I.

QVando intellectum dicimus noſſe ſeipſum, non diuidimus in duo, quorum alterum tantum cognoſcat, alterum ſolummodo cognoſcatur: alioqui non aliquid idem ſeipſum, ſed aliud cognoſceret aliud. Sed volumus ipſum cognoſcens vnà cum cognito ſe quoq; complecti. Ad ſenſum quidem pertinet ſolũ, quæ extra animam ſunt, cognoſcere. Ad imaginationem vero etiã quæ ſunt in anima, ideſt ſenſuum actiones. Ad rationem præterea ſeipſam inueſtigare. Ad intellectum denique ſe cognoſcere. Atque huius perfecta quadam participatione etiam ad rationem quandoque ſe noſſe.

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER III.

## DE SVBSTANTIIS COGNOSCENTIBVS, ET DE illo quod ſuperius eſt.

OPeræpretium eſt indagare, nunquid quod ſeipſum intelligit, oporteat in ſe uarium eſſe, ut uno quodam eorũ quæ ſunt in ipſo, reliqua contemplatum, ita demum ſeipſum intelligere iudicetur: perinde ac ſi omnino ſit ſimplex, nequeat in ſe conuerti ſeq; cognoſcere: an fieri poſſit, ut etiam quod non eſt compoſitum, intelligat ſemet ipſum. Principio quidẽ quod dicitur, aliquid propterea ſe intelligere poſſe quod compoſitum ſit, atq; ita uno quodam ſuorum cognoſcat & reliqua: ueluti ſi ſenſu formam noſtram reliquamq; naturam corporis cognoſcamus, nequaq̃ id conſequitur, ut ſeipſum reuera cognoſcat. In eo nanq; quod ita ſe habet, totum erit cognitum: niſi & illud quod intelligit alia ſibi coniuncta, intelligat etiam ſemetipſum: alioqui non proueniet quod eſt quæſitum, ut ſcilicet aliquid idem ſeipſum animaduertat, ſed ut aliud potius percipiat aliud. Aſſeuerãdum igitur & ſimplicis ipſius eſſe ſeipſum animaduertere, atq; hoc quomodo fiat, ſi quidem fieri poſſit, inueſtigandum: alioqui dimittenda eſt opinio, per quam putemus, ſeipſum quippiam reuera cognoſcere. Abiicere quidem opinionẽ eiuſmodi haud admodũ facile eſt, quippe cum multa hinc ſecutura uideantur abſurda: etenim ſi forte id muneris animæ nequaq̃ attribuamus, quaſi non admodũ ſit abſurdum: ueruntamen neq; id quidẽ mentis naturæ tribuere eſt proculdubio abſurdiſſimũ. Si inquam alioꝝ quidem notitiam habeat, ſui uero ipſius notitiã ſciẽtiamq; non habeat. Atqui externoꝝ quidem perceptionem ſenſus, non intellectus habebit: ac inſuper ſi uis, cogitatio & opinio. Vtrum uero intellectus horum cognitionẽ habeat nec ne, expedit indagare. Certe quęcũq; intelligibilia ſunt, intellectus ipſe cognoſcet. Num igitur ea ſolum: an etiam ſeipſum, qui hæc ipſa cognoſcit: & nunquid ſeipſum ita cognoſcet tãtum, quoniam uidelicet hæc ſe noſſe cognoſcet. At quis nam exiſtens ipſe hæc interea nouerit, non apprehendet, ſed forte ſua quædam cognoſcere comprehendet: quis uero ſit ipſe dum percipit, non percipiet. An potius & ſua & ſeipſum nouerit? Item quis nam modus, & quouſq; id fiat, eſt nobis conſiderandum.

*Potentia rationalis, quæ ſemper in diſcurrendo uerſatur, media eſt inter imaginationem & intellectum: & utrinque formas quaſdam in ſe admittit, eaſq; componit & diuidit: formaſq; nuper ab imaginatione uenietes accommodat formis antiquis in mente uel à mente exiſtentibus, atque in hac accommodatione intellectualis efficitur.* Cap. II.

Hinc duo in nobis intellectus apparent, permanens ſcilicet & diſcurrens, qui & conſequitur diſcurrendo.

PRimo igitur de anima quærẽdum eſt, an tribuenda ſit ei cognitio ſui, quid'ue in ipſa ſit tale cognoſcens, & qua ratione. Senſualem quidem uirtutem iudicamus ex ipſa ſui conditione ſolum circa externa uerſari. Atqui quàmuis quæ intra corpus fiunt,

perſentiantur, perceptio tamen eiuſmodi ad illa pertinet, quæ ſunt extra ſenſum: tunc enim paſſiones quæ ſub ipſo fiunt in corpore, ſentit. Eſt inſuper in anima uirtus ratiocinandi circa imaginationes incidentes à ſenſu diiudicãs, easq́; coniungens atq; etiam diuidens. Intuetur quinetiam quaſi figuras eorum quæ ab intellectu deſcendunt, habetq́; circa eas uim prorſus eandem. Aſſumit quoq; intelligentiam, utpote quod perpendat accommodetq́; figuris antiquis nouas nuperq́; uenientes: qua quidem in re animæ reminiſcentiam cõſiſtere arbitramur: & profecto intellectus animæ hucuſq; ſua uirtute ſe ſiſtit. Quærendum igitur, num hæc ratiocinandi uirtus in ſe conuertatur ſeq; cognoſcat: an potius id ad intellectum ſit referendum? Si enim ſuiipſius cognitionem huic animæ parti attribuamus, hanc ipſam confitebimur eſſe mentem: & quo nam potiſſimum à ſuperiore differat mente, perquirere compellemur: ſin autem nequaq̃ attribuamus, ratio nos ad illam perducet mentem, quid'ue ſit ſeipſum noſſe, conſiderabimus. Quòd ſi & hic inferiori id munus attribuerimus, rurſus inueſtigabimus, quo nam differant in ſe cognoſcendo intellectus ſuperior & inferior: nempe ſi nihilo, iam hic noſter intellectus eſt purus. Sed enim uis ipſa animæ diſcurrendi, nunquid ipſa quoq; ſe in ſe conuertit? an potius non conuertitur, ſed habet formarum notitiam, quas utrinque nanciſcitur? Ac ſane primo quærendum eſt, quo nam pacto notitiam eiuſmodi conſequatur.

*Ratio monitante ſenſu & imaginatione iudicat obuium eße Socratem: ſi addit, eße bonum, iuſtum, ſapientẽ, perpendit hæc definitq́; per regulas bonitatis, iuſtitiæ, ſapientiæ, quæ primo lucent in mente, atque inde ſubrutilant rationi, circa talia ſe uerſanti.* Cap. III.

CVm rationis proprium ſit in motu agere, & motus tendat in aliud, merito ratio communiter circa alia potius quàm circa ſeipſam ſe volutat: ideo non eſt eius proprium ſe cognoſcere. Plerique tres in cælo ponũt eſſencias, ſcilicet in corpore materiam atque formam, & præter hoc ipſam cæli animam: & materiam ſuæ ſemper ſubeſſe formæ, corpus animæ. Similiter tres circa animam noſtram eſſentias, animam ſcilicet irrationalem rationali ſubditam, rationalem vero menti perpetuo cohærentem, quaſi cælum animæ cæleſti perpetuo copulatum. Hanc Plotinus hic opinionem videtur attingere. Atqui & eiuſmodi copulã Theophraſtus, Themiſtius, Auerrois excogitauiſſe videntur. Poſſumus etiam Platonico magis more Plotinum interpretari, dicentes, ideo negare intellectum eſſe partem animæ, quia videlicet non ſit pars, ideſt potentia huius ſubſtantiæ, qua ratione dicitur anima. Dicitur enim anima, quatenus pertinet ad diſcurſum, ſiue per vniuerſalia, ſiue per particularia diſcurrat. Sed intellectus ipſa mera ſubſtantia eſt, cui eſt ſubnexa potentia, quæ appellatur anima. Iam vero & ipſa ſubſtantia nominatur anima ſecundum potentiam diſcurrentem. Nominatur & intellectus ſecundum ipſam ſubſtantiæ rationem: idem enim eſt eſſe atque intelligere: nõ tamen idem eſſe atq; diſcurrere. Ideò ſemper intelligit æque, non tamẽ ſemper æque diſcurrit.

SEnſus quidem uidit hominem, figuramq́; eius tradidit cogitandi uirtuti. hæc autem quid nam dicit? Forte nondum ait quicq̃, ſed nouit tãtum, atq; ita quieuit. Niſi forſan ita ſecum ipſa percurrat, quis nam hic eſt. Siquidem prius aliquando in hunc inciderit, dicatq́; de illo nunc, memoria utens, illum ſcilicet eſſe Socratem: ſi autem euoluat inſuper expliceťq; formam, diuidit iam quę imaginatio tradidit. Quòd ſi dicat inſuper, utrum ſit bonus: tunc per illa quæ ſenſu nouerat tale aliquid dicit. Quod autem ſuper his dicit, à ſeipſa iam habet, regulam ſane boni penes ſe poſſidet. Bonũ uero quo nam modo apud ſeipſam habet? quatenus uidelicet eſt (ut ita dixerim) boniformis: atq; corroborata iam eſt

ad

REgnamus præterea nos, quando agimus ſecundum illum. Duobus uero modis ſecundum illum agimus: uel quia, uelut [illegible] & quaſi leges inde inſcriptæ ſint nobis: uel quia [illegible] aut quoniam eo præſente uidere ipſum & perſentire poſſumus. Cognoſcimus ſane nos ipſos tali quodam ſpectaculo alia per [illegible]. Aut etiam uim ipſam eiuſmodi aliquid cognoſcentem eadem ipſa [illegible] ſcentes Aut illud quoq; nos facti. Adeo ut quod ſeipſum cognoſcit, [illegible] iam exiſtat. Aliud quidem ſe cognoſcens ſit natura ipſius animæ [illegible] aliud uero hac natura ſuperius: ubi ſcilicet qui ſe cognoſcit ſecundum [illegible] lectum illum iam euaſit: rurſus que illo ſe conſpicit nõ tanquam [illegible] hominem; ſed omnino aliud quiddam factum, ſeipſumq; ad ſuperiora [illegible] ſolumq; trahentem ſecũ quod præſtantius eſt in anima. [illegible] conceptis alis uolare ad intelligentiam poteſt: ut illic aliquis, [illegible] deponat. Sed nunquid ipſa uis cogitandi non nouit ſe eſſe cogitandi [illegible] externorumq; intelligentiam cumulare, itemq; iudicare quæ [illegible] re inquam regulis quibuſdam ſibi ab intellectu deſcriptis. Eſſe [illegible] ſtantius aliquid ſupra ſe, quod quidem nihil ultra perquirit, ſed [illegible] no: Verumenimuero quid nam eſt hoc ipſum quod ſe minime [illegible] rans quale ſit ipſum, & qualia ſint ipſius officia? Si ergo dicit ſeipſum [illegible] pendere, & eſſe à mente ſecundũ mentisq; imaginem, habentem in [illegible] uelut inſcripta, quemadmodmodum illic qui ſcribit qui'ue iam ſcr[illegible] quid is qui ita ſeipſum nouit ſiſtet gradum huc uſq; progreſſus: nos [illegible] alia freti, intellectum rurſus ſeipſum cognoſcentem perſpiciemus? [illegible] ſunt nobiſcum aſſumentes, quandoquidem ille quoq; eſt noſter, [illegible] nos illi⁹: ita demũ intellectũ nosq; ipſos percipiemus. Forte ita [illegible] ſariũ eſt, ſiquidem percepturi ſumus, quid nam ſit potiſſimum [illegible] noſſe ſeipſum. Tunc itaq; aliquis ipſe intellectus euadit, quando [illegible] dimittens, hoc ipſo intuetur hunc ipſum, & ipſo quoq; ſeipſum, [illegible] dum & intellectus ipſe contemplatur.

*In eo quod rationali potentia, id eſt intelligentia mobili ſuperius eſt, [illegible] intelligibile: ideo ſeipſum ſemper intelligit.*

SVprà ſenſum qui tantum ſpectat externa, eſt imaginatio interna reſpiciens: [illegible] quæ aduentitia ſolum proſpicit, exiſtit ratio, quæ præterea domeſtica cõſpicit [illegible] iterum quæ ab alijs cognitis ad ſe denique reuertitur agnoſcendum, eſt in[illegible] ſum exordiens à ſeipſo: ac dum ſe inſpicit, omnia contuetur, non [illegible] ut veriſſima cognitio ſit. Si ſeipſum tangens contingit omnia, ipſe [illegible] demq; prorſus actu quo ſe intuetur, contuetur & omnia: eodem quoq; ſimul agnoſcit [illegible] ſcere ſeipſum atque omnia. Præcipue vero primus diuinusq; intellectus, nec ad [illegible] gendum conuertitur quàm ſeipſum, nec intelligentiam habet accidentalem [illegible] ta citus abſolute [illegible] hoc ipſo eſſentiali vitali, intelligentia [illegible] metipſa, comprehendens in erta ſe exiſtentem, viuentem, intelligentem, [illegible] & omniformem.

NVnquid igitur intellectus altera ſui parte alteram intuetur? [illegible] ſic quidem alterum erit uidens, alterum uero uiſum: hoc autem non eſt utique aliquid noſſe ſeipſum. Quid igitur? Si totum tale ſit, ut conſimilibus partibus ſit compoſitum, adeo ut [illegible] ſorſum differat: ſic utiq; uidens partem illam ſui ſibiq; eandem, interea quoq;

ſe uidet: uidēs nanq; à uiſo ibi nihilo diſcrepat. Sed primo quidem abſurdum foret, intellectum ita diuidere. Nam & quomodo diuiſio fiet? Non enim caſu quodā eſt & temere diuidendus: Tum uero quis nam eſt qui diuidit? num forte qui in eo ſe ordine ponit in quo eſt uidere, an potius qui in eo quod eſt uideri? Prȩterea quomodo uidens ille cognoſcet ſeipſum, dum ſecundum ipſum uidere, ſe in eius gradu conſtituit quod uidetur: non enim in ipſo uiſo ineſt uidere. An cognoſcēns ita ſeipſum potius tanq̃ uiſum q̃ tanq̃ uidētem conſiderabit: ideoq; neq; omnē neq; totum ſeipſum animaduertet: quem enim nouit, hunc quidem uiſum ſed non uidentem nouit: atq; ita nō ſeipſum ſed alium potius intuebitur. Sed nunquid per ſe adiunget ipſum quoq; uidētem, ut ſeipſum perfecte comprehendat? Verum ſi complectitur & uidentem, ſimul quoque uiſa complectitur. Si igitur in ipſa perſpectione perſpectæ res continentur, quæritur nunquid rerum figuræ, an res ipſæ contineantur? Si figuræ tantum, res ipſæ non poſſidentur: ſin autem hæ poſſidentur, certe qui eas perſpicit, non ex eo quod ſeipſum diuiſerit, habet: ſed erat etiam antequàm ſe diuideret & contemplator & poſſidens. Si res ita ſe habet, oportet contemplationem idem eſſe cum ipſo (ut ita dixerim) contemplabili, & intellectum intelligibili ſimiliter idem: alioqui ſi non ſit idem, non erit contemplatio uera. Qui enim entia dicitur poſſidere, figuram potius eorum habebit ab eis proculdubio differentem, quod quidem non eſt ueritas: ueritatem enim non alterius oportet eſſe, ſed quod dicit, hoc & exiſtere. Sic ergo unum eſt intellectus, intelligibile ens: & hoc eſt, ens primum, primus'que intellectus entia poſſidens: imò uero ipſe atque entia idearum. At ſi intelligētia & intelligibile unum eſt, quo nam modo ob hoc intelligens intelliget ſemetipſum? Intelligentia enim uelut complectetur imaginabile, uel idem unà cum ipſo erit: nondum tamen conſtabit, intellectum perſpicue ſe cognoſcere. Cæterum ſi intelligentia & intelligibile idem eſt, actus enim quidam eſt ipſum intelligibile. Siquidem non potentia quædam tantum eſt ipſum intelligibile, neque uita uacans, neq; ibi rurſus uiuere aduentitium eſt, uel intelligere ſubiecto diuerſo uelut lapidi uel cuipiam uita carenti: & eſſentia prima eſt ipſum intelligibile. Si ergo inquam illic eſt actus, actus'que primus. nimirum & actus optimus intelligentia eſt, & intelligentia (ut ita dicam) eſsentialis. Etenim ueriſſima intelligentia eſt eiuſmodi, & prima primo'que exiſtens: ideo'que intellectus primus hæc erit. Hic enim intellectus neq; in potentia eſt, neq; aliud quidem ipſe, aliud autem intelligentia: alioqui ita rurſus ipſum eius eſſentiale in potentia quadam erit. Quamobrem ſi actus eſt & eſſentia eius actus, unum idemq́; actui eſſe cenſebitur. Cum uero ſit unum actui ens ipſum atq; intelligibile, unum ſimul erunt cuncta, intellectus, intelligentia, intelligibile. Si igitur intelligentia eius eſt ipſum intelligibile, atque ipſe eſt intelligibile ipſum, nimirum ipſe intelliget ſemetipſum. Intelliget enim per ipſam intelligentiam, quod quidem exiſtit ipſe: & intelliget intelligibile, quod eſt & ipſe ſimiliter.

Vtrinque

Vtrinq; igitur ſe prorſus intelligit, [illegible]
quatenus eſt ipſe rurſus intelligibile, quod [illegible]
intelligit quæ eſt ipſe.

*Intellectus ipſe cum in ſe permaneat nec aliunde [illegible] ſeipſum: anima uero cum contra ſit affecta, contra ſe habet ad cognoſcendum [illegible]*

IN toto cognitionis ordine gradum infimum tenet ſenſus, [illegible] igitur ſenſus recta in cognoſcendo [illegible] lectus circularem agit omnino, ſeipſum ſeipſo penitus [illegible] mum eſt obliqua. Formæ rerum quæ ſunt in mente, eſſentiales ſunt [illegible] impreſſæ rationi ſunt ab illo, quaſi eſſentiales ſunt: quæ [illegible] in ratione, minus adhuc eſſentiales exiſtunt: quæ denique [illegible] dant, eſſentiales minime. Anima igitur tunc demum ſe cognoſcit, [illegible] ſuperioribus formis accommodat.

RAtio igitur demonſtrauit aliquid eſſe debere quod [illegible] prie præcipueq; intelligat. intelligit autem ſe [illegible] anima, aliter uero principalius quæ quod eſt in me[illegible] quidem cognoſcit ſeipſam, quod ſit alterius: [illegible] ſit ipſa, & qualis ipſa, & quæ nam ſit & id quidem ſua ipſe natura [illegible] conuerſa. Videns enim entia ſeſe uidet, atq; uidens eſt in actu, [illegible] ctus: intellectus enim & intelligentia idem, & toto ſe conſpicit [illegible] tem parte diſcernit. Num igitur talem ratio demonſtrauit, qual[illegible] habeat actionem? Profecto ſic habet neceſſitatem, credulitatem [illegible] bet perſuaſione deductam. Etenim neceſſitas quidem in mente [illegible] ro uerſatur in animo. Quærimus utiq;, ut uidetur, perſuaſione [illegible] tare, q̃ mẽte pura perſpicere ueritatẽ. Atqui quãdiu in ſuperna [illegible] one, in ipſa mentis natura ſufficienter nos inde habebamus, co[illegible] ti tunc intelligebamus, & in unum omnia colligentes cõtem[illegible] lectus enim erat, qui tunc intelligebat, ac de ſeipſo dicens: anima [illegible] tunc agebat, actioni officioq; mentis rite concedens. Poſtquam [illegible] uenimus, uiciſſim animo perſuaſionem inducere exoptamus, [illegible] magine exemplar contemplari uolentes. Forſan ergo oportet [illegible] mam edocere qua potiſſimum ratione ſeipſum intellectus in[illegible] re inquam hanc ipſam naturam animæ, quæ intellectualis eſt [illegible] do, ponentes eam cogitatricem, atq; ipſa denominatione [illegible] tes eam intellectum quendam eſſe, uel uim quandam per intelle[illegible] que uimus ab intellectu ſortiri. Hanc inquam noſſe debet, [illegible] quæ uidet cognoſcere, & noſſe quæ dicit. atq; ſi ipſa foret illa [illegible] turam ſane ita ſeipſam. Cum uero adſint, uel ſaltem fiant ei [illegible] de pendet & ipſa, conuenit nimirum hanc quoq; [illegible] accipiat q; cognata, ut ueſtigiis ſibi impreſſis ſe accommod[illegible] ſeipſam animaduertat. Transfer ergo imaginem in [illegible] ſane idem [illegible] quæ [illegible] intelliguntur, [illegible] cum conſtet fieri no poſſe, ut intellectus [illegible] ſi quidem in ſeipſo [illegible] ipſum [illegible] mens [illegible] noticiam huic ineſſe, præſertim cum hic in ſeipſo permaneat, neq; [illegible]

Quatenus autem mente egreditur, ad externa porrigitur. Aliunde igitur e-uadit illi ſimilis, unde uenit. Aliunde rurſus quamuis diſſimilis quodammodo prodeat, tamē ibi quoque ſimilitudinē quandā retinere uidetur, ſeu agat ſiue faciat. Nempe etiā dum agit, interea contemplatur. Et cū facit, tunc ſpecies efficit, uelut intelligentias quaſdam à primis intelligentiis longo ordine ductas, adeo ut omnia intelligentiæ intellectusq; ueſtigia ſint, ſecundum exemplar primum, gradibus prodeuntia, illudq; pro uiribus imitantia, propinquiora quidem magis, poſtrema uero imaginem quandam exiguam præ ſe ferentia.

*Cum anima per uegetationem, ſenſum, imaginationem ſe porrigat foras: ſolum uero per intellectuales quaſdā ſcintillas fiat compos in ſe reflectendi: conſtat intellectum ipſum eſſe lumen perpetuo in ſeipſum per ſe reflexum.* Cap. VIII.

SI oculi angulum leuiter digito preſſeris, lumen intimum ſibiipſi protinus emicabit. Multò id facilius vberiusq; efficeret, ſi tantum in oculo lumen haberes, quantum animalia quæ nocte vident. Similiter ad ſe intellectus ipſe ſe habet. Formæ quidem in materia adeo cum materia ſunt vnitæ, vt opus vnum, vnam efficiant actiōem. Multo magis ſeminales formarum rationes in natura. Multo etiam magis intelligibiles in intellectu rationes vnitæ ſunt intellectui. Sicut radii lumini per quos intellectus & anima perſpicacius ſenſibilia cernit quàm per ſenſum. Iam vero & Auicenna & Henricus Magnus Scoti preceptor, natura Platonicus intellectuales formas in intellectu vel anima, ſiue ingenitas illi, ſiue huic acquiſitas non tam modo characterum, quàm habitus cuiuſdam naturalis ineſſe putant. Quo quidē habitu animus ad hoc vel illud facile ſeſe vertat.

QVærendum eſt præterea, quale potiſſimum intellectus intelligibile uideat, qualem quoq; ſeipſum. Forſan uero intelligibile quidem ipſum non oportet quærere tale, qualis eſt in corporibus ſiue color, ſiue figura. Priuſquam enim hæc ſint, exiſtunt illa. Atqui & ratio ſeminibus inſita hæc facientibus, non eſt hæc ipſa. Inuiſibilia enim ſunt hæc etiā ipſa natura, multoq; magis illa, eademq; eſt natura illorum, illaq; habentiū. Quemadmodum ratio quæ eſt in ſemine, atq; anima ipſa hæc habens. Sed hæc quidem quæ habet, nequaquàm inſpicit, neq; enim ipſa genuit, ſed eſt ipſa quoq; ſimulachrum, rationesq; ſimiliter ſeminales. Illud autem unde uenit perſpicuum eſt, & uerum primoq; exiſtens. Vnde & ſuiipſius eſt, & ſibi uiuit: hoc autē niſi fiat alterius, & in altero, neq; manet quidem. Imagini nanque conuenit, ut quoniam alterius eſt, & in altero fiat, niſi forſan ſit illi connexa. Quamobrem neque aſpicit, utpote quod ſufficiens non habeat lumen. Ac ſi aſpiciat, quandoquidem in alio quodam factum eſt perfectum, non ſeipſum, ſed aliud aſpicit. Cæterum nihil horum illic eſt, ſed uiſio ſimul'que uiſibile ſuum. Et tale quidem eſt uiſibile, qualis eſt & uiſio, uiciſſim'que uiſio talis, quale uiſibile. Quis nam igitur quale ipſum ſit affirmat? Certe qui uidet, intellectus uero uidet. Quoniam & apud nos uiſio ipſa cum ſit lumen, imò uero lumini copulata, uidet lumen: uidet nanque colores. Illic autem non per aliud, ſed per ſeipſum cernit, quoniam neque foras aſpicit. Alio ergo lumine lumen aliud intuetur, non certe per aliud. Lumen igitur aliud aſpicit lumen. Ipſum igitur conſpicit ſemetipſum. Hoc uero lumen refulgens in anima animum illuſtrauit.

Hoc au-

[illegible] eſt, intellectualem efficit, hoc uero eſt, ſimiliter eſt in ſeipſo atq; [illegible] lumen. Si ergo quale eſt ueſtigium luminis impreſſum animæ, tale [illegible] etiam pulchrius, maiusq; & clarius ſupernum lumen exiſtimaueris, propius iam acceſſeris ad ipſam intellectus intelligibilisq; naturã. Nam [illegible] hoc [illegible] uitam præſtitit animo clariorem, uitam inquam non genitricem. Nam econtra conuertit animum in ſeipſum, neq; diſſipari permiſit, ſed efficit, ut claritatem menti inſitam adamaret. Neq; rurſus uitam attulit ſenſualem. Hæc enim proſpicit extra: neq; propterea certius apprehendit. Sed qui lumen illud uerorum fontem haurit quaſi uidet clarius uiſibilia quàm [illegible] ratione. Reliquum eſt igitur, ut uitæ mentis ueſtigium intelle[illegible] induat uitam, ibi enim ipſa uera conſiſtunt. Atqui uita actus'que in [illegible] lumen eſt primum ſibimet primo refulgens, ſplendorq; ad ſeipſum [illegible] ſ, lucens ſimul & illuminatũ. Ac reuera intelligibile intelligens [illegible], ſibi'quemet perſpectum, neq; alio indigens quo perſpiciat, ſed [illegible] ſufficiens ad cernendum. Nempe quod uidet id ipſum eſt quod cernitur. Apud nos quoq; ferme illud idem, adeo ut cognitio ipſius apud nos per [illegible] efficiatur, alioqui unde nam de ipſo proferre poſſemus, quemadmo[illegible] uidelicet illud quidem tale ſit, quale poſſit ſeipſum apprehendere per[illegible], nos autem idem per ipſum ſimiliter ualeamus. Iam uero conſtat [illegible] argumentationes eiuſmodi, nos animum ad illud attollere, animum in[illegible] ſe eſſe illius imaginem, uitamq; ſuam circa illud imagi[illegible] ſimilitudinemq; illius, & quando intelligit, formã ſe quandam intel[illegible] deiq; ſubire. Conſtat rurſus ſiquis optauerit noſſe qualis præci[illegible] intellectus ille perfectus & omnis primoq; ſe cõprehendẽs, oportere [illegible] animum in mentẽ redigere, uel ſaltem actionem ſuam menti con[illegible] actionem inquam circa illa ſe uerſantem, quorum in ſe memoriã retinet. Animo ſane hæc habenti & ſic affecto eũ licet demonſtrare ſeipſum, qui [illegible] imaginem illum quodammodo ualeat intueri, ob uitã præcipue [illegible] expreſſiori quadam ſimilitudine referentis. Quatenus uidelicet [illegible] animæ quædam ſeipſam poteſt ad mentis ſimilitudinem reuocare.

*[illegible] ab anima inferiorum uirium motibus, ipſam eius rationalem uirtutem acceperis omnibus ſub in[illegible] corruſcantem, ſubito in hac uelut imagine contemplaberis intellectum ſicut in [illegible].*

Cap. IX.

[illegible] rationalis [illegible] naturaliter [illegible] imago mentis, vt lumen exiſtens proxi[illegible] ſoli & ſolo intellectui dependens. Quinque mundos Timæus nominat, [illegible] inducit. Mundus omniforme ſignificat ornamentum. Infimus igitur mun[illegible] in materia: longe ſuperior, qui in natura viget. Aliquanto ſublimior [illegible] formarũ quandoq; pleniſſima. Multo præſtantior qui in ratione quaſi ſpe[illegible]. Excellens qui fulget in mente. In mundo ſequente præcedentem gra[illegible] ſpeculo ſpeculabere, atque viciſſim ex ſuperiore inferiorem tanquam ex ſpe[illegible] abere.

[illegible] animam igitur ut uidetur, & quod eſt in anima diuiniſſimum cogitare debet, quid intellectus ſit cogniturus. Forſan uero hac quoq; conditione id aſſequeris. Si primo quidem corpus ab homine, præcipue à teipſo ſeiunxeris. Deinde animam id forman-

 tem.

tem. Præſertim uero ſenſum cupiditatemq; & iram, & reliquas eiuſmodi nugas tanquam ad mortale nimium declinantes. Sic utiq; reliquum animæ eſt, quod præ ſe ferre diximus imaginem intellectus lumen ipſius aliquod referuantem inſtar luminis, quod poſt ipſum ſolis globum proxime micat, circa ipſum ex ipſo refulgens. Lumen profecto ſolis penes ſeipſum & circa ipſum nemo conceſſerit eſſe ſolem. Ex quo quidem pendēs permanet circa ipſum. Aliud autem ex alio deinceps ab antecedente continue propagatur, quouſque ad nos terram'que deſcendat. Sed enim omne lumen etiam quod eſt circa ſolem quiuis ponet in alio, ne forte ſpatium quod ſoli ſubeſt corporis uacuum, concedere compellatur. Anima uero lumen quiddam eſt ex mente productum & circa mentem, menti connexum. Neque ſedet in alio, ſed extat prope mentem. Neque huic locus e.. ullus, neque enim locus eſt menti. Quamobrem ſolis quidem lumen eſt in aere. Ipſa uero anima talis eſt adeo pura, ut in ſeipſa cernatur, tum à ſeipſa, tum ab alia ſimiliter ſe habente. Et ipſa quidem anima de intellectu argumentari compellitur, qualis uidelicet ille ſit ex ſeipſa perſcrutans. Ipſe uero intellectus ſe contuetur de ſe nequaquàm argumentatus. Adeſt enim ſibiipſi ſemper. Nos autem nobis illi'que adſumus, quando conferimus nos ad mentem. Vita nanque nobis diuiſa eſt, multæ'que ſunt uitæ. Ille uero neque alia quadam uita, neque aliis indiget, ſed quas præbet non ſibimet, ſed aliis exhibet. Non enim deterioribus indiget, neque ſibimet adhibet, quod eſt minus: quippe cum habeat uniuerſum, neque prima rerum habet in ſe quaſi ueſtigia quædam: imò uero non poſſidet hæc, ſed eſt hæc ipſe. Siquis autem primam animam talem habere nequeat pure prorſus intelligentem, ſaltem aſſumat opinatricem, & inde ad ſublimiora conſcendat. Quod ſi neque id quidem poſſit, ſaltem accipiat ſenſum latiores quaſdam in ſe ſpecies afferentem. Senſum inquam etiam in ſeipſo unà cum iis quæ ualet, iamq; præditū ſpeciebus. Tum ſi quem iuuat ad inferiora deſcendere ad genitricem uim deflectat iter, & ad illa quę gignit poſtremo deueniat. Sed uiciſſim hinc aſcēdat ab ultimis ſpeciebus rurſus ad ultimas, imò uero ad primas accedens.

*In primo intellectu ſunt formæ omnium, tum ſecundum eſſentiam eædem, tum formali ratione diſtinctæ.*

## CAPVT. X.

FOrmæ rerum quoniam ibi ſunt primæ, ideo & perfectæ, modoq; perfecto. Igitur eſſentiales exiſtunt. Differunt tamen ab intellectu ratione quadam. Ille enim eſt intellectus vnus: hæ vero formæ ſunt multæ. Differunt igitur inter ſe ratione formali, præſertim quoniam intellectus eas tantum inſpicit, atque inſpiciendo diſtincte intelligit, facitq; omnia longius etiam inter ſe differentia ideſt re ipſa, locoq;, & tempore. Intelligentia ſicut & viſio eſt quaſi nixus quidam & apprehenſio atque diſcretio, quæ quidem tria etiam propria ſunt luminis atque ignis. Intellectus igitur quatenus intelligendo conuertitur in ſeipſum, hæc tria erga ſe exercet, & omnino multiplicem ſe declarat. Alioqui ſi nulla prorſus in eo differentia ſit, vel eſſe poſſit, non erit ibi quod & ad quod annitatur, nec opus applicatiōe, vel nixu. Non erit quod apprehendat, quod'ue cōprehendatur, nec opus apprehenſioñe, vel vlla quaſi partium vnione, vel ſuupſius amplexu. Non erit vllus diſcretioni locus. Hactenus Platonici. Chriſtiani vero probant intellectum primum talem formarum multitudinem non habere, quoniam per vnam ſui formam vnoq; actu intelligens omnia quatenus ſe varie participabilem ad omnia refert multitudinem non in ſeipſo, ſed extra diſponat.

ceſſarium intelligentem aliud aliudq́; accipere, atq; id quod intellectum eſt, uelut intelligentia ipſa diſcretum in ſe eſſe diuerſum, alioqui nulla ipſius erit intelligētia. Sed tactus & uelut ictus quidam ſolum talis, ut neq; dici poſſit neq; dicere, & abſq; intellectu (ut ita dixerim) præintelligat. Quippe cum nondum natus ſit intellectus, & qui illic attingit, nondum intelligat. Oportet autem intelligentem neq; ipſum quidem ſimplicem permanere, præſertim quando ſe prorſus intelligit. Diuidit nanq; ſeipſum, etiam ſi intelligentiam ſilentium eſſe quis dixerit. Præterea quod eſt omnino ſimplex, uaria nō indiget cura, per quam ſeſe apprehendat. Quid enim apprehendet, ſi quando ſe intellexerit? Prius enim quàm mente utatur ad ſeipſum intelligēdum, penes ſeipſum omnino quod eſt exiſtit. Denique cognitio ipſa deſiderium quiddam eſſe uidetur, & quaſi inuentio quædam indaginem comitās. Quod igitur nullam ad ſe intra ſe differentiam habet, undiq; conquieſcit, neq; de ſe aliquid inueſtigat: quod autem ſeipſum explicat, & euoluit, nimirum eſt in ſe multiplex.

*Cum in intellectu primo ſit numerus multorum abſolute inter ſe differentiū, neceſſe eſt ſuper hunc eſſe principium aliud ſimpliciter unum idest penitus ſimpliciſſimum.* Cap. XI.

Niſi in prima eſſentia, vita, intelligētia, inter ſe aliqua ratione differrent eſſe, viuere, intelligere, non facile in ordine rerum tria hæc tam diuerſa colent, vt eſſe quidem maxime omnium commune ſit, intelligere vero minime, viuere mediocriter. Intellectus ipſe nihil aliud eſt, quàm viſus aliquis ad primum lumen ſuum ita directus, vt viſus corporeus eſt ad ſuum. Quantumcunque perfectione corporeus viſus augeatur, ſemper lumine inferior erit. Similiter intellectus tandē conſummatiſſimus à lumine ſuo, ideſt veritate ipſoq; bono videtur adhuc eſſe ſecundus. Eſſentia tāquàm omnium communiſſima ideoq; poſt ipſam ſimplicitatem prima ſtatim ex vnitate procedit. Ac præter ipſam eſſentiæ rationem præfert vnitatis illius imaginem quodammodo ab eſſentia differentem. Item huius imaginis auxilio conuertitur ad ipſum vnum atque bonum, non intellectuali primum inſtinctu, ſed naturali potius & vitali. Ante hunc conuerſionis actum iam erat eſſentia pariter & imago. In ipſo cōuerſionis actu apparet viuens. Poſt hunc intelligens. Dum ita conuerſa ſuſcipit ab ipſo bono donum. Cumq; bonum ipſum ſit ſuper omnia ſe ad omnia æqualiter habens, non ſuſcipit illinc aliquid omnium: ſed pariter omnia, præſertim cum ſit proximum ſuſceptaculum. Fit igitur forma hinc omniformis, ideales rerum formas habens inter ſe abſolute diſtinctas. Vnde poſt ſe procedit diſtinctio longe maior. In eodem momēto multiformis & intellectus efficitur. Intellectus deniq; cum multitudinem rerum abſolute differentium ſecum ferat, merito à ſimpliciſſimo quodam principio ſuperiore dependet.

HIc igitur intellectus multiplex euadit, quando ſupernum nititur intelligere. Tunc enim nitens ad ipſum dum ſe illi tanquàm ſimplici applicare conatur, ab ipſa protinus illius ſimplicitate prolabitur, aliud ſemper accipiens in ſeipſo multiplicatū. Quapropter exorſus quidem eſt inde non tanq̄ intellectus, ſed uelut aſpectus nōdum uidens. Progreſſus aūt eſt inde, quod interea multiplicauit in ſeipſo reportans. Ideoq́; aliud indeterminate deſiderauit, habens in ſe nōnihil ipſius imaginariū. Sed tandē inde procedēs reportauit aliud, quod ipſe multū reddidit in ſeipſo. Iā uero habet in ſe rurſus quādā ſpectaculi ipſius figurā, alioqui nunquàm exponeretur ad hoc ipſum ſuſcipiēdū. Sic itaq; ex uno multiplex iam euaſit. Atq; ita uelut iam intellectus ſeipſum animaduertit, factusq́; tūc eſt aſpectus deniq; uidēs. Id aūt eſt tunc demū intellectus quādo poſſidet, & tanquàm intellectus habet. Ante hac uero deſideriū tantū, & aſpectus informis.

mis. Hic igitur intellectus ſeipſum intendit in illud: adeptus uero iam intelle
ctus euaſit. Semper autem afficitur efficiturq́; eſſentia: item intellectus intel-
ligentiaq́; poſteaq̃ intellexit: ſed prius non erat intelligentia, quando intelli
gibile non haberet, neq; dum intellectus cum nondum aliquid intelligeret.
Quod autem ſuper hæc extat, horum principium eſt: non inſitum inquam
his principium, ipſum nanq; principium à quo hæc fiunt, his minime ineſt,
ſed elementa ex quibus conflantur inſunt: id autem à quo ſingula fiunt, non
eſt aliquid ſingulorum, ſed ab omnibus alienum: non igitur eſt unũ aliquid
omnium, ſed ante omnia. Igitur & ante mentem, nam intra mentem ſunt o-
mnia: ideoq́; hac inſuper ratione eſt ſupra mentem. Quinetiam ſi quæcunq;
ſunt poſt ipſum, omnium habent ordinem, & ſic quoq; omnibus eſt ſuperi-
us, nimirum oportet nullum eorũ quibus eſt ſuperius eſſe. Ipſum ergo men
tem non appellabis, ſed neq; etiam ipſum bonum, ſi forte ipſum bonum u-
nũm aliquid ſignificet omnium: ſin autem ſignificet ſuper omnia, ita liceat
appellare. Quamobrem ſi intellectus quatenus euadit multiplex, fit intelle-
ctus, atq; ipſa intelligentia ſui etiamſi ex ipſo procedat, tamen uelut acceden
do multiplicat, oportet quod eſt omnino ſimplex omniumq́; primum, eſſe
mente ſuperius: etenim ſi intelligat, nequaq̃ ſuperius intellectu, ſed intelle-
ctus erit: præterea ſi intellectus erit, erit etiam multitudo.

*Agit contra illos qui in primo rerum principio eſſentiam quidem unam ponunt, actu uero multos inter ſe abſolute diſtinctos.* Cap. XII.

AVt enim eſſentia & actus inter ſe differunt, aut non: ſi differunt, eſſentia ſecundum ſe
imperfecta eſt, videlicet perficienda per actum: ſi nullo modo differunt, ſicut actus eſt
multiplex, quia videlicet abſolute multiplex, ſic & multiplex eſt eſſentia. Argumen-
tatio hæc Plotini ad diuum Thomam Trinitatem relationibus diſtinguentem, nihil pertinet:
Vtrum vero Scotum tangat, ſui viderint & reſpondeant: ſpero enim optime reſponſuros. Su
per multitudinem neceſſario vnum eſt, ac ſuper vnum aliquid eſt ipſum ſimpliciter vnum.
Quoniam igitur eſſentia, vita, intelligentia eſt aliquid vnum, ideſt vna eſſentia, vna vita, vna
intelligentia, ideo Plotinus his anteponit ipſum abſolutiſſime vnum, quod nullo actu vel af-
fectu medio procreet omnia, ſed ipſomet ſimplicitatis abſolutiſſimæ ſtatu. Plotinus de deo
negat omnem eum numerum, qui naturam multiplicat, compoſitamq́; declarat. Relationũ
vero numerus apud Chriſtianos inuentus id minime facit. Negat certe omnem numerum,
qui eſſe poſſit in entibus, & qui definiri. Numerus vero in diuina vnitate poſitus à Chriſtia-
nis non eſt in entibus: neque enim in prædicamentis vllis, neque in tranſcendentibus reperi
tur. Tum vero quicunque fingatur, non eſt ille. Neque eſſentiarum numerus eſt, neque for-
marum vel qualitatum vel ſimilium. Ac ſi dixeris perſonarum, diuina id autoritate dices: ve-
runtamen quid velis, explicare non poteris. Similiter ſi dicas proprietatum. Et qui inquit re
latione diſtingui, ipſemet fatebitur, myſterium ſic illud ſe non aſſequi. Item qui dixerit ab-
ſolute differre, id definire verebitur. Myſterium denique diuinitati credendum. Quod & Ni-
colaus Græcus philoſophus defendit ſtrenue contra Proclum.

OBiiciet autẽ ſic forte aliquis: Quid nam prohibet ipſum ſic mul
titudinem eſſe, modo una interim ſit eſſentia: multitudo enim
non compoſitionẽ huic inducit, actus enim quidam ipſius ſunt
multitudo. Sed huic ita reſpondeatur: Si actus quidem eius non
ſunt eſſentiæ, ſed ex potentia quadam prodit in actum, non multitudo qui-
dem erit, ſed erit nihilominus imperfectum, quantum ad eſſentiam ſpectat,
anteq̃ agat: Sin autem eſſentia ipſius eſt actus, actus uero eſt multitudo, tam

multiplex eius eſſentia erit, q̃ multiplex eius eſt actus. Hoc autem mēti quidem cōcedimus, cui ſuiipſius cognitionem attribuimus, omnium uero principio minime: neceſſarium enim eſt ante multitudinē eſſe unum, à quo multitudo proueniat: omni nanq; numero prius eſt unum. Sed obiicient hic aliqui, in numero quidem ita ſe rem habere: quippe cum quæ ibi deinceps ſequuntur unum, compoſitiones quædam ſint: in ordine uero rerum neceſſarium non uideri unum exiſtere, à quo multa proficiſcantur. Sed his ita nos reſpondebimus: Si rerum ordini non præſit unum, multa inter ſe fore diſperſa, aliudq; aliunde ſorte quadam in congeriem concurſurum. Proinde afferent ex uno quodam intellectu in ſe ſimplici actus progredi multos: ueruntamen id quod ante hos actus exiſtit, eſſe ſimplex aſſeuerabunt: deinde cognoſcent actus ſemper exiſtentes eſſe ſubſtantias quaſdā ſiue ſuppoſita quędā: cū uero ſuppoſita quędā ſint, nimirū diuerſa erunt ab eo à quo procedūt, manente quidē illo ſimplici dū quod procedit ab eo, multitudo quędā in ſe euadit, pendetq; ex illo. Quòd ſi illo quodammodo operante actus eiuſmodi inde ſubſiſtunt, illic quoq; multitudo continget: ſin autem hi ſunt actus primi ſecundum quiddam conſtituentes, nihil prohibet illud actibus his ſuperius in ſeipſo conſiſtere: ſecundo autem ipſi proxime inde mananti ex actibusq; compoſito, actuum numerum aſſignari: aliud nāq; ipſum eſt, aliud ſunt actus ab illo: quoniam illo non agente proueniunt: alioqui intellectus non erit actio prima. Non enim ipſum unum exoptauit quidem primo mētem fieri, deinde facta mens eſt quaſi affectus eiuſmodi uelut medius interuenerit inter genitorem ipſum mētemq; inde naſcentem: neq; enim illic affectus eſt ullus: ſic enim & exoptans ille imperfectus foret, & ſtudiū eius nondum quod optat prorſus haberet: neq; rurſus partim quidem uoti compos eſt, partim uero non compos, quippe cum nihil ſit uſquam ad quod flectat affectū: ſed profecto ſi quid poſt ipſum ſubſtitit, manente illo in habitu proprio, ſubſtitit. Oportet itaq; ut aliud quiddam inde ſubſiſtat, illud prorſus in ſeipſo quieſcere: alioqui ante moueri mouebit, & ante intelligere intelliget, uel ſaltē primus illius actus imperfectus erit: quippe cū impetus aliquis tantum ſit futurus. Sed ad quid nam ſic ferri poteſt: quid'ue nuper aſſequi? Iam uero ſecundum rationem potius licet aſſerere actum quendam ab illo conſiſtente profluere, ſicut à Sole lumen: intellectum ſcilicet omnemq; naturam intelligibilem. Ipſum uero in ſummo intelligibilis mundi uertice conquieſcēs in eo regnare nō ſegregans à ſeipſo, quod inde micat: uel lumē aliud ponemus ſuper lumen, quod quidē ſemper manēdo intelligibili fulgeat: quod enim ex ipſo micat, neq; ſegregatur ab illo, neq; rurſus eſt idem: neq; etiam tale eſt, ut non ſit eſſentia, uel quaſi quiddam cæcum: ſed uidet quidem cognoſcitq; ſeipſum, primumq; cognoſcens eſt. Illud autem quemadmodum eſt ſuperius intellectu, ſic eſt & cognitione ſuperius. & ſicut nulla re indiget, ſic neq; etiam eget cognitione: ſed ipſa cognitio collocatur in natura ſecunda. Cognitio enim unum aliquid eſt, illud autem unum ipſum eſt, non aliquid unum. Si enim unum aliquid eſſet, non amplius eſset ipſum unū: quod

enim

ſecum habitans, & in ſeipſum uergens intelligendo: quandoquidem & ipſa conſenſus multi alicuius eſt ſenſus, quod quidem nomen ipſum quoq; teſtatur. Tum intelligentia cum ſit prior, ipſum intelligentem utpote multum intus in ſe reflectit. Etenim ſi hoc ipſum ſolum dicat, equidem ſum ens, tanquam inueniens hoc ipſum dicit, dicitq; cõuenienter: ens tanq; multũ eſt. Nam & quãdo tanq̃ in aliquid ſimplex tendat, dicatq; ſum ens, nõ cõſequitur uel ſeipſum, uel ens & uerum. Non enim tanq̃ lapidem dicit ens, quando uere dicit, ſed dictione una multa pronuntiat: hoc enim eſſe quod reuera eſt eſſe, neq; tanq̃ ueſtigium entis habens appellatur, quale neq; eſt ens, ideoq; dici debet uelut imago quædam ad exemplar, proculdubio in ſe multa complectitur. Quid ergo? Num unumquodq; ipſorum nequaq̃ intelligetur? Profecto ſi ſemotum atq; ſolum uelis accipere, non intelliges. Sed ipſum eſſe in ſe ipſo multum eſt: atq; ſi aliud quiddam præterea dixeris, habet eſſe. Quod ſi ita ſe habet, ſi quid eſt omnium ſimpliciſſimum, non habet ſuiipſius intelligentiam: ſi enim habeat, habebit quoq; quodammodo & alicubi eſſe: neq; igitur ipſum intelligit, neq; ulla alicubi eſt ipſius intelligentia.

*Quoniam intellectus non excludit multitudinem, quam excludit ipſum unum, ideoq; unum ipſum tanq̃ ſimplicius eſt eminentius intellectu: conſequens eſt, ut per intellectum apprehendere & explicare ipſum [illegible] leamus.* Cap. [illegible]

LOquimur tamen de illo, ut Parmenides & Dionyſius ait, per negationes atque [illegible]: ipſum enim habemus quodammodo, quatenus unitatem quandam habemus [illegible] noſtræ caput, unitatis diuinæ characterem: qua tunc diuinam attingimus [illegible], quando mente noſtra formati ſumus, per'que hanc mente diuina à nobis alienati, [illegible] quaſi iam vates.

QVo igitur modo de illo nos dicimus? Certe de illo quidem aliquid dicimus, ipſum tamen minime dicimus: neq; cognitionem neq; intelligentiam illius habemus. Sed quo nam paƈto de illo loquimur, ſi non habemus illud? Quia etſi non habemus illud cognitiõe, nõ tamen propterea nullo modo illud habemus: ſed habemus ita, ut de eo quidẽ loqui poſſimus, ipſum uero eloqui minime ualeamus: quod enim non eſt, pronuntiare ſolemus: quòd autem ſit, nequaq̃: quapropter ex poſterioribus uerba de illo facere conſueuimus. Habere tamen ipſum nihil prohibet, q̃uis explicare non ualeamus. Iam uero quemadmodum hi qui diuinitus afflantur atq; rapiuntur, animaduertunt quidem ſe grandius aliquid in ſe habere, q̃uis quid illud ſit minime nouerint: ex quibus autem concitati ſunt etiam loquuntur, atq; ex his ſenſum quẽdam mouentis accipiunt, cum ipſi ab eo diuerſi ſint qui concitauit: ſic & ipſi ad illud nos habere uidemur, quoties mentem puram adepti ſumus, qua freti uaticinamur. Hunc quidem eſſe intimum intellectum, qui autor eſt eſſentiæ, aliorumq; generis eiuſmodi, ue eiuſdẽ: illum uero non eſſe hæc prorſus agnoſcimus, ſed præſtantiorem quiddam eo quod ens appellamus, & amplius maiusq; hoc ipſo quod unum nominamus: quoniam ſuperior ille præſtantior eſt ſermone, ratione, mente, ſenſu: hæc quidem præbens, non tamen hæc exiſtens.

*[illegible]* Cap. [illegible]

V[illegible] ſicut à natura nec oculos habente nec pedes, ſed præſtantius aliquid, oculi gene[illegible] atque pedes: ſic ab ipſo vno non habente propriam eſſentiæ, vitæ, mentis, intel[illegible] formam, ſed aliquid eminentius, iſta fiunt. ſed quomodo ſtatim à ſimpliciſſi[illegible] Quoniã quod ab ipſa vnitate creatur, eſt quidem aliquid, nec tamen eſt ipſa: [illegible] multitudo quædam. Eſt & vnum aliquid, ſed minus vnum quàm ipſa, ergo [illegible] habet illius aliquid, ſimulq; ab illa degenerãs, multiplex iam euadit. Quicquid eſt [illegible] eſt aliquo modo compoſitum atque tum ipſa ſigillatim vnitate paruũ, tum mu[illegible] virtute ſuum eſſe accipit, & conſeruat in eo. ipſum ergo primum merito eſt vnũ [illegible] Nec vnitatis ipſius ratio atque entis eſt eadẽ: vnitati enim opponitur multitudo, enti [illegible] Nec ratio entis ſuperior eſt vnitate: alioqui vnitas participatione entis forẽt [illegible] par eſt vnitati alioqui ens non fieret vnum. Eſt igitur vnũ [illegible] quod vero eſt ipſa (vt ita dixerim) ſupremitas atque primitas: ſiquidem ra[illegible] ſimplicitatis eſt eadem. Quo vero ſimpliciora in quouis genere ſunt, eo prio[illegible] Multitudo autem proxime naſcens ex vnitate, omnium atque prima eſt & [illegible] multitudo, & ſecum vnitatem [illegible]: ideo in qualibet eius forma cunctæ [illegible] quodãmodo comprehenduntur. Eſt igitur diuina mens vnum omnia. Ab hac [illegible] non tam eſt vnum omnia, q̃ vnũ multa. Non negat omnino Plotinus in primo [illegible] eſſe ibi diſtincta, ſcilicet rationibus abſolutis. Vnde rationibus relatiuis conſi[illegible] diſtinctio poteſt. ſed in ſecundo diſtinctionem formarum ponit rationibus abſo[illegible] inter ſe differentium.

[S]Ed quo nam modo talia præbet? Nunquid habendo hæc, an potius non habendo? Sed quæ non habet, quo nam pacto præbuit? Sin uero habet, non eſt ſimplex. Si ergo non habens hæc tradidit, quo nam modo ex ipſo multitudo profluxit? Vnum [illegible] ex ipſo ſimplex effluere aliquis forte conceſſerit: quàmuis & hoc in[illegible] requireretur, quomodo id etiam ex eo quod omnino unum eſt, ueniat. [illegible] licet dicere ſic, id ex ipſo profluere, ſicut ex lumine circa ſe emi[illegible]. Sed quomodo multa ſint ab eo, ultra quæretur. Sed certe quod [illegible] non debuit eſſe idem atq; illud. Si ergo non idem, & certe non meli[illegible] melius uno, uel omnino ſuperius? Ergo deterius illo, id autẽ eſt indigentius. Verum quid nam eſt indigentius uno, niſi quod nõ unum? Hoc igitur eſt iam multa, deſiderat tamen unum. Eſt igitur unum multa. I[illegible] unum ſeruat omne quod nõ eſt unum: idq; omne eſt, quicquid eſt [illegible]. Niſi enim fiat unum quis ſit ex multis, non poteſt aliquis id ens appellare. Tametſi poſſit quodlibet ſingulatim quod eſt dicere, ex eo quod [illegible] unumquodq; ſitq; in ſe quodammodo idem. Quod autẽ in ſe multa [illegible], iam nõ participatione unius eſt unũ, ſed ipſum unum exiſtit, neq; [illegible]. Conſtat aũt id ipſum eſſe, à quo habent & reliqua unitatem: partim [illegible] propius, partim uero remotius. Quòd uero hoc quidẽ illi proximũ [illegible] in ſe idẽ ſit, atq; ſit poſt ipſum, patet propterea, quòd multitudo hu[illegible] aliquid eſt ubiq;. Cum enim multitudo ſit, in eodem tamen exiſtit, neq; diſcernere licet: quoniam & cuncta ſimul exiſtunt. Quinetiam quodlibet eorum quæ ſunt ab ipſo, quatenus uitæ participat, eſt unum multa: non enim poteſt ſeipſum oſtendere uelut unum omnia: ipſum uero unde hoc [illegible] eſt unum omnia. Quoniam à magno principio ducitur. Principium [illegible] eius eſt ipſum re ipſa uereque unum. Quod autem ex principio ſequitur, ita quodammodo prægnante exuberanteque uno fit omnia, ſed interim particeps eſt unius: & quicquid eſt in eo, eſt omnia rurſus & unum. Quæ nam igitur omnia? Nempe omnia quorum illud eſt principiũ.

Quomodo

Quomodo autem illud omniũ principium eſt? Nunquid ex eo quod unum ipſum illa conſeruat, dum uidelicet efficit, ut quodlibet eorum ſit unum? An etiam quia procreauit illa? Sed quomodo? Nunquid ex eo quod prius habebat illa? Verum dictum iam eſt, illud ita multa futurum. Sed profecto ſic habet omnia, tanq̃ nondum inter ſe diſcreta. Quæ uero in ſecundo ſunt, ratione inter ſe diſcernuntur, actu enim cernuntur: illud autem omnium eſt poteſtas. Sed quis nam potentiæ modus? Non enim ita eſſe in potentia dicitur ut materia, quia capiat: patitur nãq; quod ſuſcipit, atq; ita oppoſito modo ſe habet potentia ad id quod eſt efficiens. Quo igitur modo facit quæ non habet? Non enim utcunque contigit, feciſſe putandum; neque etiam ſecum animo reputans quid facturum ſit, mox ita facit. Dictum ergo iam eſt, ſi quid ex uno manat, aliud quiddam eſſe præter illud: aliud uero exiſtens, non eſt unum, id enim erat illud. Si autẽ non unum, duo igitur, neceſſarioq; iam multa: etenim in ſe iam habet alterum, atq; idem, & quale, & reliqua. Atqui quod inde pendet, non eſſe unum ipſum, quod pertinet ad ſuperius, demonſtratum iam forte uidebitur. Quòd autem multitudo ſit, multitudo talis qua[illegible]ri conſpicitur, adhuc eſt dubitandum: atq; neceſſitas ob quam ſe[illegible] inde procedat, eſt ulterius indaganda.

*Quò præſtantior cauſa eſt, eò plura facit. Primũ igitur efficit omnia. Item in quouis genere primum eſt ſimpliciſſimum. Omnium itaque primum ita ſimpliciſſimum eſt, ut non ſit certa quædam res ſimplex, ſed ipſa ſimplicitas.* Cap. XXVI.

ITem ſicut natura genitrix corporis, non eſt corpus: ſic intellectus pater animæ, non eſt anima: ſic bonum intellectus ipſius pater, non eſt intellectus, nec intelligibilis mundus, ſed ſimplicius atq; ſublimius. Similiter excellentius ente: entis enim proprietates ſunt, ſtatus atque motus. Moueri autem appetitur, non ſimpliciter, ſed ad bonum. Stare quoque non ſimpliciter, ſed in bono. In ipſo igitur ente ſtatus, motus, uita, intelligẽtia, non ſunt ipſum bonum, ſed aliquid boniforme, quatenus ad ipſum bonum uergunt, implentur eo, & in eodem ſummopere conquieſcunt.

OPortere quidem aliquid eſſe poſt primũ, alibi nobis eſt dictum: atq; omnino poteſtatem eſſe, poteſtatem inquam inæſtimabilem, idq; ex aliis omnibus aſſeuerãdum eſſe, quoniam nihil ſit uel inter infima quod non habeat potentiam generandi. In præſentia uero dicendum eſt, inter illa quæ gignuntur, non patere ad ſuperiora, ſed ad inferiora proceſſum: atq; id quidem ita, ut in maiorem gradatim multitudinem procedatur: ideoq; principium ſingulorum ſit ubiq; ſimplicius, idemq; in ſe manens, dum datur in plura progreſſus. Quamobrẽ quod mundum ſenſibilem procreauit, non eſt ſenſibilis mundus, ſed intellectus intelligibilisq; mundus exiſtit. Ideoq; ſimiliter quod eſt intelligibili mundo ſuperius eiusq; origo, neq; intellectus eſt, neq; mundus intelligendus, ſed ſimplicius intellectu, ſimplicius intelligibili mũdo. Non enim multum ſit ex multo, ſed multum hoc ex non multo procedit. Si enim illud quoq; ſit multum, principium profecto non erit, ſed aliud quiddam ſuperius illo. Colligenda itaque cuncta ſunt ad ipſum quod uere ſit unum extra omnem numerum & quamlibet ſimplicitatem, ſi modo reuera ſit ſimplex, & in eo tandem ſiſtendus nobis eſt gradus. Conſiderandum præterea qua ratione quod factum eſt

hæc effecit, & quomodo fecit, quod'ue nihil ipſo præſtantius nobis occurrat, non procedet ad aliud rationis noſtræ diſcurſio, ſed reſoluetur ibidem. Veruntamen altius nobis progrediēdum eſt, tum ob alia multa, tum etiā quia ſufficientia huic ex cunctis accumulata pendet extrinſecus. Vbi profecto unumquodq; in ſe eſt indigum, tum etiam quia unumquodq; eiuſdem unius eſt particeps, participatq; unius, utpote quod non ſit ipſum unum. Quid nā igitur illud eſt, cuius hoc eſt particeps? Quod quidem efficit, ut hoc ſit, ſimulq; ſit cuncta. At enim ſi facit, ut unumquodq; ſit, uniuſq; præſentia multitudo ſequentis huius euadit ſufficiens, ipſum uidelicet eſt origo eſſentiæ omnis atq; ſufficientiæ, ipſum inquam eſſentia non exiſtens, ſed & hac ſufficientia ipſa ſuperius. Dic age, num ſatis hæc nobis faciant, liceatq; iam quæſtionibus finem imponere? An potius animus adhuc nobis quaſi parturiens ultra uexetur? Et certe nunc uehementius ſtimulatur. Forſan igitur oportet animum iam noſtrum parare ad ipſum ardentius concitatum, multis quaſi ſi parturientis doloribus agitatum. Veruntamen nonnullis iterum quaſi magorum carminibus præſtat opitulari, ſiquem modo cantu inuenerimus huic partui conferentem. Forſan uero ex his quæ dicta ſunt ſiquis incantauerit ſæpius, id deniq; conſequemur. Sed quis nam alius quaſi nouus eſt cantus? Nempe cantus ipſe ſupergrediens omnia uera, quorum ipſi participes ſumus, aufugit protinus, ſiquis dicere excogitareq; uelit. Siquidem neceſſe eſt, cogitationem, ut aliquid dicat, aliud interim aliudq; aſſumere. Vbi certe in quadam diſcurſione uerſatur. At in eo quod ſimplex eſt omnino, nullus poteſt eſſe diſcurſus. Sufficit autem modo quodam intellectuali illud attingere. Oportetq; attingentem ipſum dum attingit, omnino neq; poſſe quicquam loqui, neq; otium habere dicendi, ſed poſterius de ipſo ratiocinari. Credendum uero eſt tunc demum nos uidiſſe illud, quando animus repente lumen acceperit. Hoc etenim hoc inquam lumen ab ipſo bono manat. Hoc eſt ipſum bonum. Tunc certe putandum eſt id nobis adeſſe, quando tanquam deus alius inuocante aliquo domum intrans, prorſus illuminat: alioqui niſi intrauerit, non illuminat. Sic itaq; anima uacua lumine eſt, & uacua deo. Illuminata uero, habet iam tota quod mente petebat. Hic certe hic finis eſt animo uerus, lumen ſcilicet illius accipere, & ipſum ipſo perſpicere, non alterius aliquo lumine contueri, ſed per ipſummet aſpicere, quod & ſuſpicit. Per quod enim illuminatus eſt, idipſum eſt nobis perſpiciendum. Neq; enim Solem per lumen alienū intueri ſolemus. Verum ſi quæras, qua id ratione conſequi poſſis, omnia prorſus è medio tolle.

MARSI.

## IN LIBRVM, QVOMODO QVOD EST POST PRIMVM fiat à primo, atque de vno.

### ANNOTATIONES.

*Res in uniuerſo inter ſe diuerſæ concordiam, ordinem, unionem inuicem non haberent, niſi omnes proficiſcerentur ab uno.* Cap. I.

QVod quidem tandem non ſit vnum hoc aut illud, ſed ipſum ſimpliciter vnũ, quod rurſum propter ipſam ſummam ſimplicitatem habet vt ſit primũ, ſuffi cientiſſimum, potentiſſimum. Eſt autem ipſa omnium poteſtas, per quam cætera ſunt potentia ad agendum: quæ quo potentiora, eo plura faciũt. Vnde apparet ipſam poteſtatem primam omnia facere, habere imperium omnium vbique latiſſimum, eſſe omnibus omnium præſentiſſimam.

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER IIII.

## QVOMODO QVOD EST POST PRIMVM fiat à primo, atque de uno.

QVicquid præter primum eſt, neceſſariũ eſt ab ipſo primo pẽdere, atq; id quidem uel proxime, uel ſaltem per media quædam. Eſſeq; ordinem ſecundorum quorundam & tertiorum. Vbi certe quod ſecũdum eſt, reducatur ad primum: quod uero tertium, ad ſecundũ. Oportet enim aliquid ſuper omnia eſſe, idq; ſimplex omnino diuerſumq; ab omnibus in ſeipſo conſiſtens, neq; mixtũ ſequentibus rurſuſq; alio quodam pacto, cęteris facillime pręſens. Quod & uere ſit unũ, non ita quidem ut alterum quiddam primo in ſe ſit, deinde ſit & unum: ſic enim de hoc unum ipſum falſo prædicaretur. Id ipſum pręterea neq; ſermo ſiue ratio neq; ſcientia ulla prorſus attingit, quod etiã eſſentia ſuperius iudicatur. Niſi enim omnino ſit ſimplex ab omni prorſus concurſione & compoſitiõe ſemotũ, penitusq; unum, principium eſſe nõ poterit. Quippe cum ob ipſam ſummam duntaxat ſimplicitatem ſufficientiſſimũ eſſe queat omniumq; primum. Nempe & quod nõ eſt primũ indiget eo, quod eſt ante ipſum, & quod non eſt ſimplex, his indiget, quæ in ipſo ſimplicia ſunt, ut ex eis cõſtituatur. Iam uero quod tale cẽſetur, unum tantũ eſſe unicũq; oportet. Si enim aliud quiddã eſſe dicatur eiuſmodi, ambo erunt penitus unũ. Non enim duo hæc eſſe duo quædã corpora dicimus, uel ipſum unũ primum eſſe corpus: ſiquidem nullum corpus eſt ſimplex. Item corpus omne fit, ideoq; principiũ eſſe non poteſt, quippe cũ principium ſit ingenitũ. Cum igitur principium corporum eſſe nequeat, ſed uere ſit unũ atq; unicum, nimirũ illud ipſum exiſtit primũ. Siquid igitur aliud quiddam ſit præter primum, nequaquàm erit ſimplex. Erit igitur unũ multa. Vnde nam igitur hoc pendet? Profecto pendet à primo. Non enim talia fortuita quadam ſorte contingunt, atq; concurrunt. Neq; ſic quidẽ illud omniũ eſſet principiũ. Quo nã igitur pacto omne aliud fit à primo? Profecto ſi primũ eſt perfectum & omnium perfectiſſimum, primaq; poteſtas, oportet eſſe rerũ omnium potentiſſimũ, cæteraſq; potentias quatenus poſſunt, illud pro uiribus imitari. Quicquid aũt ex aliis ad perfectionem ſuã peruenit, cõpertum habemus, iam aliquid generare, neq; poſſe in ſeipſo ſterile cõquieſcere, ſed aliud ex ſe quicq̃ facere. Neq; id ſolũ in his quæ electione quadã agunt, exploratũ habemus, uerũ etiã quęcunq; abſq; electiõe

naſcuntur, & gignunt: & quæ carent anima, ex ſuis nonnihil cæteris quoq; tra-
dere quoad poſſunt. Sic & ignis calefacit, ſic & nix ſimiliter frigefacit. Phar-
maca etiam ueneficiaq; in aliud agunt ad naturæ ſuæ ſimilitudinẽ. Sic omnia
deniq; primũ principiũ imitantur ad perpetuitatẽ bonitatemq; cõplendam.
Cum igitur ſic natura comparatũ ſit, qua nã ratione credendũ eſt, ipſum o-
mnium perfectiſſimũ, atq; primum bonũ, in ſeipſo tantũ ſe quaſi per inuidiã
detinere? Aut forte ſeipſum propagare non poſſe, quod ipſa poteſtas omniũ
eſſe reuera cẽſetur. Deniq; ſi nihil procedat ab illo, nõ poterit eſſe principiũ.
Quamobrẽ oportet aliquid ab ipſo fieri, ſi modo ſit aliquid præter ipſum, ſi-
atq; quicq̃ ab eis quæ ab ipſo fiunt. Quod enim quædã ab eo proxima ſint, ne-
ceſſitas ipſa demonſtrat. Tum uero neceſſarium eſt, quod reliqua gignit, eſſe
ſequentium præſtantiſſimum. Præterea quod proxime inde gignitur, ſecun-
dumq; obtinet locum, cæteris eſſe præſtantius.

*Intellectus dependet ab intelligibili ferme, ſicut uiſus à uiſibili, ideo non eſt primum.* Cap. II.

TAngit hic duplex intelligibile. Vnum coniugatum cum intellectu. Alterum uero ſuperi-
us. Conſidera in oculo animalis die nocteq; per ſe videntis, ſubſtantiam oculi quan-
dam, & ab ea virtutem videndi pendentem. Quæ per ſe informis quidem eſt, formatur
autem à ſubſtantia lucida coniugata ſibi. Talem cogita intellectum etiam primum, qui per
ſe conſpicit, perinde ac ſi oculus quidam luciſſimus digito quodammodo preſſus ſeipſum
intueatur. Iam vero in intellectu primo ſua ipſa ſubſtantialis vnitas eſt, ipſum intelligibile
ſuum. Vnde pendet intelligendi virtus, ad ipſum conuerſa, & inde formata. Virtus intelligen-
di vnà cum conuerſione eſt indefinita duitas. Sed definita per ſuum intelligibile, euadit intel-
lectus in actu & omniformis idea. Hinc quoque conuertitur per ſuam vnitatẽ ad ipſum ſim-
pliciter vnum. Quod etiam intelligibile præſtantius nominatur. Quod Plotinus hic non o-
mnino priuat cognitione, ſed intellectuali duntaxat.

SI igitur qui generat, ipſe intellectus eſſet, oporteret ſane quod
inde primo gignitur, eſſe inferius intellectu, propinquius tamẽ
atq; ſimilius. At quoniam quod primo gignit, eſt intellectu ſu-
perius, iccirco quod primo gignitur, neceſſario eſt intellectus.
Sed cur nam primus ille genitor non eſt intellectus? Quoniam intellectus i-
pſius actio intelligentia eſt, intelligentia inquam, ſpectans intelligibile ad i-
pſumq; cõuerſa. Et ab eo uelut definita atq; conſummata, ſuapte quidẽ natura
indefinita tanquàm uiſus ſed ab intelligibili definita. Quamobrem ſicut tra-
ditum eſt, ex indefinita duitate atq; uno ſpecies numeriq; gignuntur. Id au-
tem eſt intellectus, itaq; non ſimplex eſt: ſed multiplex compoſitionẽ quan-
dam præ ſe ferens, quamuis intelligibilem, multaq; iam conſpiciens. Hic ue-
ro & ipſe eſt rurſus intelligibile, ſed & intelligens. Ideoq; iam eſt duo. Eſt &
aliud præter hoc rurſus intelligibile. Sed quo nam pacto ab intelligibili intel-
lectus hic dependet? Nempe intelligibile in ſeipſo cõſiſtens neq; ſic egenum
ſicut eſſe ſolet, quod uidet atq; intelligit. Egenũ inquã, quod intelligit, ite-
rum ad intelligibile ſpectat, illud inquam in ſe quieſcens non eſt quaſi ſenſu
uacuum, ſed ſunt ipſius omnia, & in eo & unà cũ eo ſuiipſius omnino diſcer-
nendi cõpos. Item uita in ſeipſo, cunctaq; in eo, atq; animaduerſio ſui ipſum
met exiſtit, tanq̃ cum quodam ſenſu ſuiq; conſenſu in ſtatu perpetuo, & intel
ligentiã quadã aliter ſe habente q̃ intellectus ipſius intelligẽtia. Siquid igitur
illo in ſe manẽte gignitur, id prorſus generatur ab illo, quãdo illud potiſſimũ
id ipſum quod eſt, exiſtit. Manente itaq; illo in habitu proprio, ex ipſo qui-
dem

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER V.

## QVOD INTELLIGIBILIA NON SVNT EXtra intellectum, item de ipſo bono.

AN fore quenquàm putamus, qui mentem ueram atq; exiſtentem exiſtimet aliquando mentituram, resq; re uera non exiſtentes opinaturam? Certe nemo. Quæ enim ratione mẽs illa foret, ſiquando (ut ita dixerim) dementiret. Oportet igitur eam ſemper cognoſcere: neq; hanc tanquàm obliuioſam aliquando quicquam latere. Cognitionem uero huic ineſſe non tanquàm imaginanti uel ambigenti, uel rurſus tanquàm ab alio mutuanti. Non igitur quaſi per demonſtrationem quandam perpendere debet. Nam & ſiquis nonnulla per demonſtrationem comparare conceſſerit, idem tamen non negabit aliquid interea menti per ſe notum eſſe, tametſi ratio uera dictat huic omnia ſemper natura eſſe perſpecta. Iam uero quęrendũ eſt, quo pacto quiſpiã diſtinguere poſſit. Quæ nã ſint, quæ per ſe naturaliter ei nota ſint, quæ uero quæſita. Item quæ concedent aliqui, menti per ſe cognita eſſe, unde nã dicent horũ certitudinẽ adeſſe mẽti? Vnde nã mens eiuſmodi perſpicue hinc credere poterit, ita potiſſimũ ſe habere, quoniã & circa illa, quæ ſenſibus offeruntur, quorũ fides certior eſſe uidetur dubitari ſolet, ne forte non tam in ſubiectis rebus, quàm in paſſionibus quibuſdam naturam habeant apparentẽ. Vbi certe mentis iudicium uel ſaltem cogitationis exigitur. Nam & ſi forte concedatur naturas eorũ quę ſentiuntur rebus ſubiectis ineſſe, quas percipit ſenſus, quod tamen cognitum eſt per ſenſum, imago quædam rei eſt, neq; rem ipſam ſenſus apprehendit. Foris enim res ipſa manet. Intellectus autem cognoſcẽs & intelligibilia ipſa cognoſcens, ſi hæc tanquàm alia quædam præter ipſum exiſtentia nouit, quo nam pacto in hæc incidit? Fieri enim poteſt, ut in ea non incidat. Ideoq; ut non cognoſcat, accidere poteſt. Vel forſan tunc demum quãdo incidit ſtatim nouit, neq; ſic quidem notitiam ſemper habebit. Proinde ſiqui forte dixerint, intelligibilia eſſe intellectui cõiugata; reliquum erit quærere, quid nam id coniugium ſibi uelit. Præterea ipſæ intelligentiæ figuræ quædã erunt, quod quidẽ ſi ita ſit, erunt & aduentitiæ & pulſationes quædã. Quo autem modo figurabitur intellectus, aut quæ potiſſimũ taliũ erit forma? Intelligentia denique ſicut & ſenſus erit perceptio externorũ. Quo igitur duo [illegible] ſe diſcrepabunt, an forte in eo quod horũ alterũ minora perſpicia[illegible] modo intellectus agnoſcet reuera ſe aliquid percepiſſe. Quo u[illegible]re poterit, hoc eſſe bonũ aut pulchrũ, aut iuſtũ? Horum enim q[illegible] ab ipſo diuerſum, neq; in ipſo erũt ipſa iudicãdi principia, quibus credat. Sed hæc quoq; extra erũt, & ueritas erit ibidẽ. Rurſus intelligibilia ipſa uel ſenſu, uita, intellectu carẽt, uel intellectũ habẽt. Si intellectũ habẽt, in eis pariter erũt ambo, & ipſum uerũ hic exiſtet, primusq; erit hic intellectus. Atqui & de hoc ipſo quæremus, qua nã cõditione hic ſe ueritas habeat, & intelligibile ipſum, & intellectus. Nunquid in eodẽ atq; ſimul, duo autẽ atq; diuerſa, an alio

quodam

[illegible] ipſa intelligibilia intellectu uitaq; careāt, quid nā ſint, in quiremus. Neq; enim propoſitiões quædā ſunt, neq; regulæ, quæ dignitates appellantur: neque uelut dictiones, quę proferātur: ſic enim hæc de aliis qui [illegible] dicent aliquid, neq; ipſæ res erunt, uelut ſi dicant, quod iuſtum eſt, eſſe pulchrum: cum aliud quiddam ſit iuſtum ipſum atq; pulchrum. Sin autem ſimplicia hęc eſſe dixerint, iuſtum ipſum ſeorſum atq; pulchrum: primo quidem ipſum intelligibile neq; unum quiddam erit, neq; erit in uno, ſed unū-quodq; ab aliis ſegregatū. Vbi certe quærēdum erit, ubi nam ſint, & per quæ loca [illegible] ſeorſum diſpoſita ſint. Deinde quo nam modo intellectus paſſim circumcurrens hęc reperiet uel inueniet, & quo pacto manebit in eis? [illegible] in eodem perſeuerabit? Præterea quam formam omnino figuramq; habebūt? Niſi forte uelut imagines quædam ſitæ ſint aureæ, uel ex alia quadam materia à fictore quodam uel pictore compoſitę. Verum ſi hoc ita ſe habeat, mens talia contuens erit ſenſus. Proinde qua nam ratione inter hæc hoc quidem eſt iuſtitia, illud uero potius aliud quiddam? Illud denique omnium ualidiſſimū eſt. Nempe ſiquis prorſus admiſerit, hæc extrinſecus eſſe, mentemq; ea ſic ſe habentia contemplari, neceſſario ſequitur, mentē ueritatem horum non poſſidere, ſed in ſingulis contemplandis falli atq; mentiri. Vere nanq; res erunt externæ: proſpiciet ergo eas, neq; ipſas habebit, ſed [illegible] imagines in cognitione eiuſmodi poſſidebit. Cum igitur uerū ipſum [illegible] ſed ueri quaſdam imagines penes ſe teneat, nimirum non accu[illegible] uera, ſed falſa potius reportabit. Si ergo cognoſcat ſe falſa duntaxat [illegible] proculdubio confitebitur ſe eſſe ueritatis expertem: ſin autem & hoc [illegible], cumq; particeps ueri non ſit, eſſe tamē ſe ueri compotem opinetur, mendacio iam duplo falletur, longiſſimeq; à ueritate diſtabit. Ob hoc enim (ut arbitror) & in ſenſibus non eſt ueritas, ſed opinio: quoniā conditio ſenſus in accipiendo uerſatur, unde opinio δόξα græce ab accipiendo nomē accepit. Ideoq; præter ſe aliud accipit: cū aliud ſit & illud à quo poſsidet quod accepit. Si igitur ueritas in mēte nō ſit, mēs quidē hæc talis neq; ueritas erit, neq; re ue[illegible] neq; omnino mēs erit. Imo uero neq; uſquàm alibi ueritas habitabit.

*[illegible] non ſunt imagines rerum uel imaginationes quædam, ſed uere res exiſtunt: quippe cum [illegible] ſenſus ſint res quædam.* Cap. III.

[illegible] intellectus præſtantior & verior eſt q̄ ſenſus, ed intellectus obiecta præſtan[illegible] veriora q; ſunt q̄ ſenſus obiecta, vt Timæus ait. Sunt autem intelligibilia in ipſa in[illegible] intellectus eſſentia. ſiquidem non quærit argumentando, neq; vagatur extra, ſed in[illegible] [illegible] & ſtabiliter intuetur quaſi poſſidens, & ipſam vniuſcuiuſq; ſubſtantiā pene[illegible] [illegible]. At vero per imagines rerū non poſſet aliud q̄ qualitates & externa conijcere.

IGitur neq; extra intellectū perquirere decet intelligenda, neq; fateri mēti rerum figuras ineſſe, neq; eam ueritate priuare, dum uidelicet & hanc intelligibilia ipſa neſcire, & ipſa quæ offeruntur intelligenda concedimus in rerū ordine nō exiſtere, atq; ipſa[illegible] ipſam è medio tollimus. Sed neceſſariū eſt omnia uere mēti tribuere, ſi modo oportet cognitionē ueritatēq; inducere entiaq; ſeruare: & notitiā illā [illegible] unūquodq; cognoſcit, neq; illi notitiæ acquieſcere, quæ quale u[illegible] [illegible]quodq; ſit duntaxat apprehēdit, quādo. ſ. ſolū rei cognoſcēdæ ſimulacrū ue

 ſtigiūq;

ſtigiumq́; habemus, neq; tenemus ipſam, neq; habitamus unà, neque cum ea conſpiramus in unum. Nam illa quidem ratione mens cognoſcet, & reuera cognoſcet: neq; quicq̃ latebit eam, neq; unq̃ obliuiſcetur, neq; paſſim indagando uagabitur: ſed erit in ea ueritas ſedesq; rerum, uiuetq́; atq; intelliget. Quę quidem omnia beatiſſimæ naturę oportet ineſſe: alioqui ubi nam honorandum quicq̃ erit & uenerandum? Tum uero hac ratione neq; indigebit demonſtratione, neq; fide ſic eſſe perſuaſura. Ipſe nanq; intellectus eſt, qui ſic omnino ſe habet, ipſe ſibimet prorſus eſt manifeſtus. Et ſi quid ante ipſum ſimiliter eſt compertum, quòd ipſe ſit ab illo: item ſi quid eſt poſt illud, quòd ipſe ſit hoc ipſum, nullusq; ſibi q̃ ipſemet fide ſit dignior: & profecto exploratum habet hoc ibi eſſe uereq; exiſtere. Reuera igitur illic ipſa ueritas habitat, non alteri cuiq̃, ſed ſibimet conſonans: neq; prçter ſe aliud quicq̃ dicit atq; exiſtit: & quod exiſtit, id prorſus & dicit. Quis nam igitur redarguere poterit? [illegible] de nam redargutionem inferet? Nempe argumẽtum quod adducetur [illegible] uetur eodem quo & prior argumentator. Et q̃uis inferatur uelut [illegible], referetur tamen ad argumẽtatoris primi propoſitum, unumq́; erit [illegible] Nihil enim poteſt ueritate uerius inueniri.

*Sicut lux intima Soli effundit circa ſe lumen, radijs innumeris uirtutibusq; refertum: ita principium unum omniformem penes ſe procreat intellectum: hic animam ſimiliter omniformem.* Cap. III.

ILlud antiqui Cælium nominauerunt, hunc vero Saturnum, hanc denique Iouem. Omnes intellectuales animæ per intellectum ſuum ad intellectum diuinum aſcendere quandoq; poſſunt. Poſſunt quinetiam atque debent, tum per unitatem ſuam, tum etiam per diuinum intellectum ad principium omnium quandoque progredi.

VNa igitur hæc natura intellectus eſt, entia cuncta, eſt & ueritas. Eſt & magnus quidã deus, imò uero non aliquis deus, ſed omnis: nec indigne exiſtimat ſe hæc omnia eſſe. Natura igitur hæc eſt deus: deus inquam ſecundus, ſeipſum præferens indagantibus, anteq̃ ſuperiorem illum intueãtur: nempe ſuperior ille eminentius ſedet in præclaro hoc eius ſolio ab ipſo pendente. Decebat enim illum non in curru quodam inanimato, neq; rurſus in anima ſtatim incedentem nobis occurrere: Sed pulchritudinem quandam inæſtimabilem ante conſpectum eius mirabiliter præfulgere, quemadmodum ante magni regis aſpectũ. Sic enim natura comparatum eſt, ut ad illum progredientibus minora prius occurrunt, & maiora deinceps prçſtantioraq́; gradatim ſe ultra procedẽtibus offerunt: & quæ circa regem adſtant magis regia ſint, deincepsq́; ſimili quodam ordine reliqua. Poſt hæc autem omnia magnus ille rex ſubito fulget: reliqui uero regem ipſum ſupplices uenerantur, quotcunq; uidelicet non prius inde retrogreſſi ſunt, q̃ ad ultimum uſq; progreſſi, ſicut illi ſolent, quibus [illegible] ge præfulgent, ſatisfactura putantur. Illic ergo rex alius imperat [illegible] ipſo deinceps occurrunt, alii profecto ſunt q̃ ille. Verũtamen rex [illegible] nus non tanq̃ alienis imperat, ſed iuſtiſſimũ naturaleq́; habet imperium, habet & regnum uerum: quippe cum ipſe ſit rex ueritatis, atq; ſuapte natura ſit uniuerſi ſimul foetus ſui, diuini'que collegii dominus, rex certe regis atq; regum: atqui & pater deorũ iuſtiori nomine nuncupatus. Quem quidem Iupiter hac quoque ratione imitatus eſt, quòd patris ſui contemplationi non pe-

[illegible]

etiam non manere uidetur. Quo igitur modo [illegible] & quo pacto dualitas quodammodo unum eſt: & nunquid idem unum eſt, quod in utraq; comprehenſa unitate ſeruatur? Forte dicendum eſt, unitates utraſq; primę unitatis participes eſſe, ſed ab illa cuius participes ſunt eſſe diuerſas: atq; dualitatē quatenus unū quiddam eſt, unitatis ipſius eſſe participē, non tamen eodem ubiq; modo. Nempe non ſimiliter exercitus atq; [illegible] eſt unum. Atq; hęc quidem eadem ratione ad continuum comparata [illegible] quoad ſpectat ad eſſe unum, neq; quoad pertinet ad quantū unum. Nunquid igitur aliter quidem unitates quę ſunt in quinario, aliter uero quę in [illegible] ſe ad unum habent: ipſum uero unum quod in quinario, ad unum quod eſt in denario, prorſus eſt idem? Forſan etiam ſi tota quædam nauis [illegible] tam alteram ſed magnam, & ciuitas ad ciuitatem, & exercitus ad [illegible] comparetur, idem in his quoq; erit unum: quod ſi neq; illic neq; hic [illegible]. Si quæ uero de his dubitationes reliquæ ſunt, in ſequentibus abſoluentur.

*Ens, eſſentiam, eſſe, procedere ab ipſo uno, Græca etiam appellatio declarat, rei ipſius naturā [illegible].* V.

COgitare poteſt aliquis ens quaſi compoſitum quiddam atque binarium, in quo eſſentia ſit & eſſe, atque id quod dicitur eſſe ibi, actum eſſentię nominari. Ens ergo [illegible] ab uno, eſſentiam quidem habere tanq̃ vnius vmbram: eſſe vero, velut vnius [illegible]. Quoniam vero ipſum vnum eſt ſuperius ente, ideoq; latius vltra proprietatem entis [illegible] dilatat potentiam, factum eſt, vt materia, etſi propter priuationem extremam formarum ens non dicitur, tamen dicatur vna. Non enim eſt propter informitatem minus vnica in [illegible] materia. Factum etiam, vt priuatio qualibet non minus vna dicatur, quàm habitus [illegible]: non tamen minus priuatio quàm habitus iudicatur. Sed hæc alibi diximus.

SEd ad primum illud nobis regrediendum, aſſeuerātibus ipſum manere ſemper idem, quāuis ex illo cętera profluant. In numeris quidem manente uno, ſecundum ipſum fit numerus alio faciente: in eo autem quod eſt ſuper entia, manet multo magis ipſum unum: illo uero manente, non aliud ſecundum ipſum entia facit, [illegible] eſt ad entia facienda ſufficiens. Atqui quemadmodum in numeris ſpecies unitatis principii numerorum ſeruatur in omnibus primo quodam [illegible] gradu, neq; ſinguli ſequentes numeri unitatem æque participant: ſic in ordine rerum unumquodque ſequentium primum habet in ſe illius aliquid uelut ſpeciem. Et in numeris quidem participatio unitatis quantitatem producit in numeris: hic autem ipſius unius ueſtigium eſſentiam rebus [illegible], adeo ut ipſum eſſe ueſtigium ſit unius: unde hoc ipſum εἶναι, ideſt eſſe, quæ quidem denominatio eſt declarans, οὐσίαν ideſt eſſentiam, ſiquis dicat deriuari ab ipſo ἕν ideſt uno, à ueritate forſan non aberrabit. Iam uero quod dicitur ὄν. ideſt ens, hoc certe primum inde micans, & quaſi non longe progrediens, noluit ultra procedere: ſed ad interiora conuerſum conſtitit, ubi facta iā eſt eſſentia, exiſtitq; eſſentia omnium. Et qui pronunciat hæc, quaſi in ſono [illegible], ſeipſum continet: naturamq; eſt ὄν ἕν, ideſt ens unum, ipſa prolatione declarans ſe ab ipſo ἕν, ideſt uno profluere. Et certe ipſum ὄν, ideſt ens ita pronunciatum, id ipſum ſignificat quoad poteſt: ſic utiq; quod factum eſt οὐσία, ideſt eſſentia, atq; εἶναι, ideſt eſſe, imitantur pro uiribus autorem, ex eius uirtute manātia. Mens uero hæc animaduertens & ſpectaculo ipſo perducta, & imitata quod nouit, uoces eiuſmodi ſubito protulit, ὄν, εἶναι, οὐσίαν, ἑστίαν: hi namq; ſoni ſubſiſtentiam

[illegible] genitì [illegible] exprimere, ipſo pronuntiatore ad id enitente, imitantes profectò quoad poſſunt entis ipſius originem.

*[illegible] ſpeciem uel eſſentiam, concipis & definis aliquid intellectu, ſcito id non eſſe rerum principium: illud enim nullo modo comprehendi poteſt.* Cap. VI.

I [illegible] uel Vnitas nomen eſt à Pythagoricis adinuentum, quo principij rerum ſimplicitatem [illegible] pro viribus deſignarent, negantes quidem multitudinem com[illegible] & determinationem prorſus omnẽ ab ipſo, nihil interim affirmantes: quod & [illegible] nomine confirmabant. Sicut ſenſibile genus cum ſenſu proportionem habet, ſic [illegible] cum intellectu. Principium ergo rerum nõ habens cum intellectu proportio[illegible] genus intelligibile, igitur eſt ente ſuperius.

Sed hæc quidem ut cuiq; placet accipiantur. Cum uero eſſentia genita ſpecies ſit, neq; enim aliud quicq̃ quod inde gignit quiſpiam appellauerit: ſit inquam non ſpecies quædam, ſed ſpecies omnis, adeo ut nihil aliud ſpeciei reliquum ſit, neceſſarium eſt ipſum [illegible] ſpeciem non habere: cum uero à ſpecie ſit alienum, neque etiã eſſe poteſt eſſentia: oportet enim eſſentiam hoc aliquid eſſe, id autem deter[illegible] iam eſt. Illud uero nõ licet tanq̃ hoc aliquid cogitare, alioqui iam non eſſet principium, ſed illud duntaxat, quod hoc aliquid appellabas. Si igi[illegible] quod inde genitum eſt omnia ſunt, nihil eorũ quæ in hoc ipſo ſunt, eſſe [illegible] dices ipſum omnium autorem: cumq; horum nihil ſit omnino, ſolum dici poteſt eſſe, quod ſuper hęc exiſtit: hęc autem ſunt entia atq; ens ipſum, illud igitur ente ſuperius. Iam uero quod eſt ente ſuperius, non dicit hoc aliquid, neq; enim ponit aliquid, neq; nomẽ ipſius dicit, ſed affert ſolum [illegible] ipſum, ſcilicet, non hoc: id autem agens, nuſquàm comprehẽdit ipſum. [illegible] eſt enim moliri, immẽſam illam complecti naturam. Quiſquis [illegible] molitur, ſeipſum uel à minimo quóque illius ueſtigio procul admo[illegible] mouet. Profectò quemadmodum cognoſcere naturam intelligibi[illegible] cupiens, tunc demum cognoſcet quod eſt ſuper ſenſibile genus, quãdo [illegible] prorſus rei ſentiendæ tenebit imaginem: Sic etiam qui naturam in[illegible] natura ſuperiorem contemplari deſiderat, ſi modo intelligendum [illegible] dimiſerit, contemplabitur: per hoc inquam diſcens illam exiſtere, qua[illegible] omnino dimittens: hoc ipſum uero quod dicitur quale, ſignificat [illegible] quale. Cui enim non ineſt quod dicere quid conſueuimus, neq; [illegible] etiam quod quale appellare ſolemus. At nos noſtris quaſi cuiuſ[illegible] parturientis anguſtiis laborantes quid potiſſimum dicere deceat igno[illegible] de illo quod dici non poteſt, dicimus atque nominamus, ſignifica[illegible] nobis ipſis quoad poſſumus affectantes. Forſan uero & nomen hoc [illegible] unum, per reſpectum quendam ad multa negationem eleuati[illegible] ſignificat. Quapropter Pythagorici quoque Apollinem ſecretiori [illegible] ſignificatione inter ſe nominabant, ipſa ſcilicet negatiõe multorũ. [illegible] nomen hoc unum ſignificatione ſua ponat aliquid & affirmet, tum [illegible] etiã nominatũ erit obſcurius, q̃ ſiquis nomẽ illius eſſe minime di[illegible] forte nomen id dictum eſt, ut indagator exordiẽs ab eo quod maxi[illegible] ſignificare poteſt ſimplicitatem, eò tandem perueniat, ut hoc [illegible] negat, quaſi quãtò [illegible] à nominãte poni potuit, impoſitũ

fuerit:

fuerit: neq; tamē & hoc dignum ſit, quo natura illa ſignificetur: nempe illud auditu attingi non poteſt, neq; ab audiente ullo poteſt intelligi: ſed ſi cui patere poteſt, occurrit potius intuenti. Verum ſi intuens ipſe conetur ſpeciē intueri, neq; hoc tanq̄ ſpeciem intuebitur.

*Sicut per ipſum lumen & oculus eſt perſpicax, & colores ſunt conſpicui, in quibus [illegible] quod in ſeipſo non uidet: ſic per primum principium & mens intelligere poteſt, & uera ſunt [illegible] mens ipſius principij lumen intelligit, in ſeipſo uero nequaquam.* Cap. VII.

Poteſt tamen intentionem à ſingulis Veris retrahere, conuertereque [illegible] quo & hæc vera ſunt, & hic intelligens: atque ita ipſo quoquo modo [illegible] ſimiliter ſi voluntatem à ſingulis bonis amandis reuoces ad amandum [illegible] quo & tu amas, & illa ſunt amabilia, frueris ſtatim ipſo bono, videlicet in [illegible] dio.

PRoinde duobus modis ſecundum actum uidere [illegible] quē admodum accidit circa oculum. Sanè aliud quidem [illegible] ſpectaculum eſt, ipſius ſcilicet rei ſentiendæ ſpecies, aliud [illegible] illud eſt, per quod ſpeciem illius uidet: quod quidem ipſum quoque ei ſenſibile eſt, diuerſum certe ab ipſa ſpecie, cauſa uero per quam ſpecies ipſa perſpicitur, atq; exiſtens in ſpecie, & mox cum ea conſpectum. Quapropter tunc non admodum clare perſpicitur: quippe cum oculus ad illuminatum intentius ſeſe dirigat. Quando uero nihil ſit aliud præter ipſum, ſubito quodam totoq; ſimul intuitu contuebitur, quis & tunc ipſum adhærēs alteri ſentiet: ſin autem ſolum ipſum ſit nulli prorſus adiunctum, non poterit ſenſus accipere: quandoquidem ſolis lumen in ſole ipſo uigens forte ſenſum effugeret, niſi moles ipſa ſolis eſſet ſubiuncta ſolidior. Siquis autem totum ſolem lumen eſſe dicat, id aliquis forſitan pro illius quod dicitur declaratione ſuſcipiet. Erit nanq; lumen in nulla aliorum ſpecie quæ uidentur, ac ſorte ſenſibile ſolum atq; lucidum: alia enim uiſibilia non ſolum lumen exiſtunt. Simili ratione mentis aſpectus uidet quidem & ipſe per lumen aliud, [illegible] natas prima illa natura, atq; in illis reuera uidet & illud: ueruntamen ad naturam rerum illuminatarum impenſius ſe cōuertens, minus ipſum [illegible] cernit: at ſi uiſas quandoq; res dimiſerit, & lumen illud per quod uidet [illegible] ſpexerit, lumen iam ipſum luminisq; principium peruidebit. Quoniam uero mentem oportet eiuſmodi lumen non tanq̄ extrinſecum aliquid intueri, rurſus ad illum oculum accedamus, qui ipſe quoq; quandoq; non extrinſecū lumen nec alienum uideat, ſed ante lumen externum intueatur, proprium aliquod & lucidius in ſede quadam inuiolata puraq; perlucens. Aut noctē in tenebris coram ſe ex ſe proſilientem quendam aſpiciat radium. Aut quando nihil uolens aſpicere aliorum, ſeipſum cohibeat tegmine palpebrarum, atq; interim proferat ex ſe lumen. Vel cum premens aliquis angulos palpebrarum, lumen quod latebat intus inſpiciat. Tunc ſanè non uidendo uidet, & tunc maxime uidet: uidet nanq; lumen, cætera uero quæ ante uidebat, lucida quidem erant, lumen uero non erant. Sic itaq; mens ſe ab aliis ſegregans atq; cohibens ad interiora nihilq; uidens, cernit protinus lumen non in alio aliud, ſed ipſum ſecundum ſeipſum ſolum purum ex ſeipſo repente coruſcans

*Expelle ab animo tria, motum multiplicitatem, determinationem [illegible] ſcilicet per quam certa euidentia uel ſit [illegible] cie uel cogitandæ uel affectandæ.* Cap. VIII.

cipium utpote cui nihil præſit ulterius, eſſe nequit in alio. Cum uero ipſum quidem non ſit in alio, cætera uero ſuperioribus inſint, nimirum ipſum reliqua cuncta complectitur. Complectens autē neq; diſſipatur in illa, & habet omnino non habitum. Et profecto cum habeat, nec habeatur, non datur aliquid uſquam, ubi non ſit & ipſum. Niſi enim adeſſet, nec haberet. Rurſusq; ſi non habetur, nec utiq; adeſt. Adeſt igitur, atq; non adeſt. Nempe ex eo quidē quòd non cōprehenditur, nequaquam adeſt. Ex eo autē quòd eſt à quolibet liberum, nuſquam prohibetur adeſſe. Si enim cohiberetur, certe definiretur ab alio, & quæ deinceps ſequuntur ipſius relinquerentur expertia, & hucuſq; deus ipſe regnaret, neq; amplius quicquam eſſet in ipſo, neq; ipſe in ſeipſo cōſiſteret, ſed reliquis iam ipſe ſeruiret. Quæcunq; igitur ſunt in aliquo, ibi proprie ſunt, cuius & ipſa iuris ſunt. Quęcunq; uero non proprie ſunt alicubi, talia ſunt, ut non ſit aliquid uſquam ubi ipſa non ſint. Si enim aliquid hic non eſt, alius ſane locus id complectitur, atq; in alio quodam eſt tanquam loco. Quare falſum eſt, non eſſe id alicubi. Si igitur uerum eſt, non alicubi eſſe, & falſum, eſſe alicubi, ne forte ſit in alio, nimirum nuſquam abeſt. Si autem abeſt à nullo, certe nō exiſtens alicubi, in ſeipſo erit ubiq;. Non enim aliud quidem ipſius hic erit, aliud autem erit ibi, neq; tamen totum ibi tantū. Quamobrem erit ubiq; totum. Quippe cum nullum alicubi unum habeat ipſum, neq; rurſus non habeat. Nempe ſic habet, ut reuera potius habeatur. Age iā hunc conſidera mundum. Hic profecto, ſi nullus alter mūdus eſt, eſt ipſo ſuperior, nō eſt in mundo, neq; rurſus in loco. Quis enim locus ſit prius quàm mundus exiſtat? Mundi uero partes ad ipſum rediguntur, & locātur in ipſo. Anima uero nō eſt in mundo, ſed mundus in anima. Neq; enim animę locus eſt corpus, ſed anima quidem eſt in mente, & corpus in anima. Mens deniq; conſiſtit in alio, quod quidem non dependet ab alio, in quo propterea conquieſcere compellatur. In nullo igitur proprie requieſcit. Atq; hac ratione dicitur eſſe nuſquam. Vbi nam igitur alia ſunt? Proculdubio ſunt in eo. Itaq; nec abeſt ab aliis, neq; eſt rurſus in illis, neque quicquam eſt quod habeat ipſum, ipſum tamen omnia continet. Quapropter & hanc ob cauſam id bonum omnium eſſe cenſetur, quoniam & ſunt per ipſum omnia, & referuntur ad ipſum. Refertur inquam aliud alia ratione: ideoq; alia ſunt aliis meliora, quia & aliis alia ſunt magis ad ipſum.

*Compoſita in ſimplicia reſoluantur. Simplicia multa in unum ſimpliciſſimum. Hoc in ipſam ſimplicitatem. Hanc tu ſi quando apprehenderis, nec partem aliquam eius accipies, non enim habet partes, nec tota eius ratione totam, alioqui ipſi & tu æqualis eris.*

Cap. X.

APprehendes autem eam, & ſi non ſub omni, ſed ſub quadam ratione eius atque uirtute, tamen per vnicum ſimul actum atque ſimpliciſſimum percipies, quodcunq; & quātumcunq; fueris percepturus. Nam & ipſe deus momento totus ſimul occurrit, & tu ſiqua in percipiendo vtaris compoſitione, teipſum à ſimplicitate protinus ſeparabis.

VErũ tu noli precor deũ per alia intueri, alioqui ſcito te non deũ, ſed eius ueſtigium inuenturũ: ſed ipſe tecũ reputa, quid nã hoc ſit potiſſimũ, quod fas eſt percipere tm̃ in ſeipſo conſiſtens, purũ, nulli permixtũ. Vbi certe oīa quidē participāt ipſum, nihil tamē id habet. Profecto nihil aliud poteſt eſſe tale. Et proculdubio neceſſariũ

eſt,

eſt, tale aliquid eſſe. Quis nam igitur potentiam eius omnem ſimul apprehendat? Siquis enim ſimul apprehendat omnem, quo nam ab eo differre cenſebitur? Accipit ergo ſecundum partem. Sed enim tu ipſum intuẽs ictu quodam toto ſimul & unico contuebere, neq; tamen tibi totum renuntiabis, alioqui intellectus eris intelligens, ſiquid modo fueris conſecutus. Deus autẽ te protinus aufugiet, imò uero tu deum. Cæterum quando inſpicis, cõſpice totum. Et cum primum hunc intellexeris, quicquid ex eo memoria cõſeruaueris, bonum ipſum eſſe memento. Vitæ nanq; ſapientis intellectualiſq; cauſa eſt: quippe cum ſit ipſa poteſtas, à qua uita intellectusq; naſcitur. Nempe eſſentiæ entiſq; eſt autor, quoniam eſt ipſum unum. Eſt enim ſimplex. Eſt & primum, quoniam eſt principiũ. Ab eo nanq; omnia profluunt, ab eo motus primus exoritur, neq; tamen eſt in eo. Ab eo quoq; ſtatus: quoniam ipſe nihilo indiget: neq; enim mouetur, neq; quieſcit, cum nihil habeat, in quo requieſcat, in quo reuoluatur. Nam circa quid, aut ad quid potiſſimum, aut in quo præcipue uel mouebitur, uel requieſcet, eſt enim ipſe primus. Sed neq; poteſt definitus eſſe. Alioqui à quo nam poterit definiri. Neq; rurſus ſic eſt infinitus, ut immenſa moles ſolet excogitari. Tum uero quonam progredi debet? Ac ſi dicatur progredi nunquid ut aliquid inde reportet, qui nullo penitus indiget. Ipſam uero infinitatem habet ipſa poteſtas. Neq; enim aliter eſt infinitus, nec aliter unquàm ſe habet, neq; deficiet unquàm, quandoquidem quæcunq; non deficiunt, hoc ipſum ab eo proprie habent.

*Principium primum ob inæſtimabilem ſimplicitatem, eminentiamq; qua dicitur unum nec extrinſecus nec intrinſecus eſt finitum.* Cap. XI.

NEque quieſcit neque mouetur, neque figuram habet, neq; formam. Infinitum eſt poteſtate, non quantitate. Falluntur qui corpora propter quantitatem, & maxime eſſe & eſſe maxima putant. Nam propter eandem infinite licet dicere, neque pars hęc neque illa ipſum totum eſt, infinite quoque dicere hæc pars in hoc eſt parua, & illa parua. Corpus igitur infinite non eſt ipſum, & eſt infinite paruum. Denique de veritate rerum ſeparatarum diffidimus, ob nimium commercium cum materia. Animæ quidem in hoc corpore ſomniãt, extra vigilant.

ATqui hoc infinitum ex eo dicitur infinitum, quod non ſit plura quàm unum, neq; habeat aliquid ad quod ſuorum aliquid terminet. Profecto ex eo quòd unum eſt, neq; menſuratur, neq; procedit in numerum. Neq; igitur ad aliud quicq̃, neq; ad ſe terminatur, quoniam ſic utiq; foret & duo. Neq; rurſus figurã habet, quoniã neq; partes, nec habet formam. Noli igitur id mortalibus oculis indagare: tale uidelicet omnino, quale ratio probat. Noli hoc inquam confidere, ita poſſe cognoſci, quemadmodũ aliquis opinabitur, qui quæcũq; ſunt eſſe ſenſibilia opinetur, atq; ita quod maxime omniũ eſt, è medio tollat. Quæ enim forſan exiſtimet aliquis eſſe quàm maxime, hęc maxime non ſunt. Quod autem eſt quantitate magnum, id minus exiſtit. At uero quod primũ eſt, principium eſt eſſendi, eſſentiaq; præſtantius. Quamobrem in oppoſitũ nobis eſt opinio commutanda, alioqui deſtituemur à deo. Quemadmodum qui in feſtis ſolẽniter celebrandis ingluuie quadã uentrẽ impleuerint epulis, quas intraturos ad deos nefas eſt delibare. Quippe qui putent alimẽta uentris eſſe admodũ certiora

ipſa contemplatione dei, [illegible]
expertes. Etenim in eiuſmodi ſacris [illegible]
tatur apud illos qui ſolum id eſſe [illegible]
ſtatur & cernitur. Perinde ac ſi qui per [illegible]
ſola quæ uidentur in ſomnis credenda [illegible]
quis autem eos excitet, utpote qui his quæ per [illegible]
dem nequaquam adhibeant, ſubito rurſus obdormi[illegible]

*Quam diuerſus eſt intellectus à ſenſu, tam diuerſa ſunt intelligibilia à ſen[illegible] ſi non uides. Ne ergo neges eſſe ſeparata propterea quod nec ſenſu [illegible] niqz ſcito inſuper intellectum et quæ intelligibile eſſe ipſum bonum.*

BOnum omnia omnino ſemper appetunt. Pulchritudinem [illegible] ſemper. Quapropter naturali quodam iudicio bonum [illegible] eſſe cenſetur. Atque ita bono poſterior eſt pulchritudo, ſicut [illegible] eſt, & poſt naturalem appetitum boni nobis incidit. Cum uero [illegible] dam, ibi pulchritudo prima ſit, ubi ſumma & [illegible] intelligibile, merito ipſum bonum ſuperius pulchritudine, ſimiliter [illegible] celſius iudicatur.

OPeræpretium eſt ad ſingula percipienda [illegible]
cingere, quo ſingula percipi debent. Oculis [illegible]
alia, aliis ſimiliter alia. Credendumqz eſt, [illegible]
comprehendere. Neqz putandū intelligere [illegible]
dire atqz uidere. Ceu ſi quis aures cernere iubeat, uoces [illegible]
minime uideantur. Proinde cogitandū eſt, eos eſſe [illegible]
tio in hunc uſqz diem deſiderant & affectant. Omnia [illegible]
neceſſitate naturę quaſi quę uaticinentur ſe abſqz illo [illegible]
ipſius pulchri notitia animis iam experrectis & cognoſce[illegible]
tingit ſimul & ſtupor & ad amorem pertinens excitatio [illegible]
utpote quod iam ab initio præſens eſt ad ingenitum [illegible]
mientibus adeſt neqz unquam ſtupore occupat intuen[illegible]
ſemper adeſt: nec propria quadam ad hoc reminiſcentia [illegible]
ipſum animaduertentibus id occurrit: quoniā & dormie[illegible]
chri uero ipſius amor cū primum ſeſe offert moleſtiis [illegible]
tet pulchrū appetere cognoſcendo. Atqui amor eiuſ[illegible]
eorumqz qui iam intelligunt, plane indicat pulch[illegible]
Appetitio uero boni cum ſit antiquior, neque ſen[illegible]
bonum antiquius & ſuperius eſſe quam pulch[illegible]
nes exiſtimant ſatis quandoqz ſibi fore, ſi bo[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
pulchrū. Qu[illegible]
[illegible]
[illegible]
Omnes [illegible]
Quod dic[illegible]
[illegible] certā. Quaſi & ipſum [illegible] aliunde ſit, ſicut ill[illegible]

aliquid addit uel eſſentiam, uel mentem, uel [illegible] one demit ab eo id ipſum, quod ipſum exiſtit bonum [illegible] nihilq; de hoc affirmans, neq; quicquam mētiens, qualiſit aliquid [illegible] rite permittit tantum quod eſt, dici ſolet, nihil certū [illegible] teſtificatus. Qua quidem in re errare pleriq; conſueuerunt [illegible] quempiam neſciant, laudatorum gloriæ detrahunt, dum [illegible] quæ dignitate illorum minora ſunt, ignorantes ſcilicet ueras [illegible] perſonis accōmodare. Quamobrē & nos imprimis cauere debemus [illegible] poſteriorum minorumq; addamus. Ac penitus obſeruare, ut [illegible] mnia ſupereminens, horum cauſa ſit, neq; tamen ille hæc exiſtat [illegible] natura boni non eſt eſſe uel omnia, uel aliquid omniū. Profecto [illegible] omnium, erit ſub uno quodam eodemq; unà cum cunctis. Si [illegible] dem unà cum cæteris, differet utiq; ab aliis proprio quodam [illegible] rentiaq; & additione quadam. Erit ergo duo iam non unum, quorum [illegible] quidem ſit non bonum ſcilicet quod ſibi cum reliquis eſt commune [illegible] uero bonum, erit itaq; mixtum ex bono ſimul atq; non bono. Ideo [illegible] re nec primo bonum erit. At illud erit primo bonum, cuius & hoc [illegible] ultra communem conditionem iam euaſit bonum. Hoc ergo [illegible] quadam bonum erit. Illud autem, cuius hoc eſt particeps, nullū [illegible] bus, quare nullum omnium eſt ipſum bonum. Verum ſi in ipſo [illegible] eſt, differētia enim eſt, per quam hoc compoſitum eſt bonū, neceſſe [illegible] ab alio dependere, quod quidem ſimplex omnino ſit ſolumq; bonum [illegible] itaq; uelut multiplex, ab eo pendet quod bonum eſt duntaxat. [illegible] quod exiſtit primo, bonumq; ipſum eſt, conſtat ſuper omnia [illegible] lumq; bonum, nihilq; in ſe habere, ſed nullis omnino permixtum [illegible] ſupereminere, & cauſam eſſe cunctorum. Non enim ex malo [illegible] neq; entia ſunt ex malo. Neq; rurſus ex aliquibus, quæ indifferentia [illegible] lior enim eſt effector effectu, eſt nanq; perfectior.

## MARSILII FICINI FLORENTINI [illegible]

### IN LIBRVM, QVOD ILLVD QVOD EST SVPER ENS [illegible] intelligat, quid'ue ſit intelligens primo, quid'ue ſecundo intelligens [illegible]

### ANNOTATIONES.

*Intellectus & unitus eſt cum re intellecta pariter & diſtinctus.* [illegible]

SI cognoſcit externa foras aſpiciendo, manifeſta eſt inter intellectum [illegible] gibileq; diuerſitas. Et intellectus formam induit peregrinam [illegible] per hanc formam cum intelligibili intellectus [illegible] ipſum, eadem quidem [illegible] atq; illius oppoſita inter ſe ratio [illegible] ipſius intelligibilis ratione intelligentis eſt ſuperior. Sicut [illegible] vel diaphani, vel luminis [illegible] Vbi ſeipſum intelligit [illegible] accipiendum [illegible]

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER VI.

## QVOD ILLVD QVOD EST SVPER ENS NON intelligat; quidue ſit intelligens primo, quidue ſecūdo intelligēs.

DVplex intelligētia eſt: aut enim aliquid intelligit aliud, aut ſeipſum, quod quidem longius illam deuitat diuerſitatem, per quam duo quædam euadat intelligēdo: quod autem intelligit aliud, uult ipſum quoq; diuerſitatem fugere, ſed minus id ualet: habet quidem apud ſe quod uidet, ſed à ſe diuerſum. Verum quod ſeipſum intelligit, [illegible] quod intelligitur eſſentia ſeparatum, ſed coexiſtens ſecum, [illegible] Vtrunq; itaq; ſimul ens unū efficitur, imò uero magis intel[illegible] quod intelligit, habet: primoq; intelligit, quia ipſum intelli[illegible] oportet unum duoq; exiſtere. Siue enim nō ſit unum, ideoq; aliud qui[illegible] intelligens, aliud intellectum, non erit utiq; primo intelligens: aliud [illegible] intelligendo, intelligens primo non erit. Nempe quod intelligit non [illegible] ſuū aliquid, & iccirco neq; tanq̄ ſeipſum id habet: aut certe ſi tanq̄ [illegible] habuerit, ut præcipue intelligat, duo hęc unum erunt. Oportet itaq; [illegible] exiſtere. Siue unū quidē non ſit, rurſus uero ſit duo, certe quod [illegible] non habebit, quapropter neq; erit intelligens: neceſſariū igitur eſt, [illegible] intelligit eſſe ſimplex ſimul atq; nō ſimplex. Proinde ſiquis ab ani[illegible] aſcēdat, apertius cōprehendet, quod intelligit, eſſe tale: hic enim [illegible] facile eſt, ideoq; facilius aliquis deprehendat duplicitatē. Siquis igi[illegible] plex efficiat, animā quidem ſecundum minus purum, intelligibile [illegible] ſecundū eiuſdē purius, deinde faciēs ut ipſum uidēs æquale ſit lu[illegible] uiſo, cū nō habeat ultra qua differentia ſeparet, duo hęc eſſe aſſe[illegible] quod quidem ideo ſit intelligens, quoniam exiſtit duo: at iccirco [illegible] quoniam iam eſt unum: ille igitur intellectum ſic intelligibi[illegible] prehendet. Quamobrem nos quidem ratione noſtra ex duobus con[illegible] illud autem contrà, ex uno exiſtit duo: quoniam ſcilicet intel[illegible] ſeipſum duo, imò uero quia intelligit exiſtens duo: item quia i[illegible] unum, intelligere poteſt.

*[illegible] ſeipſum intelligens in ſe multiplicitatem habet.* Cap. II.

[illegible] intellectus eſt quodammodo intelligibilis: non tamen omne intelligibile neceſ[illegible] intellectus. Ratio igitur ipſius intelligibilis alia & communior & prior eſt q̄ ra[illegible] intellectus igitur ſe intelligens diuerſas in ſe rationes habet. Præterea cum in [illegible] ordine eſſentia ſit etiam tempore prior q̄ intelligentia, merito in primo ente eſt [illegible] prior, ipſa igitur eſſentia in primo origenis ſigno ſecundum ſeipſam necdum [illegible] nec intelligibilis actu, niſi ſuboriatur ei facultas intelligendi: quę ſane facultas [illegible] actu, niſi cū intelligibili copuletur. Conclude, ſi ipſa entis eſſentia ad ipſam [illegible] non indiget intelligentia, hanc enim pręcedit: multo minus quod eſt ſuperius autem eſt illud, in quo non eſt prius aliquid & poſterius, nec abſolu[illegible] tantum duplicitas rationum, ſicut in ente & intellectu eſſe comperimus.

S[illegible] igitur aliud quidē eſt primo intelligēs, aliud aūt eſt intelligē[illegible] aliter, certe quod eſt primo intelligente ſuperius, nō intelligit: intellectū naq; oporteret eſſe ut intelligeret. Si aūt intellectū

foret, intelligibile oporteret habere: ac ſi primo intelligeret, habere intelligibile in ſeipſo. Non tamen neceſſarium eſt, quicquid intelligibile eſt, habere in ſe intellectum & intelligere: eſſet enim non intelligibile tātum, ſed & intelligens: cumq; duo iam ſit, non eſſet utiq; primum. Iam uero intellectus qui intelligibile poſſidet, nunq̄ conſiſtere poſſet, ſi nō eſſet eſſentia eius quod eſt intelligibile purum, quod ad intellectum quidem intelligibile erit, ſecundum uero ſeipſum neq; intelligēs neq; intelligibile proprie erit: nempe quòd intelligibile dicitur, alteri intelligibile iudicatur. Atqui & intellectus ſuam illam uim, per quam intelligentia nititur, habet uacuam: niſi acceperit comprehenderitq; ipſum intelligibile quod intelligit, non enim abſq; intelligibili habet intelligentiam: tunc itaq; perfectus eſt, quando iam habet. Oportet autem anteq̄ intelligat perfectam penes ſe habere eſſentiam. Illud ergo ex quo ſecundum eſſentiam perfectus exiſtit, id ipſum eſt ante intelligentiam. Quamobrem nihil huic opus eſt intelligentia, cum ante hanc ſufficiēter exiſtat. Itaq; non intelligit. Eſt igitur ſupremū aliquid, quod non intelligit: eſt inſuper quod intelligit primo: eſt deniq; quod ſecundā quandam intelligentiam habet. Præterea ſi primū illud omnium principium intelligat, aliquid illi iam aderit: nō erit itaq; primum, ſed ſecūdum: neq; unum, ſed iam multa & profecto totidem, quot & intelliget. Quinimo ſi ſolum intelligat ſemetipſum, multa rurſum euadet.

*Quouſq; fingis intellectum, ob id ipſum quòd intelligat uel ſe uel alia ita multiformem euadere, ut ſint in eo multæ formæ inter ſe ex ipſa natura rei formaliterq; diſtinctæ, etiamſi nulla illic relatio illis acceſſerit, nondum principij ſimplicitatem adinueniſti.* Cap. III.

RVrſus vbicunq; multa inuicē cōponuntur, atq; ex multis cōficitur vnum, eiuſmodi multitudo eſt poſt ipſum vnum. Deniq; omnis multitudo quæ aliud quiddam eſt q̄ ipſa vnitas, & quodāmodo opponitur vnitati, neceſſario eſt poſt ipſum vnum, & particeps eſt vnius. Platonica hæc Chriſtianis theologis non aduerſant, apud quos primū principiū nō habet formas plures intelligendo plura quomodocūq; intelligat: ſed per vnā ſui formā actu vnico ſe inſpiciens omnia conſpicit, videlicet ſimpliciſſimā formā ſuam conſiderans aliter ab aliis atq; aliter imitandam Pręterea diuina Trinitas (ut Dionyſius Areopagita confirmat, & Gregorius Nazianzenus aſſerit) idem ibi eſt quod & ipſi unitas: Sane ſicut lux & calor ſub cęlo, quidem diſtincta duoque ſunt: in cælo ſunt unum. Quinetiam progreſſio & quies hic quidem diuerſa ſunt. Ibi autem quies in progreſſione verſatur, & progreſſio in quiete, ita in diuina natura, qua ratione infinita eſt motus cum ſtatu concurrit. Nam ſi fingas infinitam motus uelocitatem reſolues in ſtatum. Imo & tarditas atque uelocitas infinita dum in ſtatu deſinunt in vnum etiam inter ſe conueniunt. Virtus enim infinita omnia ſibi ſubito vniens in ſe vnit & inuicem: vt non mirum ſit apud Dionyſium & Nazianzenum, in natura diuina id ipſum quod eſt unitas, ipſam quoq; Trinitatem exiſtere: atq; uiciſſim. Infinitudo enim uirtutis illic & propaginem agit intimam ęqualemq; uſq; in trinitatem, ut aiunt: & ſeruat interim unitatem. Non eſt igitur ibi trinitas tāquam multitudo quædā particeps unitatis: in ſuperiorem uidelicet unitatem referenda. Eſt enim hæc unitas ipſa Siqua uero in diuinis diſtinctio eſt per relationem quandam agitur: vt placet plurimis Chriſtianorū. Propterea quod relatio ſoleat differentiam afferre quamminimam nihilq; componere Addunt ſectatores Scoti ſolam multitudinem illam Deo indignam eſſe, quæ per potentiam & actum compoſitionis alicuius eſt cauſa. Illic autem multitudinem ſiue perſonarum ſiue Idearum non ita conſiderari ſed omnia velut actus quoſdam componentes nihil, neque ex potentia exeuntes, imò tanquàm radios quoſdam lucis ipſi luci penitus intimos, atque perpetuos, in quos lux ipſa ſimpliciter ſe propagat.

CAeterum ſiquis obiecerit, nihil obſtare, quo minus primū hoc idem ſit & multa, reſpondebimus, oportere his multis unum conuenire ſubiectum. Nequeunt enim multa uel eſſe, uel unum confice-

in alio, niſi prius exiſtat ſeorſum illud, à quo [illegible] Quod [illegible] ſim-
plex, fieri non poteſt ab alio: quod autem multiplex, aut [illegible] rio eſt ad aliud referendum, Iam uero comparare licet pri[illegible] lumini, ſecundum uero Soli, tertium deniq; Lunæ, lumen à So[illegible] ma enim aduectitium intellectum habet, qui eam cum intell[illegible] co- rat: Intellectus autem in ſeipſo intellectuale lumen habet [illegible] ſolum lumen eſt, ſed hoc ipſum quod eſt, exiſtit in ſua eſſentia [illegible] autem lumen hoc infundit, non aliud quidem in ſe exiſtens [illegible] ſimplex lumen exiſtit, præbens illi potentiam ut hoc ipſum [illegible] Cur nam igitur hoc indigeat aliquo? Non enim idem eſt cum [illegible] alio; aliud nanque eſt quod iacet in alio, quàm illud quod eſt [illegible] pſum ab omnibus expeditum.

*Si intelligere ſeipſum excogitas eſſe tanquàm ad ſe reuerti, [illegible] ſcito actionem eiuſmodi ſimpliciſſimo rerum principio minime conuenire.* Cap. [illegible]

SI quomodocunque intelligere putas eſſe ſtudium quoddam appetens ip[illegible] tanquam viſionem quærentem lumen, ne putes eiuſmodi intelligentiam [illegible] ipſum bonum & lux ipſa infinita cenſetur: nec enim ipſi bono app[illegible] luci neceſſaria viſio lucis cupida. Sicut numeri ad vnitatem ſuam num[illegible] nua ad ſuam continuitatem ſuperiorem: ſic eſſentiæ ad vnitatem ſub[illegible] eſſentia referuntur. Quę ſi eminentior eſt quàm eſſentia, nimirum [illegible] quæ eſt actus eſſentiæ: ſin autem ipſam boni & infinitæ lucis [illegible] orem, appelles intelligentiam quaſi cauſam intelligentię in ſe exiſtentem, quicquid [illegible] ligentibus exoptatur: ſic appellando forſan non aberrabis.

PRæterea quod eſt in ſe multiplex, merito ſeipſum [illegible] biq; conſpirare ſecum, ſeq; mutuo undiq; perſentire. Quod autem eſt penitus unum, quo nam ſe conferet ad ſeipſum [illegible] cipiet? Vbi nam ſenſu ſuiipſius intimo indigebit? [illegible] ipſum omni conſpiratione ſenſus omniq; intellgentia melius? Siquidem intelligentia non eſt primum: neq; enim primum obtinet gradum, [illegible] tum ad ſimpliciter eſſe ſpectat, ſiue quantum ad eſſe pertinet [illegible] imò uero ſecundum occupat locum, namq; eſt poſtq ipſum bonum [illegible] ortaq; in eſſentia, ſtatim eam prouocauit ad bonum. Hæc autem pro[illegible] iam proceſſit ad illud, atq; nouit: idq; ipſum eſt intelligere, motum [illegible] bonum, ipſius deſiderio boni: nempe deſiderium intelligentiam pr[illegible] eamq; ſedulo comitatur: uiſio namq; in appetitu quodam uiſus [illegible] ad uidendum alliciente. Quamobrem ipſum bonum intelligere [illegible] que quicq oportet: neq; enim præter ſe eſt aliud quicq ipſi bonum. Si [illegible] & quãdo aliud quicq præter ipſum bonum intelligit ſeipſum, [illegible] intelligit quod eſt (ut ita dixerim) boniforme, ſimilitudine [illegible] bet ad bonum, & tanq bonum ſibiq; eandem appet[illegible] & imaginationem boni iam nactam. Quod ſi [illegible] ſemper [illegible] dem efficiet: quinetiam in ſuiipſius cognitione [illegible] quidam cognoſcit illud: cognoſcit namq; ſeipſum interim ad bonum ſuſpiciendo, [illegible] intelligit iam agens: actio [illegible] omnium refertur ad bonum.

*Cum omnes potentiæ appetant actum ſuum primum, id eſt formas tanq bonum aliquid, et actum primum [illegible] actiones, ſimiliter tanq bonum, merito principium rerum ſummopere ab omnibus exoptatum, [illegible] forma qualibet & actione ſuperior.* Cap. VI.

Infinitus

INfinitus hic actus etſi non proprie dicitur agere vel actionem rurſus habere, tamē hinc aguntur, huc agunt omnia. Hunc actum ne appelles intellectum vel intelligentiam, qualem Plotinus vbique definit. Nam apud eum in intellectu vel primo aliud eſt natura intelligens, aliud actus intelligendi. Item eſſentia, vita, intelligentia ſunt ibi diſtincta. Rurſus, differentes rerū ideæ inter ſe formaliter abſolutaq; ratione: differentes ſimiliter ab intelligentia, per quam eas ipſa mens intelligit. Eiuſmodi differentias nec Platonici nec Chriſtiani ſummo competere putant. Denique ſummus ille non ideo ſe intelligit, vt ſibimet ſe copulet quaſi diſiunctum: nec ideo rurſus alia, vt ſic inde intelligendo proficiat. Nam & melius aliquid rebus cognitione largitur: ideſt fruitionem ſui, & meliori modo q̄ cognoſcendo ſe fruitur: & qui deo fruuntur, per vnitatem intellectu ſuperiorem fruūtur deo, quod & Areopagita Dionyſius aſſerit.

SI hæc recte dicunt, intelligentia nullū in ipſo bono locū habet: aliud nanq; oportet intelligenti bonū eſſe. Ipſum itaq; bonū ab actione penitus eſt expeditū. Quid enim oportet actum agere: nā omnino nullus actus iterū habet actū. Quòd ſi cæteris actibus qui referunt in aliud, aliquid inſuper adhibemus, primo certe omniū actui, in quē actus reliqui referunt, nihil ultra fas eſt adiūgi, ſed ipſum id quod eſt duntaxat exiſtere. Talis itaq; actus eſſe nō poteſt intelligentia: nō enim habet quod intelligat, eſt enim primū. Rurſus intelligentia non intelligit, ſed quod intelligentiā habet. Duo itaq; rurſus in intelligente fiunt, illud aūt nullo modo eſt duo. Pręterea magis adhuc aliquis id cognoſcet, ſi conſideraverit quō in uniuerſo ipſum intelligens certius naturā hanc geminā complectatur. Dicimus itaq; entia ipſa ut entia, & ipſum unūquodq;, & quæ uere exiſtunt, in mūdo intelligibili eſſe: non ſolū, quia illa quidē eſſentia ſua ſemp eodē modo ſe habēt; quæ uero ſenſibus offerunt, cōtinue fluūt. Forſan enim in genere quoq; ſenſibili nōnulla ſunt quæ maneāt: ſed potius, quoniā eſſe ipſius pfectionē penes ſe habēt. Oportet enim illā quę primo eſſentia nuncupat, non eſſe, quandam eſſe ipſius umbrā, ſed eſſe plenū habere. Eſſe aūt tunc plenum eſt, quando intelligendi uiuendiq; ſpeciē accipit. Simul igit in ipſo entē ſunt hæc, intelligere, uiuere, eſſe. Si ergo ens eſt, conſequēter eſt intellectus: uiciſſimq; ſi intellectus eſt, ens quoq; exiſtit: ibiq; intelligere ſimul eſt unà cū eſſe: ex quo fit, ut intelligentia iam multa ſit, non unum. Neceſſarium igitur eſt, apud ipſum quod non eſt tale, neque etiam intelligentiam eſſe. Iam uero per ſingula in mundo intelligibili diſcurrendo, ibi quidem occurrit ubiq; notio gemina, ſcilicet hominis intelligentia atque homo: item intelligentia equi & equus: rurſus intelligentia iuſti atque iuſtum: Omnia igitur duplicia ſunt: illic unum duo, illic uiciſſim duo regrediuntur in unum: ipſum uero primum nec eſt ſingulatim horum aliquid, neque ex omnibus quæ duo ſunt, neque omnino duo. Quo autem modo ex uno duo fiant, alibi diſputabitur. Verum cum illud ſuper eſſentiam ſit, haud ab re ſuper intelligentiam eſſe cenſetur. Nec illud igitur abſurde dicetur, ſi dicatur primum illud ſeipſum minime noſſe: cum enim omnino ſit unum, nihil prorſus habet in ſe quod diſcat. Sed neque etiam alia oportet ipſum noſſe: melius enim quiddam atque maius tradit illis, quàm ſit ipſa cognoſcere, quod bonum eſt aliorum: potius enim tribuit, ut in eodem quoad poſsent, illud attingerent.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM, VTRVM SINGVLORVM ETIAM SINT IDEAE, ANNOTATIONES.

*Quot numero homines naſcuntur in anno mundi magno, totidem ſemina [illegible] hominum [illegible] uniuerſali, totidem fermè ideæ hominum in mente diuina.*

VNaquæque etiam rationalis anima numerum in ſe [illegible], quas ex ſe uitas uarias producturа eſt. Verum ſicut quando [illegible] ſtia eſſe in terra, viciſſimq́ omnia terrena [illegible] intelligi [illegible] tura loci, id eſt in cœlo quidem ratione cœleſti, in terra [illegible] na: ſic quando audimus animam noſtram eſſe omnia, accipere [illegible] dum humanæ rationalisq́ animæ proprietatem. Nunq̃ igitur anima tua pro[illegible] figurasq́ brutis animalibus proprias, ſed humanas ſemper, [illegible] tis, & quandoque dæmonibus. Paucas ergo uitarum mutationes in anno [illegible] re anima tua poteſt, præſertim cum uitam in terris quidem [illegible] to longiſſimam agat. In anno autem mundi ſequente non ſit [illegible] omnino hominum reſurrectio. Interim homines inter ſe differunt, non per ma[illegible] ſed per proprias etiam formas atque figuras, modosq́ uarios geſtiuræ. [illegible] malis & ordinata cum nec à materia neque caſu fiat, dependet ex forma[illegible] rationibus, quæ & in natura & in mente uniuerſali conſiſtunt. Neque ſunt in[illegible] Finitæ enim formæ in anno mundi magno gignuntur. In ſequente vero [illegible] tur, cauſis eiſdem uidelicet reuertentibus. Verum quo nam modo ſunt [illegible] res quàm in anima, & in anima rurſum plures quàm in mente [illegible] in materia inter ſe numero differunt, vel per defectum formæ ex materia alicubi [illegible] tem, quæ forma alibi eſt perfectior: vel per quantitatis diuiſionem. Differentiæ vero [illegible] citer formales rationibus ſeminalibus adæquatur. Rationes autem eiuſmodi [illegible] plures quàm in mente ideæ. Quoniam in natura animæ ſemper eſt abſoluta [illegible] num. Mens autem minorem habet numerum idearum abſolute inter ſe diffe[illegible] enim mens eandem ideam ad diuerſa referre per actum intelligentiæ ſimul [illegible] ferens inquam foras aliter & aliter imitabilem: ex qua quidem relatione [illegible] tur, idea interim non diuiſa.

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER VII.

## VTRVM SINGVLORVM ETIAM SINT IDEAE.

NVnquid etiam uniuſcuiuſq; eſt idea? Forſitan [illegible] nuſquiſq; ad intelligibilem reducimur ordinem, [illegible] que eſt uniuſcuiuſq; principium. Forſan etiam ſi ſemper eſt Socrates, & Socratis anima ipſe Socrates erit, [illegible] anima ſingulatim, ſic ibi Socrates & quilibet ſingul[illegible]. Sin autem non ſemper eſt Socrates, ſed alias alia quodammodo euadit anima, adeo ut animus qui nũc eſt Socrates, prius Pythagoras aliusúe fuerit, futurusq; ſit alius, non amplius unuſquiſq; eorum qui hic ſunt eſt & ibi. Verũtamen ſi uniuſcuiuſq; anima ſeminarias rationes habet omnium quæ exequitur atq; explet, rurſus ibi ſunt omnes. Nam fatemur, quot mundus rationes habet, totidem quoq; ſingulas animas poſſidere. Quia ſi mundus non hominis tantum, ſed ſingulorum etiam animaliũ [illegible] rationes, anima quoq; rationes continet ſingulorum: quamobrem infinitum ſequetur numerus rationum, niſi certis temporum curſibus in idem reſtitutio fiat. Ita profecto infinitas ipſa finita demum erit, quando eadem [illegible] redd[illegible]dentur. Cæterum ſi quæ fiunt omnino plura ſunt quàm exemplar, cur nam

oportet

eſſectus omnino idem, in altera duntaxat mundi reuolutione reddi poteſt. In hac autem reuolutione nihil omnino fit idem.

*Natura quoniam non per aliquid additum eſſentiæ, ſicut ars, ſed per eſſentiam agit, ideo [illegible] tionibus uarietatem generandorum merito continet. Tota igitur ſingularum rerũ diſpoſitio in [illegible] figenda deſignata eſt ab initio in mente opificis mundi, & in mente animæ mundanæ eiuſdemq; [illegible]* III.

ANnum vero mundi magnum expleri plerique putant, quando cæleſtia omnia ad [illegible] prorſus, & in ſeipſis & inuicem diſpoſitionem quàm habent hodie reuerterentur. [illegible] ſpatium alij trigintaſex, alij triginta nouem annorum ſolarium numero, alij [illegible] untur, aliter'ue putant.

AT quo nam pacto in multis geminis rationes differentes eſſe [illegible] cemus? Quod ſi per alia inſuper animalia quis diſcurrat, [illegible] tim quę multos fœtus coitu uno concipiunt, quidnam [illegible] An forte unam illic eſſe iudicabimus rationem, ubi fœtus inter ſe minime differunt. At ſi ita ſit, non ulterius quot ſingula fiunt, totidem & rationes erunt, nunquid quot differentia fiunt ſingula? Differentia inquã non ex eo quòd ſecundum ſpeciem ipſam deficiant, totidem rationes eſſe [illegible] bimus. Verum quid nam prohibet quo minus fœtibus quoq; minime [illegible] pantibus, differentes tamen rationes exhibeamus, ſiqua modo fiant [illegible] indifferentia. Nẽpe artifex, quamuis indifferentia faciat, interea [illegible] quod dicitur idem, differentia quadam accipit rationali, ſecundum [illegible] uerſum facit, adhibens ſcilicet ei quod eſt idem aliquid differens. Sed per [illegible] naturam, ubi rerum diuerſitas non ratiocinatione uaria, ſed uariis [illegible] uenit rationibus, oportet ſpeciei connexam eſſe diuerſitatem. Nos autem differentiam diſcernere non ualemus. Profecto ſiquid temeritatis in generatione rerum admitteretur, ratio alia foret. Sin autem menſura definitum [illegible] quot quæq; proueniant, certe quãtitas & multitudo determinata erit [illegible] tionum omnium euolutione atq; explicatione, adeo ut quando finem acceperint omnia, aliud iam exordium retexatur. Quantum enim oporteat eſſe mundum, quot'ue in eius uita tranſigi debeant, conſtitutum eſt ab initio in eo qui omnium continet rationes. Nunquid igitur & in cæteris animalibus, in quibus unico partu plurima procreantur, ratiões totidem aſſ[illegible] te non eſt timendum, ne propterea in ſeminibus rationibusq; infinita multitudo contingat, Cum anima omnia complectatur: neque etiam in [illegible] ſtu uel anima turba continget innumerabilis: quippe cum rationes [illegible] illic omnes uiciſſitudine quadam expedite quandoq; in promptum [illegible] ſtatutis temporibus reuertantur.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRUM DE INTELLIGIBILI PULCHRITUDINE, ANNOTATIONES.

[illegible]

CAPUT. I.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM, DE INTELLIGIBILI PVLCHRITVDINE.

### ANNOTATIONES.

*Pulchritudinem eſſe naturalem in intellectu etiam humano apparet, quia materiam rudem reddit pulchram.*

CAPVT I.

NEque ſolum imitatus ſortè opera naturalia id efficit, ſed etiam vſus rationibus intimis, quando videlicet emendat quoſdam naturæ defectus. Hinc concludimus, formam pulchritudinem'que in mente pręſtantiorem eſſe quàm in ullo artis opere. Adde potentiorem, quoniam in opere quidem diſtracta eſt, in mente vero prorſus vnita.

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER VIII.

## DE INTELLIGIBILI PVLCHRITVDINE.

CVm fateamur animum qui mundum intelligibilem cõtemplatur, ueriq; intellectus pulchritudinem intuetur, poſſe quandoq; huius quoq; patrem mente ſuperiorem animaduertere, agite iam conemur pro uiribus cernere nobiſq; ipſis exprimere, quãtum talia explicari poſſunt, qua potiſſimum ratione pulchritudinem mentis mundiq; illius perſpicere ualeamus. Finge itaq; moles duas lapideas prope ſe poſitas, quarum altera quidem incompoſita ſit, & artificioſi [illegible] expers: altera uero per artem in ſtatuam iam exculta, ſiue diuinam ſiue humanam: ac ſi diuinam, alicuius Gratiæ ſtatua ſit, uel Muſæ: ſin humanam, non ſit hominis alicuius, ſed cuiuſdam potius, quem ars ex pulchris omnibus congregauerit. Lapis igitur ab arte in pulchritudinem ſpeciei diſpoſitus, pulcher protinus apparebit: ſed non propterea quòd ſit lapis, alioqui altera quoq; moles ſimiliter formoſa foret: ex eo igitur quòd ſpeciem habeat, quam ars adhibuit. Hanc itaq; ſpeciem materia non habebat, ſed erat hęc in excogitante prius quàm in lapidem deueniret. Erat autem in artifice, non quia ratione ille oculos & manus habebat, ſed quoniã arte præditus erat. Erat igitur in arte pulchritudo hæc multo præſtantior. Non enim ſpecies ipſa in arte conſiſtens uenit in lapidem, ſed manet illa quidem, alia uero ab illa interius prodit ea minor, neq; pura permanet in ſeipſa, neq; qualis optabat artifex: ſed quatenus arti materia paruit. Si autẽ ars, quod eſt & habet, tale quoq; facit, facit autem pulchrum ſecundum rationem qua & agit: profectò magis ueriusq; pulchra eſt artis pulchritudinem poſſidens maiorem excellentioremq; omni eo quod prodit exterius. Quatenus enim forma procedens in materiam iam extenditur, eatenus debilior ea fit, quæ manet in uno. Quicquid enim in ſe diſtantiam patitur, à ſeipſo diſcedit. Si robur, in robore, ſi caliditas, in calore, ſi omnino potẽtia, in potẽtia, ſi pulchritudo prorſus in pulchritudine. Iam uero primum omne efficiens, ſecundum ſeipſum oportet præſtantius eſſe facto. Non enim immuſica muſicum, ſed muſica facit, & muſicam in ſono ſenſibili procreat muſica ſuper ſenſum. Siquis autem artes contempſerit, quoniam naturã imitantes faciunt, reſpondẽdum erit, primo

quidem naturas quoq; alia imitari. Deinde artes non ſimpliciter quod cernitur oculis imitari, ſed ad ipſas recurrere rationes, ex quibus conſtat, agitq; natura. Præterea multa ex ſeipſis facere, & adiungere inſuper aliquid, ubi quicquàm perfectioni deeſt, utpote quæ in ſe habeant pulchritudinem. Denique Phidias ipſe Iouem finxiſſe poteſt, nullum ſpectaculum proprie ſenſibus imitatus, ſed imaginatus talē, qualis ipſe Iupiter appareret, ſi qua[illegible] oculis occurrere uellet.

*Pulchritudo in opere naturali eſt forma quædam, non quomodolibet impreſſa materiæ, ſed [illegible] ipſa natura, quando natura excellentius materiæ dominatur.*

NOn enim hoc opus eſt pulchrum per materiam vel quantitatem: alioqui quod materialius, aut grandius, idem foret & pulchrius, ſed ratione excellentioris cuiuſdam formæ quaſi iam immaterialis effectæ. Hinc ergo fit, ut ſpecies tūc primum quaſi pulchra te rapiat, quando viſum ingreſſa iam eſt ibi ſpiritalis effecta. Et tunc maxime, quando vehementius cogitatur. Denique ſpecies in moribus atque diſciplinis, quæ immaterialis [illegible] no, tanquàm pulchra nos capit amore. Eſt autem immaterialis in natura formoſitas [illegible] admodum mirabilior. Natura enim nec aduenticio quodam habitu, nec extrinſecus elaborans ſicut ars, ſed eſſentia ſua intrinſecusq; dominans facilitate mira exhibet [illegible] pulchritudinem.

SEd impræſentia miſſas faciamus artes. Quorum uero opera imitari dicuntur pulchra naturaliter effecta conſideremus, rationalia ſcilicet animalia & irrationalia cuncta, præſertim quæcunq; inter hæc exactius ſunt abſoluta. Vbi ſcilicet fictor ipſorum atq; faber materiæ dominatus, ſpeciem quam optabat adhibuit. Quid nam igitur in his eſt pulchritudo? Non enim ſanguis & menſtrua, ſed color atq; figura ab his diuerſa aut nihil uel aliquid ſine figura & inconcinnū, aut uelut quod cōtinet ſimplex aliquid, ceu materia. Vnde nam orta eſt pulchritudo Helenæ, pro qua tam ingens certamē eſt ſuſcitatum? unde cæteræ formæ Veneri ſimiles illuxerunt? Atqui & ipſa Veneris forma unde ſurrexit? Aut ſi quis hominum ex integro pulcher, uel deus, ſiue eorum qui nobis [illegible] in aſpectum, ſiue eorum qui non ueniunt quidē, habent tamen in ſe conſpicuā pulchritudinē. Nonne igitur ſpecies ubiq; hæc eſt, deſcendens in id quod naſcitur ex ipſo quod generat, ſicut in artibus dictum eſt, pulchritudine[illegible] artificia ab artibus proficiſci. Quid ergo? Pulchra'ne opera quidem ſunt, ratioq; in ipſa materia. Ratio uero quæ non eſt in materia ſed in agente, [illegible] & à materia libera non eſt pulchritudo. Sed in unum hæc ipſa redigi[illegible]. Cæterum ſi moles qua ratione moles eſt, pulchra foret, ſequeretur certe rationem ipſam agentem, quoniam non eſt moles, non eſſe pulchram. Sin autem ſiue in parua ſiue in magna quadam mole ſit ſpecies eadem, ſimiliter mouet, afficit que ui ſua animum intuentis, certe pulchritudo non eſt magnitudini molis attribuenda. Hinc rurſus ad idem ſumitur argumentum. Quoniam quatenus forma eſt extra animum, non percipimus, neque inde mouemur. Cum uero animo iam concipitur, afficit. At uero per oculos ipſa rerum ſpecies tantum influit, alioqui non poſſet per anguſtiſſimum ampliſſima penetrare. Contrahitur uero etiam magnitudo, non magna quidē in mole, ſed ſpecie potius magna. Prętereà ipſam effectus pulchri

cauſam

Sed quàm potiſſimum imaginem intellectus ipſius accipiemus? Quæcunq; enim aliunde quęretur, à deteriori quodã proculdubio requiretur. Imago igitur intellectus eſt ab intellectu quærenda, adeo ut nõ per imaginem de ipſo loquamur, ſed tanq̃ de auro uniuerſo aurum quoddam accipiamus indiciũ. Ac niſi acceptum aurum adhuc ſit purum, aut re ipſa, aut ſaltẽ cogitatione purgemus, demonſtrantes hoc à nobis acceptum, non eſſe aurũ uniuerſum, ſed aurũ quiddam duntaxat in mole. Sic itaq; ab hoc qui in nobis eſt intellectu iam purgato ad intellectum ipſum altius aſcẽdamus. Ac ſi placet à diis ipſis progrediamur, inſpicientes uidelicet qualis in eis ſit intellectus. Dii namq; omnes pulchri, uenuſti, uenerandi, inæſtimabili decore pollẽtes. Verum quidnam eſt, quo dii ſunt tales? Eſt utiq; intellectus. Intellectus inquam potiſſimum in eis agens ut uideantur. Non enim ex eo quòd eorum pulchra ſunt corpora. Nam & quibus corpora ſunt, non hoc ipſum eſt eſſe deos, ſed ſecundum mentem hi quoq; dii ſunt, non inquam ex eo quod pulchra illis adſunt corpora, dii pulchri cenſentur. Non enim aliàs quidẽ ſapientes ſunt, aliàs autem nequaquàm, ſed perpetuo ſapiunt mẽte, tranquilla ſtabiliq; & pura, intelliguntq; omnia, & cognoſcũt nõ humana proprie, ſed ſua id eſt diuina, & quæcunq; intellectus ipſe cernit. Deorum uero, hi quidem qui cælum habitant, otio nanq; abundant, aſſidue cõtemplantur, ſed quaſi eminus quæ in primo ipſo ſunt cælo, ſupereminenti ceruice: hi uero qui in illo ſunt, quotcunq; habitationem illic ſortiti ſunt, contemplantur, totum illic cælum habitantes. Omnia enim ibi ſunt cælum. Illic terra cælũ eſt. Illic mare, animalia, plantæ, homines cęlũ ſunt. Quicquid deniq; eſt illius cæli, cęleſte. Dii uero illic habitantes non dedignantur homines, neq; aliud quicquàm eorum quæ ibi ſunt, ob hoç ipſum quod ex diuinorum numero ſunt. Omnem nanq; regionem illam diſcurrunt locumq; comprehendunt conquieſcentes.

*Supra cælum corporeum in cælo incorporeo ſunt dij duplices, ſcilicet intelligibiles atq; intellectuales. Illi quidem ſunt ideæ, hi uero intellectus omnes æterna idearum contemplatione beati.* Cap. IIII.

INtellectus diuinus ſic in ideas ſe deriuat, ut totus conſeruetur in ſingulis, ſed ſua cuiuſq; in alijs proprietate. Nec tam dicendum eſt ideas eſſe in intellectu, quàm intellectum ipſum in ipſas ideas exiſtere, omniformem videlicet ex vniformi ſeipſo mirabiliter producentem. Si cælum ſimiliter ſe deriuat in ſtellas, in qualibet ſtella & cælum eſt totum, & ſtellæ omnes, ſed proprietate diuerſa. Quod igitur Anaxagoras ait, quodlibet eſt in quolibet, non tam in mundo ſubcæleſti, verumetiam vbi vnio minima quàm in mundo ſupercæleſti, vbi vnio maxima. Quodammodo etiam in cæleſti, vbi mediocris eſt vnio. Vbi vero Plotinus ponit diuinorum contẽplatores inde nunquàm diſceſſuros, accipe quod Porphyrius & [illegible] attigerunt, animos etiam noſtros ad ſimilem poſſe beatitudinem peruenire. Non commouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ſæculi laudabunt te.

HVc tendunt quæ à Platone in Phædro traduntur. Facilem ſcilicet illic ſuperos uitam agere, ueritatemq; ipſam eorum genitricem eſſe atq; nutricem, & eſſentiam & nutrimentum. Inſuper illos omnia cernere, non illa quidem, quæ generationi ſubiecta ſunt, ſed quæ ſint in eſſentia. Videre quoq; ſeipſos in aliis. Omnia enim illic undique perſpicua ſunt. Nihil ibi tenebroſum, nihil obſiſtens. Sed omnis illic omnibus eſt conſpicuus, intrinſecus atq; per omnia. Lumen nanque lumini occur-

occurrit ubiq;. Quilibet in ſe habet omnia, & omnia rurſus in alio conſpicit.
Cuncta igit ubiq; ſunt. Omne illic eſt omne. Illic quodlibet eſt uniuerſum.
Splendor ibi micat immenſus: quodlibet enim ibi magnũ eſt, quandoquidẽ
& paruum illic eſt magnum. Ibi ſol ſtellæq; omnes. Vnaquæq; ſtella ſol eſt,
& ſtellæ ſimiliter omnes. Præcellit autẽ in quolibet aliud, ſed interim in quo
libet cuncta conſpiciuntur. Eſt ibi motus proculdubio purus: non enim pro-
cedentem confundit motum motor alienus à motu. Status etiam illic nulla
permixtione turbatur: nõ enim inſtabili naturæ miſcetur. Pulchrum præterea
ipſum pulchrũ eſt, quoniã non iacet in pulchro. Permanet uero quilibet nõ
quaſi alieno pauimento quodã, ſed uniuſcuiuſq; fundamentũ eſt idipſum
quod ipſum quodq; eſt, cumq; ipſo concurrit quaſi ſurgenti id ipſum unde
ſurgit: neq; ipſum quidem aliud eſt, ſedes uero eius eſt aliud: nam & ſubiectũ
intellectus eſt, & ipſum eſt intellectus. Velut ſiquis cogitet cælum hoc ocu-
lis manifeſtum atq; lucidũ per lumen hoc ſuum germinare coaleſcereq; in ſtel
las. In rebus quidem corporeis non prodit ex alia parte ubiq; pars alia, ſed u-
naquæq; pars ſola ipſa eſt. Illic autẽ ex toto quodlibet ubiq; prodit, ſimulq;
eſt et quodlibet atq; totũ. Apparet quidẽ pars, inſpicitur quoq; ab eo qui acu
te cernat & totum, ceu ſiquis talis ſit uiſu, qualis fertur fuiſſe Lynceus, qui in
tima terræ traditur radiis oculorum penetrare conſueuiſſe. Hanc quidem fa
bulam ſupernorum oculorum perſpicaciam ſignificaſſe arbitror. Accidit ita-
que præterea eos qui illa uident, nunquàm in uidendo defatigari, neq; ſatie
tate ulla unquàm adduci ut uidere deſiſtant: neque enim uacuitas erat in ali-
quo, ut deinde impletus & ſatur finem faciat intuẽdi: neq; hoc quidem aliud
eſt, aliud uero ſic aliud, ut alteri eorum quæ ſunt in eo, illa quæ ſunt alterius,
minime placeant. Præterea indomita illic & indefeſſa ſunt omnia, quod'ue
ibi dicitur inexplebile: propterea tale dicitur, quòd plenitudo eius nũquàm
efficit, ut ſpernat implentem. Videndo nanq; magis aſſidue cernit, atq; per-
ſpiciens infinitum ſeipſum & quæ uidentur, naturam ſuam ducem ſequitur.
Sane uero nullius uita laborioſa eſt, quando eſt uita pura, quod'ue optime ui
uit, cur nam laboret. Vita uero illic eſt ſapientia: ſapientia uero nullis argu-
mentationibus comparata, quoniam ſemper tota fuit, nec ulla parte defici-
ens, ex quo indagine indigeret. Sed eſt ſapientia prima, neq; ab alia ſapientia
deducta: atq; ipſa ibi eſſentia ſapientia eſt. Neq; prius quidem intellectus, i-
pſe eſt deinde ſapiens. Hanc igitur ob cauſam nulla eſt ſapientia maior. At-
que illic ſcientia mentis ipſius collega eſt, propterea quòd ſimul pullu-
lant. Quemadmodum imitatione quadam tradunt, iudicium iuſtitiamque
Ioui ipſi eſſe collegam: omnia enim huius generis ibi uelut ſimulacra, i-
mo exemplaria quædam extant, ex ſe & in ſeipſis ubique perſpicua, adeo,
ut illorum ſpectaculum proprium ſit pluſquam felicium ſpectatorum.
Ipſius igitur ſapientiæ magnitudinem & potentiam ex hoc potiſſimum
conſiderare licet, quoniam una ſecum habet fecit'que entia. Nam quæ ue-
ræ ſunt omnia, ſecuta ſunt ſapientiam, per'que ipſam cuncta conſiſtunt,
una'que cum ipſa ſunt exorta, unum'que ſunt ambo. Eſſentia denique

illic eſt ſapiẽtia. Nos autẽ ad hanc ipſam cognitionẽ [illegible], quoniam ſcientias eſſe putamus ſpeculationes quaſdam [illegible] numq; confluxum: quod quidem neq; ſcientiis quidem [illegible] dum. Siquis autem de noſtris ſcientiis ambigat, [illegible] Sed operæpretium fore uidetur, exordio hinc iterum ſumpto, [illegible] diſputare, quam illic regnantem Plato ſuſpiciens inquit: Scientia [illegible] la non alia eſt in alio. Quomodo uero ſe habeat perquirere [illegible] bis reliquiſſe uidet, ſi modo appellatione eiuſmodi nos dignos [illegible]

*Cum ars naturam imitetur, & natura deum: atq; ars quidem per ſapientiam quandam [illegible] ipſam ſimpliciter ſapientiam: conſequens [illegible] ſua [illegible]*

SI omnia per ſapientiam ſuam reportant eſſentiam, ſequitur vt ſapiẽtia [illegible] prima. Sapientia per induſtriam comparata quæ eſt ars humana, depẽdet [illegible] bis innata, & naturæ ſapientiam imitatur. Hæ vero tres ſapientiæ [illegible] dæ ſunt ad ſapientiam primam, quæ in ſeipſa ſit, vbi uidelicet ſapientia ipſa eſt. [illegible] entia quidem artis humanæ coaceruata eſt ex multis actibus meditationum [illegible] num: ſapientia vero naturaliter nobis inſita, & ſapiẽtia ipſius naturæ atque dei [illegible] dam [illegible] vnus, non ſicut [illegible] vel [illegible] Natura [illegible] vnum ex multis coaceruatum eſt vnum, quod ſeipſum euoluit in [illegible] hoc ipſum ſimpliciter vnum.

QVæcunq; uel arte uel natura fiunt, ſapientia quædam facit, & ubiq; actionem ſapientia ducit: ſicubi uero ſapientia quædam [illegible] at, ſint ſanè artes eiuſmodi. At artifex ipſe rurſus in naturalem ſapientiam reuocatur, ſecundum quam ars & quodlibet opus agitur: ſecundum quam inquam non amplius ex ſpeculationibus congregatam, ſed totam unum quiddam, neq; compoſitam ex multis in unum, ſed ab uno potius in multa ſe reſoluentem. Siquis igitur ſapientiam hanc primam eſſe poſuerit, iam ſufficiet: cum enim nõ ſit ex alio, neq; etiam erit in alio. Sin autem rationem quidem in natura, huius uero principium naturam [illegible] xerit, interrogabimus unde nam natura habeat rationem. Quòd ſi habere dicatur ab alio, de alio rurſus illo quæremus: ac ſi ex ſeipſo habeat iam ibi conquieſcemus. Proindè ſi in mentem ipſam confugiant, ibi rurſus inueſtigandum, nunquid mens genuerit ſapientiam. Quòd ſi fateatur: unde [illegible] remus. Si autem ex ſeipſa conceperit non poteſt id feciſſe, niſi mens ipſa [illegible] entia ſit: Vera igitur ſapientia eſt eſſentia, ac uera uiciſſim eſſentia, ſapientia eſt: ipſaq; eſſentiæ dignitas à ſapientia uendicatur: cõſtat enim eſſentiam [illegible] ram à ſapientia eſſe. Quamobrem quæcunq; eſſentiæ ſapientiam non habent, ex eo quidem quòd per ſapientiam quandam factæ ſunt, eſſentiæ [illegible] autem quòd in ſeipſis nullam poſsident ſapientiam, non ſunt [illegible] Nemo igitur exiſtimare debet, in mundo intelligibili uel deos ipſos [illegible] bitatores illic alios pluſquã felices ibi quaſdam propoſitionum regulas [illegible] plari, ſed ſingula quæ illic eſſe dicuntur, uelut exemplaria quædam [illegible] cula pulchra intuentibus ſe offerre, qualia forſan imaginetur aliquis in animo ſapientis exiſtere. Dico autem non ſimulacra depicta, ſed exiſtentias, quæ propter ideas antiqui entia & eſſentias appellabant.

*Sacerdotes Aegyptij ad ſignificanda diuina myſteria non utebantur minutis [illegible] figuris imaginis herbarum, [illegible] deus [illegible] tationem [illegible] multiplicem, ſed tanquam ſimplicem firmamq; [illegible].*

Cap. VI.

Excogitatio

HOc igitur primo pulchrum eſt, eſt totum, eſt ubique totum, nè uel in parte quidē ulla ſit pulchri defectus. Quid ergo pulchrū ipſum eſt dicendum? Non certè quicq̃ quod nō ſit ipſum totū, ſed uel partem habeat tantum, uel nihil ipſius habeat. Profecto niſi illud ſit ipſum pulchrum, quid nam aliud id eſſe poteſt? Quod enim eſt [illegible] ipſum, pulchrum eſſe non uult. Nam quod primo in aſpectum uenit, propterea quòd ſpecies ſit mentiſq; ſpectaculum, hoc aſpectu amabile eſt atq; iucundum. Quamobrem Plato id nobis ſignificari uolens, inducit architectum mundi perfectum ſuum opus approbantem, ad quiddam aliquā [illegible] ingeniis manifeſtius: per hoc oſtendere uolens, ipſam exemplaris ideæq; pulchritudinē uelut amabilem. Quoties enim aliquis admirat opus ad exemplar aliud fabricatum, exemplar ipſum potiſſimū admiratur. Neq; mirum uideri debet, ſi interim quid patiatur ignoret; quandoquidem & amatores & omnino quicunq; hanc noſtram pulchritudinem admirantur, ignorant ſe propter ſupernam pulchritudinem ſic affectos eſſe: & profecto propter illam ita ſunt affecti. Quòd autem ad diuinum exemplar Plato referat, quod dicit architectum mundi opus ſuum amauiſſe, ipſo ſpectaculo delectatū, declarat, ubi dedita opera ita ſubiungit, ait enim delectatus quidem eſt opificio ſuo, atq; etiam magis ad exemplar, ipſum reddere ſimile uoluit: hoc ipſo demōſtrans, qualis pulchritudo ſit exemplaris, propterea quòd inquit, opus hoc ex illo pulchrum eſſe, quia ſit illius imago. Nempe niſi illud eſſet mirifice pulchrum ineſtimabili pulchritudine pollens: quid nam uniuerſo hoc uiſibili manifeſto pulchrius eſſe poſſet? Quamobrē non rectè ſentiunt, qui mundi huius pulchritudini detrahunt: niſi forte in detrahendo id ſentiant, uidelicet mundum hunc non eſſe ſupernum.

*Cum acceperis totam hanc ſimul formarum mundanarum uarietatem, ſtatim conſeruatis formis [illegible] ſingulis dimenſionem locumq; atque materiam: habes ergo mundi animā penes quam in qualibet forma ſunt cunctæ. Deme deinde motum formis in ſtatu ſeruatis, mentem iam diuinam habes, ubi quæuis idea omnes continet. Deniq; idearum diuerſitate ſi [illegible] reſolutis, primum es principium conſecutus.* Cap. IX.

Corporeus mundus non eſt reuera magnus, quoniam ubiq; dependet ex paruis. Incorporeus mundus eſt infinitus: infinite enim licet dicere, in hac idea ſunt omnes: atq; his [illegible] computatis, in qualibet rurſum omnes, ſimiliterq; deinceps. Cum eſſentia & pulchritudo prima ſit idem, merito quatenus aliquid eſt particeps pulchritudinis, eatenus & eſſentiæ, atq; viciſſim. Item cum prima eſſentia ſit ipſa ſimpliciter ſpecies, nimirum ſpeciei participatione eſſentiam habere omnia.

ACcipiamus igitur noſtrum hunc mundum cogitatione ſic ſe habentem, ut pars unaquęq; maneat quidem quod eſt, ſed ſingulæ ſibi inuicem inſint. Fingamus inquam in unum cuncta ſimul pro uiribus congregata, adeo ut quodcunq; ſingulorum primū ſe oculis offert, uelut ſi ſphera ſit exterior, continuo ſequatur ſolis quoque ſpectaculum, ſimul'que reliquarum ſtellarum imago: intus'que uideantur terra, mare, animalia omnia; uelut in ſphæra quadam ubique perſpicua. Et deniq; re ipſa contingat cuncta in unoquoq; cōſpicere. Eſto igitur

in animo

in animo lucida quædam imaginatio ſphæræ, in ſe habens omnia, ſiue agitata ſiue manentia, aut partim quidem mobilia, partim uero ſtabilia. Tu uero hanc animo ſeruans alteram præterea finge, hinc auferendo molem. Detrahe quoque locum, ſimul'que omnem prorſus imaginationem materiæ abs te procul expelle: neque tamen interea alteram finge altera in mole minorem. Tum uero deum ipſum inuocans qui eam fecit cuius nũc habes imaginem, ſuppliciter ut ueniat obſecra. Veniet ille ſubito, mundum ornatũq; ſuum ſecum ferẽs unà cum diis omnibus qui in eo ſunt omnes. Veniet unus exiſtens ſimul atq; omnes. Occurret unuſquiſq; omnes unà ſecum ferens cõgrediẽtes in unum. Ibi ſanè dii omnes uiribus quidem inter ſe uarii ſunt, ſed una illa poteſtate complurima omnes ſunt deus unus, imò uero deus unus eſt omnes: neq; enim unus ipſe deficit, ut omnes illi naſcant. Simul uero ſunt cuncti, & unuſquiſq; rurſus ſeorſum eſt ab alio in ſtatu quodam nullo modo diſtante, nullam ſubiectam ſenſibus formam præferens: alioqui alius quidẽ alibi, alius autem alibi foret: nec unuſquiſq; in ſe exiſteret omnis: neq; rurſus illorum aliquis partes alias habet aliis uel ſibiipſi: neq; iterum unumquodque illic totum eſt poteſtas diuiſa, tãtaq; duntaxat exiſtens, quot partes ſunt menſuratę: imò uero eſt uniuerſum uniuerſa poteſtas, procedens quidem in infinitum, in infinitũ uero uirtute. Atqui mundus ille uſquεadeo ingens eſt, ut & partes eius infinitæ rurſus euadant: ubi enim eſſe quicq̃ dici poteſt, quo non ille pręcurrerit? Magnus hic quoq; mundus eſt, omnes'que in eo ſimul potentiæ ſunt: ſed maior inſuper foret, & quantus explicari non poſſit, ſi nulla in eo corporis foret potentia parua. Etſi magnas quiſpiam dixerit ignis reliquorumq; corporum uires, tamen ueræ potentiæ infinitate conſtant, eiuſdemq; ignoratione uidentur eſſe aliquid atq; agere, interimendo confringẽdoq;, & ad genituram animalium miniſtrando. Sed hęc quidem interimunt, quoniam ipſa quoq; interimuntur: & uiciſſim generant, quoniam generantur. Potentia uero quæ uiget illic, eſſe ſolum habet, ſolumq; eſſe pulchrum. Vbi enim pulchrum eſſet quicq̃ quod ipſo eſſe priuatum foret? Vbi rurſus eſſe poteſt eſsẽtia, ſi pulchritudinis præſentia careat? Dum enim tollitur pulchritudo, aufertur eſsentia. Quapropter eſse ipſum deſiderabile eſt, quoniã idem eſt eſſe atq; pulchrum: ac uiciſſim pulchrum eſt amabile, quoniam eſt & eſſe. Vtrum uero utrius cauſa ſit, non expedit indagare, cum una ſit utriuſque natura. Hæc igitur falſa eſſentia corporum indiget quadam imagine pulchri extrinſecus accedente, ut & pulchra uideatur, & omnino ſit aliquid. Et eatenus eſt, quatenus particeps facta eſt pulchritudinis ſpeciei ipſa conſtantis. Et quo plus ſpecioſæ accipit pulchritudinis, eo perfectior. Sic enim magis ei propria ſit eſſentia pulchra & ipſa deniq; pulchritudo.

*Vnà cum Ioue id eſt anima mundi omnes animæ cæleſtes dæmonicæq; & humanæ iam purgatæ toto fruuntur mundo diuino.* Cap. X.

ETſi ibi ſinguli cunctas contemplantur ideas, alij tamen alias attentius & auidius, ad quas præcipue cæteras quodammodo referunt. Ipſa pulchritudo ibi potiſſimum eſt vniuerſus ille ſplendor ex cuncta idearum quaſi ſtellarum ſerie micans. Tota intelligentiæ poteſtas niſi ardentiſſimus amor acceſſerit, hucuſq; fortaſſe peruenit, vt pulchritudinem illam

[illegible] ſpiciat vt externam. Accedens amor contemplantem in eam transfert, ac viciſſim, vſque adeò vt contemplator amator iam ſeipſum inſpiciat pulchrum, imò pulchritudinem [illegible]. [illegible] Plotinus quod ait Plato philoſophos cum Ioue ſolos incedere, ab Ioue miſſos. [illegible] homines ſingulis proprie ſunt addicti: ſolus philoſophus vniuerſum ambit. [illegible] vero anima Iupiter.

Yperioribus de cauſis Iupiter ipſe & ſi aliorum antiquiſſimus deorum quos ipſe ducit, primus incedit ad mundum intelligibilem contemplandum. Hunc deinde ſequuntur cæteri dii, dæmones, animi, quicunq; hæc cernere poſſunt. Diuinus autem ille [illegible] deſuper illis effulget ex occulto quodam, & ab excelſo illis exoriens, [illegible] omnia numina implens ſingula lumine. Tum uero ad ſe inferiores animos excitat, qui deinceps conuertuntur ad ipſum, cernere non ualentes, ceu ſolem. Sed alii quidem perſpiciunt erecti ab ipſo eiusq; intuitum facile perferentes, alii uero turbantur, quotcunq; longius ab ipſius natura diſtant. Cum uero quicunq; poſſunt ſinguli uideant omnes quidem ipſum, & quod ipſius eſt ſuſpiciunt, neq; tamen ſpecimen ſemper idem unuſquiſq; reportat: ſed dum attenti conſpiciunt, alius quidem ſplendentem cernit ipſius iuſtitiæ [illegible] atq; naturam, alius autem abunde temperantiam intuetur, non qualem penes ſe homines quando habent. Imitatur enim hæc noſtra [illegible] modo illam. Illa uero in omnibus circa omnem quaſi magnitudinem [illegible] ſe diffundens, poſtrema diſcernitur, & quidem ab illis qui ſpectacula [illegible] multa perſpicua peruiderunt. Proinde dii tum unuſquiſque ſeorſum, tum ſimul cuncti conſpiciunt. Conſpiciunt & animæ, quæ illic omnia uident, ex omnibusq; tales euadunt, ut ipſæ quoque cuncta à principio ad finem uſque contineant. Hæ quidem illic habitant, & quantum ineſt eis, quod illic [illegible] naturaliter ualeat habitare, & ſæpe totum quod eſt in eis, ibidem habitat, [illegible] inde minime ſegregantur. Hæc igitur & ipſe Iupiter & quicunq; noſtrum unà cum Ioue hæc amat, feliciter contemplatur. Poſtremamq; omnium pulchritudinem uniuerſam ex omnibus effulgentem, & quod pulchritudinis illius eſt particeps. Rutilant enim illic omnia, ſpectatoresq; illos ſplendore colluſtrant, adeo ut ipſi quoque pulchri prorſus efficiantur. Quemadmodum ſæpe accidit his qui altiſſimos montes aſcendunt, ubi flauum [illegible] colorem habeat. Colore nanque illo ſtatim inficiuntur, facti ſimiles [illegible], ad quam aſcenderant. In mundo uero diuino florens ille color ipſa eſt pulchritudo, imò uero quicquid ibi eſt, totum color eſt, & funditus pulchritudo. Non enim aliud quiddam pulchritudo illic extat, quaſi ſuperficie efflorens, uerum apud illos qui non inſpiciunt totum, ſolum quod in ſuperficie [illegible] aſpectui, cenſetur nominaturq; pulchritudo. Qui uero per totum quaſi mero perfuſi nectare prorſus implentur, cum per totam animã ſe infuderit pulchritudo, non ſolum ſpectatores euadunt. Non enim ulterius hîc quidem ſpectator extra eſt, ibi uero ſpectaculum ſimiliter extra. Sed qui acutè perſpicit, [illegible] habet in ſeipſo perſpectam. Atqui & habens ſæpe habere ſe neſcit. Nam qui tanquàm externum aliquid aſpicit, iccirco uelut ex-

onum excitiantur. Morbus enim uehementius pulſat, & excitat: ſanitas aũ [illegible] quietior nobiſcum habitans, notitiam ſui exhibet planiorem, ſilens pro feſſa inſidet, & tranquilla tanquàm familiaris nobiſq; cõſpirat in unum. At morbus nihil habet domeſticũ, ſed eſt penitus alienus, propterea manifeſti or incidit, quia maxime diuerſus nobis occurrit. Quæ uero noſtra nos quæ ipſi ſumus, uel abſq; manifeſto ſenſu nobis inſunt. Sic uero nos habentes, ma [illegible] nium nobiſmet noti ſumus, quippe cum ſcientiam noſtrũ atq; nos [illegible] effecerimus. Igitur in mundo diuino quando mente ſcientes ſum [illegible] mur, quodammodo ignorare uidemur, ſuſtinentes uidelicet ſen [illegible], qui profecto ait nequaquàm uidiſſe: neque enim uidit, neq; [illegible] uidere unquam poteſt. Quod ergo uidiſſe diffidit, ſenſus eſt, alter [illegible] qui uidit. Aut ſi ille quoq; diffidat, neq; etiã ſeipſum eſſe eſt creditu [illegible] Neq; enim & ipſe poteſt, quando ſeipſum extra poſuerit, uelut ſenſibilẽ [illegible] corporis intueri.

*[illegible] intellectum ſuum totus ingreditur, per hunc ingreditur & diuinum: qui boni quidem ipſius filius [illegible] animæ mundi.* Cap. XII.

Generatur vero & intellectus à bono, & anima mundusq; ſimul ab intellectu, non conſi [illegible] deliberante, ſed natura fœcunda, natura vero tum in bono voluntas eſt, ſiue volu [illegible] in intellectu primo ipſa eius intelligentia. De voluntaria creatione mundi alibi.

Dictum eſt autẽ, quomodo tanquàm alter id agere poſſit, & quomodo tanquàm idẽ ipſe uidens. Ipſe uero uidens ſiue tanquàm alter, ſiue tanquàm ipſe idem manens, quid nam potiſſimum nunciat? Nempe ſe deum uidiſſe pulchrum filium, & omnia in [illegible] generantem, conceptumq; abſq; labore in ſe habentem. Deus enim de [illegible] his quæ genuit, ſuoſq; partus amans, penes ſeipſum cuncta continu it, cum ſui ipſius, tum ſuorũ ſplendore congratulans. Cum uero hæc omnia pulchra ſint, & quæ intus permanẽt pulchriora, ſolus omnium Iupiter filius foras emicuit. Ex quo etiam ultimo filio uidere licet tãquàm ex quadam illi us imagine, quantus ſit ille pater, quanti ue Iouis fratres apud patrẽ perſeue [illegible]. Hic autem nõ fruſtra dixerit ſe à patre ueniſſe. Eſſe nanq; ſe alterum ab eo mundum, qui pulcher ſit effectus, uelut pulchri ipſius imago: nefas ea [illegible] eſſe imaginem pulchri ipſius atq; eſſentiæ non eſſe pulchram. Imitatur [illegible] exemplar ubiq;. Vitam nanq; habet & eſſentiæ donum tanquàm imitatio [illegible]. Habet & pulchritudinem, quatenus inde prodit: habet etiam ut ſit ſemper tanquàm æternitatis illius imago: alioqui quo nã pacto aliàs qui dem illius imaginem præferet, aliàs uero nequaquàm? Quippe cum imago eiuſmodi facta non ſit per artem. Imago uero omnis natura cõſtans tandiu eſt, quandiu manet exemplar. Quamobrem non recte ſentiunt, qui mundũ hunc interiturum putant, manente diuino, atq; ita genitum opinantur, ut e ius auctor quandoq; de mundi fabrica conſultauerit. Hi ſane, quis nam effe ctionis huiuſmodi modus ſit, neq; intelligere uolunt, neq; ſciunt, quatenus diuinus ille lucet mundus, eatenus inde mundum hunc emicare: neq; defe cturum unquàm, ſed ex quo ille eſt, & reliqua inſuper eſſe. Erat autem mun dus ille ſemper, & erit. His utiq; nobis interea nominibus [illegible] ſignificãdi

ſionnihil uoluntate compulſis.

*Intellectus diuinus, qui & Saturnus cognominatur, caſtrat Cælum [illegible] ipſum bonum.* Cap. [illegible]

Diuidit enim penes ſe in plures formas vniforme patris donum. Permanet vero in ſe abſq; motu, & à commercio corporis ſegregatus. Nam mundanam diſp[illegible] tus generationes Ioui ideſt animæ mundi conceſſit. Cuius natura ge[illegible] Venus. Pulchritudo mundi corporei vmbra quædam eſt ad ipſam mundi incorpore[illegible] tudinem. illic rurſum mundanæ animæ pulchritudo imago quædam eſt ad [illegible] telligentiæ pulchritudinem. Hæc tandem eſt primæ lucis ſplendor, foras exuberans.

DEus igitur ille Saturnus, qui ligatus fingitur, propter[illegible] pe nes ſeipſum eodẽ ſemper habitu perſeueret, qui & [illegible] di huius imperium Ioui filio conceſſiſſe, neq; enim [illegible] neum erat illud imperium dimittẽti, iuniorem po[illegible] ſe proſequi principatum, quippe cum pulchrorum omnium [illegible] complectatur. Saturnus inquam his obmiſſis patrẽ ſuum Cælum [illegible] firmauit, & illuc uſq; ſe erexit in altum. Firmauit rurſus, quę de[illegible] quuntur à filio iam exordium nacta poſt ipſum. Sic itaq; tenet [illegible] medium, tũ quia alteritate quadam paterna ſecat, tũ quia ab inferio[illegible] ſtinet in ſublime conſurgens, dum fingitur ab inferiori cura uinculis cohibe ri, medium certe gradum obtinens, inter maiorem patrem filiumq; [illegible] rem. Quoniam uero Cælius Saturni Iouiſq; progenitor, maior a[illegible] eſt, quàm ut eſſe pulchritudo dicatur, icc irco Saturnus ideſt inte[illegible] mo pulcher extat, quamuis anima quoq; ſit pulchra. Ille tamen [illegible] chrior, quoniam hæc ueſtigiũ eſt illius, atq; hoc ipſo naturaliter [illegible] chra. Pulchrior autẽ quando illuc intuetur. Si anima igitur uniuerſi [illegible] tioribus aliquando uerbis utamur) & ipſa Venus pulchra eſt, qualis [illegible] intellectus? Si enim anima Venuſq; à ſeipſa id habet, quãtus nam eſt [illegible] ab alio, à quo nam potiſſimum anima, tum accedentem, tum eſſenti[illegible] raliter inſitam pulchritudinem habet? Iam uero quoties nos pulch[illegible] propterea quod noſtri iuris facti ſimus, ſumus & pulchri: turpes uero [illegible] do in naturam inferiorem præcipitamur. Atqui cum nos ipſos agno[illegible] pulchri ſumus: turpes uero, cum ignoramus. Illic ergo pulchritu[illegible] illinc emicat pulchritudo. Sed nunquid hactenus iſta ſufficiũt ad [illegible] mundum perſpicue cognoſcendum? An potius altera rurſus ad [illegible] bis ſic eſt incedendum?

## MARSILII FICINI FLORENTINI

### IN LIBRVM, DE INTELLECTV ET IDEIS ET ENTE ANNOTATIONES.

*Animus diuinorum contemplator iam eſt in patria. Alij homines & uoluptuoſi ſunt exules. Sed [illegible] lius quàm uoluptuoſi in patriam reuertuntur.* Cap. I.

PLOTI-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# PLOTINI ENNEADIS V. LIBER IX.

## DE INTELLECTV ET IDEIS ET ENTE.

CVm omnes homines ſtatim nati, ſenſu prius quàm mẽte utantur, rebusq; ad ſenſum ſpectantibus neceſſario prius incidant, affectumq; applicent, alii quidem eodẽ in habitu perſeuerantes ita uitam tranſigunt, hæc & prima exiſtimãtes & ultima, & quod in eis moleſtum eſt, malum, quod uero iocundum: bonum eſſe cenſentes. Atque ita demum ſatis ſibi factum arbitrantur, ſi per omnem uitã iocunda proſequantur, & contraria reſpuant. Proinde quicunq; inter eos rationem ſibi aliquam uendicant, hanc eſſe iudicant ſapientiam, ita prorſus affecti, quemadmodum grauiores aues, quæ cum è terra multa rapuerint, quorũ pondere prægrauentur, per ſublimia ultra uolare non poſſunt, quamuis à natura pennas acceperint. Alii uero aliquantum ab inferioribus eleuãtur, quos ipſa animi natura melior, à uoluptate reuocat ad honeſtum. Qui uerò non poſſint intueri ſupernum, ideoq; nihil aliud habeant, ubi quieſcant, transferuntur unà cũ ipſo uirtutis nomine ad actiones, inferiorumq; declinant, à quibus attollere ſe ab initio conabantur. Tertium deniq; genus hominum eſt diuinum, in quo quidem illi ſunt, qui & maiore potentia & perſpicacia oculorum freti, ſupernam lucem acute ſuſpiciunt, ad eamq; perſpectã ſe prorſus attollunt, inferiores nebulas & caliginem tranſcendentes; & cum tranſcenderint, ibi permanent, hęc omnia prorſus deſpicientes, nec aliter regione ſuperna, tanquàm uera & propria delectantur, quàm peregrinus poſt longos errores legitimæ tandem patriæ reſtitutus.

*Quod eſt primo pulchrum, id pulchrum eſt ſeipſo, ſe toto, ſemper.* Cap. II.

NOn eſt igitur prima in corpore pulchritudo. Hoc enim non per ſe totum, ſed per formã pulchrum, atque mutabiliter nec rurſus in anima. Nam hæc intellectuali participatione mutabiliterq; fit pulchra. Sed prima in intellectu primo pulchritudo eſt, ſplẽdor quidam & figura boni. Plotinus apoſtoli Ioannis & Pauli myſteria ſæpe tangit, myſteriũ tamen Trinitatis non tãm aſſecutus videtur, quàm perſcrutatus, & pro viribus imitatus.

QVæ nam igitur hæc regio eſt? Et quo pacto ad eam quis aſcendere poteſt? Profecto huc ille poteſt aſcendere, qui natura potiſſimum ad amandam trahitur pulchritudinem, & natus eſt re uera philoſophus. Qui ſane uelut amator circa pulchrũ ipſum quodam quaſi partus labore uexatur, neq; tamẽ pulchritudine corporis eſt contentus. Sed ab hac confugit ad animi pulchritudinem, uirtutes uidelicet, ſcientias, officia, leges. Atq; inde rurſus ad cauſam aſcendit eorum, quæ in animis ſunt pulchrorum. Et ſiquid adhuc ſuperius extat, quouſq; tandem ad primum uſq; peruenerit, quod à ſeipſo ſit pulchrum. Quo ſane perueniens, uexari iam deſinit, prius uero nequaquàm. Verum quo nã pacto illuc aſcendet? Et unde facultas eiuſmodi dabitur? Et quæ nam potiſſimum ratio amorem hunc quaſi manu perducet ad finem? Forſan eiuſmodi ratio pulchritudo hæc corporibus indita corporibus aduentitia eſt. Hæ nanque formæ



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ad intellectum, cognoſcens eum effectorem reuera totiusq; artificem: affirmabitq; ſubiectã huic materiã, inde formas accipiẽtem, partim quidem ignẽ partim uero aquam aut aerẽ euaſiſſe uel terram: has utiq; formas ab alio proficiſci, id uero exiſtere animam. Rurſusq; animam quatuor membris uniuerſi formam tradere: iam uero mentem ipſam animæ rationes infundere, quẽadmodum & artificum animis artes ipſæ rationes exhibent ad agendũ. Proinde mentem alteram quidem, uelut animæ ſpeciem, mentem uidelicet ſecundum formam: alteram uero quæ ita formam animæ præbeat, ſicut artifex ſtatuæ formam: cui quidem menti inſunt omnia quæ largitur: & quæ largitur animæ, ueritati proxima ſunt: quæ uero corpus accipit, imagines iam ſunt & imitationes quædam.

*Super animas quæ ex potentia in actum intelligendi procedunt, & paſſionem aliquam ſubeunt, & habent cū corpore commercium, eſt ipſe intellectus actu ſemper intelligens, paſſionis expers, à corporis contubernio ſegregatus.* Cap. IIII.

CVr ex materia rebus mutabilitas accidat, profecto niſi eſſent res quædam à materia ſegregatæ, ordo conſequens perpetuaq; ſucceſſio ſimilium in tranſmutatione rerum conſeruari non poſſet.

CAeterum cur nam, poſtq̃ ad animam uſque perueneris, non potes in ea tanquam primo quieſcere, ſed ulterius procedere cogeris? Quoniam primo quidem intellectus ipſe aliud quiddã eſt meliusq; quàm anima: quod uero melius eſt natura prius exiſtit. Neque enim, ſicut multi putant, anima cum iam perfecta eſt, generat intellectum. Quod enim aliquid in potentia eſt, unde nam quandoque erit in actu, niſi cauſa quædam præſit, quæ perducat in actum? Si enim caſu quodam prodiret in actum, contingere poſſet, ne in actum quandoque progrederetur: quamobrẽ neceſſarium eſt prima in actu conſiſtere, neque indiga, ſed perfecta: quæ uero imperfecta ſunt, poſteriora eſſe perfectis, perficique ab illis quæ genuerunt ritu quodam iureq; paterno quandoque perficientibus, quæ imperfecta ab initio genuerunt. Iam uero quod genitum eſt oportet ad effectorem habere primo quidem ſe uelut materiam, deinde uero formam. Proinde ſi anima paſſionem quandam in ſe admittit, oportet autem extare aliquid procul ab omni paſſione ſemotum: alioqui omnia tempore diſſoluentur, oportet aliquid anima ſuperius eſſe. Præterea ſi anima eſt in mundo, atque eſſe oportet aliquid extra mundum, hac quoque ratione neceſſarium eſt ſuper animam aliquid eſſe. Si enim quod in mundo eſt id ipſum eſt quod in corpore atque materia, nimirum nihil idem permanet, ſi tale quiddam duntaxat extiterit: quapropter homo & reliqua non ſemper erunt: ſeminariæ quæ rationes neque ſempiternæ neque ſemper eædem permanebunt. Oportere igitur ſuper animam eſſe mentem, ex his quæ diximus aliisq; permultis intelligere licet.

*Intellectus natura perfectus per ſe ſemper intelligit, quoniam ex ſeipſo intelligit, uidelicet in ſe conuerſus. Nec rurſum talis, quoniam per eſſentiam ipſe eſt hæc ipſa entia quæ intelligit.* Cap. V.

INtellectus perfectus cum ſit eſſentia perfecta, pro obiectis habet entiá quoque perfecta. Horum vero multitudo talis nec eſt in principio rerum primo, neque rurſus in mundo ubi & materia inſitum eſt, & forma non eſt prima forma. Quoniam cum ſic in alios

 dependet

dependet ab alio. Eſt igitur perfectorũ entium multitudo in intellectu eam intelligente, pręſertim quia omnis multitudo rerum extra ipſum ab eius intelligentia proficiſcitur: nec igitur antecedit nec comitatur eam, ſed ſubſequitur ſicut verba loquentem, ſicut proles generantem. Virtus quidem generandi atque intelligẽdi, quæ diuerſæ ſunt in anima, eadem ſunt in mente. Intelligendo igitur generat, imò & naturaliter exiſtendo: ſicut ignis calendo, ſol lucendo, anima viuendo. Denique rationes rerum quæ ſunt in anima naturaliter mobili, non ſunt per ſe ab omni mutatione tutæ, niſi reducantur ad firmas intellectus ideas.

INtellectum uero debemus accipere (ſi modo uera ipſius appellatione ſimus uſuri) non in potentia intellectum, neq; ex amentia in mentem progredientem: alioqui alterum rurſus ſuperiorem inueſtigare cogemur: Sed intellectum accipere decet exiſtentem in actu perpetuo, qui & ita ſemper intellectus exiſtat. Si uero intellectus eiuſmodi aduentitiam non habet intelligentiam, quicquid intelligit, à ſeipſo prorſus intelligit: & ſiquid habet, poſſidet à ſeipſo. Quòd ſi à ſe & ex ſe intelligit, ipſe profecto exiſtit hęc ipſa quę & intelligit. Si enim eſſentia quidem eius eſt altera, quæ uero intelligit rurſus & altera, ipſa certe huius eſſentia erit muneris intellectualis expers, neque amplius in actu, ſed in potentia intellectus. Non decet igitur horum alterum ab altero ſeparare, tametſi cõſueuimus rebus noſtris adducti, illa quoq; inter ſe noſtris cogitationibus ſeparare. Quid nam igitur agit quid'ue intelligit: ut illa illũ quæ intelligit, eſſe ponamus. Profecto cum ſit intellectus atq; ens, per uerum eſſendi modum entia intelligit & inducit: eſt igitur entia. Aut enim illa alibi exiſtentia intelliget, aut in ſeipſo tanq̃ exiſtentia ipſum. Alibi quidem impoſſibile eſt: nam ubi potiſſimũ? Seipſum igitur, & penitus in ſeipſo. Non enim intelligit hæc in rebus (ut multi putant) quæ ſenſibus offeruntur: nam unumquodque primum non eſt ex eorum genere quę ſenſibus attinguntur. Quod enim in his eſt tanq̃ forma, in materia eſt, & entis ipſius imago: ſpeciesq; omnis quæ in alio iacet, etiam depẽdet ab alio, referturq; ad illud, atq; eſt illius imago. Præterea ſi neceſſe eſt intellectum eſſe uniuerſi huius artificem, hic certe non intelliget ea quę in eo quod nondum eſt exiſtant, ut ipſum efficiat: igitur ante mundum illa oportet exiſtere, non tanq̃ figuras impreſſas ab aliis, ſed præcipua quædam exemplaria primaq́;, & mentis eſſentiam. Siqui uero dicant, ſeminales ad id ſufficere rationes, proculdubio aſſerẽt ſempiternas: ac ſi ſempiternæ ſunt & procul ab omni paſſione ſemotæ, eſſe eas oportet in mente, & illa quidẽ tali, quę habitu & natura, & anima prior exiſtat: ſunt enim hęc in potentia quadã, & in illius poteſtate conſiſtunt. Mens itaq; entia ipſa eſt, ſecundum uerum eſſendi modum, non ea quæ alibi ſunt intelligens: hęc enim neq; ſunt ante ipſam neq; poſt ipſam. Sed mens eſt tanq̃ legislator primus, imò uero ipſa lex ipſius eſſe. Recte igitur dictum eſt, idem ſanè intelligere eſt atq; eſſe. Item ſciẽtia eorum quę ſunt abſq; materia, idem eſt atq; res ipſa. Rurſus inueſtigaui equidem meipſum tanq̃ unum aliquid entium. Teſtantur idem reminiſcentię: nullum nanq; entium eſt extra mentem, neq; rurſus in loco: manent uero perpetuo in ſeipſis, neq; mutationem neq; interitum ſubitura. Ideoq́; per uerum eſſendi modum entia eſſe cenſentur: alioqui ſi oriantur & occidant, eſſe aduentitium ſortient: neq; hæc ulterius entia ipſa

erunt,

[illegible], ſed illud potius ens ipſum erit: nempe quę ſentiuntur participatione quadam ſunt ad ipſum quod eſſe dicuntur: quippe cum ſubiecta natura formã accipiat aliunde, ſicut æs accipit ab arte ſtatuaria formã, & lignũ ab arte fabrili, dum uidelicet ars in materias tales progredit per imaginẽ: ipſa uerò ars interim extra materiã in eodẽ habitu perſeuerat, habetq; uerã in ſe ſtatuã atq; lecticã. Sic ergo uniuerſum hoc in genere corporum particeps duntaxat imaginũ manifeſte teſtať entia ipſa à corporibus eſſe diuerſa: illa enim immutabilia ſunt, hęc uero mutanť: illa in ſeipſis firma cõſiſtũt, loci nullius egẽno, illa enim nulla magnitudine protenduntur, ſed intellectualẽ ſubſtantiã habent ſibi ſufficientẽ. Corporũ nãq; natura alio quodã ſemper indiget ſeruatore: mens uero cum mira quadam natura ſuſtineat & conſeruet ea quæ ſuapte natura cadunt, merito ubi ipſa fundetur, deſiderare non cogitur.

*Ideæ in intellectu ſunt propriæ quædam poteſtates eius, per quas ipſe eſt aliter aliter'ue definitur.* VI.

QVoniam vero eadem eſt ibi intelligendi & generandi facultas, ideo illic ideæ non ſolũ ita ſe habent vt variæ notiones, ſed etiam vt multæ vires ſeminales in anima: inde quidem dicũtur exemplaria, hinc vero principia rerum: rationes & ſpecies vtrobique. Proinde qualitates omnino materiales, calor, frigus, & ſimiles, nequeunt vnionem habere mutuam ſine confuſione: aut enim ſeiuncta manent, aut ſi commiſcentur, vel vna confundit aliam, vel cunctæ à ſeinuicem confunduntur, adeo vt alia quædam reſultet ex cunctis. Qualitates minus materiales, vt ſapores, vniri poſſunt vt illæ cum confuſione quidem, ſed non tãta. Odores autem quaſi adhuc minus materiales vniuntur in eodem medio differentes, & aliquanto minus alter confundit alterum, confundit tamen. Voces diuerſæ magis adhuc vniuntur in medio, minuſq; confunduntur, quia materiales minus. Species vero colorum etiam cõtrariorum quia immateriales ſunt, in eodem puncto vniuntur, & ſine vlla mutua confuſione diſtinctiſſime illic extant. Vnde concluditur, vnionem formarum ſine confuſione, ideſt cõſimilium quidem & interea diſtinctarum eſſe in anima poſſe tanquàm eſſentia quadam immateriali, & multò magis in mente adhuc magis à materia ſeparata. Cum enim per diſceſſum à materia gradatim creſcat vnio formarum pariterq; diſtinctio, conſequens eſt, in mente vnitiſſimas eſſe ſimulatque pariter diſtinctiſſimas.

INtellectus igitur ipſa entia ſit, habeatq; omnia in ſeipſo non tãquam loco, ſed tanquàm ſeipſum habens, unumq; cum ipſis exiſtens. Sunt autem illic omnia ſimul, ſed nihilo minus inter ſe diſtinguũtur. Quando & anima multas ſimul ſcientias habens, nihil tamen habet in ſe confuſum, ſed unaquæq; ſcientia quando res poſtulat ſuum munus exequitur, neq; interim ſecum alias cõtrahit. Vnaquæq; uero notionem agit pura ab aliis intimis notionibus expedita. Sic igitur multoq; magis intellectus eſt ſimul omnia: rurſus'que non ſimul, quoniam illic unumquodque poteſtas quædam propria eſt. Vniuerſus uero intellectus omnia, ſicut genus ſpecies continet, & ſicut totum partes. Quinetiam uires ipſæ ſeminum huius quod modo dicebam imaginem referunt. In toto enim ſemine indiuiſa ſunt omnia, ibiq; rationes inſunt, uelut in uno quodam cẽtro collectæ. Sed alia illic oculi, alia manuum ſeminalis ratio eſt: quod'ue diuerſæ ſint, ex diuerſis inde genitis patefaciũt. Vires igiť ſeminibus inſitę id certe habẽt, ut earũ unaquęq; una tota ſit ratio unà cũ partibus in ſe neceſſario cõprehẽſis. Iã uero quod ibi corporeũ eſt materiã habet, quantũ illic eſt uelut humidum: ipſa uero ratio ſpecies quædã eſt undiq;, & ratio quidem ipſa eadem eſt cũ ſpecie animæ generante: quę quidẽ anima imago eſt animę melioris.

Hanc

[illegible], ſed unaquæque eſt intellectus: atq; omnino intellectus quidem ipſe [illegible] eſt ſpecies omnes. Vnaquæq; uero ſpecies unuſquiſq; eſt intelle[illegible]. Quemadmodum [illegible] quædam ſcientia cunctas contemplationes ſuæ [illegible] notiones: & [illegible] quælibet pars eſt totius, non diuiſa loco, ſed habens [illegible] in toto [illegible]. Hic igitur intellectus eſt in ſeipſo in eodem ſe[illegible] conquieſcens, æterna omnium plenitudo. Si autem intellectus ipſe [illegible] ipſo ente prior, oporteret inde dicere, intellectum agendo [illegible] generaſſe entia atq; perficere. At quoniam neceſſarium eſt ens [illegible] excogitare, fateri oportet, entia ipſa intelligenti imprimis [illegible] uero intelligentiamq; entibus ipſis accedere, quemadmodum [illegible] ignis actum, adeo ut entia imprimis ſic penitus inſita, intellectum [illegible] actum proprium habeant. Eſt autem ens quoq; ipſum actus. [illegible] utriſq; actus eſt, imò uero ambo ſunt unum: una igitur natura [illegible] eſt atq; intellectus. Quapropter entia & entis actus, & intellectus [illegible] ſunt: atq; intellectiones eiuſmodi ſpecies & forma actus quæ ſunt [illegible] tamen à nobis talia partientibus, alia illic ante alia cogitantur; [illegible] eſt partiens intellectus: ille uero & impartibilis & minime partiens, [illegible] eſt, atq; omnia.

*[illegible] quæ diſponit in mundo per intelligentiam naturalem, eas ipſa formas in ſe modo quodam naturali [illegible].* Cap. IX.

S[illegible] animæ eſſentia ſuas vires ex ipſa fluentes: ſicut natura genitalis rationes membrorum ſeminales: ſicut ſpecies ignis lucem, calorem, ſiccitatem, leuitatem, raritatem: atque [illegible] ideæ conueniunt inuicem atque differunt. Neceſſe eſt enim differre ideas ratio[illegible], ne alioqui diſtinctio formarum ordoq; in rebus proueniat ex materia, vel accidat ex [illegible] vel contingat ex diuerſis agentibus fortuito cõcurrentibus. Sin autem deus ex[illegible] volutate, quod in Theologia probamus, more architecti & geometræ, re[illegible] ideas.

SEd quæ iam ſunt in una illic mente quæ cogitantes ipſi partiamur? Oportet enim ea quieſcentia proferre, ac uelut ex quadã ſcientia in uno manente pronuntiare, atq; ita quæ inſunt planius intueri. Cum igitur mundus hic ſit animal, animalia cuncta complectens, & ab alio accipiat eſſe atq; eſſe tale, illud autem à quo eſt redi[illegible] in mentem, neceſſarium eſt & in mente uniuerſum imprimis totius ex[illegible] extare, atq; hunc intellectum mundum ipſum intelligibilem eſſe, de quo [illegible] in Timæo inquit: Intellectus in eo quod eſt uiuens ſiue animal, ideas [illegible]. Sicut enim ubi adeſt ratio ſeminaria, quæ animal quoddam eſt, [illegible] ſubeſt materia rationem ſeminariã ſuſceptura, neceſſarium eſt animal generari: ita cum adſit natura intellectualis omnipotentia pollens; [illegible] impediat, quippe cum nihil inter hanc & ſuſceptaculum ſe medium [illegible], neceſſarium eſt hoc quidem ornari, illud autem hoc exornare. [illegible] quod exornatum eſt, ſpeciem iam diuiſam habet, alibi quidem hominem, alibi uero ſolem. Exornator ille contrà in uno quodã oĩa poſſidet.

*[illegible] & ſimiliter eſt eſſentia idea, intellectualis, ſpecies, actus: cæteris autẽ inter ſe [illegible] differunt.* Cap. X.

F[illegible] in mũdo omnia, & motus actioneſq; & effectus eorũ naturali & ſpeciali quodã ordine procedẽtes, proprias illic habent ideas: defectus vero formarũ progreſſionis [illegible] nequaquã ſunt: ſed aliunde contingunt, & per ideas formaliũ cognoſcuntur.

Quæcunque

QVaecunq; igitur in mundo ſenſibili ſunt per ſpeciem, inde procedunt; alia uero nequaquam: quamobrem nihil eorum ibi eſt quæ præter naturam ſunt: quemadmodum neq; quicquam præter [illegible] artibus ineſt. Neq; eſt in ſeminibus [illegible] claudicatio namque cōditio pedum in generatione cōtingit, ubi ratio ſeminaria minime ſuperat: nempe ſpeciei iactura caſu accidit & fortuna. Qualitates autem [illegible] naturæ conſentaneæ, quantitates, numeri, generationes, habitus, profectus, actiones paſſionesq; uidelicet naturales, & motus & ſtatus, tum uniuerſaliter tum particulari conditione ex eorum numero ſunt, quæ ſunt ibi & [illegible] unt. Pro tempore autem illic regnat æternitas: ſed pro loco illic ratione quadam intellectuali aliud reperitur in alio. Cum igitur illic ſimul omnia ſint, quicquid potiſſimum ex illis acceperis, eſſentia eſt intellectualisq; [illegible] & uitæ compos exiſtit. Sic utique ibi eſt idem & alterum, motus & [illegible] le & conſiſtens, eſſentia, qualitas, & omnia prorſus eſſentia. Non [illegible] potentia; ſed in actu ens eſt unumquodq;: quamobrē qualitas ab unaquaque eſſentia non ſecernitur. Sed nunquid hæc ſola illic ſunt quæ mundo [illegible] continentur, an potius & alia multa? Verum prius de his quæ artibus [illegible] tur, uidetur conſiderādum. Nam malum quidem ibi uel inde nihil: [illegible] enim hic accidit ex indigentia, priuatione, defectu. Malū ſanè eſt [illegible] quædam infortunatæ materię formam minime conſequentis, itemq; eius quod materiæ ſimile uidetur euadere.

*Artificia quæ uel ſolum imitatione quadam rerum motionumq; naturalium ſunt, uel etiam ab ingenio [illegible] naliter artificioſo proueniunt, non habent proprias illic ideas.* Cap. XI.

SEd partim rediguntur ad ipſas naturalium ideas, partim ad rationes rerum, [illegible] menſurarum, modorum, animo rationali ingenitas, & ab ideis ſimilibus dependentes. Contemplatio rerum philoſophica diuinam ſapientiam habet ideam. Prouidentia [illegible] tim vel publice gubernans, diuinam prouidentiam ſuſpicit pro idea. Tempus [illegible]

SEd ut ad artes iam & artificia ueniamus, artes quæ ſi[illegible] ſunt quemadmodum pictura, ſtatuaria, tripudium [illegible] tio manuum, cum hic quodammodo comparentur [illegible] ſtant, & ſenſibili utantur exemplo, ſpeciesq́ue imitentur & motus: item concinnitates quas aſpiciūt ad propria transferant, non recte illuc reduci poſſe uidētur, niſi ipſa hominis ratione. Siquis autem habitus ex ipſa concinnitate quæ animalibus ineſt, generatim decorum in cunctis conſideret animalibus, pars utiq; facultatis illius erit, quæ illic quoq; conſiderat in mundo diuino, concordiamq́; omnium contemplatur. Quinetiam muſica omnis circa conſonantiam & modulorum numeros occupata, quatenus numerorum concentusq́; rationes quaſdam intelligibiles contemplatur, eodē ſe modo habet quo & ratio illa quę numerum ipſum & concentum in ſeipſa habet intelligibilem. Quæcūq; uero artes res ſenſibiles fabricant ſicut architectus & faber, quatenus utuntur proportionibus menſurarum, [illegible] inde & nonnihil ſapientiæ illius habere uidentur. Cum uero regulas menſurarum cum materia ſenſibili miſceant, non omnino inde dependent; niſi fortè quantum in homine ſunt. Quinetiām neq; agricultura corporeis plantis afferens auxilium. Item medicina ſanitatem curans humanam: [illegible] quæ

robur

robur, firmumq; corporis habitum preſtat hominibus. Alia enim poteſtas illic uiget & ſanitas, per quam animalia omnia firmitatem habent ſufficientem. Proinde ars oratoria, & exercitus præfectura, diſciplinaq; rei familiaris & publicæ, ſi quando in actionibus honeſtum ipſum obſeruant, ſupernamq; conſiderant honeſtatem, ſortem ſane inde ad ſcientiam habent, ex illa quæ ibi uiget ſcientia. Tum uero geometria ad intelligibilia pertinēs, illic eſt collocanda. Sapientia quoq; ſimiliter quæ circa ens ipſum per excelſa uerſatur. Ac de artibus quidem, artiumq; muneribus hactenus.

*In ipſa hominis rationalis intellectualisq; idea ſummatim continetur omnis artificioſa facultas & ingenio proceſſura.* Cap. XII.

Omnes formales inter indiuidua differentiæ non contingentes ex diuerſitate materiarum vel locorum, illic ideas habent, ſed virtute quadam potius quàm actu proprio, ſcilicet quatenus in ſpeciebus ipſis, quarum propriè & præcipue ſunt ideæ, continentur varij quidam ſingularesq; formarum modi, inde quandoque pullulaturi.

IAm uero ſi hominis illic eſt idea, eſt & rationalis, eſt artificioſi ſimiliter. Sunt illic præterea artes quæ mente concipiuntur, & pariuntur ut proles. Dicendum quoq; eſt, uniuerſalium ſpecies illic exiſtere, non Socratis uidelicet, ſed potius hominis, tametſi de homine præcipue conſiderandum eſt, nunquid ibi ſingularis etiam ſit idea. Singularis inquam, propterea quòd non idem eſt uel habet aliud atquè aliud ſingulare. Hic quidem ſimus eſt, ille uero eſt aquilinus. Eiuſmodi uero proprietates ponendæ in hominis forma ſunt, tanquàm formarum differentiæ quædam, ſicut & animalis ſuæ differentiæ ſunt. Sed à materia proficiſci, quòd hic quidem hac conditione, ille uero illa potius ſit aquilinus. Et colorum ſimiliter differentias alias quidem exiſtimare debemus in ratione & forma conſiſtere, alias autem ex materia lociq; diuerſitate contingere.

*Res qualibet materialis ad ſuam ideam ſe habet, ut imago picturaq; ad ſubſtantiam uiuam.* Cap. XIII.

Animæ vero menteſq; & conſummatæ virtutes earum extra ideā veræ res exiſtunt, quemadmodum in idea. Nec tam æquiuoca quàm vniuoca denominatione ſunt eadē. Nec differunt, vt homo pictus à viuo, ſed potius ſicut puer à viro.

REliquum eſt indagare num ſola illic ſint, quæ ſenſibili ordinē continētur, an etiam ſicut aliud quiddam eſt noſter hic homo, aliud ipſe homo, ſic aliud ibi ſit ipſa anima, quàm hæc anima: ſimiliter hæc mens, & ipſa mens aliud. Dicendum igitur primò quidem, non omnia quæ hic ſunt exiſtimanda eſſe exemplariū ſimulachra, neq; animam eſſe ipſius animæ ſimulachrum. Veruntamen alteram alteri dignitate præſtare. Atq; hic quoq; eſſe, forſan uero non quatenus hic eſt, animam ipſam eſſe. Cum uero anima quælibet reuera ſit, eſſe quoque iuſtitiam quandam & temperantiam in animabus quoq; hic habitantibus, & ſcientiā præterea ueram, neq; imagines duntaxat neq; ſimilitudines illorum tāquàm in ſenſibili loco uerſantes, ſed eadem illa alio quodam pacto hic exiſtentia. Non enim in loco quodam determinata ſunt illa: quapropter ubi anima emergit è corpore, ibidem ſunt & illa. Mundus nanq; ſenſibilis uno tantum loco determinatur: mundus autē intelligibilis eſt ubiq;. Quotcunq; igitur anima talis hic habet, eadem rurſus & ibi. Quamobrem ſi ea quæ in loco ſen-

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER I.

## DE GENERIBVS ENTIS I.

VEtus admodum quæſtio eſt, quot nam & quę ſint quæ eſſe dicuntur. Alii quidem ens unum tantū, alii uero plura, ſed definita, alii deniq; infinita dixerunt, horumq; ſinguli, alii aliud in medium attulerunt, ſiue unum, ſiue finita, ſiue infinita poſuerint. Cum uero opiniones eiuſmodi à poſterioribus ſatis iam examinatæ fuerint, nobis ſunt impræſentia dimittendę. Eorumq; duntaxat opinio conſiderāda eſt, qui diſcuſſis antiquioribus determinata quædam rerum genera poſuerunt. Qui ſane neq; ſuſceperunt unū, quoniam multa etiam in rebus intelligendis eſſe uiderunt: neq; rurſus infinita admittere uoluere, quoniam neq; id fieri poſſet, neq; ulla prorſus ſcientia foret. Finita uero, in ipſorum numerum redigētes, cū non recte poſſent hæc elementa dicere, quoniam ſubiecta ſibi multa comprehenderent, nimirum hæc genera quædam potius appellarunt. Alii quidem decē, alii uero pauciora, forſan etiā non deeſſent, qui plura inſuper nobis adducerēt. Eſt autem in generibus etiam differentia: nā alii genera eſſe principia uoluerunt: alii res ipſas totidem eſſe genere. Principio igitur eorum ſententia, qui res omnes partiti ſunt in decem, nobis accipienda uidetur, inueſtigaturis nunquid decem genera eſſe uelint, commune nomen entis habentia, ſiue prædicamenta decem. Nam & ipſi fatentur ens ipſum non eſſe in cunctis uniuocum, & recte fatentur: imò uero illud prius interrogandum, num illa decē tam rebus intelligendis quàm ſentiendis ſimiliter inſint, an potius in ſentiēdis omnia: in his uero quæ ad intelligentiam pertinent, alia quidē ſint, alia uero nequaquam. Viciſſim autem hæc ſe habere nemo utiq; dixerit: ubi certe uidetur inueſtigandum quæ potiſſimum è numero decem intelligibili naturæ coueniant. Et nunquid quæ illic ſunt, ſub eodem genere, ſub quo hæc noſtra ſint colligenda. An potius quæ illic eſt, & quæ hic æquiuocē dicatur eſſentia. Verū ſi æquiuoce plura ſunt genera. Si autem uniuoce, ſtatim abſurdum eſt, eſſentia idem ſignificare, tum in his quæ primo ſunt, tum in his quæ poſterius. Quippe cum non unum in eis commune ſit genus, in quibus aliud quidem prius eſt, aliud uero poſterius. Sed de rebus ad intelligentiam pertinētibus ſecundum diuiſionem non loquuntur. Non igitur omnia omnino quę ſunt diuidere uoluerunt, ſed quæ maxime ſunt potius dimiſere.

*Non facile concedendum eſt res incorporeas ſimul atq; corporeas, item formam atq; materiam, & compoſitum & ſingulare atq; uniuerſale in uno ſubſtantiæ genere conuenire.* Cap. II.

QVærendum eſt iterum, nunquid hæc exiſtimanda ſint genera. Et quomodo ſubſtantia unum genus ſit. Ab hac enim omnino uidetur incipiendum. Dictum quidem eſt, non poſſe genus unum ſubſtantiæ eſſe commune intelligibili ſenſibiliq; naturæ. Nam ſic etiam aliud quiddam erit ſuper intelligibilem ſenſibilemq; ſub-

ſtantiam de utriſq; communiter prædicatum. Quod quidē neq; corpus nec incorporeum erit. Alioqui ſiue genus illud corpus ſit, ſequetur quod ſub eo incorporeum dicitur, eſſe corpus: ſiue ſit incorporeū, ſequetur iterum quod ſub eo corpus dicitur incorporeum eſſe. Quinetiam in his quæ hîc [illegible] ſubſtantiæ appellantur, quærendum eſt, quid nam commune ſit materiæ & formæ atque compoſito. Hæc enim omnia ſubſtantias eſſe aiunt, neque tamen æque ſubſtantias eſſe. Quandoquidem forma magis quàm materia ſubſtantia dicitur, & recte quidem. Quanquàm alii forte dicerent materiam magis eſſe ſubſtantiam. Præterea ſubſtantiæ quæ primæ dicuntur, quidnam commune cum ſubſtantiis ſecundis habebunt? Quandoquidem ſecundæ ſubſtantiæ à primis id ipſum habent ut ſubſtantiæ appellentur. Omnino uero apud eos quid nam ſit ſubſtantia explicare non datur. Neque enim ſiquis etiam proprium ſubſtantiæ nobis aſſignet, iam quid ipſa ſit aſſecutus erit. Ac forte quod tanquàm proprium ſubſtantię aſſignatur, ſcilicet quod unum atque idem numero contraria uiciſſim ſuſcipere poſſit, ſubſtantiis omnibus conuenire uidetur.

*Quas Peripatetici ſubſtantias nominant, probabilius eſt in una ſerie deinceps ab uno dependente diſpoſitas eſſe quàm in eadem natura congruere.* Cap. III.

VErum nunquid unum quiddam prædicamentum eſſe, dicendū eſt, ſub quo communiter comprehendamus intelligibilem ſubſtantiam, & formam, & materiam, atq; compoſitum: perinde ac ſiquis Herculidum genus unum aliquid dixerit, non tanquàm commune quiddā ſit cunctis, ſed tanquam ab uno deſcendant. Primo namq; ſubſtantia eſt illa. Secūdo uero gradu atq; minus reliqua. Verum quid non prohibet omnia prorſus unum eſſe prędicamentū: etenim & reliqua omnia quæ eſſe dicuntur à ſubſtantia eſſe quid prohibet? An forte reliqua quidem paſſiones quædam ipſius ſubſtantiæ ſunt? Ipſæ uero ſubſtantię alio quodam pacto deinceps diſpoſitæ ſunt. Sed enim neque dum hoc pacto in ſubſtantia gradum ſiſtere poſſumus, neq; quod eius potiſſimum ſit accipere, adeo ut ab illo ſubſtantias quoque alias capiamus. Proinde cognatæ quidem iam ita ſint inter ſe omnes quæ ſubſtantiæ nominantur, habentes aliquid præter reliqua genera. Quid nam igitur ſibi uult hoc ipſum quod dicitur quid atque quod, & ſubiectum, & non ſubiectum, neq; eſſe in alio uelut ſubiecto, neque id ipſum quod eſt, alicuius alterius ita eſſe, ſicut albedo eſt corporis qualitas, & quantitas eſſentiæ aliquid. Item motionis tempus, & motio ipſius mobilis aliquid. At uero ſubſtantia ſecunda de alio prædicatur: ſed forſan alio modo hæc de alio dicitur quàm reliqua ſoleant, uidelicet tanquam genus, quodq; uelut pars quædam inſit. Sicq; ad illius in quo eſt ſubſtantiā attinens. Albedo uero ſic de alio prædicatur, ut in alio iaceat. Cæterum hæc quidem propria dicet quis ad alia: ideoq; ita congregabit in unum, & ſubſtantias appellabit. Vnum uero quoddam genus non rite dicet, neq; notionem [illegible] ram ſubſtantiæ declarabit. Sed hæc quidem hic iam finem habeant, [illegible] tatis naturam proficiſcamur.

[illegible] quantum ipsa quantitas, in hoc ipsa [illegible] dimensio [illegible]

[illegible] profecto primum quantum dicunt, & omnem conti[illegible] magnitudinem, locumque & tempus. Reliqua vero quę [illegible] quanta dicuntur, ad hęc omnia referuntur. Sic motum quan[illegible] esse aiunt, quantū & tempus quo transigitur. Quamuis for[illegible] [illegible]gendum: quippe cum tempus continuitatē à motu su[illegible] [illegible], qua ratione continuum est, quantum esse di[illegible] quod discretum eſt, non esse quantum. Si autem secundum [illegible] quantum ſit, quid commune ambobus erit in hoc ipso [illegible] Numeris quidem ipſis id communiter inſit, ut quāti ſint, [illegible] quod quanti dicantur, ſatis conſtat, nondum tamen con[illegible] [illegible] ſit ipſa natura, per quam quanti dicūtur. Verum linea [illegible] & corpus non ita dicuntur, ſed magnitudines dicuntur quidē, [illegible] nequaquam: ſiquidem tunc demum aſſequuntur ut quanta di[illegible] ad numerum rediguntur, per quem bicubitū tricubitum ue[illegible] Quoniam & corpus naturale cū redigitur ad menſuram, quan[illegible] iam euadit, atq; locus per accidens, nō qua locus eſt quantus. [illegible] autem non ſecundum accidens quātum accipere, ſed quod quantū [illegible] ipſam ſcilicet quantitatē: quoniam neq; tres boues uelut quā[illegible] [illegible] ſed ipſum qui in eis eſt numerū. Boues enim tres duo [illegible] iam ſunt. Sic & linea tanta, prædicamenta duo. Tanta quin[illegible] [illegible] ſimiliter duo quædam prædicamenta, & quantitas quidem [illegible] eſt. Ipſa uero ſuperficies cur nam ſit quan[illegible] [illegible] determinata eſt uelut tribus lineis aut quatu[illegible] [illegible] conſtat. Quid ergo? ſolos ne numeros eſſe quantū ipſum [illegible] Verum ſi numeros ſeorſum per ſe exiſtentes ad id admitti[illegible] [illegible] prædicantur, præſertim quia ſecundum ſeipſos exi[illegible] [illegible] participantibus inſunt, ſecun[illegible] [illegible] ſed decē equos, decemq; boues; [illegible] [illegible] ſubſtantiæ ſunt, nō hos quoq; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Menſuræ enim ſunt. Menſuræ [illegible] [illegible] dicitur, hoc ipſum tamen quod [illegible] [illegible] dicitur, [illegible]

 ipſa

[illegible] quadam eſt [illegible]; quod enim tantum eſt, aliud quidem exi[illegible], [illegible] tempus eſt quantitas. Quantitas au[illegible] [illegible] aliud, hoc tamen ipſo quod eſt ſimpliciter, eſt [illegible]. Siquis autem quæcunque quanti participia ſunt, quan[illegible] [illegible] ſtatim, ſubſtantiam & quantum idem prorſus [illegible]. Præterea quod dicitur æquale & inæquale, proprium eſſe quanti, in [illegible] accipiendum eſt: non tamen in his quæ participant, niſi [illegible] quiſpiam id aſſumpſerit, uidelicet non qua ratione illa i[illegible]. Quemadmodum tricubitum quantum dicitur quaſi collectum: [illegible] in genus unum, ſed in aliud quiddam unũ, atque unum quodd[am] prædicamentum.

*[illegible] Peripateticos, utrum omnia quæ ipſi collocant in prædicamento relationis, in una natura ge[illegible].* Cap. VI.

A[illegible] nonnullis quæ inuicem relatiue dicũtur, præter ipſa ſubiecta fieri inter ſe aliquid [illegible] actum mutuumq; aliquem, ut inter ſcientem & ſcitum, agens & patiens: [illegible] vero videri nihil vltra ſubiecta aliud fieri vel extare præter cogitationẽ noſtram illa inuicem comparantem, vt ſimile ad ſimile, æquale ad æquale. Denique nõ putat [illegible] hæc & illa, atque ipſa ſimpliciter relatiua in eadem natura congruere.

POſt hæc autem de prædicamento relationis uidetur conſiderã dum, ſiqua uidelicet cõmunio generica ſit in ipſo, uel alio quo dam pacto ad unum quiddam communio redigens. Et de hoc ipſo imprimis, utrum hæc ipſa proprie ſit ſubſiſtentia ſiue habi tudo quædam, quemadmodum dexter atq; ſiniſter, & duplum atq; dimidiũ: [illegible] quibuſdam quidem hæc ipſa ſit, ſicut in eo quod poſterius modo dice[illegible] autem quod dicebam prius, nulla prorſus exiſtat, uel potius exi ſtat nuſquam. Quid enim exiſtit in duplo atq; dimidio: item in ſuperante at que ſuperato: rurſus in ha bitu, diſpoſitiõe, accubitu, ſeſſione, ſtatione, patre quoq; & filio, domino, ſeruo: ſi[mi]li rurſus atq; diſſimili, æquali inæquali, agen te patiente, menſura menſurato, ſcientia deniq; atq; ſenſu? Scientia enim ad ipſum quod ſciendum eſt, dicitur: ſimiliter ſenſus ad ſentiendum: nempe ſci entia quicquam habere poteſt ad ipſum quod ſcibile dicitur unam quandã ſub ſiſtentiam ſecundum actum erga ipſam rei ſciendæ ſpeciem: ſenſus quoq; ſi militer ad ſenſibile. Præterea quod actiuũ dicitur ad paſſiuũ ſic fermè ſe habet, [illegible] un[illegible] efficere poteſt, & mẽſura ad menſuratũ menſurationẽ agit. Simi le [illegible] aduerſus ſimile quidnam habet tũc effectũ? An fortè nõ habet quod nunc fiat, ſed quod iam exiſtat, ipſam uidelicet in qualitate identitatem: ue[illegible] tamen præter qualitatem in utroq; iacentem nihil adhibet, ſimiliter nec æqualia: identitas enim in ipſo quanto mutuam habitudinem antecedit. Ha bitudo uero quid nam aliud eſt præter animi noſtri iudicium, dum uidelicet comparamus quæ in ſeipſis exiſtũt id quod ſunt, dicimusq; hoc atq; hoc ma gnitudinem eandem habent, eandemq; qualitatem: item, hic progenuit illũ, hic ſuperat illum. Seſſio quoque & ſtatus præter ipſum ſedentem atq; ſtan tem quid nam aliud habet? Habitus autem qui ſecundum ad quod habet,

[illegible]

habeat [illegible]

eſt. Quidnam igitur [illegible] comparationem quandam noſtri [illegible] perans refertur ad ſuperatum, hęc quidem [illegible] ra: at hoc aliud, illud uero aliud: ſed compa[illegible] Item ubi dexter ad ſiniſtrum, & anterior ad [illegible] in ſitu quodam cōſiſtere, prout ille quidem [illegible] dextrum & ſiniſtrum excogitauimus, at in [illegible] citur & poſterius, reuera duo ſunt tēpora: ſed [illegible] natur, in noſtro eſt iudicio poſitum.

*Concedit tandem in omnibus quæ inuicem relatiue dicuntur, [illegible] præter noſtræ comparatiōis effectum, quæ alicubi ſit firmior, infirmior alibi. [illegible] nam ſit hæc habitudo communis, & utrum uniuocam eſſe diffidit.*

Concedit relationem eſſe proprie [illegible] habitudine cōſiſtat: ut in habitudine [illegible] midium, & uiciſſim.

Si igitur nihil dicimus, ſed dicendo mētimur, [illegible] erit, ſed habitudo uanum quiddam ſit [illegible] do dicimus, hic prior eſt illo, ille uero poſterior, [illegible] pora comparantes, aliud quiddam præter ſubie[illegible] eſſe ipſum prius ac poſterius. Similiter de dextro atque ſiniſtro [illegible] tudines præter ipſum earum quantum, habitudinem quandam [illegible] quatenus hoc quidem ſuperat, ſuperatur illud. Iam uero ſi nobis [illegible] dicentibus, nihil intelligentibus, ita ſe res habet, ut hoc [illegible] hoc habeat, illud habeatur, antequam nos id aduerteremus, [illegible] ſint ante cognitionem noſtram, & quantum ad oppoſitionem [illegible] tuionem habeant, & in omnibus quæ ad aliquid referri [illegible] iecta, mutua quædam habitudo conſiſtat: qua nos [illegible] uertimus: ſimiliterque ſe habeat cognitio ad rem cognoſc[illegible] dem in re etiam manifeſtius eſt eſſe quandam ex habitudine [illegible] ſi hæc inquam ita ſe habent, non eſt ulterius inquirendum [illegible] bitudo quędam exiſtat nec ne. Sed concedendum [illegible] quidem quandiu manent ſubiecta in ſeipſis [illegible] inter ſe interim ſeparantur, habitudinem ipſam [illegible] quando congrediuntur, habitudinem fieri, [illegible] deſinere habitudinem [illegible] omnino, uel [illegible] accidit & ſiniſtro [illegible]

[illegible]

uelut aliquis animæ uel corporis habitus: neq; perinde atq; ex eo, quòd anima alicuius ſit uel in aliquo: ſed illa proprie dicenda ſunt talia, quibus exiſtẽtia ſua non aliunde quàm ex habitudine naſcitur. Exiſtentiam uero hanc dico, non quæ ſubiectorum ſit, ſed quæ ad aliquid proprie dicitur: quemadmodum duplum ad dimidium exiſtentiam tradit, neq; bicubito uel omnino duobus, neque cubitali uel prorſus uni. Sed his ita exiſtentibus, ilico ſecundum eorum habitudinem prçter id quod hoc quidem eſt duo, illud autem unum ipſum quidem duo, conſequitur ut duplum dicatur & ſit: ipſum uero unum aſſequitur, ut dimidium ſit uiciſſim atq; dicatur. Ambo igitur unà conficiũt ex ſeipſis aliud eſſe duplum atq; dimidium: quæ quidem ad ſe inuicem facta ſunt, eorum'que eſſe nihil aliud eſt quàm ad ſe inuicem eſſe. Duplo quidem eſſe inest ex eo quòd excedat dimidium: dimidio autem ex eo quòd excedatur: quapropter nõ eſt aliud quidem illorum prius, aliud uero poſterius: ſed ambo ſimul exiſtunt. Quæri præterea poſſet, nunquid & reliqua ſimul exiſtant, an quędam potius non ſimul ſint, ſicut de patre filioq; accidit atq; ſimilibus: nam poſtquàm deceſſit pater, filius ſupereſt: & obeunte fratre, reſtat frater: quandoquidem etiam ſolemus dicere hunc aut illum ſimilem eſſe defuncto.

*Communis deſcriptio relationis eſt, mutua duorum habitudo.* Cap. VIII.

*Sed hæc in differentibus relatiuis tam diuerſa eſt, vt non ſit vniuoca. Inter aliqua relatiuã vnà cum habitudine eſt actio quædam, vt inter generantem atque genitum: alicubi nulla, vt inter ſimilia & æqualia.*

CAeterum ad hæc quodammodo digreſſi ſumus: indè uero imprimis quærendum eſt, quam ob cauſam hæc ſe diſſimiliter habeant. Sed iam igitur hoc ipſum quod dicitur ad ſe inuicem eſſe declarare debent, quàm communem habeat exiſtentiam. Profecto id ipſum commune non poteſt eſſe corpus: conſequẽs eſt igitur, ſi modo eſt, incorporeum eſſe: & id quidem uel in ipſis eſſe ſubiectis uel extra: ac ſi eadẽ ſit habitudo, uniuoca eſſe: ſin minus, ſed alia aliorũ, eſſe æquiuocã iudicandã: nõ enim ex eo quòd dicit habitudo, ſtatim eandẽ habet eſſentiã. Nũ igit habitudines ita partiri debemus? Dicẽtes uidelicet, alia quidẽ habere habitudinẽ otioſam quaſi iacẽtẽ, atq; ſimul oĩno ſubſiſtẽtiã inter ſe habere: alia uero unà cũ potentia ſimul & opere ſemper quodãmodo habitudinẽ poſſidere, antea quidẽ paratã potentiã habuiſſe, deinde in congreſſu etiam actu ſubſiſtere. An uero ſummatim ita dicendum: alia quidem efficere, alia uero ſubſiſtere: atq; quod ſubſiſtit, nomen ſolum alteri exhibere: at illud quod efficit, etiam ſubſiſtentiam alteri tradere: tale utiq; eſt pater & filius, agens & patiens: habent enim quandam uelut uitam & actionem. Num igitur ita habitudinem diſtinguere decet: diuidere inquam, non tanquàm idem in differentiis aliquid & commune; ſed omnino tanquàm habitudo in utroq; altera ſit natura, quam dicere æquiuocam debeamus: & illam quæ efficit, nominare actionem & paſſionem, quaſi utraque una ſit motio: aliam uero ponere quæ non faciat ipſa, ſed aliud quiddam ſit in ambobus efficiens, uelut æqualitas, quæ æqualia faciat: æqualitate enim æqualia fiunt, & omnino identitate

titate

differentis, ſed unaquæque eſt intellectus: atq; omnino intellectus quidem ipſe communis eſt ſpecies omnes. Vnaquæque uero ſpecies unuſquiſq; eſt intellectus. Quemadmodum enim quædam ſcientia cunctæ contemplationes ſuæ atque notiones: & notio quælibet pars eſt totius, non diuiſa loco, ſed habens unaquæq; in toto uirtutem. Hic igitur intellectus eſt in ſeipſo in eodem ſecum [illegible] conquieſcens, æterna omnium plenitudo. Si autem intellectus ipſe cogitaretur ipſo ente prior, oporteret inde dicere, intellectum agendo [illegible]doq; generare entia atq; perficere. At quoniam neceſſarium eſt ens [illegible] prius excogitare, fateri oportet, entia ipſa intelligenti imprimis [illegible] uero intelligentiamq; entibus ipſis accedere, quemadmodum igni [illegible] ignis actum, adeo ut entia imprimis ſic penitus inſita, intellectum [illegible] uelut actum proprium habeant. Eſt autem ens quoq; ipſum actus. [illegible] utriſq; actus eſt, imò uero ambo ſunt unum: una igitur natura [illegible] eſt atq; intellectus. Quapropter entia & entis actus, & intellectus [illegible] ſunt: atq; intellectiones eiuſmodi ſpecies & forma actus'que ſunt [illegible]. Veruntamen à nobis talia partientibus, alia illic ante alia cogitantur: [illegible] eſt partiẽs intellectus: ille uero & impartibilis & minime partiẽs, [illegible] ipſum eſt, atq; omnia.

*[illegible] diſponit in mundo per intelligentiam naturalem, & ipſa formas in ſe modo quodam naturali [illegible].* Cap. IX.

Sicut animæ eſſentia ſuas vires ex ipſa fluentes: ſicut natura genitalis rationes membrorum ſeminales: ſicut ſpecies ignis lucem, calorem, ſiccitatem, leuitatem, raritatem: atque [illegible] ideę conueniunt inuicem atque differunt. Neceſſe eſt enim differre ideas ratione [illegible], ne alioqui diſtinctio formarum ordoq; in rebus proueniat ex materia, vel accidat ex [illegible], vel contingat ex diuerſis agentibus fortuito cõcurrentibus. Sin autem deus extra ſe [illegible] libera voluntate, quod in Theologia probamus, more architecti & geometræ, rerum [illegible] ideas.

Sed quæ nam ſunt in una illic mente quæ cogitantes ipſi partimur? Oportet enim ea quieſcentia proferre, ac uelut ex quadã ſcientia in uno manente pronuntiare, atq; ita quæ inſunt planius intueri. Cum igitur mundus hic ſit animal, animalia cuncta complectens, & ab alio accipiat eſſe atq; eſſe tale, illud autem à quo eſt redigatur in mentem, neceſſarium eſt & in mente uniuerſum imprimis totius exemplar extare, atq; hunc intellectum mundum ipſum intelligibilem eſſe, de quo Plato in Timæo inquit: Intellectus in eo quod eſt uiuens ſiue animal, ideas intelligit. Sicut enim ubi adeſt ratio ſeminaria, quæ animal quoddam eſt, ſimulq; ſubeſt materia rationem ſeminariã ſuſceptura, neceſſarium eſt animal generari: ita cum adſit natura intellectualis omnipotentia pollens, [illegible] impediat, quippe cum nihil inter hanc & ſuſceptaculum ſe medium interponat, neceſſarium eſt hoc quidem ornari, illud autem hoc exornare. Sed enim quod exornatum eſt, ſpeciem iam diuiſam habet, alibi quidem hominem, alibi uero ſolem. Exornator ille contrà in uno quodã oĩa poſſidet.

*Quælibet idea [illegible] & ſimiliter eſt eſſentia uiua, intellectualis, ſpecies, actus: cæteris autẽ inter ſe [illegible] differunt.* Cap. X.

Formalia in mũdo omnia, & motus actionesq; & effectus eorũ naturali & ſpeciali quodã ordine procedẽtes, proprias illic habent ideas: defectus vero formarũ progreſſionũq; naturalium nequaquã [illegible]: ſed aliunde contingunt, & per ideas formaliũ cognoſcuntur.

Quæcunque

QVæcunq; igitur in mundo ſenſibili ſunt ſecũ ſpecies, inde procedunt; alia uero nequaquã: quamobrem nihil eorum ibi eſt quæ præter naturam ſunt: quemadmodum neq; quicq̃ præter artem artibus ineſt. Neq; eſt in ſeminibus claudicatio: claudicatio namque cõditio pedum in generatione cõtingit, ubi ratio ſeminaria minime ſuperat: nempe ſpeciei iactura caſu accidit & fortuna. Qualitates autem ipſi naturæ conſentaneæ, quantitates, numeri, generationes, habitus, profectus, actiones paſſionesq;, uidelicet naturales, & motus & ſtatus, tum uniuerſaliter tum particulari conditione ex eorum numero ſunt, quæ ſunt ibi & inde proueniunt. Pro tempore autem illic regnat æternitas: ſed pro loco illuminatione quadam intellectuali aliud reperitur in alio. Cum igitur illic ſimul omnia ſint, quicquid potiſſimum ex illis acceperis, eſſentia eſt intellectualiſq; natura & uitæ compos exiſtit. Sic utique ibi eſt idem & alterum, motus & ſtatus, mobile & conſiſtens, eſſentia, qualitas, & omnia prorſus eſſentia. Non enim in potentia, ſed in actu ens eſt unumquodq;: quamobrẽ qualitas ab unaquaq; eſſentia non ſecernitur. Sed nunquid hæc ſola illic ſunt quæ mundo ſenſibili continentur, an potius & alia multa? Verum prius de his quæ artibus perficiuntur, uidetur conſiderãdum. Nam malum quidem ibi uel inde nihil. Malum enim hic accidit ex indigentia, priuatione, defectu. Malũ ſanè eſt paſſio quædam infortunatæ materię formam minime conſequentis, itemq; eius quod materiæ ſimile uidetur euadere.

*Artificia quæ uel ſolum imitatione quadam rerum motionumq; naturalium ſunt, uel etiam ab ingenio naturaliter artificioſo proueniunt, non habent proprias illic ideas.* Cap. XI.

Sed partim rediguntur ad ipſas naturalium ideas, partim ad ratiões rerum, numerorum, menſurarum, modorum, animo rationali ingenitas, & ab ideis ſimilibus dependentes. Contemplatio rerum philoſophica diuinam ſapientiam habet ideam. Prouidentia priuatim uel publice gubernans, diuinam prouidentiam ſuſpicit pro idea. Tempus [illegible]

SEd ut ad artes iam & artificia ueniamus, artes quæ ſunt imitatorię ſunt quemadmodum pictura, ſtatuaria, tripudium, & geſticulatio manuum, cum hic quodammodo comparentur & conſiſtant, & ſenſibili utantur exemplo, ſpeciesq; quæ imitentur & motus: item concinnitates quas aſpiciũt ad propria transferant, non recte illuc reduci poſſe uidẽtur, niſi ipſa hominis ratione. Siquis autem habitus ex ipſa concinnitate quæ animalibus ineſt, generatim decorum in cunctis conſideret animalibus, pars utiq; facultatis illius erit, quæ illic quoq; conſiderat in mundo diuino, concordiamq; omnium contemplatur. Quinetiam muſica omnis circa conſonantiam & modulorum numeros occupata, quatenus numerorum concentusq; rationes quaſdam intelligibiles contemplatur, eodẽ ſe modo habet quo & ratio illa quę numerum ipſum & concentum in ſeipſa habet intelligibilem. Quæcũq; uero artes res ſenſibiles fabricant ſicut architectus & faber, quatenus utuntur proportionibus menſurarum, initium inde & nonnihil ſapientiæ illius habere uidentur. Cum uero regulas menſurarum cum materia ſenſibili miſceant, non omnino inde dependent, niſi fortè quantum in homine ſunt. Quinetiam neq; agricultura corporeis plantis afferens auxilium. Item medicina ſanitatem curans humanam: [illegible] quæ

robur

robur, firmumq; corporis habitum preſtat hominibus. Alia enim poteſtas illic uiget & ſanitas, per quam animalia omnia firmitatem habent ſufficientem. Proinde ars oratoria, & exercitus præfectura, diſciplinaq; rei familiaris & publicæ, ſi quando in actionibus honeſtum ipſum obſeruant, ſupernamq; conſiderant honeſtatem, ſortem ſane inde ad ſcientiam habent, ex illa quæ ibi uiget ſcientia. Tum uero geometria ad intelligibilia pertinẽs, illic eſt collocanda. Sapientia quoq; ſimiliter quæ circa ens ipſum per excelſa uerſatur. Ac de artibus quidem, artiumq; muneribus hactenus.

*In ipſa hominis rationalis intellectualisq; idea ſummatim continetur omnis artificioſa facultas & ingenio proceſſura.* Cap. XII.

Omnes formales inter indiuidua differentiæ non contingentes ex diuerſitate materiarum vel locorum, illic ideas habent, ſed virtute quadam potius quàm actu proprio, ſcilicet quatenus in ſpeciebus ipſis, quarum propriè & præcipue ſunt ideæ, continentur varij quidam ſingulareſq; formarum modi, inde quandoque pullulaturi.

IAm uero ſi hominis illic eſt idea, eſt & rationalis, eſt artificioſi ſimiliter. Sunt illic præterea artes quæ mente concipiuntur, & pariuntur ut proles. Dicendum quoq; eſt, uniuerſalium ſpecies illic exiſtere, non Socratis uidelicet, ſed potius hominis, tametſi de homine præcipue conſiderandum eſt, nunquid ibi ſingularis etiam ſit idea. Singularis inquam, propterea quòd non idem eſt uel habet aliud atque aliud ſingulare. Hic quidem ſimus eſt, ille uero eſt aquilinus. Eiuſmodi uero proprietates ponendæ in hominis forma ſunt, tanquàm formarum differentiæ quædam, ſicut & animalis ſuæ differentiæ ſunt. Sed à materia proficiſci, quòd hic quidem hac conditione, ille uero illa potius ſit aquilinus. Et colorum ſimiliter differentias alias quidem exiſtimare debemus in ratione & forma conſiſtere, alias autem ex materia lociq; diuerſitate contingere.

*Res quælibet materialis ad ſuam ideam ſe habet, ut imago picturaq; ad ſubſtantiam uiuam.* Cap. XIII.

Animæ vero menteſq; & conſummatæ virtutes earum extra ideã veræ res exiſtunt, quemadmodum in idea. Nec tam æquiuoca quàm vniuoca denominatione ſunt eadẽ. Nec differunt, vt homo pictus à viuo, ſed potius ſicut puer à viro.

REliquum eſt indagare num ſola illic ſint, quæ ſenſibili ordinẽ continẽtur, an etiam ſicut aliud quiddam eſt noſter hic homo, aliud ipſe homo, ſic aliud ibi ſit ipſa anima, quàm hæc anima: ſimiliter hæc mens, & ipſa mens aliud. Dicendum igitur primo quidem, non omnia quæ hic ſunt exiſtimanda eſſe exemplariũ ſimulachra; neq; animam eſſe ipſius animæ ſimulachrum. Veruntamen alteram alteri dignitate præſtare. Atq; hic quoq; eſſe, forſan uero non quatenus hic eſt, animam ipſam eſſe. Cum uero anima quælibet reuera ſit, eſſe quoque iuſtitiam quandam & temperantiam in animabus quoq; hic habitantibus, & ſcientiã preterea ueram, neq; imagines duntaxat neq; ſimilitudines illorum tãquàm in ſenſibili loco uerſantes, ſed eadem illa alio quodam pacto hic exiſtentia. Non enim in loco quodam determinata ſunt illa: quapropter ubi anima emergit è corpore, ibidem ſunt & illa. Mundus nanq; ſenſibilis uno tantum loco determinatur: mundus autẽ intelligibilis eſt ubiq;. Quotcunq; igitur anima talis hic habet, eadem rurſus & ibi. Quamobrem ſi ea quæ in loco ſen-

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER I.

## DE GENERIBVS ENTIS I.

VEtus admodum quæſtio eſt, quot nam & quę ſint quæ eſſe dicuntur. Alii quidem ens unum tantū, alii uero plura, ſed definita, alii deniq; infinita dixerunt, horumq; ſinguli, alii aliud in medium attulerunt, ſiue unum, ſiue finita, ſiue infinita poſuerint. Cum uero opiniones eiuſmodi à poſterioribus ſatis iam examinatæ fuerint, nobis ſunt impræſentia dimittendę. Eorumq; duntaxat opinio conſiderāda eſt, qui diſcuſſis antiquioribus determinata quædam rerum genera poſuerunt. Qui ſane neq; ſuſceperunt unū, quoniam multa etiam in rebus intelligendis eſſe uiderunt: neq; rurſus infinita admittere uoluere, quoniam neq; id fieri poſſet, neq; ulla prorſus ſcientia foret. Finita uero, in ipſorum numerum redigētes, cū non recte poſſent hæc elementa dicere, quoniam ſubiecta ſibi multa comprehenderent, nimirum hæc genera quædam potius appellarunt. Alii quidem decē, alii uero pauciora, forſan etiā non deeſſent, qui plura inſuper nobis adducerēt. Eſt autem in generibus etiam differentia: nā alii genera eſſe principia uoluerunt: alii res ipſas totidem eſſe genere. Principio igitur eorum ſententia, qui res omnes partiti ſunt in decem, nobis accipienda uidetur, inueſtigaturis numquid decem genera eſſe uelint, commune nomen entis habentia, ſiue prædicamenta decem. Nam & ipſi fatentur ens ipſum non eſſe in cunctis uniuocum, & recte fatentur: imò uero illud prius interrogandum, num illa decē tam rebus intelligendis quàm ſentiendis ſimiliter inſint, an potius in ſentiēdis omnia: in his uero quæ ad intelligentiam pertinent, alia quidē ſint, alia uero nequaquam. Viciſſim autem hæc ſe habere nemo utiq; dixerit: ubi certe uidetur inueſtigandum quæ potiſſimum è numero decem intelligibili naturæ cōueniant. Et nūquid quæ illic ſunt, ſub eodem genere, ſub quo hæc noſtra ſint colligenda. An potius quæ illic eſt, & quæ hic æquiuocē dicatur eſſentia. Verū ſi æquiuoce plura ſunt genera. Si autem uniuoce, ſtatim abſurdum eſt, eſſentiā idem ſignificare, tum in his quæ primo ſunt, tum in his quæ poſterius. Quippe cum non unum in eis commune ſit genus, in quibus aliud quidem prius eſt, aliud uero poſterius. Sed de rebus ad intelligentiam pertinētibus ſecundum diuiſionem non loquuntur. Non igitur omnia omnino quę ſunt diuidere uoluerunt, ſed quæ maxime ſunt potius dimiſere.

*Non facile concedendum eſt res incorporeas ſimul atq; corporeas, item formam atq; materiam, & compoſitum & ſingulare atq; uniuerſale in uno ſubſtantiæ genere conuenire.* Cap. II.

QVærendum eſt iterum, nunquid hæc exiſtimanda ſint genera. Et quomodo ſubſtantia unum genus ſit. Ab hac enim omnino uidetur incipiendum. Dictum quidem eſt, non poſſe genus unum ſubſtantiæ eſſe commune intelligibili ſenſibiliq; naturæ. Nam ſic etiam aliud quiddam erit ſuper intelligibilem ſenſibilemq́ue ſub-

 ſtantiam

ſtantiam de utriſq; communiter prædicatum. Quod quidẽ neq; corpus, nec incorporeum erit. Alioqui ſiue genus illud corpus ſit, ſequetur quod ſub eo incorporeum dicitur, eſſe corpus: ſiue ſit incorporeũ, ſequetur iterum, quod ſub eo corpus dicitur incorporeum eſſe. Quinetiam in his quæ [illegible] à nobis ſubſtantiæ appellantur, quærendum eſt, quid nam commune ſit [illegible] formæ atque compoſito. Hæc enim omnia ſubſtantias eſſe aiunt, neque tamen ęque ſubſtantias eſſe. Quandoquidem forma magis quàm [illegible] ſubſtantia dicitur, & recte quidem. Quanquàm alii forte dicerent materiam magis eſſe ſubſtantiam. Præterea ſubſtantiæ quæ primæ dicuntur, quid nam commune cum ſubſtantiis ſecundis habebunt? Quandoquidem ſecundæ ſubſtantiæ à primis id ipſum habent ut ſubſtantiæ appellentur. Omnino uero apud eos quid nam ſit ſubſtantia explicare non datur. Neque enim ſiquis etiam proprium ſubſtantiæ nobis aſſignet, iam quid ipſa ſit aſſecutus erit. Ac forte quod tanquàm proprium ſubſtantię aſſignatur, ſcilicet quòd unum atque idem numero contraria uiciſſim ſuſcipere poſſit, ſubſtantiis omnibus conuenire uidetur.

*Quas Peripatetici ſubſtantias nominant, probabilius eſt in una ſerie deinceps ab uno dependente diſpoſitas eſſe quàm in eadem natura congruere.* Cap. III.

VErum nunquid unum quiddam prædicamentum eſſe, dicendũ eſt, ſub quo communiter comprehendamus intelligibilem ſubſtantiam, & formam, & materiam, atq; compoſitum: perinde ac ſiquis Herculidum genus unum aliquid dixerit, non tanquàm commune quiddã ſit cunctis, ſed tanquam ab uno deſcendant. Primo namq; ſubſtantia eſt illa. Secũdo uero gradu atq; minus reliqua. Verum quid nam prohibet omnia prorſus unum eſſe prędicamentũ: etenim & reliqua omnia quæ eſſe dicuntur à ſubſtantia eſſe quid prohibet? An forte reliqua quidem paſſiones quædam ipſius ſubſtantiæ ſunt? Ipſæ uero ſubſtantię alio quodam pacto deinceps diſpoſitæ ſunt. Sed enim neque dum hoc pacto in ſubſtantia gradum ſiſtere poſſumus, neq; quod eius potiſſimum ſit accipere, adeo ut ab illo ſubſtantias quoque alias capiamus. Proinde cognatæ quidem iam ita ſint inter ſe omnes quæ ſubſtantiæ nominantur, habentes aliquid præter reliqua genera. Quid nam igitur ſibi uult hoc ipſum quod dicitur quid atque quod, & ſubiectum, & non ſubiectum, neq; eſſe in alio uelut ſubiecto, neque id ipſum quod eſt, alicuius alterius ita eſſe, ſicut albedo eſt corporis qualitas, & quantitas eſſentiæ aliquid. Item motionis tempus, & motio ipſius mobilis aliquid. At uero ſubſtantia ſecunda de alio prædicatur: ſed forſan alio modo hæc de alio dicitur quàm reliqua ſoleant, uidelicet tanquàm genus, quod uelut pars quædam inſit. Sitq; ad illius in quo eſt ſubſtantiã [illegible]. Albedo uero ſic de alio prædicatur, ut in alio iaceat. Cæterum [illegible] propria dicet quis ad alia: ideoq; ita congregabit in unum, & ſubſtantias appellabit. Vnum uero quoddam genus non rite dicet, neq; notionem [illegible] ram ſubſtantiæ declarabit. Sed hæc quidem hic iam finem habeant, ad quantitatis naturam proficiſcamur.

[illegible]

[illegible] quantum ipſis quantitas, in hac ipſa [illegible]

[illegible]

[illegible] primum quantum dicunt, & omnem conti- [illegible] magnitudinem, locumque & tempus. Reliqua uero quę [illegible] quanta dicuntur ad hęc omnia referunt. Sic motum quid [illegible] quantum & tempus quo tranſigitur. Quamuis for [illegible] gendum: quippe cum tempus continuitatē à motu ſu [illegible] continuum, qua ratione continuum eſt, quantum eſſe di [illegible] quod diſcretum eſt, non eſſe quantum. Si autem ſecundum [illegible] quantum ſit, quid commune ambobus erit in hoc ipſo [illegible] Numeris quidem ipſis id communiter inſit, ut quāti ſint [illegible] quod quanti dicantur, ſatis conſtat, nondum tamen con [illegible] ſit ipſa natura, per quam quanti dicūtur. Verum linea [illegible] & corpus non ita dicuntur, ſed magnitudines dicuntur quidē, [illegible] quaquam: ſiquidem tunc demum aſſequuntur ut quanta di- [illegible] ad numerum rediguntur, per quem bicubitū tricubitum ue [illegible] Quoniam & corpus naturale cū redigitur ad menſuram, quan [illegible] iam euadit, atq; locus per accidens, nō qua locus eſt quantus. [illegible] autem non ſecundum accidens quātum accipere, ſed quod quantū [illegible] ipſum, ipſam ſcilicet quantitatē: quoniam neq; tres boues uelut quā [illegible] docet, ſed ipſum qui in eis eſt numerū. Boues enim tres duo [illegible] iam ſunt. Sic & linea tanta, prædicamenta duo. Tanta quin- [illegible] ſuperficies ſimiliter duo quædam prædicamenta, & quantitas quidem [illegible] ipſum quantum eſt. Ipſa uero ſuperficies cur nam ſit quan- [illegible] iam determinata eſt uelut tribus lineis aut quatu- [illegible] eſſe conſtetur. Quid ergo? ſolos ne numeros eſſe quantū ipſum [illegible] Verum ſi numeros ſeorſum per ſe exiſtentes ad id admitti- [illegible] ſubſtantiæ [illegible], præſertim quia ſecundum ſeipſos exi- [illegible] ſuis participantibus inſunt, ſecun [illegible] ſed decē equos, decemq; boues; [illegible] ſi illi ſubſtantiæ ſunt, nō hos quoq; [illegible] rurſus [illegible] ſubiecta, eis inſunt [illegible] quemadmodū [illegible] quædam atq; [illegible] uideantur. At ſi in ſeipſis [illegible] [illegible] ſubiecta [illegible] [illegible] ſunt, cum ipſa ſe non participant [illegible] [illegible] Menſuræ enim ſunt. Menſuræ [illegible] [illegible] quia in [illegible] [illegible] hoc ipſum tamen quod [illegible] [illegible] dicitur, [illegible]

 ipſa

[illegible] quadam eſt [illegible]: quod enim tantum eſt, aliud quidem exi[illegible], eſt [illegible]: non enim tempus eſt [illegible]. Quantitas au[illegible] aliud [illegible] hoc tamen ipſo quod eſt ſimpliciter, eſt [illegible]. Si quis autem quæcunque quanti participia ſunt, quan[illegible], ſequetur ſtatim, ſubſtantiam & quantum idem prorſus [illegible]. Præterea quod dicitur æquale & inæquale, proprium eſſe quanti, in [illegible] proprie accipiendum eſt: non tamen in his quæ participant, niſi [illegible] per accidens quiſpiam id aſſumpſerit, uidelicet non qua ratione illa i[illegible]. Quemadmodum tricubitum quantum dicitur quaſi collectum: [illegible] in genus unum, ſed in aliud quiddam unũ, atque unum quoddam prædicamentum.

*[illegible] Peripateticos, utrum omnia quæ ipſi collocant in prædicamento relationis, in una natura ge[illegible].* Cap. VI.

A[illegible] nonnullis quæ inuicem relatiue dicuntur, præter ipſa ſubiecta fieri inter ſe aliquid [illegible] actum motumq́ aliquem, vt inter ſcientem & ſcitum, agens & patiens: [illegible] vero videri nihil vltra ſubiecta aliud fieri vel extare præter cogitationẽ noſtram illa inuicem comparantem, vt ſimile ad ſimile, æquale ad æquale. Denique nõ putat [illegible] hæc & illa, atque ipſa ſimpliciter relatiua in eadem natura congruere.

POſt hæc autem de prædicamento relationis uidetur conſiderãdum, ſiqua uidelicet cõmunio generica ſit in ipſo, uel alio quodam pacto ad unum quiddam communio redigens. Et de hoc ipſo imprimis, utrum hæc ipſa proprie ſit ſubſiſtentia ſiue habitudo quædam, quemadmodum dexter atq; ſiniſter, & duplum atq; dimidiũ: uel in quibuſdam quidem hæc ipſa ſit, ſicut in eo quod poſterius modo dicebam; in eo autem quod dicebam prius, nulla prorſus exiſtat, uel potius exiſtat nuſquàm. Quid enim exiſtit in duplo atq; dimidio: item in ſuperante atque ſuperato: rurſus in habitu, diſpoſitiõe, accubitu, ſeſſione, ſtatione, patre quoq; & filio, domino, ſeruo: ſimili rurſus atq; diſſimili, æquali inæquali, agente patiente, menſura menſurato, ſcientia deniq; atq; ſenſu? Scientia enim ad ipſum quod ſciendum eſt, dicitur: ſimiliter ſenſus ad ſentiendum: nempe ſcientia quidem habere poteſt ad ipſum quod ſcibile dicitur unam quandã ſubſiſtentiam ſecundum actum erga ipſam rei ſciendæ ſpeciem: ſenſus quoq; ſimiliter ad ſenſibile. Præterea quod actiuũ dicitur ad paſſiuũ ſic fermè ſe habet, [illegible] unũ efficere poteſt, & menſura ad menſuratũ menſurationẽ agit. Simile uero aduerſus ſimile quidnam habet tũc effectũ? An fortè nõ habet quod tunc fiat, ſed quod iam exiſtat, ipſam uidelicet in qualitate identitatem: ueruntamen præter qualitatem in utroq; iacentem nihil adhibet, ſimiliter nec æqualia: identitas enim in ipſo quanto mutuam habitudinem antecẽdit. Habitudo uero quid nam aliud eſt præter animi noſtri iudicium, dum uidelicet comparamus quæ in ſeipſis exiſtũt id quod ſunt, dicimusq; hoc atq; hoc magnitudinem eandem habent, eandemq; qualitatem: item, hic progenuit illũ, hic ſuperat illum. Seſſio quoque & ſtatus præter ipſum ſedentem atq; ſtantem quid nam aliud habet? Habitus autem qui ſecundum ad quod habet,

dicitur habere, ipſum potius uidetur ſignificare: qui autem ſecundũ id quod habetur, quale quiddam potius eſt dicendum. Eadem de diſpoſitione ratio eſt. Quid nam igitur præter hæc erunt quæ inuicem referuntur: Quid ultra comparationem quandam noſtra intelligentia factam: Preterea quando ſuperans refertur ad ſuperatum, hęc quidem tãta magnitudo eſt, illa uero tanta: at hoc aliud, illud uero aliud: ſed comparatio apud nos eſt, nec eſt in eis. Item ubi dexter ad ſiniſtrum, & anterior ad poſteriorem, præſtat forſan hæc in ſitu quodam cõſiſtere, prout ille quidem hic eſt, ille uero ibi. Nos autem dextrum & ſiniſtrum excogitauimus, at in illis eſt nihil. Item quod prius dicitur & poſterius, reuera duo ſunt tẽpora: ſed quod prius & poſterius nominatur, in noſtro eſt iudicio poſitum.

*Concedit tandem in omnibus quæ inuicem relatiue dicuntur, eſſe ueram aliquam & mutuam habitudinem, & præter noſtræ comparatiõis effectum, quis alicubi ſit firmior, infirmior alibi. Sed ualde obſcurum eſſe dicit, quid nam ſit hæc habitudo communis, & naturam uniuocam eſſe diffidit.* Cap. VII.

Concedit relationem eſſe proprie nonnihil, cuius exiſtentia ſiqua eſt, in ipſa mutua rerũ habitudine conſiſtat: vt in habitudine bicubiti ad cubitale conſiſtit relatio dupli ad dimidium, & viciſſim.

SI igitur nihil dicimus, ſed dicendo mẽtimur, nihil utiq; horum erit, ſed habitudo uanum quiddam: ſin autẽ uere loquimur quãdo dicimus, hic prior eſt illo, ille uero poſterior, duo inter ſe tẽpora comparantes, aliud quiddam pręter ſubiecta intelligimus eſſe ipſum prius ac poſterius. Similiter de dextro atq; ſiniſtro, & circa magnitudines pręter ipſum earum quantum, habitudinem quãdam eſſe uolumus, quatenus hoc quidem ſuperat, ſuperatur illud. Iam uero ſi nobis etiam nihil dicentibus, nihil intelligentibus, ita ſe res habet, ut hoc duplum ſit ad illud: hoc habeat, illud habeatur, antequàm nos id aduertamus, & æqualia inter ſe ſint ante cognitionem noſtram, & quantum ad qualitatem ſpectat mutuam unionem habeant, & in omnibus quæ ad aliquid referri dicimus, præter ſubiecta, mutua quædam habitudo conſiſtat: qua nos iam exiſtentem animaduertimus: ſimiliterq; ſe habeat cognitio ad rem cognoſcendam. qua quidem in re etiam manifeſtius eſt eſſe quandam ex habitudine ſubſiſtentiam: ſi hæc inquam ita ſe habent, non eſt ulterius inquirendum, utrum in his habitudo quędam exiſtat nec ne. Sed concedendum ex talium numero, in aliis quidem quandiu manent ſubiecta in ſeipſis quomodo ſe habebant, quàmuis inter ſe interim ſeparentur, habitudinem ipſam perſeuerare. In aliis autem, quando congrediuntur, habitudinem fieri. In aliis iterũ etiam manentibus deſinere habitudinem uel omnino, uel alia fieri. Quemadmodum in dextro accidit & ſiniſtro atq; propinquo: ex quibus potiſſimum orta ſuſpicio eſt, in talibus nihil exiſtere. Hoc itaque conceſſo, perſcrutandum eſt, quid nam ſit in omnibus idem: & nunquid ſit ibi commune ipſum tanquàm genus, non autem accidens. Deinde poſtquàm in his idem aliquid inuentum fuerit, indagandum eſt, quam habeat ſubſiſtentiam. Iam uero dicendum eſt aliquid relatiuum, quod & ad aliquid nominatur, non ſi ſimpliciter dicatur alterius,

uelut aliquis animæ uel corporis habitus: neq; perinde atq; ex eo, quòd anima alicuius ſit uel in aliquo: ſed illa proprie dicenda ſunt talia, quibus exiſtētia ſua non aliunde quàm ex habitudine naſcitur. Exiſtentiam uero hanc dico, non quæ ſubiectorum ſit, ſed quæ ad aliquid proprie dicitur: quemadmodum duplum ad dimidium exiſtentiam tradit, neq; bicubito uel omnino duobus, neque cubitali uel prorſus uni. Sed his ita exiſtentibus, ilico ſecundum eorum habitudinem pręter id quod hoc quidem eſt duo, illud autem unum ipſum quidem duo, conſequitur ut duplum dicatur & ſit: ipſum uero unum aſſequitur, ut dimidium ſit uiciſſim atq; dicatur. Ambo igitur unà conficiūt ex ſeipſis aliud eſſe duplum atq; dimidium: quæ quidem ad ſe inuicem facta ſunt, eorum'que eſſe nihil aliud eſt quàm ad ſe inuicem eſſe. Duplo quidem eſſe inest ex eo quòd excedat dimidium: dimidio autem ex eo quòd excedatur: quapropter nō eſt aliud quidem illòrum prius, aliud uero poſterius: ſed ambo ſimul exiſtunt. Quæri præterea poſſet, nunquid & reliqua ſimul exiſtant, an quędam potius non ſimul ſint, ſicut de patre filioq; accidit atq; ſimilibus: nam poſtquàm deceſſit pater, filius ſupereſt: & obeunte fratre, reſtat frater: quandoquidem etiam ſolemus dicere hunc aut illum ſimilem eſſe defuncto.

*Communis deſcriptio relationis eſt, mutua duorum habitudo.* *Cap. VIII.*

*Sed hæc in differentibus relatiuis tam diuerſa eſt, vt non ſit vniuoca. Inter aliqua relatiua vnà cum habitudine eſt actio quædam, vt inter generantem atque genitum: alicubi nulla, vt inter ſimilia & æqualia.*

CAeterum ad hæc quodammodo digreſſi ſumus: inde uero imprimis quærendum eſt, quam ob cauſam hæc ſe diſſimiliter habeant. Sed iam igitur hoc ipſum quod dicitur ad ſeinuicem eſſe declarare debent, quàm communem habeat exiſtentiam. Profecto id ipſum commune non poteſt eſſe corpus: conſequēs eſt igitur, ſi modo eſt, incorporeum eſſe: & id quidem uel in ipſis eſſe ſubiectis uel extra: ac ſi eadē ſit habitudo, uniuoca eſſe: ſin minus, ſed alia aliorū, eſſe æquiuocā iudicandā: nō enim ex eo quòd dicit habitudo, ſtatim eandē habet eſſentiā. Nū igit habitudines ita partiri debemus? Dicētes uidelicet, alia quidē habere habitudinē otioſam quaſi iacētē, atq; ſimul oīno ſubſiſtētiā inter ſe habere: alia uero unà cū potentia ſimul & opere ſemper quodāmodo habitudinē poſſidere, & antea quidē paratā potentiā habuiſſe, deinde in congreſſu etiam actu ſubſiſtere. An uero ſummatim ita dicendum: alia quidem efficere, alia uero ſubſiſtere: atq; quod ſubſiſtit, nomen ſolum alteri exhibere: at illud quod efficit, etiam ſubſiſtentiam alteri tradere: tale utiq; eſt pater & filius, agens & patiens: habent enim quandam uelut uitam & actionem. Num igitur ita habitudinem diſtinguere decet: diuidere inquam, non tanquàm idem in differētiis aliquid & commune; ſed omnino tanquàm habitudo in utroq; altera ſit natura, quam dicere æquiuocam debeamus: & illam quæ efficit, nominare actionem & paſſionem, quaſi utraque una ſit motio: aliam uero ponere quæ non faciat ipſa, ſed aliud quiddam ſit in ambobus efficiens, uelut æqualitas, quæ æqualia faciat: æqualitate enim æqualia fiunt, & omnino identitate

uel ille duplus. Sed quo nam pacto in unum idemq́; genus tum uniuſcuiuſque natura, tum eiuſdem negatio colligi poteſt: duplum & non duplum, ad aliquid & non ad aliquid: perinde ac ſiquis cum animal genus poſuerit, ibidẽ quoq; non animal audeat collocare? Item quomodo ipſum duplum & hic duplus in eodem genere numerantur, ſimiliterq́; albedo ſimul & albus? cũ hoc & illud idem ſic eſſe non poſſit.

*Poſita deſcriptione qualitatis apud Peripateticos, ſcilicet, Qualitas eſt id quo quale aliquid nominatur: non poſſunt quæcunque qualitates dicuntur, ſub uno quodam genere ratione uniuoca contineri.* Cap. X.

NEc facile poſſumus explicare quid nam id ſecundum ſe ſit, per quod alia denominantur qualia. Nam per potentiam pariter atque impotentiam, item per habitum æqualiter priuationemq́; quale aliquid appellatur: ac paſſim ſimiliter per oppoſita.

POſthac autem conſiderare decet qualitatẽ, à qua rite qualis aliquis nominatur. Et imprimis inueſtigandũ quid nam exiſtens ipſa, alia reddat qualia. Et nunquid una eademq́; exiſtens ratione communi ſpecies exhibeat differẽtiis. An potius adeo inter ſe diuerſæ qualitates ſint, ut unum earum genus eſſe nõ poſſit. Verum quid nam commune eſſe poteſt in habitu & diſpoſitione actiuaq́; qualitate, figuraq́; & forma? Quid dicam de craſſo ac tenui, de pingui & macilento? Si enim ipſum commune dicamus potentiam, quæ conueniat habitibus & diſpoſitionibus potentiiſq́; naturalibus, à qua id ipſum quod habet eam poteſt quæcunq; poteſt, non amplius impotentiæ cum his genere congruent. Deinde figura & quæ circa quodlibet forma eſt, quo nam modo potentia eſt? Præterea ſi ita ſit, ens qua ens eſt, potentiam nullam habebit, ſed quando ei quale acceſſerit. Ipſi uero actus eſſentiarum qui potiſſimum actus ſunt, ſecundum ſeipſos agentes: & actus uirium propriarum quatenus ſunt id quod ſunt, ad quale ſic pertinebunt. Verum ſecundum potentias illas quæ poſt eſſentias ſunt, qualitas cenſenda dicetur: ceu facultas pugilis non hominis iudicatur ut homo, ſed uis ipſa rationalis: quæ facultas iccirco non eſt qualitas, ſed illa potius quam aliquis induſtria comparauerit: quamobrem rationalis potẽtentia æquiuoce qualitas appellatur. Erit itaq; qualitas uis quædam eſſentiis addita poſt ipſam eſſentiæ rationem, per quam deinde quales cognominantur. Differentiæ uero per quas inter ſe inuicem eſſentiæ diſcrepant, qualitates æquiuoce nuncupantur: quę quidem ſunt actus potius rationesq́; uel partes aliquæ rationum, nihilominus ipſam rei ſubſtantiam declarantes, tametſi eſſentiam qualem dicere uideantur. At illæ quæ qualitates præcipue iudicantur, per quas quales efficimur, quas & notione communi potentias appellamus, forſan erunt rationes quædam & tanquàm formę, tum circa animam tum circa corpus pulchritudo quædam uel turpitudo. Sed quo nam pacto qualitates omnes erunt potentiæ? Eſto ſane pulchritudo & ſanitas proprie qualitas. At uero turpitudo, morbus, infirmitas, impotentia, quomodo qualitas? An quia ſecundum hæc quoque quales aliqui nominantur. Sed quid nam prohibet quo minus qui appellantur quales, non unica ratione ſed æquiuoca nuncupentur? Neq; ſolum modis quatuor appellentur aliqui quales, ſed quolibet etiam quatuor modorũ ſaltẽ dupliciter appellẽtur. Forſan

uero non ſecundum ipſum agendi uel patiendi motum qualitas iudicatur: quapropter aliter quidem id quod poteſt facere cenſetur & dicitur, aliter uero patiens. Tum uero ſanitatem, diſpoſitionem, habitum, ſimiliterq́; morbum: item robur, pariterq́; debilitatem appellare qualitatem conſueuerunt: uerum ſi ita ſit, non amplius commune ipſum in eiuſmodi rebus erit ipſa potentia, ſed oportebit commune quiddam aliud indagare: neq; rurſus ſic qualitates omnes æque rationes nominare licebit. Quo enim pacto morbus, qui eſt habitu confirmatus, ratio ulla erit? Num igitur affectiones, quæ in ſpeciebus uiribusq́; conſiſtunt, qualitates cognominabimus, oppoſitas uero priuationes: ideoq́; non unum genus, ſed unum aliquid dicemus ſemper, uelut unum prædicamentum? Velut ſcientiam quidem ſpeciem quandam atque potentiam: inſcitiam uero priuationem & impotẽtiam appellamus. An forte impotentia inſuper & infirmitas forma quædam eſt? Atq; ita & morbus & prauitas poteſt facitq́; multa, ſed male. Sed enim cum nihil aliud hæc ſint q̃ ab intentione finis excidere, quonam modò potentiæ rite cognominantur? Fortè quoniam unumquodq; eorum ſuum quiddam agit, nõ ad rectũ ipſum ſpectans: nec profecto quicq̃ faceret quod minime potuiſſet. Pulchritudo certe alicuius uim habet: num igitur & triangulus? An forte neq; ad potentiam quidem in iudicanda qualitate decet aſpicere, ſed potius ad id quod aliquo modo diſponitur uel afficitur. Quamobrem ſecundum quaſdam quaſi formas & characteres nobis eſt qualitas perpendenda: atq; in eius ordine ipſum commune omnium forma quædam eſt, & ſpecies in eſſentia quidem iacens, ſed ueniens poſt eſſentiam. Sed rurſus quomodo ad id ſe habent potentiæ perquirendum. Fortè & qui natura eſt pugil, ex eo quòd afficiatur quodammodo, id ipſum habet: ſimiliterq́; qui naſcitur ad aliquid impotens. Et omnino character quidã qualitas eſt, ſiue ſignaculũ atq; nota, ad eſſentiã minime pertinens. Quod aũt uidetur idẽ tũ cõferre ad eſſentiã, tũ accedere præter eſſentiã ſicut calor & albedo omniſq́; color, ita ſe habet, ut quod ad eſſentiã cõfert aliud ſit uelut actus eſſentiæ: quod uero nõ cõducit, ſecũdo loco ſe habeat, ſitq́; ab illo, aliudq́; in alio imago ſimilitudoq́; illius. Cæterũ ſi qualitas ſecundũ formationem & notam rationemq́; iudicatur, quo nã pacto ad qualitatem attinent, quę impotentiam turpitudinemq́; ſignificant? Fortè reſpondendum eſt, talia quædam rationes imperfectas eſſe, ſicut patet in turpi. Sed in morbo quomodo ratio? Forte in hoc etiam rationem ponitur ſanitatis, quodammodo è ſuo ſtatu permotam. Forte uero non omnia hæc in ratione ponenda ſunt: ſufficit autem communis quædam conditio ſecundũ affectionem & diſpoſitionem extra eſſentiam ſic quodammodo ſe habentẽ, & poſt eſſentiam accedentem, adeo ut qualitas quędam ſit ſubiecti. Triangulus uero eius in quo eſt, qualitas iudicatur: non quidem triangulus ipſe ſimpliciter, ſed & qui in hoc eſt, & quatenus format. Sed & humanitas forma format, imò uero præſtat eſſentiam.

*Admiſſa Peripateticorum deſcriptione difficillimum eſt quæ qualitates dicuntur inter ſe [illegible] poſsibile diuidendo eas ſub eodem genere uniuoca ratione colligere.*

Cap. XI.

Cæterum

CAeterum ſi ita ſe habet, cur nam plures ſunt ſpecies qualitatis? atq; habitus aliud quiddam eſt, & aliud diſpoſitio? Non enim in manendo uel non manendo cōſiſtit differentia qualitatis. Sed ſufficit affectio quædã, quomodocunq; ſe habeat, ad quale reddendum. Permanendi uero munus extrinſecus additur: niſi quis forte dixerit, ipſas quidē duntaxat diſpoſitiones quaſi formas imperfectas eſſe, habitus uero perfectos. At ſi imperfectæ ſunt, nondum qualitates exiſtunt. Sin autē iam ſunt qualitates, permanendi munus, eſt quædã extrinſecus adiecta conditio. Naturales uero potentiæ quo nam pacto ſpeciem aliam præſtant? Si enim ſecundũ id ipſum quòd potentiæ ſunt, qualitates exiſtunt, profecto cōditio ipſa potentiæ non conuenit omnibus, ut eſt dictum. Sin aũt hominem natura pugilem, ex eo quòd certo modo ſit diſpoſitus uel affectus, qualē eſſe dicimus, nihil efficit potentia inſuper addita. Quandoquidem & in ipſis habitibus potentia continetur. Proinde cur nam ille, qui ſecũdum naturalem potentiã pugil eſt, ab eo differet, qui ſcientia pugil euaſerit. Forte qua ratiōe ſunt quales, nimirum hæc non ſunt differentiæ qualitatis, ſi hic quidem induſtria cōparauit, ille uero eſt natura ſortitus, ſed ab extrinſeco accidit differentia: at uero ſecundum ipſam pugilis facultatis ſpeciem quomodo differunt? Quinetiam ſi aliæ quidem ex quadam paſſione proueniunt, aliæ uero nequaquàm, quam ex hoc differentiã habent? Neq; enim intereſt, unde qualitas oriatur: quantum inquam ad permutationem qualitatis & diſcrepantiã pertinet. Quærere præterea licet, etiam ſi quæ ex paſſione ſiunt, partim quidem ſic, partim uero aliter aliorumq; fiant, quomodo poſſint in eadem ſpecie collocari. Ac ſi dicatur alias quidem ex paſſiōe fieri, alias uero facere paſſionem, æquiuoce ſimul qualitates appellabuntur. Pręterea quid nã ſibi uult, quod dicitur circa unumquodq; forma. Si enim qua ratiōe ſpecies eſt unumquodq;, ita dicitur, id ad qualitatem minime pertinet: ſin autem qua unumquodq; poſt ipſam ſubiecti ſpeciem, pulchrum uel turpe dicitur, quale dictũ intelligatur, rationem aliquam habere poteſt. Tum uero aſperum & lene, rarum atq; denſum, non recte qualia nuncupantur. Non enim ob quaſdam inter ſe diſtantias, uel propinquitatem quandam, rarum, denſum, lenitas, aſperitas iudicatur. Nec ubiq; hæc ex inæqualitate poſitionis uel æqualitate proueniūt. Quòd ſi ex his quoq; proueniãt, nihil prohibebit, quo minus qualia iudicentur. Si deniq; leuis ipſius & grauis conditio cognoſcatur, patebit iam nobis, ubi hæc ſint potiſſimum collocanda. Licet præterea circa leue naturã æquiuocam inuenire. Niſi forte libratiōe quadam & ipſa pluris paucioris'ue penſatione leue aliquid perpendatur. In quo quidē ordine macilentũ quoq; & tenue reperitur, quod ſane in alia quadã ſpecie pręter quatuor numeratur.

*Non licet qualitates Peripatetico ritu partiri. Neq; fas eſt qualitates corporis, animæ, mentis ſub eodem genere collocare.* Cap. XII.

VErum ſiquis non ita qualitatem exiſtimet diuidēdam, qua nam ratione diuidere poterit? Conſiderãdum igitur, num deceat alias quidē corporis, alias autē animæ qualitates aſſerere? Deinde corporis qualitates pro ſenſuum diſtributione diuidere, ut aliæ ad uiſum

genere numerentur. Id autem erga eos dicatur, qui & ibi talia quædã ponũt. An forte ſimiliter quærendũ eſt etiam ſiquis ſpecies non admiſerit. Nempe ſi interim intellectum admiſerit, habitumq; in eo aliquem eſſe conceſſerit, interrogabitur, nunquid cõmune aliquid huic habitui ſit ſimul & illi. Conceditur ſaltem ſapientiam illic exiſtere. Atqui ſi illa æquiuoce ſe habet ad nõſtram, merito inter eiuſmodi qualitates non numeratur. Si autẽ ſe habet uniuoce, ipſa certe notio qualitatis noſtris erit illiſq; communis. Niſi quiſpiam omnia quæ illic ſunt, eſſe affirmet eſſentias. Ideoq; intelligẽtiam ipſam ſimiliter eſſe concedat eſſentiam. Verum eiuſmodi quæſtio de cæteris quoq; prędicamentis agi poteſt. Nunquid quod hic, & quod ibi eſt, diuerſa ſint genere, an potius ambo ſub eodem genere collocentur.

*Quod apud Peripateticos nominatur prædicamentum Quando idest heri, cras, & ſimilia, tẽpus proprie tẽporis ue partem formali ratione comprehendi.* Cap. XIII.

SI ergo nihil aliud ſignificat, non debent in alio prędicamento ipſum quando, in alio tempus ponere. Sin autem præter tempus ſignificat aliud, non unum hoc iam prædicamentum erit, ſed ex pluribus congregatum.

DE illo autem prædicamento, quod ipſum aliquando ſiue quãdo nominant, deinceps ita cõſiderandum. Profecto ſi heri & cras & anno pręterito, ſiue iandiu, & talia quædam tẽporis partes ſunt, quid nam prohibet quo minus hæc in eodem ſint, in quo eſt & tempus. Siquidem ipſum erat, & eſt, & erit cum ſpecies temporis ſint, non iniuria in eodem in quo tempus ponitur, collocantur, tempus autẽ eſſe in quãtitatis genere dicitur. Quapropter quid nam opus eſt nouo quodam prædicamento. Si autem dixerint, hæc non ſolum tempus eſſe ſcilicet erat, & erit: item heri, & iandiu, quæ ſub ipſo erat, ponuntur, ſubiici enim talia oportet ipſi, quod dicitur erat, ſi inquam, id ipſum dixerint non ſolũ eſſe tempus, ſed aliquando tempus, ita protinus reſpondebitur. Primo quidem, ſi eſt aliquando tempus, certe eſt & tempus. Deinde ſi heri tempus præteritum eſt, compoſitum quiddam erit, ſi modo aliud quiddam ſit ipſum præteritum, aliud uero tempus. Duo ergo prædicamenta hæc erunt, neq; ſimplex aliquid. Sin autem ipſum aliquando dicant non eſſe tempus, ſed in tempore, hoc ipſum quod dicitur in tempore, ſi rem ipſam ſignificat, quaſi dicat, Socrates iandiu erat, ſane Socrates extrinſecus erit, neq; unum aliquid dicent. Verum Socrates uel actio in hoc ipſo tempore quid nam erit potiſſimum? An forſan in parte temporis. Sin autem quoniam partem temporis dicunt, & qua ratione pars eſt, exiſtimant non tempus quiddam, uel partem eius ſimpliciter, ſed præteritam temporis partem dicere, plura conficiunt. Nempe partem quatenus pars eſt, ad aliquid ſe habentem adſumunt. Atq; ipſum præteritum apud illos adiectum aliquid erit, uel idem cum ipſo, quod dicitur erat, quod eſt temporis ſpecies. Verum ſi hoc intereſſe dicant, quòd ipſum erat indefinitum ſit, ſed ipſum heri & anno ſuperiori, ſit definitum, nos quidem primo ipſum erat cõſtituemus alicubi. Deinde heri, cenſebitur ipſum erat iam definitum. Unde ſequitur, ut heri tempus ſit definitum. Hoc autem eſt temporis quantitas, uel quantum quiddam tempus. Quapropter ſi tempus eſt in

quanti ipſius ordine conſtitutum, horum quodlibet erit quantum iam defi-nitum. At ſi quoties dicunt heri, id dictum intelligamus, quaſi id in tempo-re præterito definito ſit factum, multo adhuc magis multa ſimul adducent in medium. Deniq; ſi oportet alia inferre prædicamẽta, ex eo quod aliud ſit, fiat'ue in alio, quemadmodum impræſentia de hoc ipſo accidit, quod in tem pore ſit, uel fiat. Multa inſuper alia prædicamenta eadem conditione inue-niemus, quia uidelicet aliud quoquo modo exiſtat in alio. Sed de hoc aperti us in ſequentibus, ubi de hoc ipſo quod ipſum ubi dicitur, diſputabimus.

*Supervacuum eſt propter id quod dicitur aliquid alicubi eſſe nouum inferre prædicamentum* XIIII.

NAm hoc ipſum vbi, proprie locus eſt. Siquid autem huic adiectũ conſideratur, non no-uum prædicamentum affert, ſed relationem aliquam vel ſubſtantiam.

SOlent de prædicamento, quod nominãt ubi, tractantes dicere: Vbi profecto eſt, ac ſi dicatur, in lycio eſt uel academia. Acade mia igitur lyciumq; loca ſunt omnino, parteſq; loci, ſicut ſur-ſum, deorſum, hic, ſpecies ſunt loci, uel partes. Intereſt autem, quod alia aliis magis determinata ſunt. Si igit ſurſum, deorſum, mediũ ſunt loca, uelut Delphica regio media eſt, & prope medium Attica, & lyciũ & reli quæ regiones, quid nam oportet ulterius præter locum quærere? Præſertim cum dicamus hæc ſingulatim locum ſignificare. Si autem aliud in aliõ dici-mus, quando dicimus ubi, non unum dicimus neq; ſimplex. Pręterea ſi quoti es hunc eſſe hic affirmamus, habitudinem aliquam procreamus, tum huius in hoc, tum eius quod ſuſcipitur ad id quod ſuſcipit: cur non hoc ipſum in re latiuorum genere ponimus? Siquidem ex utriuſq; habitudine ad utrunq; ali quid generat. Item nihilo differt, ſi Athenis habitans dicas hic ſum, aut ſum Athenis. Sed hoc ipſum quod dicitur hic cum ſignum demonſtratiuũ ſit, lo cum ſignificare concedent. Ideoq; & illud quod dictũ eſt Athenis, deſignare locum confitebuntur: quapropter Athenis ad ipſum proprie locũ pertinet. Rurſus ſi Athenis idem eſt atq; in urbe Athenienſi eſſe, nimirum ultra locũ, ipſum quoq; eſſe etiam prædicatur. Non tamen ita decebat, quemadmodũ neq; pro genere qualitatis fas eſt aſſignare, qualitas eſt, ſed qualitas ipſa dun-taxat. Accedit ad hæc, quòd ſi oportet quod in tẽpore uel loco dicitur, aliud afferre prædicamentũ, præter tempus atq; locũ, cur nõ etiã quod eſt in uaſe, aliud inducat prędicamentũ. Item quod in materia, aliud: rurſus aliud, quod eſt in ſubiecto. Item quod ut pars in toto, uel ſicut totum in partibus, genus in ſpeciebus, ſpecies'ue in genere ſimiliter aliud. Atq; ita plura adhuc nobis prædicamenta numerabuntur.

*Rectius fortaſſe pro prædicamento poneretur effectio, aut actus, aut motus quàm facere.* Ca. XV.

IN eo autem prædicamẽto, quod facere nominãt, hęc cõſiderare licet. Traditur ſane, poſt ſubſtantiã ponenda eſſe quę ſunt circa ſubſtantiã, quemadmodũ quãtitas numeruſq; ſe habent, ideoq; quantitas apud illos aliud genus aſſeritur. Itẽ quia qualitas circa ſubſtantiã eſt, iccirco ipſum quale genus aliud ponitur: ſic itaq; cũ circa ean dem ſit & effectio, aliud quoq; genus eſſe hoc ipſum facere arbitrantur, nũ igi tur ipſum facere ponendum eſt? An factio potius, à qua facere proficiſcitur.

Quemad-

Quemadmodum & qualitas ponēda eſt, à qua fit quale ſimiliter. An potius hic factio facere faciens, uel facere atq; factio in unū accumulanda ſunt. Iam uero ipſum facere magis deſignat efficiētē, factio uero nequaquàm. Atqui & facere plane ſignificat in quadā effectione uerſari. Id autē eſt in actu ſe habere, ex quo efficitur, ut actus prędicamentū potius ſit. Qui ſane actus conſiderari circa eſſentiam affirmatur, quemadmodū ibi qualitas, qui rurſum actus uerſatur circa eſſentiam tanquam motus. Et profecto motus unum aliquod rerū genus exiſtit. Cur enim qualitas quidē unū aliquid eſt circa eſſentiā: & quātitas ſimiliter unū quiddā, itē relatio propter quādā alterius ad alterū habitudinē: Motus aūt, q ſimiliter circa eſſentiā eſt, nō ſit ſimiliter unū genus?

*Rectius forte pro prædicamento poneretur actus. Atq; ſub eo actus alter quidem perfectus, ut habitus atque forma, alter autem imperfectus, ut motus ad habitum atq; formam.* Cap. XVI.

MOtus non ratione ſui dicitur imperfectus actus. Quo enim momēto incipit iam actus eſt & motus. Sed ratione alicuius alterius poſt motū perficiendi. Sicut actus ac ſæpe mutatio fit momento, ita motus exordiens in momento ſimpliciter, iā eſt motus. Subit vero tempus quatenus ſubit & quantitatem.

SIquis autem obiiciat, motum eſſe actum imperfectū, nihil adhuc prohibere uidebitur, actum quidē primo loco ponere, motum uero tanquàm ſpeciem eius, & imperfectum quiddam illi ſubiicere: prędicando quidem de motu actū, addendo uero pro differentia imperfectum. Nam imperfectum de motu dicitur, non quia non ſit actus, ſed actus quidē eſt omnino. Sortitur aūt repetitam quandā ſucceſſionem, non quidē ut motus ipſe ad actū quandoq; perueniat, iam enim actus exiſtit, ſed ut efficiat aliquid, quod aliud quiddam eſt ultra motū. Neq; tunc motus ipſe perficitur, ſed res ipſa potius, ad quam motor animū intendebat. Sicut inceſſus ſtatim ab initio erat inceſſus. Si aūt oporteat ſtadiū pertrāſire, necdū tranſactū fuerit, certe hoc ipſum quod deeſt, neq; inceſſui neq; motui deeſt, ſed potius inceſſui tanto. Inceſſus autē erat etiam quantuſcunq; fuerit, atq; iam motus. Profecto qui mouetur, iam eſt motus, & qui diuidit, iā diuiſit. Et ſicut qui actus dicitur, non indiget tempore, ita neq; etiam motus, ſed motus proprie eouſq; productus. Atqui ſi actus fit in non tempore, certe & motus qui omnino motus eſt atq; ſimpliciter. Sin autē motum dicant, iccirco prorſus in tempore fieri, quia cōtinuitatem ſibi uendicet, reſpondebitur, actionem quoq; non intermiſſam habere continuitatem, agitq; in tempore. Argumentum uero huic præbet facultas quoq; proportionis. Quæ quidem tradit, poſſe ſemper ex quocunq; motu aliud aliudq; accipere: neq; eſſe initiū temporis, in quo & à quo inceperit, neq; rurſus motiōis exordium: ſed licere ſemper altius motum diuidere, adeo ut cōtingat motum nuper inchoatum iam etiam ex infinito tempore proceſſiſſe, ipſumq; motum ſimiliter infinitum quantū ſpectat ad exordiū, extitiſſe. Id aūt ideo accidit, quoniam actum à motu ſeparant. Et actum quidem fieri in non tempore dicūt, motum uero tempore indigere fatentur. Motum inquā non ſolum tantū proprie aut tantum, ſed omnino motus ipſius naturam neceſſario eſſe quantā. Tametſi ipſi fatentur, tantū aut tantū per accidens motioni contingere, ſiquidē motus ſit

dicendum? Forſan uero intelligere ad intelligibile ſicut & intelligentiam referentem: nã & ſenſum ad ſenſibile dirigũt. Quòd ſi & ſenſum dirigũt ad ſenſibile, cur nõ ipſum quoq; ſentire ad ſenſibile referãt? Atqui ſenſus, qui & refert ad alterũ, habitudinẽ quidem habet ad illud: ſed habet interea nihilominus præter habitudinẽ aliquid, hoc ipſum ſcilicet actum quendã eſſe uel paſſionem. Si igitur paſsio præter id quod alicuius uel ſub aliquo ſit, eſt & aliquid aliud, nimirum ſic & actus atq; actio: tum uero inceſſus cum ipſe quoq; alicuius ſit, ſitq; pedum, atq; ſub aliquo, habet tamen in ſeipſo interim ut ſit motus. Quod ſi ita eſt, intelligentia quoq; præter idquod ſpectat ad aliquid, id in ſui generis habet, ut motus quidam ſit aut actus.

*Probabiliter motum ponemus pro genere: quem diuidemus in motum exorientem intrinſecus, atq; in motum extrinſecus incidentem.* Cap. XIX.

Primum quidem nominabimus actionem, ſiue maneat intus, ſiue etiam in aliud exeat: ſecundum vero paſſionem, ſiue quis putet hos inter ſe motus actionemq; & paſſionem reipſa diſcrepare, ſiue tantum ratione differre.

POſt hæc autem conſiderandum eſt, nunquid actus aliqui uideantur imperfecti fore, niſi tempus aſſumpſerint, adeo ut cũ motibus unà conſpirent uelut uiuere atq; uita: in tempore nanq; perfecto cõſiſtere uidetur ſuum cuiuſq; uiuere. Ipſa quinetiam beatitudo actus quidã eſſe, non in aliquo indiuiſibili conſiſtens, ſed tanquã motum quendam eſſe putant. Ex quo dicendum ſit, utraq; motus eſſe: atq; motum ipſum genus unum exiſtere. Quod quidem perſpicere liceat unum ſecundum ſe genus ultra quantitatem, quę in ſubſtantia eſt, & ultra qualitatem, adeo ut motus ſimiliter ſit unum quiddam circa ſubſtantiam: quẽ quidem communem motum, ſi placet, in duas diuidas motiones: quarum aliæ quidem ad corpus, aliæ uero pertinere ad animam uideantur. Aut alię penes ipſa mouentia ſint, aliæ ſub aliis aliunde in ipſa perueniant. Vel aliæ ex ipſis propriis, aliæ autem ex alienis. Tum uero quæ ſunt ex ipſis, actiones ſint: ſiue in alia tranſeant, ſiue ſint abſolutæ: quæ uero pendent ex aliis, paſſiones: quamuis motus etiam in alia tranſeuntes, iidẽ eſſe uideantur atq; motus qui ex aliis pendere dicuntur. Diuiſio nanq; ſiue penes diuidentem, ſiue in re diuiſa conſideretur, eſt una: ſed diuidere aliud eſt quàm diuidi. Forſan uero neq; una quidem eſt ipſa diuiſio quæ infertur à diuidente, & quæ in diuiſo ſuſcipitur: ſed diuidere ipſum atq; diuidi, nihil aliud eſt quàm ex tali quadã actione & motione alteram in re diuiſa ſuccedentem fieri motionem. Aut forte non ſecundum hoc ipſum quod diuidi dicitur, differentia ipſá perpenditur: ſed ſecundum aliud ex motione reſultãs, uelut dolere: in hoc enim conſiſtit pati. Quid ergo dicendũ ubi nihil doleat? Quid nam aliud niſi quo actus efficientibus in hoc exiſtens, ſit loco doloris uel paſſionis? Sic enim accidit, & tale quiddã eſt, quod dicitur aliquid facere. Atq; ita duplex uidetur eſſe quod facere nominatur: aliud quidem nõ in alio, aliud autem in alio collocatum. Neq; ſic ulterius diuidetur, ut aliud quidẽ facere ſit, aliud uero pati: ſed ipſũ quod eſt in alio facere, occaſionẽ præſtitit, ut duo quædã eſſe hic apparerẽt, quorũ aliud ſit facere, aliud cõtra ſit pati. Iã uero ſcribendi munus quis admittatur

in alio; non affert præterea paſſionem ſibi è contrario reſpondentem: quoniam nihil aliud efficit in ſcribendo, præter ſcribētis ipſius actum: quod quidem perinde ſe habeat atq; dolere. Siquis autem dixerit tale quiddam afferre præterea quale ſit quod fuiſſe ſcriptum dicatur, non propterea paſſionem aliquam in medium introducit. Atqui & in ipſo inceſſu, q̄uis terra ſubſit quæ inceſſu calcatur, non tamē hic addi debet, terram aliquid inde fuiſſe perpeſſam. Sed quando quis ſuper corpus animalis progreditur, paſſio iam perpenditur, dum uidelicet quiuis excogitat dolorem inſuper inde prouenientem: dolorem inquam reputans, non inceſſum: alioqui id ipſum prius etiam perpendiſſet. Sic & in omnibus ſecundum ipſum facere unum quiddam genus dicendum eſt unà cum eo quod pati dicitur & oppoſitum. Quod autem pati dicitur, id ipſum eſt quod factum eſt poſterius: nō quidem quod ſit oppoſitum, perinde atq; ei quod eſt cōburere ipſum quod eſt comburi: ſed paſſio potius dicitur atq; pati, id ipſum quod ex cōburere comburiq; uelut uno quodam exiſtente in re ipſa reſiliat, ſiue dolor id ſit ſiue aliud quiddam, quaſi deſtructio quædam. Quid ergo ſi quis hoc ipſum ſic agat ut dolorem inferat, nonne hic quidem agit, ille uero patitur? atq; ex uno quodam actu duo conficiuntur, ubi hic facit ille patitur. Forſan uero in ipſa actione non amplius computatur doloris inferendi propoſitum, ſed facit aliud quiddam per quod afficit dolore: quod quidem in ipſo dolituro factū, unumq; & idem exiſtens, efficit ut aliud præterea ſit dolore quodam affici. Quid igitur de illo dicendum quod unum quiddam fit priuſquàm etiam dolore afficiat, uel etiam ubi dolor nullus infertur: nōne paſſio eſt illius ipſius in quod infertur? uelut audire. Sed forte ipſum audire non eſt paſſio, neq; omnino ſentire ulla paſſio eſt: at dolore premi, eſt in paſſione cōſtitui, quod quidem effectioni haud eſt oppoſitum iudicandum.

*Aliquam actionem paſſio non comitatur, ut intelligentiam atque ſenſum: aliquam comitatur [illegible], terere conterentem uiciſſim, & ca[le]facere mutuo frigefacientem: aliqua comitatur extrinſecus. Cap. [illegible]*

ET hoc quidem dupliciter. Aut enim actionem manifeſta paſſio comitatur, [illegible] ſecantem: aut occulta, ut incedentem: imò & occultiſſima, ut augeri, & formari corpus ab anima.

SEd eſto ſi placet, non ſit oppoſitum: ueruntamen cum aliud quiddam ſit q̄ facere, non in eodem genere unà cum effectione locatur: ſed forte ſi ambo ſunt motus, ſunt in eodem, uelut alteratio ipſa ſecundum qualitatem motio. Num igitur quando ab ipſo quali progreditur alteratio, paſſio ibi factio atq; facere, cū ipſum quale ſit paſſiōis expers? Aut forte ſi ſit à paſſione remotum, in faciendo uerſatur: ſin autem in aliud agens ueluti uerberando mutuo patitur, non amplius facit: an potius nihil prohibet faciendo pati. Si igitur ſecundum ipſum pati uelut atterere id habet, cur nam facere magis quàm pati cenſetur? An quia uiciſſim atterendo conteritur atq; patitur? Nunquid ergo quoniā mutuo agitatur, geminos circa ipſum motus eſſe diſcernimus? At quomodo duos? Num igitur unum? Sed quo nam pacto motio eadem actio ſimul eſt atq; paſſio: & ita quidē actio dicetur, quatenus ab alio manat: paſſio uero quatenus inde fluit in aliud, dum tamen una motio eſt.

An igitur motionem aliam eſſe dicemus: & quo nam pacto aliud quiddã diſponet aut afficiet patientem alterans ipſa motio: atqui ipſum agens nõ patitur ab illo ſecundum idem. Quo enim pacto patiatur hoc ipſum quod facit? Nũ ergo hoc ipſum ſcilicet in alio motũ eſſe, in cauſa nobis eſt ut paſſio ſit, quæ quidem penes effectorem paſſio minime fuerat? Verum ſi hoc quidem album efficit ceu ſeminaria cygni ratio, hoc autem efficitur album, naſcens uidelicet cygnus: an pati dicemus cygnum in eſſentiam interim procedentem? Sin autem deinde etiam natus efficiatur albus: item ſi hoc quidem augeat, illud autem augeatur, auctum ipſum pati aſſeuerabimus? An potius in ipſo quali quodam locabimus paſſionẽ? Præterea ſi hoc quidem pulchrũ facit, hoc uero fit pulchrum: an quod pulchrum efficitur pati interea confitebimur? Si igitur quod pulchrum reddit interea fit deterius uel obſcuratur, uelut ſtannũ, aliud autem euadit melius uelut æs, nunquid æs pati dicemus, ſtannum uero facere? Deniq; diſcentem quomodo dicemus pati? uidelicet ipſo efficientis actu in ipſum iam prodeũte. At uero quomodo hæc erit paſſio cum unus ſit actus? Forte ipſa quidem non eſt paſſio. Qui autem habet, eſt patiens: quippe cum ipſum pati perinde tanquàm ſit alicuius, accipiatur. Neque enim ex eo quòd qui addiſcit, nihil ipſe egerit, pati dicitur: nam diſcere non eſt tanquàm pulſari uel percuti, quippe cum in quadam apprehenſione diſcretione'que conſiſtat: ſicut neque uidere perinde ſe habet atque pulſari.

*Tam actionem quàm paſſionem per motum quendam uel actum definire poſſumus.* Cap. XXI.

Sed illud quidem agere dicitur, cuius motus ex ipſo ſumit exordium, ſiue hinc aliquid in alio fiat, ſiue nihil: illud vero pati, cuius motus ſolum incidit aliunde, ſiue ad deterius eat, ſiue ad melius: item ſeu ab agente ſeparato incidat, vt verberatio: ſiue à coniuncto, vt alteratio in corpore ab opinione affectuq; animæ ſuæ, & affectus ipſi extrinſecus incitati.

Qua nam igitur notione ipſum pati proprie deſignabimus, non certe diſcernemus actu quodam, quia ab alio pendeat: ſiquidem qui actum ſuſceperit, ſibimet ipſum uelut proprium uẽdicauerit. Sed nunquid ubi non actus quidem ſit, ſed tantum paſſio? Quid ergo ſi id quod pati dicitur, melius fiat, actus autem ſe deterius habeat: aut ſi per prauitatem agat quiſpiam & intemperate alteri dominetur: an forte nihil prohibet actionem quidem eſſe prauam, paſſionem uero honeſtam? Quo nam ergo potiſſimum diſtinguemus? Nunquid definiemus ipſum facere per actum quendam ab ipſo quolibet in aliud tranſeuntem? Pati uero per effectum aliunde in alio reſultantem? Quid ergo dicemus, ſi ab ipſo quouis extet quidem, in aliud autem minime tranſeat? qualis certe eſt actus intelligendi atque opinandi. Quid item, quando quis ex ſeipſo protinus incaleſcit, ſiue ex cogitatione uehementi id accidat, ſiue ira potius, quam nullo prorſus alicubi laceſſente, opinio propria ſuſcitauerit? Forte uero ipſum facere eſt, ſiue in ſeipſo maneat, ſiue in aliud agat impetus quidam ex ſeipſo quouis erumpens. Cupiditas ergo & appetitus omnis quid nam eſt? Forte ſi appetitus incitatur ab appetibili, paſſio quadam

ingreſſum, & intelligere habet intelligentiam. Proinde cõſiderare operæpretium eſt, utrum prouidere ſit facere: ac uiciſſim prouidẽtia gubernari, ſit pati: aliud enim & de alio quodam prouidẽtia eſſe uidetur. Forte uero prouidere non eſt facere, tametſi de alio quodam ſit intelligere. Neque regi prouidentia pati eſt: forſan etiam nec intelligere quidem eſt facere: non enim in ipſum quod intelligitur ſeſe transfert, ſed potius eſt de ipſo: neq; prorſus eſt affectio, neq; oportet actiones omnes eſſe effectiones aſſerere, aut quicquam facere. Poteſt autem ibi ſecundum accidens eſſe factio. Quid ergo dicendum, ſi quis incedens ueſtigia ſignet; nonne feciſſe aliquid cõfitebimur? Sed enim ex eo quod ille aliquid ſit, uel agat, aut decernat, ſequi inde ex cõtingẽti quod aliquid facere, actionemq; per accidens, quoniam ad hoc ipſum animum minime aduertebat: quandoquidem & in rebus inanimatis etiam facere dicimus, uelut ignẽ calefacere, & feciſſe aliquid medicinam. Sed de his hactenus.

*Peripatetici rationem ſufficientem aſſignare non poſſunt, cur habere quidem ueſtes, nouũ prædicamentũ faciat: habere uero qualitates in ſe, & habere pecunias, nõ facit prædicamentũ nouũ.* XXIII.
Item habere veſtes armaq; non vnum, ſed duo prædicamẽta ſignificat.

REliquum eſt de prædicamento quod habere nominant, diſputare. Profecto ſi habere multipliciter aiunt, quid nam prohibet, quo minus omnes habendi modi in hoc prædicamentum pariter redigantur? Quapropter & quantũ ipſum huc facile reducetur, quoniam habeat magnitudinem: item quale eodem pariter referet, quia colorem habeat: rurſus pater atq; ſimilia, quia & pater habet filium, & filius habet patrem: atq; ſummatim, poſſeſſiões omnes & ſupellectilia quæ habẽtur. Si dixerint, alia quidẽ quæcunq; habẽtur, in ſuis illis prædicamẽtis eſſe: arma uero & calceos atq; ueſtes in proprio hoc habendi prædicamẽto: primo quidem quæret aliquis, quam ob cauſam ita fiat: deinde, cur nam habẽs quidem ipſa, aliud quoddam unum prædicamentum efficiat: comburens uero illa, uel diuidens, uel abſcondens aut abiiciens, non aliud rurſus prædicamentum, aut alia faciat. Si reſpondeant, iccirco prædicamentum fieri, quoniam corpori circundantur: ſequetur, ſiquando ueſtis in lectica ponatur, prædicamentum inde aliud fieri, aliud'que rurſus, ſi ueſte quiſpiam prorſus fuerit adopertus. Quòd ſi prædicamentum ipſum fieri aſſerant ſecundum ipſum proprie continendi & habendi actum, profecto ſic cætera omnia quæ ſecundum hoc ipſum habere cognominantur, huc eadem referri conditione neceſſarium erit: atque ad ipſum habitum illa omnia, ubicunque ſit ipſe habitus, redigenda erunt: nihil enim intererit, quid nam id ſit, quod habeatur. Proinde ſi in prædicamento eiuſmodi deſcribendo non eſt dicendum, habere qualitatem: quoniam qualitas ipſa iam ſuo loco ſit dicta. Rurſus, nec habere quantitatem: quoniam quantitas locum ſuum antea obtinuerit. Item nec habere partes, quia iam ſubſtantia deſcripta proprie fuerit. Cur igitur dicere licet habere arma? Cum iam definita ſubſtantia fuerit, cuius in genere arma proprie continentur: nam calcei, ueſtes, arma, ſubſtantiæ ſunt. Præterea quo nam pacto ſimplex aliquid eſt,

hoc

hoc ipſum, uniuſq; duntaxat prædicamenti? Quando uidelicet dicimus, hic habet arma: id nanq; ſignificat quod dicitur armari, uel armatum eſſe. Deinde nunquid in uiuente ſolum id habendi prædicamentum habet locum: an etiam ſi ſtatua quædam habeat eadem? Aliter enim uiuens quàm ſtatua uidetur habere, ac forte æquiuoca quadam conditione: quoniam & quando dicimus de utriſq;, ſtat ille uiuens, ſtat & uiuenti ſtatua, non eadem ratione ſtare utrunq; uolumus. Deniq; quod conſiſtit in paucis & differentia minima, quænam admittit ratio generale aliud prædicamentum efficere?

*Poni ſic aut aliter in tali quadam figura uel loco, non uidetur nouum afferre prædicamentum præter figuram, locum, actionem, paſſionem, relationem.* Cap. XXIIII.

SEquitur poſtremo prædicamentum illud quod poni uel in ſitu quodam eſſe nominant, quod quidem in paucis quoq; conſiſtit & differentia minima, ubi ſolent dicere, accũbere, diſcũbere, ſedere: tametſi non ſimpliciter, ſed modo quodam poni uel obtinere ſitum, prædicamentum eſſe nouum uelint: uelut quando dicitur, in tali quadam figura poſitus eſt: ubi aliud quidẽ eſt figura, poſitio uero ipſa uel poni, ſignificat aliud. Et profecto cum id ſignificet in figura quadã eſſe uel loco, atq; figura alibi deſcripta iam ſit & locus, quid nam oportet ulterius prædicamenta duo in unum accumulare? Præterea ſi quod dicitur ſedere, actionem'ue ſignificat in actionum genere collocandum: ſin uero paſſionem, in genere paſſionum: deinde quod dicitur ſuſpẽdi, quidnam aliud ſignificat, quàm poni ſurſum? quemadmodum & oppoſitum ſignificat poſitum eſſe deorſũ, & aliud in medio poſitum. Pręterea cum accubitus fuerit in relationum genere collocatus, cur non ibidem ſit & qui dicitur ſurſum poſitus? quandoquidem cum ibi ſit ipſum dextrum, ibidem eſt hic dexter atq; ſiniſter. Sed de his iam ſatis fuerit diſputatum.

*Non ſunt ponenda prædicamenta quatuor ſub uno genere, quemadmodum plerique Stoicorum Cynicorumq; poſuerunt.* Cap. XXV.

LVſit hactenus contra decem Ariſtotelis & Architæ prædicamenta exercitandi forſitan ingenij gratia: deinceps vero ſeuerius agit aduerſus illos, qui materiam loco principij poſuerunt: deinde vnà cum ſequentibus ſub eodem genere collocarunt.

POſt hæc autem aduerſus eos qui prædicamenta quatuor introducunt, res uidelicet ipſas quadrupliciter diuidẽtes, in ſubiecta, & qualia, & quodammodo ſe habentia, & ad aliquid quodammodo ſe habentia: atq; unum quiddam commune cunctis attribuentes, dum uidelicet cuncta uno quodam genere complectuntur: aduerſus eos inquam multa licet afferre, contra id præſertim quòd aiunt, commune genus unum omnibus conuenire: etenim inconſiderate admodum & abſq; ratione introductum eſt apud eos, quòd ſolent hoc aliquid appellare: neque incorporeis corporibusq; ſimul accommodari poteſt: ſed neque differentias reliquerunt, quibus hoc aliquid diſtinguere ualeãt. Atqui idipſum hoc aliquid aut ens eſt aut nõ eſt: ſi ens eſſe dicitur, una quędam eſt è numero ſpecierum: ſin uero non ens, ſequitur ens fore non ens, & quàm plurima generis eiuſdem. Hæc ergo miſſa in præſentia faciamus, ipſam uero diuiſionem conſideremus. Principio ſubiecta in primo gradu ponentes, ibidemq; materiam

riam

[illegible]ponentes aliis abſurde admodum id ipſum quod primum putant eſſe principium, in uno quodam ordine cum his connumerant, quæ poſt ſuum principium collocantur. Et imprimis quidem priora unà cum poſterioribus in unum aliquid congregant, cũ alioqui fieri nequeat, ut in eodem genere aliud quidem prius ſit, aliud uero poſterius. In illis enim in quibus prius eſt atq; poſterius, id certe quod poſterius eſt, à priore habet eſſentiam. At in eis quæ ſub eodem genere ſunt, quodlibet penes idem genus æqualitatem habet eſſendi. Siquidẽ hoc eſſe genus oportet quod in eo quod quid eſt prędicatur de ſpeciebus, quandoquidem & ipſi cętera omnia habere eſſentiam à materia, ut arbitror, fatebuntur. Deinde ubi ſubiectum in numerando unicũ [illegible], non res quidem ipſas enumerant, ſed rerum principia quærũt. [illegible] autem rerum principia, atq; res dicere. Sin autem materiam quidẽ ſolam ens eſſe uelint, cætera uero quaſdã materiæ paſſiones, certe non oportebat omnis ipſius & aliorum genus unum præponere. Sed melius forte dixiſſent, ſi hoc quidem uelut eſſentiam poſuiſſent, reliqua uero tanquàm paſſiones illius aliquas poſuiſſent, ea impoſterum partituri. Deniq; abſurdum eſt, quod aiunt alia quidem eſſe ſubiecta, & alia reliqua. Quippe cum unicum ſit ſubiectum, neq; ullam in ſe differentiam habeat, niſi forte ita diuidi poſſit, ſicut aliqua moles in partes. Quamuis neq; diuidere quidem liceat, propterea quod continuam eſſe ſubſtantiam arbitrantur. Melius itaq; dixiſſent, ſi nõ ſubiecta nobis, ſed ſubiectum introduxiſſent.

*[illegible] per ſe informem aliunde formabilem, ne fas eſt pro rerum principio ponere.* Cap. XXVI.

P[illegible]ſertim quia omnia actum appetunt tanquàm bonum. Actum dico formam & actionem. Actus igitur ipſe ſummus & ſimpliciſſimus, cui nihil potentiæ materialis inſit, eſt [illegible] ultimus & principium. Actum dico etiam forma ſuperiorẽ: omnia enim actum aliquem appetunt ultra formam. Ridiculum eſt, poſtquàm ſimplicem materiam loco principii poſuerunt, addere materiam inquam continuam & extenſam. Hæc enim non iam foret ſimplex, ſed cum quantitate & qualitate permixta. Denique quicquid conſtat ex multis, cum ſit participatione unum, dependet ab aliquo, per ſeipſum uno, ideoq; penitus indiuiduo.

PRæ cæteris autem abſurdiſſimum eſſe uidetur, materiam quę in potentia eſt, omnibus anteponere, neq; actum ipſum potius potentię anteferre. Neq; enim fieri poteſt, ut quod eſt in potentia ad actum aliquando prodeat, ſi modo id quod eſt in potentia ordinem in rebus principii teneat. Non enim ipſum quod in potẽtia tantum eſt, ſeipſum unquam perducet in melius, ſed oportet uel ante ipſum eſſe, quod eſt in actu, atq; ita non amplius id ipſum erit principium: aut certe ſi ſimul eſſe dixerint infortuita quadam ſorte rerum principia collocabunt. Item ſi ſimul ponant, cur non & illud præferunt? Cur'ue hoc ideſt materia potius quàm illud eſſe ens iudicatur? At ſi illud eſſe poſterius aſſerant, quærendum erit, qua conditione id fieri poſſit. Nempe materia ſpeciem minime generat, quia nec informe formoſum, neq; ex eo quod in potentia ſolum eſt, id quod eſt actu, uel actus quandoq; procedit, alioqui prius etiam tanquàm actu quodam illic extitiſſet, neq; amplius ſubiectum apud eos illud atq; materia foret ſimplex. Atqui & deus apud illos materia poſterior eſt: corpus enim eſt apud eos ex materia & ſpecie conſtans. Vbi certe quærendum eſt, unde nam ei ſpecies adſit. Sin

A[illegible] ipſum omnium principium in ſede admodū uenerãda aliqui obſeruantes, nullo modo principium affirmare, quod informe ſit, quod obnoxium paſſioni, quod uita carens, mente captum, tenebroſum, indefinitũ: atq; huic ipſius eſſentiæ munus adſcribere. Nempe deus ipſe apud illos honeſti & decori cuiuſdã gratia eſt introductus, habens eſſentiam à materia, & compoſitus & poſterior, imò uerò exiſtens materia ipſa quodammodo ſeſe habens. Proinde ſi materia ſubiectum eſt, neceſſariũ eſt aliud quiddam eſſe extra ipſam, quod [illegible] [illegible] agens adhibet eam muneribus ab ipſo traditis ſubditã. ſin aũt & ipſe [illegible] materiæ dicitur agitator in ipſa materia ſit uelut ſubiectus unà cum ipſa, [illegible] amplius materiam ſubditam adhibebit. Sed certe non poteſt ipſe unà [illegible] materia eſſe ſubiectum: alioqui cui nam ſubiecta hæc erunt? cum [illegible] adſit aliquis qui ea faciat eſſe ſubiecta. Quippe cũ omnia in hoc ipſum quod ſubiectum dicitur, abſumpta iam fuerint: nempe ſubiectum ad aliquid neceſſario pertinet, non quidem ad illud quod ſit in ipſo, ſed ad illud potius quod in ipſum agat expoſitũ. Sane ſubiectũ exponitur ad illud quod non eſt ſubiectum. Si hoc igitur ad externũ: quapropter prætermiſſum hoc fuiſſe uidetur: cæterum ſi nihilo illi egent externo quodã, ſed ſubiectũ ipſum per ſe poteſt omnia fieri, quaſi uarie figuratũ illius more qui tripudio ſe ferme in omnia transfigurat, certe non amplius ſubiectũ erit, ſed hoc ipſum po[illegible] omnia. Sicut enim tripudiator ipſe non figuris ſubiectus eſt, nã geſtus quidam ipſius figuræ ſunt, ita neq; quã materiam nominant, ſubiectum omnibus [illegible] ab ipſa omnia fuerint. Imò uero neq; omnino quidem erũt alia, ſiquidem reliqua nihil aliud ſunt præter materiam ipſam quodammodo ſe habentem, quemadmodum & ſaltator in ipſo tripudio certo ſeipſum modo habens figuræ ipſe omnes exiſtit. Sin autẽ alia non ſint, nec omnino ipſa materia [illegible] erit. Neq; erit materia rerũ, ſed materia tantum: ideoq; nec etiã ipſa materia, ad aliquid enim materia referri uidetur. Et quod refertur ad aliquid, ſpectat ad aliud, atq; ex eodem genere ducitur uelut duplum ad dimidium, [illegible] ſubſtantiæ quidem ad duplũ. Ens autem ad non ens quo nam modo [illegible] niſi forte per accidens? Quod autem ſecundũ ſe ens exiſtit, atq; ipſa [illegible] tanquam ens referetur ad ens. Si enim potentia quædã eſt quod eſt [illegible] illud aũt non eſt eſſentia, neq; ipſa etiam eſſentia eſt. Quamobrem illis [illegible], ut dum illos uituperant, qui ex non eſſentiis eſſentias procreãt, ipſi interim ex eſſentia faciant non eſſentiã. Mundus enim quantum mundus [illegible] apud eos non erit eſſentia. Nefas autẽ dictu eſt, materiã quidem quæ ſubiectum eſt, eſſentiam eſſe, corpora uero nõ eſſe magis eſſentias. Multoq; magis abſurdum eſt, mundũ ipſum eſſentiam nõ exiſtere, ſed aliquid ſolum quod pars eius eſt, eſſentiã eſſe. Tum uero animal non ab anima habere ſub[illegible], ſed à materia tantũ: atq; ipſam animã paſſionẽ quandam eſſe materiæ, poſterioremq; materia. A' quo nã igitur materia ut animaretur, accepit? & opinio animæ ipſius ſubſtantia unde nã eſt? Item quomodo materia ſubſiſtit atq; formatur? Nempe quando hęc ipſa fit corpora, anima aliud quiddã

eſt quàm ipſa: etenim ſi aliũde quàm ab anima ſpecies prouenirét, nullo modo anima fieret accedẽte materiæ qualitate, ſed corpora prorſus inanimata. Siquid autem materiam format & procreat animam, conſequens eſt, ut ante animam procreatam ſit & anima procreans.

*Materia quanto magis ſub formarum mutationibus permanet, tantò magis patitur, & iccirco eſt omnium infima.* Cap. XXVIII.

MEns ſi poſterior eſſet quàm materia, nec materiam poſſet tranſcendere, nec materialia etiam perfecte comprehendere.

VErum cum multa ſint opinioni huic palam repugnantia, quæ afferri in medium facile poſſint, iã dictis cõtenti eſſe debemus, ne forte nobis etiam turpe ſit contra tam apertos errores obnixius decertare. Satis uero fuerit oſtendiſſe, qui nam & quemadmodum non ens tanquàm maxime ens affirment atq; conſtituant, & quod infimum eſt tanquàm primum collocare non dubitent. Cauſa uero tanti erroris hæc extitit, quoniam illi ſenſum uelut ducem ſecuti ſunt, cui fidem in principiis & reliquis ſtatuendis nimiam adhiberent. Nempe cum corpora duntaxat eſſe res ueras exiſtimarent, ac deinde corporum commutationem mutuam in ſe inuicem formidarent, nimirum quod ſub eis manet id ipſum eſſe ens putauerunt. Perinde ac ſiquis locum magis quàm corpora ens, eſſe putaret, exiſtimans uidelicet locũ minime deſtrui. Et quàmuis hic apud eos maneat, oportebat tamen non quomodocunq; manens eſſe ipſum ens arbitrari, ſed conſiderare prius, quæ nam entis ueri ſint dotes, quibus iam præſentibus adſit ſimul ſemper manendi facultas. Iam uero etſi umbra quędam maneat, ſemper aliud quiddam comitans continue permutatum, nõ tamen magis erit umbra quàm illud. Atqui & ipſum ſenſibile unà cũ illo aliiſq; numero multis magis utiq; ens cum & totum ſit uidebitur iudicandum, quàm unũ aliquid eorum quæ continentur in ipſo: ſin autem & totum ſubiectum illud non ens, quo nam modo illud? Omnium uero maxime mirandum eſſe uidetur, illos qui ſenſui de omnibus præſtabant fidem, nõ etiam affirmauiſſe, ens ipſum ſenſu poſſe comprehendi. Sed neq; etiã recte ſoliditatem uel reſiſtentiam illi tribuunt, id enim qualitas quædam eſt. Sin autem mente id ſe percipere dicant, abſurda mens hæc erit, quæ materiã ſibi præfecerit, uerumq; eſſendi munus non ſibi, ſed materiæ dederit. Cum igitur mens apud illos non ſit ens, qua nam conditione ullam habebit fidem? cum ubiq; de his quæ præſtantiora ſunt, quàm ipſa loquatur & iudicet, neq; ullam cum eis cognationẽ habeat? Sed de hac ipſa natura ſubiectiſq; ſatis etiam alibi diſputatum.

*Poſuerunt prædicamenta quatuor, ſcilicet ſubiectum primo, deinde quale, tertio quodammodo ſe habẽs quarto quodammodo ſe ad aliquid habens.* Cap. XXIX.

NEc ipſum quod additur quale, ſi ſimplex quiddam eſt, ſicut eſſe debet, ſi ſeorſum facit prædicamentum, certe eſt incorporeum, quod quidem ipſi nolunt. Sin autem compoſitum ſignificat, vana eſt diuiſio, diuidens videlicet res in ſubiectum, atq; iterum in ſubiectum quale. Et omnino quando dicunt quale & quodammodo ſe habens, aut rem nullã addunt præter materiam, ſic ſe habentem, aut addunt, ſi nullam, vnicum reuera prædicamentũ erit. Si aliquam, quid nam hæc ipſa ſit interrogati nunquàm explicant. Nec diſcernunt vnq̃ inter materiam qualem, atq; materiam quodammodo ſe habentem, hac videlicet diſcretione plura prædicamenta factura. Deniq; ſi nihil in natura ſit præter materiam ſic ſe habentem, mens ipſa materialis erit, neq; de materia, neq; de ſeparatis expedite poterit iudicare.

Quæ

QVæ uero qualia dicuntur apud illos, alia quædã oportet eſſe præter ipſa ſubiecta, quod quidem & ipſi fatetur, alioqui nunquàm ipſa uelut ſecunda numerauiſſent. Si igitur alia ſunt, neceſſe eſt inſuper ea eſſe ſimplicia. Si hoc, nequaquàm cõpoſita. Si & hoc, nec habere materiam, qua ratione ſunt qualia. Si deniq; hoc, incorporea efficaciaq; exiſtere. Materia nanq; apud illos ad paſſiones ſuſcipiendas expoſita eſt. Sin autem qualia ipſa dicãt eſſe compoſita, primo quidem diuiſio erit abſurda, quæ ſimplicia & compoſita ex oppoſito diuidit, eaq; in unũ genus accumulat. Deinde ob hoc ipſum quoq; non recta, quoniam in altera ſpecierũ collocat alterum: quemadmodum ſiquis ſcientiam diuidens, alteram quidẽ aſſerat eſſe grammaticam, alteram uero grammaticam quoq; & aliquid inſuper. Verum ſi qualia ipſa dicant materiam eſſe qualem, primo ſeminales rationes apud illos materiales quidem, neq; duntaxat in materia poſitæ compoſitum quiddam efficient: ſed ante compoſitum ab eis factum, ex materia ſpecieq; conſtabunt, neq; igitur ipſæ ſpecies erunt neq; etiã rationes. Quod ſi obiicerint, ratiões nihil aliud eſſe præter materiam ipſam quodammodo ſe habentem, ipſa uidelicet qualia eſſe quodammodo ſe habentia fatebũtur. Atq; erunt in quarto genere collocanda. Sin autem aliam quandam habitudinem introducant, interrogandum erit, quæ nam ſit differentia. An uidelicet ipſum quod dicitur quodammodo ſe habere, in hoc gradu potius eſt ſubſiſtentia quædam. Quanquàm niſi & ibi ſubſiſtentia ſit, quid nam enumerãt tanquàm unum genus, uel ſpeciem. Non enim ſub eodem aliud quiddã ens, aliud uero non ens numerari poteſt. Cæterum quid nã eſt hoc, quod in materia dicitur quodammodo ſeſe habens? Aut enim ens aut non ens iudicatur: atqui ſi ens, eſt penitus incorporeũ: ſin uero nõ ens, fruſtra dicitur, ſolumq; materia eſt. Ipſum uero quale nihil prorſus exiſtit. Sed neq; etiam quod dici ſolent quoquomodo ſe habens. Id nanq; multo magis nõ ens uideri alicui poteſt. Quod deniq; numeratur quartum, multo minus ens eſſe uidetur, ſola igitur materia ens: quis nam igitur hoc ipſum ait? Non enim ipſa materia, niſi forte ipſa ſit mens, uidelicet quodãmodo ſeſe habens. Tametſi hoc ipſum quod dicitur aliquo modo ſe habens eſt inanis adiunctio. Materia igitur dicit hæc, neq; comprehendit. Et profecto ſi recta ſanaq; diceret, mirandum foret, quonam modo intelligat, animæq; officia peragat, cum neq; mentem, neq; animam habeat. Sin uero inſipienter inquit, quando ſe id quod ipſa neq; eſt neq; poteſt eſſe aſſerit, cui nam potiſſimum inſipientiam hanc attribuere decet? profecto nulli præterquàm ipſi, ſi modo eloqui poſſet. Nunc autẽ neq; ipſa loquitur, & qui talia loquitur, idcirco ſic ait, quoniam hauſit iam ex materia plurimum, ei quidem totus addictus etiam ſi ſolam habeat animã. Ita ut ipſe deſtituitur ignorantia ſui, atq; potentiæ, quæ uera de huiuſmodi rebus exprimere poſſit.

*Non recte diſtinguunt quale & quomodo ſe habens.*  Cap. XXX.

NAm & quale, reuera eſt materia quodammodo ſe habens, atq; viciſſim quodammodo ſe habens, eſt materia qualis. Præterea, nec ipſum quodammodo ſe habens poteſt eſſe genus vnicum, nec quicquid eſt præter materiam qualem poteſt hoc nomine ſcilicet quodammodo ſe habens cognominari.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE GENERIBVS ENTIS II.

## ANNOTATIONES.

*Solum eſſe uerum ens arbitramur, cui non miſcetur entis oppoſitum, ideſt eſſendi defectus atque priuatio.*

*Caput* I.

Oportet igitur id eſſe in ſua natura integrum ſemperq; manere. Non decet ens falſum vnà cum ente vero ſub eodem genere collocare: ſicut neque Socratis imaginem cum Socrate. Proſequetur quidem Plotinus deinceps entium genera Platonico more. Interpretationem vero in his Magnanime Laurenti breuiſſimam à Marſilio tuo nunc accipies. Audiſti enim nonnūquàm, & forte quandoque leges familiarem tuum atque meum Pierleonum, myſteria eiuſmodi diuino quodam, vt cætera ſoles, inſtinctu tractantem.

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER II.

## DE GENERIBVS ENTIS II.

Poſtquàm de generibus decem conſiderauimus, diximusq; deinde de illis qui ſub uno quodam genere cuncta uelut quatuor ſpecies complectūtur; reliquum iam eſt, ut noſtram de iis ſententiam explicemus, conantes uidelicet opinionem noſtram ad ſententiam Platonis redigere. Si igitur unum ens oportuiſſet ponere, nihil opus eſſet inquirere, nunquid unum ſit genus in omnibus: nunquid rurſus genera non reducantur in unum. Et num principia ſint dicenda. Neque rurſus, utrum principia etiam genera ſint ponenda. Neq; uiciſſim utrum genera ipſa eadem ſint atq; principia. Neq; utrū principia quidem omnia ſint & genera: genera uero non æque principia, uel uiciſſim: ſiue potius in utriſque aliqua quidem principia ſimul & genera: aliqua etiam genera ſimul atq; principia. An forte in aliis quidem omnia ſint ſimul & alia, in aliis autem quædam ſimul & alia ſint. Quoniam uero ens non unum ponimus, ratio'que huius ſententiæ à Platone & aliis præſertim ſuis, eſt aſſignata, forte neceſſarium eſt de his quoque conſiderare: primo quidem, quem numerum & quomodo ponamus, in medium afferēdo. Cum igitur de ipſo ente uel entibus indagemus, neceſſarium eſt in primis inter nos hæc ipſa diſtinguere, quid nam uidelicet ens ipſum dicamus, de quo in præſentia rite conſideramus: quodque ens eſſe aliis uideatur: quod tamen nos non quidem quod unq̃ ſit, ſed quod fiat potius, appellamus. Eſt autem operæpretium intelligere, hæc inter ſe diſtincta, non quaſi aliquod unum genus fuerit in ipſa diuiſum. Neque enim fas eſt putare, Platonem ita diſtribuiſſe: ridiculum nanque foret, ens ipſum in unum cum non ente coniungere: uelut ſiquis Socratem ipſum & imaginem eius collocet ſub eodem. Iam uero diuidere hac ipſa in re, nihil aliud eſt, quàm ſegregare ſeorſumq; diſponere: & quod uideatur ens, id non ens declarare, interim demonſtrando, aliud reuera ens exiſtere. Atqui & ille qui enti ipſum ſemper adiunxit, tale eſſe ens oportere monſtrauit, ut nunquàm in ipſa entis natura mentiatur & fallat. De hoc igitur ente loquentes, de hoc nimirum quaſi non ſit unum tractabimus: deinde, ſi uideatur, de generatione inſuper atq; genito, mundoq; ſenſibili aliquid afferemus.

*Ens primum eſt quidem unum, ſed quodammodo conſtat ex multis, quæ & principia ſunt, & genera.* [illegible]

PRincipia quidē, quoniā ipſa natura entus quaſi conſtat ex ipſis: genera vero, quia quodlibet eorum continet ſub ſe ſpecies gradatim multas & ſingula: neque confunduntur hæc in unum: ſeruat enim vnumquodque proprium illic actum. Neque ens ipſum appellandum eſt genus: neque enim diuiditur Vt genus in ſpecies: neque de [illegible] prædicatur vt genus.

CVm igitur non eſſe unum dicamus, conſequens eſt, uel [illegible] quendam aſſerere, uel infinitū. Nempe quo nam pacto [illegible] non unum, niſi dicamus unum ſimul & multa: & [illegible] uarium in uno multa comprehendens. Neceſſarium igitur eſt, hoc ipſum quod ſic eſt unum, aut genere unū eſſe: ſpecies autē eius eſſentia, quibus ſane multa ſit ſimul & unum: aut genera plura quàm unum, ſic tamē ut ſint cuncta ſub uno: aut genera quidem plura, non tamen ſub alio aliud, ſed unumquodq; quæ ſub eo ſunt, continere: ſiue & ipſa quoq; ſint genera, quamuis anguſtiora, uel ſpecies ſub eisq; ſingula, adeo ut in naturam [illegible] cuncta conducant, atq; ex omnibus ipſa mundi intelligibilis, quod ens [illegible] lamus, ſubſtantia conſtet. Quod quidem ſi ita ſe habet, ſequitur hæc non ſolum eſſe genera, uerumetiā principia ipſius entis exiſtere: genera quidem, quoniam ſub eis alia quædam anguſtiora ſunt ganera, ſpeciesq; poſt hæc & ſingula: principia uero, ſiquidem ens ſit ex multis, & ex his totum ipſum conſtat. Si tamen plura quidem eſſent ex quibus conſtet, concurrentia uero [illegible]ta conficerent uniuerſum, nec haberēt præterea ſub ſeipſis alia, principia quidem forent, genera uero nequaquam, perinde ac ſiquis ex quatuor [illegible] id componat, ex igne ſcilicet cæterisq; eiuſmodi: hæc enim principia forent, genera uero nunquam, niſi quis forte æquiuoca conditione genus accipiat. Quamobrem cum dicamus principia quædam, etiam eſſe genera, [illegible]dum eſt, nunquid hæc ipſa ita dicamus genera, ut unumquodq; [illegible] cum iis quæ ſequuntur ipſum, accipientes ſimul commiſceamus omnia, totumq; conficiamus, mixtionem cūctorum inuicem facientes. Sed enim potentia quadam non actu ſingula illic erunt, & ipſum unumquodq; nō erit purum. Forſan uero dimittemus quidem genera, ſed ſingula commiſcebimus. Quæ nam igitur in ſeipſis genera erunt? An & illa in ſeipſis erunt atq; [illegible] Et quæ mixta ſunt, illa non diſperdent: & quo nam pacto? Sed de his in [illegible]tibus. Nunc uero poſtq̄ admiſimus nonnulla & eſſe genera, & inſuper eſſentiæ ipſius principia, & alia quadam ratione principia eſſe, & compoſitiones quaſdam illic exiſtere, primo dicendum eſt, erga quæ illa genera [illegible]mus, & quomodo inter ſe partiamur: neq; redigamus in unū quaſi forte quædam congredientia unum aliquid faciant: quis multo probabilius redigeretur in unum. Profecto ſi fieri poſſet ut omnia entis ipſius ſpecies eſſent, & poſt hæc deinceps ſingula conſequerentur, nihilq; foret extra, ita forte [illegible]ret efficere. Poſtq̄ uero poſitio talis funditus hæc ipſa tollit, neq; enim ſpecies ulterius erunt ſpecies, neq; prorſus multa congregabuntur in [illegible], ſed omnia penitus unum erunt, ne aliud ſit extra aliud, ubi illius [illegible]us. Quo enim pacto unū euaſiſſet multa, adeo ut ſpecies generaret, niſi eſſet aliquid aliud præter ipſum: nō enim ipſummet exiſtit multa, niſi quis illud

tanquam

[illegible] partiatur: uerū ita quoq; aliud erit quod ipſum diuidat. Si [illegible] à ſe uel ab alio diuidatur, etiā antequā diuidatur diuiſum iam erit uel in diuiſibile. Hac igitur ratione aliiſq; de cauſis cauendū eſt, ne genus unū conſtituamus, præſertim quia fieri nequit, ut quodcūque perceperis, uel ens uel eſſentiam nuncupes: nam & occurrit paſsim, quod non poſsit ens uel eſſentia niſi per accidens appellari, ceu ſiquis ſubſtantiā appellet albā: nō enim ſic ipſum quod per ſe album quod'ue ſit album, pronuntiabit.

*[illegible] quæ ſunt in primo ente, quoniam ibi non caſu concurrunt, neceſſario ſunt ab uno.* Cap. IIII.

Rurſus cum hæc ſint genera rerum prima inter ſe diuerſa, non poſſunt intus reduci ad vnum genus, quod de ipſis more generis prædicetur: ſed ad vnam nō tam cauſam quam naturam, quæ non tam conſtituatur ex illis quam conſtet ipſis, ſeq; ipſam in ipſa propaget, & [illegible] in ſingulis differentibus ſe conſeruet. Hanc vero naturam vnam, quoniam eſt vnum non ſimpliciter ſed vnum ens, redigimus ad ipſum foras ſimpliciter vnum velut [illegible].

Plura itaq; dicimus eſſe, neq; forte quadā fortuita plura: nonne igitur ab uno? Profecto etſi ab uno dependet, non tamen ab aliquo uno quod de illis in ipſo eſſe prædicetur: ideo quē nihil prohibet unumquodq; cum non ſit conforme cū alio, ipſum ſeorſum genus [illegible]. Num igitur hoc unum extra naſcentia genera cauſa quidem exiſtens, non tamen in eo quod quid eſt de aliis prædicatur? Forſan uero extra quidem eſt: ipſum nanq; unum deſuper extat, utpote quod cum generibus minime numeratur: ſiquidem per ipſum alia ſunt, quæ ex æquo inter ſe [illegible] ipſum ut ſint genera, connumerantur atq; diſcernuntur. Et quo nam pacto illud non eſt unà cum eis connumeratum? Sed profecto nunc entia [illegible], non quod ſuperius extat. Hoc igitur ita ſe habeat. Quid uero dicemus de illo quod connumeratur? De quo nimirum aliquis admirabitur, qua conditione unà cum ſuis effectibus numeretur. Sed enim ſi ſuperiora illa [illegible] ſub uno quodam genere numerentur, prorſus errabitur: ſin autem [illegible] his quorum cauſa eſt numeretur, tanquam ipſum quidem ſit genus, & reliqua deinceps inde ſequantur, & quę ſequuntur ab illo diuerſa ſint, neq; de illis prædicetur ut genus, neq; de illis alio quodam pacto dicatur, [illegible] ipſa quoq; genera eſſe, habentia uidelicet & alia ſub ſeipſis. Nequaquam [illegible] incedendo producis inceſſum; ob hoc inceſſus ipſe ſub te eſt [illegible] genere: ac niſi aliquid foret inceſſu ſuperius, uelut genus ipſius in[illegible] tamen nonnulla ſub ipſo, genus utique in ordine rerum ipſe [illegible]. Fortaſſis autem neq; dicendum eſt omnino unum illud eſſe [illegible] reliquorum, ſed reliqua potius eſſe uelut partes elementaq; illius, & [illegible] unum eſſe naturam noſtris cogitationibus diſtributam: [illegible] ob mirabilem poteſtatem in omnia [illegible], apparens multa [illegible] ſi moueatur, & amplificabilis multiplicabiliſq; natura [illegible], ut unum iam non ſit unum. Nos autem quaſi portiones [illegible] proferentes, eas ſingulatim uelut unumquodq; ponimus genus [illegible], ignorantes uidelicet nō totū ſimul nos [illegible] exiſſe: uerū [illegible] ſingulatimq; proferentes rurſus illa cogerimus, uidelicet non [illegible] detinere, tanquam ad ſeipſa interim feſtinātia quapropter rur[illegible] [illegible], unum iam fieri, imò uero tale eſſe permittimus.

[illegible] enim ſi hoc ipſum perceptum fuerit ac plane perſpectum, clarius fo- re nobis inſuper ueritatem generum in ipſo ente regnantium.

*[illegible] & diuerſitas in corpore animato ſit quàm plurima, atque hæc proxime fiat ab anima genitali, [illegible] anima eſſe magis eſt unum atque ens quàm corpus, non tamen eſt unum multitudinis expers.* Cap. V.

E[illegible] igitur genitalis anima una quædam natura, rationumq; ſeminalium plenitudo quæ [illegible] rationes ita ſunt actus eius eſſentiales, ſicut radij lucis intimi. Eſt etiam in ipſa anima eſ- ſentia multitudo: non enim habet ipſum eſſe ſimpliciter, ſed una cum animali quadam proprietate rurſus eſſentiali.

IMprimis uero conſiderandum eſt, cum corpora præſertim ani malium & plantarum ita ſe habeant, ut unumquodq; eorũ mul ta ſit tum coloribus tum figuris, tum quãtitatis diuerſitate tum partium ſpeciebus, tum quoniam alibi aliud eſt, ab uno hæc o- mnia prouenire, ſiue ab eo quod omnino ſit unum, ſiue habitudine quadam omnino uniuerſi unius, ſiue ab aliquo quod magis unum ſit q̃ quod procedit ab eo, adeo ut ens quoq; magis exiſtat q̃ quod inde procedit: quò enim lon- gius ab uno diſceditur, eò longius & ab ente. Quoniã igitur ab uno quidẽ fit corporũ conſtitutio, non tamen ab eo proxime quod omnino unũ ſit, uel i- pſum unum: alioqui non adeo diſtantem faceret multitudinem: reliquum eſt ut hæc ipſa corporum compoſitio à multitudine quadam una conficia tur. Quod autem corpora facit, eſt anima: hæc igitur una quædam eſt multi tudo. Verum quid nam potiſſimum eſt in anima multitudo? Profectò eo- rum quæ inde fiunt ſeminariæ rationes. Num igitur aliud quidẽ eſt ipſa ani mã, aliæ uero ſunt rationes? Imò uero & anima ipſa ratio eſt caput quæ ratio num [illegible] q; ipſius ſecundum eſſentiam agentis ipſæ ſunt rationes. Eſſentia uero eſt eius ipſa ſeminalium rationum: quamobrẽ unũ hoc ita multa eſt & ſic ſe habere per ea compertũ, ex quibus agit in alia. Quid uero ſi nihil effici- at? ſed eam quiſpiam accipiat nihil prorſus efficiẽtem: progreſſus uidelicet in idipſum quod in anima nihil facit. Sed nonne hic quoq; uires multas inue niet? eſſe tamẽ ipſam facile quiuis admiſerit. Num igitur ita prorſus eſſe hãc affirmabit, ac ſi lapidem eſſe dixiſſet? Certe non ita. Iam uero & circa ipſum lapidem eſſe quidem lapidis nõ eſt eſſe ſimpliciter, ſed potius eſſe lapidem: ita & hic eſſe animæ una cum eſſe habet & eſſe animam. Sed nunquid aliud quidem eſt eſſe, aliud uero reliquum quod animę ipſius complet eſſentiam: & [illegible] quidem eſt ens, differẽtia uero animam efficit? Forſan uero anima eſt quidem ens aliquod, non tamen ita ſicut homo albus, ſed ita ſicut homo i- pſe eſſentia ſua tantum. Hoc autem idem eſt ac ſi dicatur, non extra eſſen- tiam habere quod habet.

*[illegible] & uita in anima re quidem ipſa ſunt unum, ſed differunt ratione: [illegible] per eſſentiam [illegible] [illegible] per uitam differt.* Cap. VI.

VIta illic ſcilicet animalis, non accedit extrinſecus ad eſſentiam, ſed emicat ab eſſentia: igitur & in ipſa eſſentiæ uirtute latens uita uiget, & in ipſo uitæ actu manifeſtior ex- plicatur eſſentia.

SEd nunquid extra quidem eſſentiam ſuam non habet illud, ita ut partim quidem ſecundum eſſe ſit, partim uero ſecũdum eſſe tale? Verũ ſi ſecundũ tale eſſe & hoc ipſum tale prouenit ab extrinſeco, certe nõ totũ qua ratione eſt anima, erit eſſentia, imò

ſecundum

ſecundum aliquid, ideoq́ue pars eius erit eſſentiæ, ſed non eſſentia [illegible]. Præterea ipſius eſſe quid nam abſq; aliis erit? an lapis? An potius [illegible] hoc eſſe eius in ipſo eſſe uelut fontem principiumq; exiſtere: immo [illegible] omnia, quotcunq; exiſtit ipſa: ideoq; & uitam exiſtere & ambo [illegible] ſcilicet eſſe atq; uitam. Num igitur ſic eſt unum, ut ratio quædam una? Profecto unum eſt ſubiectum, & ita unum ut duo rurſus aut etiam plura quotcũq; ipſa imprimis eſt anima. Aut igitur eſſentia eſt & uita, aut habet uitã. Verũ ſi uitã habeat, ſequitur ut id quod eã habet nõ ſit ſecũdũ ſe in uita [illegible] ſim ut uita non ſit in eſſentia. At ſi alterum non habet alterum, dicendum eſt ambo unum eſſe: aut unum atq; multa, & totidẽ quot in uno intus [illegible] Atqui & ſibimet unum & multa rurſus ad alia: tum uera unum quidem in ſe exiſtere, interea tamen uelut ſuo quodam motu multa ſe reddere; atqui totum eſſe unum ſed tanquam ſtudens intueri ſeipſum effici multa, non ſecus atq; ipſum ens uideatur non ſuſtinere ſe unicum permanere; utpote quod omnia poſſit quotcunq; eſt & ipſum. Iam uero contemplatio ipſa [illegible] eſt ut ipſum multa iam appareat ut intelligat. Si enim unum apparuerit, nondũ uidetur intellexiſſe, ſed adhuc illud ipſum exiſtere.

*In primo intellectu eſt ens, motus, ſtatus, tanq̃ tria rerum genera illic ipſa natura unum, ratione [illegible] inter ſe differentia.* Cap. VII.

Sicut maxima diuerſitas membrorum in animali declarat eſſe aliquam differentiam rationum ſeminalium in ſemine, ſic in exemplari mundi differre quodammodo inter ſe [illegible] & vitam, ideſt motionem atque ſtatum, argumento nobis eſt, quod in mundo corporeo hæc tria maxime ſeparata ſunt. Eſt autem ibi vita motio quædam eſsẽtialis intima, perpetua ipſius entis, entis actus, ens prorſus adultum. Atqui ipſum ens eſſentialiter vita eſt, vita[illegible] viciſſim vitaliter eſt ens. Denique cum ſtatus motui opponatur, conijcimus illic neq; [illegible] eſſe motum, nec alterutrum eſſe idem penitus cum ente.

QVæ nam igitur ſunt & quot quæ intus inſpiciuntur? Profecto cum in anima eſſentiam inuenerimus ſimul ac uitam, atq; ipſa eſſentia in omni anima ſit communis, communis etiam [illegible] & uita, uita autem rurſus in mente, nimirum introducentes mentẽ inſuper eiusq; uitam, ponemus unum quoddam genus, ipſum ſcilicet motũ in omni uita communem. Atqui eſſentiam ac motum primũ, qui & uita prima eſt, tanq̃ genera duo conſtituemus. Etenim ſi unũ ſint, ſeparare tamẽ ea licebit intelligentia, quod unũ eſt inueniendo nõ unũ: alioqui neq; ſeparare licebit. Aſpice & in aliis manifeſtius motionẽ aut uitã ab ipſo eſſe ſecretã: ac ſi minus in ipſo uero eſſe, ſaltẽ in umbra ipſius eſſe atq; in eo quod eſſe [illegible] uoce dicit. Sicut enim in hominis imagine multa deſunt, præſertim quod eſt potiſſimum, ideſt uita: ſic & in rebus quæ ſentiũtur eſſe ipſius eſse eſt umbra, utpote quod eo careat, quod eſt in eſse potiſsimũ: quod quidem [illegible] cipali rerum forma exemplariq; uita. Nonne igitur hinc compertum habemus, quemadmodum ſeparare liceat eſſe ab eo quod eſt uiuere, uiciſſimq́ue quod uiuere eſt ab ipſo eſſe ſimiliter. Entis ipſius quidem multæ [illegible] es, eſt & genus: motus aũt neq; ſub ente neq; in ente, ſed unà cum [illegible] duæ quippe cum in eo compertus ſit, nec tanquam in ſubiecto [illegible] nimo actus ipſius: neq; alterum eſt abſq; altero, niſi forte cogitatione [illegible]

[illegible] sunt hic una, etenim ens ipſum non in potentia eſt, ſed in actu. Ac ſi utrunq; ſeorſum acceperis, adhuc & in ente motus, & in motu ens ineſſe uidebitur. Velut & in uno ente, utrunq; ſeorſum acceptum poſſideat [illegible] tamen cogitatio duo quędam eſſe dictat, & utrunq; uelut ſpeciē eſſe unumq; duplex. Cum uero motus circa ens appareat, neq; illius naturā diſtrahat, immò uero ex eo potius quod illud ſit perfectum, ibi adſit, ſemperq; natura talis in hoc ipſo motiōis eiuſmodi ordine perſeueret, certe ſiquis huc ſtatum non introducat, abſurdior erit illo, qui motum minime adhibuerit. [illegible] enim intelligentiaq; ſtatus ipſius enti magis accommodata uidetur q̃ [illegible] motionis. Ibi nanq; uiget quod dici ſolet, ſecundum eadem eodemq; modo & una ratione ſe ſemper habere. Eſto iam & ſtatus genus unum quodammodo à motione diuerſum, quandoquidem contrariū quoq; uideri poſſit. Quod uero ab ente quoq; diuerſum ſit, ex multis quidem patere poteſt. Ac præſertim quòd ſi unà cum ente ſit idem, non magis q̃ motus, cum ente poterit eſſe idem. Cur enim ſtatus quidem ſit idem enti, motus uero nequaquam? Quippe cum motio uita quædam ſit ipſius, actusq; & eſſentię & ipſius eſſe. Sed profecto quemadmodum ab eo motum ſeparabamus, tanquàm idē cum ipſo, rurſusq; non idem, & uelut duo dicebamus ambo, rurſusq; ut unū, eadem conditione ſtatum quoq; ſegregare licet ab eo, rurſumq; minime ſegregare, eatenus uidelicet intelligentia ſecernēdo, quatenus uelut genus aliud in [illegible] ordine diſponatur. Alioqui ſi ſtatum atq; ens in unum prorſus copularemus, nullo prorſus modo differre dicētes, ſimiliterq; ens unà cum motu in unum penitus conflaremus, eàdem nimirum ratione ſtatum atq; motum per ipſum ens uelut medium omnino in idem coniungeremus. Ex quo contingeret, ut motus & ſtatus unum penitus eſſent.

*[illegible] à materia ſeparatæ uel intellectus ſunt, uel in intellectu, & ibi quidem non ſecundum accidens, ſed ſecundum eſſentiam intellectualem pariter atq; intelligibilem.* Cap. VIII.

S[illegible] intellectus primus quinq; in ſe concipit rerum genera ſcilicet ens, motum, ſtatum, idē, alterum. In hoc intellectu eſſentia eius atque intelligentia quodammodo differunt. Alioquin in ordine rerū inde naſcentium, quatenus procedit eſſentia, eatenus intelligentia quoque procederet. Illic igitur actus intelligendi tāquàm motus quidam intimus innititur eſſentiæ [illegible] cardini. Innititur inquam duobus modis. Nam & inde profilit, & illuc aſſidue [illegible] ſibi eſſentialiter eſt intelligentia, & uiciſſim intelligentia intellectualiter ens ex [illegible] intelligentia & à ſtatu quodam exorditur, ideſt firmo uigore mentis, & tendit in [illegible] ideſt ideam intelligentiæ terminum. Proinde præter ens, motum, ſtatum, illic eſt [illegible], quatenus hæc ibi inter ſe ratione aliqua diſtinguuntur, & rurſus identitas, quatenus [illegible] natura ſunt omnia. Tum vero quæcunque illic ſequentia nō appellantur entis ſpecies, ſed [illegible] quidam entis ipſius comites. Denique quinque illa ibi dicuntur genera entis, [illegible] quæcunq; ſunt, ad illorum aliquod rediguntur, & illa ſimul cuncta in rę qualibet [illegible], hæc tamen ex parte principia rerum etiam appellari poſſunt.

[illegible] oportet tria hæc ponere, ſiquidem intellectus [illegible] quodq; eorum ſeorſum intelligit. Simul autem intelligit, atq; [illegible] ſi modo fuerint intellecta. Quorum enim eſſe unà cum materia eſt, horum eſſe non eſt in intellectu eſſe, alioqui forēt à materia ſegregata. Quæ uero ſeiuncta ſunt à materia, ſi intellecta ſint, id ipſum [illegible] eſt ipſum eſſe. Age itaq; contemplare intellectum purum, [illegible] inſpico, nō extremum, ſed intimum prorſus affigens [illegible]. Ecce iam

participantia. Neq; rurſus ens horum tāquàm ſuiipſius generum particeps dici debet. Non enim ens ipſa tranſgrediuntur, neq; ſunt ipſo priora.

*Ipſum ſimpliciter unum, quod eſt ente ſuperius, de nullo uel generum uel entium prædicatur ut genus.* IX.

QVoniam propter indiuiduam prorſus ſimplicitatem ſuam differētias ſui nullas admittit, nullas diuiſiones, adiunctiones, compoſitiones excipit, per quas ſolet genus in ſpecies deriuari. Item nec vnum quod eſt in ente de generibus aut entibus tanquàm Peripateticum genus vniuoce prædicari poteſt. Nam in horum ordine aliud deinceps alio aliter, atque aliter, ac magis minus'ue, & prius atque poſterius, & ens & vnum eſſe cenſetur. Denique quemadmodum in luna quod ſurſum ſpectat, lucidum eſt ſimpliciter, quod vero deorſum, lucidum pariter, atq; non lucidum, ſic & ens ab ipſo ſimpliciter vno dependens, quatenus naturaliter vergit ad vnum, merito ens eſt penitus vnum, vel vniū. Quod autem poſt hoc in ipſo ſequitur eſt ens vnum pariter atq; multa. Illud quidem ſui prorſus vnum, vel vnitum, cum ſit indiuiſibile, non eſt genus. Hoc vero quod in eo ſequitur, non nouum præter genera ſuperius dicta genus affert.

Eſſe quidem hæc genera prima, per hæc aliquis ac forte per alia poteſt aſſeuerare: eſſe uero hæc ſola, nec alia præterea, qua nam ratione probabile fiet? Cur enim non & unum? Cur non quantum? Cur non quale inſuper genera ſint? Item relatio & reliqua quæ alii quidam numerauerunt. Sed quantum ſpectat ad unum, ſi accipiatur ipſum quod eſt penitus unū, cui nihil aliud adhibetur, non anima, non intellectus, non aliud quicquàm, de nullo id prędicabitur. Itaq; nec erit genus: ſin autem accipiatur unum, quod adſit enti, in quo ipſum unū, ens appellamus; non erit hoc ipſum primo unum. Pręterea cum nullas in ſe ad ſe differentias unquam admittat, quo nā modo ſpecies poterit procreare? Quas niſi genuerit, genus eſſe non poterit. Iam uero quo nam pacto diuidere poteris? Multa enim facies diuidendo: quapropter ipſum unū multa iam euadet, ac ſi genus eſſe uoluerit, ſeipſum perdet. Accedit ad hęc, quòd ſi partiaris in ſpeces, interim aliquid adhibebis: alioqui non eſſent in uno differentiæ, quemadmodū ipſius eſſentiæ differentiæ ſunt. Mens utiq; differentias entis admittit: unius autem quo nam modo poſſit admittere? Item ubiq; cum differentia duo quędam ponens, deſtrues unū, ſiquidem ubiq; unitatis adiunctio quātum prius obſcurat. Siquis autem dixerit unum quod eſt in ente, & unū quod eſt in motu atq; cęteris, eſſe commune, idq; unum unà cū ente in idem redegerit, ſicut ens non conceſſit aliorū genus exiſtere, propterea quòd non id ipſum quod ens eſt, exiſterent, ſed alio modo entia dicerētur: ita neq; ipſum unum cōmune erit in illis, ſed aliud quidē primo erit tale, aliud uero aliter. Si autē dixerit non omniū genus eſſe, ſed unum aliquid in ſeipſo ſicut & alia, ac ſi idē eſſe uoluerit ens atq; unum: nimirū cum iam ens inter genera ſit numeratum, nunc nomen duntaxat adducit. Quòd ſi unum ipſum eſſe alterū dicat, utrunq; certe naturam quandā dicit, ac ſiquid addat, unum aliquid affert: ſin aūt nihil addiderit, rurſus illud affert, quod de nullo penitus prędicatur. Si rurſus unū cū ente cōgrediens introduxerit: reſpondebimus iā nos prædixiſſe id nō primo unum exiſtere: uerum quid nā prohibet hoc eſſe primo? Exempto uidelicet illo, quod eſt prorſus unum: etenim ens poſt illud ens appellamus, atq; ens, primo ens affirmamus. Forſan prohibere uidetur, quoniam quod ſuper ens exiſtit, non eſt ens dicendum: alioqui non eſſet hoc primo ens iudicandum.

At uero quod ſuper hoc unum ponitur, exiſtit unũ. Præterea ſi unũ ab ente
intelligentia ſeparetur, differentias nullas admittit. Proinde unũ quod in en
te ponitur, ſiue conſequens illius aliquid ſit, & ſimiliter omniũ, certe poſteri
us erit, genus aũt prius eſſe debet: ſiue ſimul cum ente concurrat, ſimiliterq;
cum aliis, reſpondebitur, genus non ſimul eſſe debere, ſiue forte ſit prius, cer
te principium quoddam illius tantum erit: ſin autem illius principium, non
etiam genus illius. Quod ſi non illius, nec etiam aliorum, alioqui oporteret
& ens ſimiliter eſſe genus omnium reliquorum: omnino uero unum in ente
uidetur propinquare quidem uni, & quaſi cum ente cõcurrere. Quippe cum
ipſius entis, quod quidem uergit ad unum, ſit ens unum, quod autẽ eſt poſt
illud, ſit ens, quod quidem eſſe poteſt & multa: ubi quidem illud, cum perti
neat unum, neq; diuidi uelit, certe nec fieri genus admittit.

*Ipſum ſimpliciter unum non prædicatur ut genus de aliquo ſcilicet generum, aut de ideis illis.* Cap. X.

NAm quoduis genus, & quæuis idea eſt in ſe vnum aliquid multitudinis neceſſario par-
ticeps. Aequiuoce igitur rationeq; longe diuerſa illud primum & hæc nominantur v-
num. Neq; minus multitudo quàm vnum de his generibus ideiſq; prædicatur. Præterea
genus varietatem in ſe prorſus admittit, quam non admittit ipſum vnum: quod quidem eſt
ſit ſimpliciter vnum, non eſt vnum genus. Tum vero vnum omnibus entibus cõmuniter in-
eſt, nec propterea eorum genus exiſtit, ſicut neque vnitas numerorum, neque punctum linea
rum, neq; ſimplex compoſitorum. Denique ſi vnum quod cum eſſentia congreditur, ſi ab ſq;
ente conſideretur, non diuiditur per differentias vllas in vnum hoc, & illud: diuiſio vero rati
one entis accidit & in ente. Hoc igitur reſtat genus, qualecunque ſit genus.

QVo igitur pacto unumquodq; eorum quæ entis ipſius propria
ſunt, eſt unum? Forte ex eo quod eſt quiddam unũ, non unum
ipſum: multa enim iam eſt quod eſt aliquid unũ, ſed æquiuoce
unum eſt ſpecies unaquæq;, ſpecies enim multitudo eſt, quapro
pter unum hoc in loco ſe habet, ſicut exercitus aut chorus. Non igitur unũ
illud his ineſt: itaq; unum non eſt commune. Neq; conſiderari poteſt unum
ipſum ipſo ente, neq; his quæ aliquid proprie ſunt illud quod eſt ſimpliciter
ipſum, unũ igitur nõ eſt genus: quoniam omne genus ita ſe habet, ut de quo
prædicatur, non etiã pręđicentur oppoſita. At uero de quocũq; entis uniuer
ſi affirmatur unum, oppoſita etiã affirmantur: ideoq; de quocunq; affirmabi
tur unũ uelut genus, de eodem iudicandũ erit nõ tãquàm genus. Quare neq;
de generibus primis tanquàm genus reuera dicetur: quandoquidẽ & unũ ens
non magis unũ eſt quàm multa, neq; quicquàm generum aliorum ſic eſt u-
num, ut etiam non ſit multa, neq; etiã ſic de aliis poſterioribus prædicabitur,
quæ omnino ſunt multa. Summatim uero, nullum genus totum eſt unũ: ic-
circo ſi unũ ipſum ſit genus, deſinet protinus eſſe unum, ipſum nanq; unum
non eſt numerus: erit autem numerus, ſi genus fuerit, erit pręterea unũ quid
dam in numero: nempe ſi genere unum fuerit, non erit principaliter unum.
Pręterea ſicut in numeris unum de illis non ut genus dicitur, ſed ineſſe quidẽ
aſſeritur, non tamen eſſe genus, ita neq; ſi unũ entibus inſit, propterea genus
erit uel entis ipſius, uel aliorum, uel omniũ. Proinde ſicut quod eſt ſimplex
principiũ quidẽ eſſe poteſt rei minime ſimplicis, non tamen eſt genus eiuſ-
dem, alioqui ſimplex quoq; erit quod non ſimplex, ſic & in uno dicendum:

nempe

nempe ſi locum principii teneat, ſequentium genus eſſe non poterit. Nec igitur entis genus erit, nec aliorum, ſed ſi modo genus fuerit, eorum erit duntaxat quæ ſingulatim dicũtur unum, uel ut ſiquis unum ab eſſentia exiſtimauerit ſeparãdum, erit igitur aliquorum: ſicut enim ens non omnium genus eſt, ſed ſpecierum quæ ſingulatim ens nominantur, ſic & unũ genus erit ſimiliter ſpecierum, quę ſingulatim unum appellabuntur. Quę nam igitur differentia erit aliud inter & aliud, quatenus unum erunt? quemadmodũ eſt & entis alterius ad alterum differentia. Verum ſi unum ſimul diuiditur cum ente atque eſſentia, & ipſum ens tum quia diuiditur, tum quia idem conſideratur in multis, idcirco genus exiſtit, cur non & ipſum unum cum totidem uideatur eſſe quot & eſſentia æqualiterq; diuiſum, ſimiliter genus exiſtat? Sed profecto non eſt neceſſarium, ſiquid multis inſit eſſe genus, uel eorum quibus ineſt, uel aliorum: nec oportet omnino, ſiquid commune ſit, etiam genus eſſe. Iam uero punctum quod lineis ineſt, nõ eſt genus aut earum, aut omnino. Quin etiam ut diximus, nec ipſum in numeris unum, genus eſt numerorũ uel etiam aliorum. Oportet enim quod eſt commune unumq; in multis, ſi modo genus futurum ſit, proprias admittere differentias, ac ſpecies ita conſicere, & in eo quod quid eſt prædicari: ipſius autem unius quę nam differentię ſunt? Quales nam ſpecies efficit? Quod ſi dicatur eaſdem ſpecies cõſtituere quę enti quoq; conueniunt, certe idem cum ente erit, ideoq; ſolum hic nomẽ erit differens, & ens ipſum ſufficere iudicandum.

*Non ens nec unum eadem ubiq; ratione omnibus inſunt, ſed ratione diuerſa magisq; & minus gradatim, & prius atq; poſterius.* Cap. XI.

RVrſus non eſt eadem omnino inter ſe ratio vnius atq; ratio entis. Nam exercitus nõ eſt minus ens quàm domus, nec domus quàm continuum: eſt tamen minus vnum. Eſt autem ratio eadem vnius atq; boni, & quatenus quodlibet particeps ſit vnius, eatenus & boni, atq; viciſſim. Alibi dictum eſt, vnũ eſſe aliud ſuperiusq; q̃ ens: propterea vltra eſſe à rebus expetibene eſſe: id vero bonum vniuſcuiuſq; rei in vnione conſiſtit, ideſt vt partes ſuę inuicem ſint vnitę, & totum vnitum ſit principio atq; fini: atq; vt res omnes tum quę magis inuicẽ ſunt cognatę coeant, tum quę minus cognatę concilientur.

OPeræpretium eſt conſiderare, quomodo ſit unũ in ente, & quo pacto quæ dicitur partitio, fiat: & omnino qualis ſit partitio generum: item nunquid eadem, uel alia ſit utraq;. Imprimis igitur cogitandum, quomodo omnino unum quodlibet dicatur, atq; exiſtat: deinde utrũ ſimiliter & in uno ente dicamus, & quomodo ibi dicatur: Iam uero unum, quod omnibus attribuitur, nõ eſt idem, neq; enim in rebus, quæ ſentiuntur, ſimiliter ſe habet, atq; in his quæ intelligentia tantũ percipiuntur. Sed neq; etiã ens in eis ſe ſimiliter habet: nec etiam in rebus ſentiendis inter ſe ſimiliter ineſt. Non enim idem unũ eſt in choro atq; exercitu, neueq; & domo: nec rurſus idem in his atq; in continuo. Veruntamen idem omnia imitantur: ſed alia quidẽ remotius, alia uero propinquius: atq; in mente procul dubio uerius: anima enim una eſt, ac multo magis mens eſt una, & ens eſt unum. Num igitur dicentes in quolibet ens ipſius, pariter & unum dicimus? Atq; ſicut habet entis, ſic & unius habet. An potius id quidẽ accidit, non tamẽ quatenus ens eſt, exiſtit & unum. Sed fieri poteſt, ut quod nõ minus eſt entis,

illum idem quod & in aliis eiuſmodi quærere. Sin autem in aliis punctum ac quæ, uelut in circulo, reſpondebimus id quod circuli bonum eſt, huic quoque bonum eſſe, atque hoc ipſum appetere, ac per circulum illuc tendere. Sed quo nam pacto hæc genera ſunt? Nunquid etiam diuiſa ſingula? an totum in unoquoque exiſtens eorum quorum eſt & genus. Et quomodo adhuc eſt unum? Forte genere unum tanquam in multis totum. An igitur in his tantum quæ participant? Forte non in eis tantum, uerum etiam & ſecundum ſeipſum, & in his quæ participant. Sed forſan hoc in ſequentibus manifeſtius erit.

*Quantitas, identitas, alteritas, ſunt prima rerum genera unà cum ente: quoniam actus quidem primus [illegible] exiſtunt. Numerus autem poſterior eſt inde reſultans, atque etiam poſterior magnitudo: ideo [illegible] ſunt genera prima.* Cap. XIII.

Requirendum eſt in præſentia, cur non etiam quãtitas inter prima genera numeretur, ruſusq; qualitas. Sed profecto quãtitas quidem non eſt primũ unà cum cæteris, quoniã illa ſimul unà ſunt cum ente: motus enim unà cum ente: cum ente inquã actu exiſtente, ipſeq; eſt actus eius, cũ & ipſius ſit uita. Status quoq; ſimul in eſſentia ipſa cõſpirat, immò uero ſimul his adeſt ipſum eſſe, his dico tũ alteris tum eiſdem, adeo ut hæc etiã ſimul conſpiciãtur. Numerus autẽ poſterior eſt illis atq; ſeipſo: & hoc ipſum quod poſterius aliquid eſt, habet à priore, ac deinceps ſunt in ſe inuicẽ, atq; poſteriora primis inſunt: quapropter inter prima nequaquã numerabũtur. Quærendũ uero, nunquid omnino numerus ipſe ſit genus. Nam magnitudo quidem magis etiam q̃ numerus poſterior eſt atq; compoſita: in hac enim eſt numerus atq; linea, quæ duo quædam ſunt: ineſt & planũ, ideoq; ſunt tria. Si igitur cõtinua magnitudo à numero hoc ipſum habet quod ſit aliquid quantũ, cum numerus ipſe non ſit genus, quo nã modo magnitudo genus erit? Eſt autẽ inter magnitudines quoq; prius atq; poſterius. Si autem commune, ambobus eſt hoc ipſum quod ſint quanta, conſiderandum eſt, quid nam hoc ipſum ſit: & cum inuenerimus, genus poſterius ponendum eſt, inter genera uero prima nequaquam. Atq; ſi genus ſit, nec inter prima, indagandum eſt, in quid nam potiſſimum primorum ſit reducendum, uel in quæ potius ex illorũ numero quę referuntur ad prima. Compertum eſt fortaſſe, ipſam quanti naturã quantum aliquid deſignare, & quantitatem uniuſcuiuſq; metiri, atq; ipſam quantum aliquid eſſe. Verum ſi commune numero atq; magnitudini eſt ipſum quantum, aut numerus quidem eſt primus: magnitudo autem eſt ab illo, aut omnino numerus quidem in quadam motus ſtatusq; mixtione uerſatur: magnitudo autem motus quidã eſt, uel ſaltem pendet ex motu: dum uidelicet motus in quiddam procedit in definitum: ſtatus autem ſiſtẽs quod procedit, procreat unitatem. Sed de generatione numeri atq; magnitudinis, immò uero de ſubſtantia utriuſq; eorũq; notione in ſequentibus potius uidetur conſiderãdum: forte enim numerus quidem in primis generibus collocatur, magnitudo uero in compoſitione poſterius: & numerus quidem ſtabilium eſt, magnitudo autem uerſatur in motu. Sed de his in ſequentibus, ut dicebamus.

*Qualitas non eſt inter prima rerum genera: quoniam qualitas eſſentiæ ipſi ſe poſterior eſt [illegible] te iam exiſtenti. Prima uero genera eſſentiæ illi tanq̃ actus eius inſunt pariter comitantia.* Cap. XIIII.

Eſſentiis rerum naturalium inſunt naturales & inclitæ proprietates quędam [illegible] les qualitatibus, vt ignis eſſentię calor, hominis facultas rationalis: quę [illegible] actus quidam eſſentiales ſunt potius q̃ qualitates: quę uero non ab eſſentia [illegible] ſcuntur, ſed aliunde contingunt, vt albedo homini, verę ſunt qualitates atque paſſiones.

Qualitas aũt cur non ſit imprimis? Profecto quoniam hæc quoque poſterior eſt, & poſt eſſentiam naſcitur. Oportet autem eſſentiam primam hæc ipſa genera ſibi conſequentia poſſidere, neq; tamen ex his conſtitui, neq; per hæc rurſus compleri [illegible] qui foret qualitate & quantitate poſterior. In eſſentiis quidẽ compoſitis con ſtantibusq; ex multis, in quibus & numeri qualitatesq; ſunt, differentias ipſarum hæc efficiunt, qualitatesq; earum eſſe cõtingit, atq; communitatem quandam in eis licet inſpicere. In primis uero generibus non [illegible] nem rerum non ſimplicium compoſitarumq; efficere, ſed ſimplicium [illegible] rumq; quæ complent eſſentiam: non eſſentiam dico quandam: [illegible] am quandam ex qualitate compleri forte nihil eſt abſurdum, ubi certe ante qualitatem eſſentia ſit: ipſum uero tale aut tale extrinſecus accidat. Eſſentia uero ipſam oportet quæcunq; habet tanq̃ eſſentialia poſſidere: tametſi in aliis iudicauimus ea quidem quæ complent eſſentiam, æquiuoce qualia [illegible] pari: quæ uero extrinſecus poſt eſſentiam ueniunt, eſſe qualia: & quæ inſunt eſſentiis, earundem actus exiſtere: quæ uero poſt illas, illas eſſe iam paſſiones. Nunc uero dicimus illa non omnino eſſentiam ipſam complere, quę ad quandam ſpectant eſſentiam: non enim unà cum eſſentiæ adiunctione ſiunt homini inquantum homo eſt, ad eſſentiam: ſed eſt eſſentia deſuper priuſquam ad differentiam ueniatur, quemadmodum iam eſt animal anteq̃ ad rationalem deſcendatur proprietatem.

*Sicut non eſt prius ignis, deinde lux eius, & calor, & ſiccitas atque leuitas, ſed quatuor hæc ſimul [illegible] ignis eſſentiæ ſunt tanq̃ & proprietates & actus comites eius etiam exiſtentis in actu: ita ad ipſum ens [illegible] tus eius intimus atque ſtatus, & identitas pariter & alteritas.* Cap. XV.

Quo igitur modo genera quatuor eſſentiam complent nondum qualem eſſentiam facientia, nam nequedum eſſentiam quandam faciunt. Quod igitur ens ipſum primum, iam eſt dictum, quod [illegible] tus non ſit ens aliud nec etiã ſtatus: neq; rurſus alterum neq; idem ſatis conſtat. Præterea motum hunc non afferre illic qualitatem, forſan eſt manifeſtum: ſi tamẽ dicatur fiet etiã manifeſtius. Si enim motus eſt actus eſſentiæ, atq; ens eſt actus, & omnino quę ſunt prima ſunt actus, merito motus nõ eſt illic accidens: ſed cum ſit actus potius entis reuera exiſtentis in actu [illegible] neq; complere eſſentiam dici debet, ſed ipſa prorſus eſſentia. Quapropter non acceſſit in poſterioris alicuius locum nec in qualitatis uicem, ſed ad ordinem cuiuſdam ſimul comitantis eſt inſtitutus: nõ enim prius quidem eſt ens, deinde uero mouetur. Neq; dicẽdum eſt ens prius eſſe, poſtea uero ſtare: ſtatus enim non eſt ibi paſsio. Quinetiam ipſum idem atq; alterum poſteriora non ſunt, quoniam non poſterius euaſit ens illud multa, ſed erat iam hoc ipſum quod erat, unum multa: quòd ſi multa, ergo illic [illegible] alteritas.

Quinetiam

Quinetiam ſi ab initio multa ſunt unum, ſimul ibi eſt & identitas: atq; hæc quidem ſufficiunt ad eſſentiam. Quando uero futurus eſt illinc ad inferiora progreſſus, tunc alia oriuntur quæ nõ amplius eſſentiam faciunt, ſed eſſentiam qualem & eſſentiam quantam, atq; eiuſmodi quædam genera quidem fiant, ſed non prima.

*Relatio, locus, ubi, quando, tempus, poſitio, habitus, actio ſimul cum paſſione, nec prima genera ſunt, nec penes illa.* Cap. XVI.

*Aduenticia enim ſunt, & compoſitionem defectumq; ſignificant.*

PRoinde relatio accedenti cuidam propagini ſimilis, quonã modo inter prima conſtituetur? alterius enim ad alterum relatio eſt: nec ad ſeipſum habitudo eſt, ſed ſemper ad aliud. Præterea quod inter prędicamenta ipſum ubi & quando numerari ſolet, etiam inde remotum eſt: nam ipſum ubi aliud in alio ſignificare uidetur, & idcirco duo: genus autẽ eſſe oportet nõ compoſitionẽ quandam, ſed aliquid unum. Nec ibi locus eſt. Nunc uero de iis quę entia reuera ſunt, ſermo nobis habetur. Conſiderandum uero eſt, nũquid ibi ſit tempus: imò uero non eſt tempus ibi. Si autem tempus menſura ſit, neq; menſura ſimpliciter, ſed motionis duo quædam & compoſitũ eſt id totum, motuq; poſterius: ideoq; nõ ibidem eſt æquali diſtributione ubi motus. Quod pręterea facere dicitur atque pati, uerſatur in motu: ſi ergo ibi ſit pati atq; agere, cũ agere ſimiliter atq; pati duo quædam ſint, merito neutrum erit ſimplex, neutrum igitur erit genus. Quinetiã ipſum quod habere nominant, in ſe duo complectitur. Item quod poni uel iacere, certo modo aliud in alio dicunt, tria comprehendit.

*Bonum non eſt inter genera prima.* Cap. XVII.

*NAm ſiue ſignificet primũ bonũ, eſt generibus eminẽtius: ſiue qualitatẽ poſterius ẽ generibus. Quęlibet vero dicunẽ bona, nõ ꝑ vnã genericã in ſe naturã, ſed q͞a à primo bono ſunt, verguntq; ad ipſum. Et bonum in primo ente eſt vita, motusq; ipſius ad primũ bonũ.*

CAeterum pulchrum, bonum, uirtutes, ſcientia, intellectus, cur non etiam inter prima ſimiliter numerentur? Profecto bonum ſi primũ ipſum accipiatur, quod dicere ſolemus ipſam boni naturam, de qua certe nihil rite prædicari poteſt, q͞uis nos non potentes aliter explicare, utcunq; poſſumus de hac ipſa natura loquamur, nullius certe genus eſt dicẽdũ: de nullis enim aliis prædicatẽ: alioqui unũquodq; eorũ de quibus prędicetur illud ipſum eſſet quod ibi prędicaretẽ: atqui bonũ illud nõ in eſſentia eſt, ſed ſuper eſſentiã. Sin autẽ bonũ hic accipiatur uelut quale, dicendũ eſt, quale omnino inter prima non eſſe. Quid ergo, ipſa entis natura nonne bonum eſt? Sed certe aliter bonũ eſt, nec eo modo quo primũ: atq; ſic bonũ eſt, neq; uelut quale, ſed habens in ſe bonũ. Verũ & alia diximus genera in ipſa entis natura cõſiſtere, & ob hoc ipſũ quia unũquodq; eorũ cõmune aliquid eſt, in multisq; conſpicitẽ, genus eſſe iã cõſtitit. Si ergo & bonũ in qualibet eſſentię uel entis parte, aut ſaltẽ in plurimis partibus illic inſpicitur, quid nam prohibet quo minus ſit genus, atq; in primorũ ordine collocetur? Sed id prohibere uidetur, quoniã in cũctis partibus non ſit idẽ, ſed primo atq; ſecũdo, rurſũq; tertio poſterioriq; ordine diſponatur: nã ita profecto bonũ quodlibet illic appellatẽ: uel quoniã aliud ſit ab alio, & à priori poſterius,

rurſumq;

ſpecies faciant. Itē quomodo motus ſpecies efficit motionis, atq; ſtatus ipſe
aliaq; ſimiliter. Illud ſanè in primis eſt obſeruandū, ne unumquodq; cōfun-
datur in ſpeciebus, neq; rurſus genus tantum ſit prædicatū, tanq̄ in illis dun
taxat conſideratum: imò ſit & in illis ſimul & in ſeipſo, & mixtum rurſus pu-
rum neq; permixtum, ne ſi forte aliter cōferat ad eſſentiam, ſeipſum perdat.
De his ergo conſiderare decet. Quoniam uero quod ex omnibus conſtat en
tibus intellectum eſſe diximus, & quemlibet intellectum, ſed ſuper ſpecies o-
mnes & uelut partes, ens ipſum eſſentiamq; poſuimus, nondum tamen intel
lectum, merito eum qui iam intellectus exiſtit, poſteriorem eſſe putamus.
Atqui dubitationem eiuſmodi tanquàm ad quæſitum utilem adduxerimus:
ſic enim hoc ipſo utentes uelut exemplari quodam in cognitione eorū quæ
tractamus efficacius penetrabimus.

*Intellectus diuinus ad ideas ſe habet quemadmodum ad propoſitiones ſuas geometria.* Cap. XX.

ILle enim intellectus & exiſtit hoc ipſum quod in ſe eſt in actu, & dupliciter habet ideas, tū in actu ſimul cunctas ibi iam conſiſtētes, tum in potentia ſingulas ibi mox inter ſe diſtin-guēdas. Ideæ viciſſim ſingulę quidē hoc ipſum quod in ſua proprietate ſunt, in actu ſunt: in potētia vero ſunt ipſum totū: tū vero quod eſt ibi ſuperius ad ſequētia quaſi & genus eſt & cauſa. Qua igit ratione genus eſt, illa eſt in potentia: qua vero eſt cauſa, illa rurſus eſt actu.

ACcipiamus igitur intellectum ipſum ita ſe habentē, ut nihil eo-
rum quæ in parte ſunt attingat, neq; proprie circa aliquid agat,
ne quidam intellectus euadat: ſed ita ſe habeat, quemadmodū
ſcientia ante ſpecies quæ ſunt in parte: atq; etiam ſicut ſcientia
quæ eſt in ſpecie ſuper partes quæ ſunt in ea. Vniuerſa quidem ſcientia nihil
eſt eorum quæ ſunt in parte: ſed omnium eſt poteſtas, unumquodq; uero ſu
um quiddam eſt in actu, & potentia inſuper omnia: atque in ipſo ſcientiæ
quæ uniuerſaliter ſe habet, ſimilis conditio eſt. Iam uero hæ quidem in ſpe-
cie ſunt, quæ in ipſa tota ſecundum potentiam collocantur: quæ quidem i-
pſum quod eſt in ſpecie nactæ, ſecundum potentiam ſunt ipſa tota: prædica
tur enim uniuerſa illa, neq; uniuerſæ particula: ipſam tamen in ſeipſa opor-
tet integram ſimplicemq; conſiſtere. Sic itaq; aliter quidem intellectum uni
uerſum fas eſt dicere, ipſum eſſe ſuper omnia quę ſingulatim ſunt in actu, &
ſuper intellectus eiuſmodi, aliter autem ſingulos ſe habere: ſingulos uero, il
los qui ſunt in parte cunctis impletos. Intellectum uero in omnibus exiſtē-
tem ſuppeditare quidem ſingulis, eorumq; eſſe potentiā atq; illos in ſuis uni
uerſalibus continere: & illos uiciſſim in particularibus ſuis intellectū habe-
re communem, quemadmodum ſciētia quædam ſcientiā ipſam habet. Tum
uero magnum intellectum ſecundum ſe conſiſtere, rurſusq; ſingulos in ſei-
pſis exiſtere, ipſosq; qui ſunt in parte in toto illo comprehendi, atq; totum
ipſum particularibus uiciſſim ineſſe, atq; ſingulos tum in ſeipſis tum rurſus
in alio, & illum in ſeipſo rurſumq; in illis. Item in illo quidem omnes, in illo
inquā in ſe exiſtente, illos quidē ibi eſſe potētia, in illo uidelicet qui omnia ſi
mul ſit in actu, potētia uero ſit & unūquodq; ſeorſum. Rurſum illos actu qui-
dē eſſe quod ſunt, eſſe uero & potētia totū: quatenus enim hoc ipſum quod
dicuntur exiſtunt, actu ſunt illud quod dicūtur: quatenus aūt in genere illo
ſunt, potentia illud eſſe conſtat: illud autem qua ratione genus eſt, potētiam
eſſe

eſſe omnium quæ ſub ipſa ſunt ſpecierũ: neq; quicq̃ actu illorũ, ſed omnia in eo uelut clam atq; quiete. Qua uero ratione eſt id quod eſt in actu ante ſpecies, eſſe actum eorum quæ non ſingulatim duntaxat ſe habent: oportet utiq; ſi modo in actu futura ſint uelut in ſpecie, actum ipſum ab illo pendentem, huius ipſius cauſam eſſe.

*Intellectus primus dum ſe intelligẽdo omnia inter ſe diſcernit, ibidem numerum patefacit, per uirtutem immenſam declarat magnitudinem: per intelligentiæ claritatem, aperit qualitatem.* Cap. XXI.

PAtent igitur ibidem qualitates atque figuræ, ac per ipſam alteritatem differentiæ qualitatum figurarumq; & omnium: per identitatem quoque communio. Cum vero contineat omnia per modum naturæ ſuæ, hæc vero ſit prima eſſentia viua intellectualisq;, merito quę intus intelliguntur non ſunt figmenta ſed exiſtentia prorſus viua, intellectualia ſingulatim. Denique ſicut ſe habet generationis motus ad naturam genitalem, ita ratio argumentatrix ad intellectum: motus enim generationis contendit ad membra paulatim generanda, quæ ſimul & ſeminaria virtute ſunt cuncta. Similiter ratio argumentando quærit entia, quæ ſimul omnia ſemper ſunt in mente nunq̃ argumentante. Sicut autem apud rationem perpetua inquiſitio non habentis ſignum eſt: ſic penes mentem nihil inquirere, argumẽtum eſt iam omnia poſſidentis.

QVo igitur modo intellectus ipſe dum permanet unum, ipſa ratiõe efficit quæ ſunt in parte: id uero idem eſt perinde ac ſi quæras, quomodo ex quatuor illis ea quæ dicuntur deinceps efficiantur. Age iam contemplare in mente hac magna & prorſus inæſtimabili, non multiloqua quidem mente, ſed multimente multaq; intelligente, quæ quidem per omnia ſit mens, mensq; tota: nec ſane ex parte, nec mens quædam. Cõtemplare inquam quo pacto illic ex ipſa omnia inſunt. Numerum quidem prorſus habet in illis quæ contuetur, unumq; eſt & multa: multa inquam, ideſt uires plurimæ, uireſq; mirabiles, nulla ex parte debiles, ſed utpote quæ puræ ſint, maximæ ſunt uigenteſq; ad ſummũ: & reuera potẽtiæ, nec ad certũ uſq; terminũ duntaxat potẽtes: igiť infinitæ atq; ipſa infinitas, & ipſa penitus magnitudo. Hoc itaq; magnũ unà cũ eſſentiæ pulchritudine, ſuoq; ſplẽdore ac lumine quæ ſunt in mẽte cõſpiciẽs, pſpicis & ipſum quale iã ibi floreſcẽs. Prꝫterea unà cũ actionis cõtinuitate intueris & magnitudinẽ tuo conſpectui emicantẽ, & in ſede quietiſſima ſitam. Cum uero ibi ſit unum ac duo, itemq; tria, magnitudo occurrit ut tertium ſimiliterq; omne quantum. Item cũ quantũ illic & quale inſpiciatur, & ambo in unum confluant & quaſi fiant, merito figuram illic intueris: rurſus quia ipſum alterum intrinſecus incidit, diuiditq; & quantum & quale: iccirco differentiæ figurarum & aliæ qualitates exoriuntur. Tum uero identitas quidẽ ibi conſpirans introducit ęqualitatẽ, alteritas autem inæqualitatẽ in quanto & in numero, ac prorſus in magnitudine: ex quibus circulos, & quadrangulos, & figuras ex inæqualibus conſtitutas: numeros item ſimiles diſſimileſq;, & impares atq; pares. Cum enim intellectualis ibi ſit uita & actus nunq̃ ulla ex parte deficiens, merito nihil extra ſe relinquit eorum quę nũc inuenimus, nullum inquam quod ſit opus intellectuale relinquit, ſed omnia ſua potentia continet, hæc ipſa uidelicet tanq̃ eſſentia poſſidens, eoq; pacto, quo poſſideat intellectus: intellectus autem intelligentia poſſidet, intelligentia inquam non diſcurrente. Iam uero nihil prætermiſſum eſt eorum quæ ſunt rationes, ſed eſt uelut ratio una, ingens, perfecta,

ita, omnes continens rationes, à primis utiq; ſuis ordine proficiſcens, imò uero profecta iam ſemper, adeo ut nunquàm ibi uerum ſit mentem diſcurrere. Nempe quotcunque paſſim aliquis in natura exiſtentia argumentatione perceperit, inueniet eadem in mente abſq; argumentatione conſiſtere, adeo ut exiſtimare liceat ens ipſum, mentem ſic argumentantem facere uelut & in rationibus euenit, quæ animalia procreant. Quemadmodum enim acerrimus intellectus quàm optime argumentabitur, ita ſe habent omnia in rationibus argumentationem omnem antecedentibus. Quid nam igitur in formis illis ſuperioribus eſſe putandum eſt? Quę & naturā ipſam & rationes omnes naturæ inſitas antecedunt. In quibus enim eſſentia nihil aliud eſt q̃ intellectus, neq; aduentitium eis eſt uel ens uel intellectus, facile admodum res ipſa optime ſeſe habet, ſiquidem ſecundum mētem ad uotum ibi ſunt omnia, idq; ens quod & uult intellectus, atq; exiſtit, ideoq; uerum atq; primū. Si enim ab alio ente dependeat, illud erit potius intellectus: cū igitur in ipſo ente figurę omnes appareāt, & qualitas uniuerſa. Non enim qualitas ibi duntaxat quædam eſt, nam neq; fieri poterat, ut eſſet unica, ubi ineſſet alteritas: ſed enim multæ ſunt, atq; una. Nam illic etiam eſt idētitas, cum inquam ens ipſum ſit unū atq; multa, idq; tale protinus ab initio, adeo ut in omnibus ſpeciebus unum ſimiliter ſit & multa, magnitudines differētes, differentes figuræ, differētes & qualitates. Neq; enim poſſibile neq; fas erat, eſſe illic aliquid prætermiſſum. Perfectum nanq; ibi eſt uniuerſum, alioqui uniuerſum minime foret. Cum inquam uita undique illic concurrat, imò uero ſimul exiſtat ubique, nimirum omnia ex neceſſitate uiuentia & quodammodo animalia prouenerunt. Nam neque deerant corpora, cum & materia & qualitas non deeſſent. Atqui cum facta iam ſint omnia ſemper, atque permaneant, ipſoq; ſuo eſſe in æternitate comprehendantur, ſit'que unumquodque hoc ipſum quod eſt, ſeorſum, rurſum'que ſimul ſint in uno, certe ipſa omnium in uno exiſtentium uelut conſpiratio atque conſtitutio ipſe eſt intellectus, qui habens quidem entia in ſeipſo uiuens eſt, & animal per omnia penitus abſolutum, atque hoc ipſum quod eſt uiuens, exhibens uero ei quod eſt ex ipſo ſe uidendum, ideo'que illi factum intelligibile, dat interim ut & tale recte dicatur.

*Prima eſſentia ex ſe uiua nominatur ipſum uiuens ipſumq; animal. Huius actus in ſe reflexus appellatur intellectus, qui in hac ipſa ſubſtantia ſua uiua tot ideas inſpicit, quot ſpecies fabricaturus eſt in mundo.*

## CAPVT. XXII.

Senſus in ſe quidem ſentit tantum, in imaginatione vero perſentit inſuper ſe ſentire. Similiter imaginatio imaginatur in ſe. In ratione imaginari ſe percipit: ratio in ſe argumentatur. In intellectu animaduertit argumentari. Intellectus noſter in ſe intelligit, in diuino intelligentiam ſuam animaduertit. Diuinus in ſua eſſentia viua poſſidet & inuenit omnia. Eſt autem viuens hæc eſſentia vniformis ſimul & omniformis, ideo'que mundus hic inde talis intelligitur, atque generatur. Sunt vero ibi formæ rerum vſque ad ſpecies vltimas tantum multiplicatæ. In anima vero mundi inde nata multiplicatæ magis, maxime vero in natura geniali, quæ huius animę poſtremum eſt. Omnes quidem ideas appellat hic intellectus, generalem vero animarum ideam nominat, tum intellectum, tum etiam animam. Quatenus ſurſum aſpicit vel deorſum, ſimiliter'q; animam noſtram triplici ratione dignam cenſet triplici cognitione.

ſed alterius duntaxat, quod formatum eſt ab altero. Intelligibilis itaq; mundi imago ſimilitudines quaſdam habet, non quidem effectoris illius, ſed eorum potius, quæ in effectore comprehenduntur, ex quorum numero eſt & homo, & quoduis aliud animal, uiuẽs quidem animalq; eſt & hoc & effector, ſed aliter atq; aliter. Et ambo in intelligibili mundo conſiſtunt.

# MARSILII FICINI FLORENTINI
## IN LIBRVM, DE GENERIBVS ENTIS III.
### ANNOTATIONES.

*Sicut in mundo intelligibili, ita in hoc ſenſibili ponenda ſunt genera rerum quinq;, nec tamen ſub uno genere componenda. Nec putandum genera hæc unà cum ſuperioribus illis in eadem natura congruere, quamuis quadam proportione conueniant. Nec animæ intellectualis ſubſtantia eſt ſub inferioribus generibus collocanda.*

CAPVT. I.

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER III.
## DE GENERIBVS ENTIS III.

Dictum iam eſt de eſſentia, & quid nobis potiſſimum uideatur, & quomodo ſententiæ Platonicæ ſit conſentaneum. Oportet uero deinceps de altera natura cõſiderare, nunquid eadẽ hic genera, quæ & ibi, ponere debeamus. An hic plura ultra illa inſuper alia quædam aſſeuerãtes: an omnino hic atq; ibi diuerſa: an forte alia quidem hic ſicut & ibi, alia uero aliter ſint ponenda. Oportet tamen quando eadem hic & ibi ponimus, ſic accipere, ac ſi æquiuoce & per analogiam, id eſt proportionalem quandam ſimilitudinem ita dicamus. Id autem tunc demum clarius apparebit, quãdo hæc ipſa ſingulatim cognita fuerint. Principium itaq; nobis erit huiuſmodi: cum ſermo nobis de ſenſibilibus habeatur, omne uero ſenſibile hoc mundo comprehendatur, neceſſarium nobis eſt de mundo imprimis inquirere, diuidentibus huius mundi naturam, atq; diuidendo ea ex quibus eſt conſtitutus, ſecundum genera rite diſponere. Perinde ac ſi uocem, quæ infinita eſt, partiremur, in quendam certum numerum redigentes, dum uidelicet quod illic in multis idẽ eſt, reduceremus in unũ. Deinde rurſus aliud, rurſusq; ſimiliter aliud, quouſq; in quodã numero illorũ quodlibet poneremus, quod eſt in ſingulis, ſpeciẽ appellãtes: quod uero in ſpeciebus genus eſſe dicentes. In uoce quidem ſpeciem quamlibet, ſi multas cunctas nobis illic occurrentes in unum colligere plane liceret, ac de omnibus elementum uocale ſiue literale, uel uocẽ pariter prædicare. At uero in his quę nunc indagamus, impoſſibile eſt ſimiliter prędicare, quẽadmodum in ſuperioribus demõſtrauimus: quapropter plura genera cogimur indagare, atq; huic uniuerſo alia q̃ illic aſſignare. Quandoquidẽ & uniuerſum hoc eſt ab illo diuerſum, neq; cum illo uniuoca conuenit ratione, ſed eſt æquiuocum & imago. Quoniam uero & hic in mixtione atq; cõpoſitione diuerſa ſunt, & aliud quidẽ corpus eſt, aliud anima, uniuerſum namq; eſt animal, ipſa uero natura animæ in illo intelligibili mundo conſiſtens, nõ congruit in eodem ordine cũ illa quæ hic eſſentia nominatur: ideo ſegreganda eſt ipſa quidem, quamuis ſit arduum, ſegreganda tamen à præſenti naturæ huius condi

tione, quàm impræſentia pertractamus. Ceu ſiquis uolens ciuitatis alicuius ciues diſponere per cenſus, & honores, & artes, peregrinos & aduenas relinquat à ciuibus ſegregatos. De paſſionibus autem quotcunq; unà cũ corpore uel propter corpus animæ accidũt, tunc demũ quomodo ſint diſponẽdæ tractabimus: poſtq̃ de his quæ hoc mũdo proprie cõtinentur, diſputauerimus.

*In mundo quidem intelligibili eſſentiam ueram ponit. In hoc autem apparentem, ac pro eſſentia fluentiã. Uẽ confutat eos, qui genera hic non recte diſponũt, nondum tamen ipſe diſponit.* Cap. II.

PRincipio de illa quæ nominatur eſſentia uidetur agendum, cõcedendumq́; imprimis corpoream hanc naturam ęquiuoce eſſentiam nominari, uel nullo modo eſſentiam nominandã, quia fluentium notio congruat, ſed proprie generatiõem eſſe dicendam. Præterea generationis alia quidẽ eiuſmodi eſſe, alia uero illiuſmodi, dicendũ uidetur. Et corpora quidem in unum accumulanda, tum ſimplicia, tũ compoſita, & accidentia illorũ atq; conſequentia, hæc quoq; interim inter ſe diuidendo. Aut dicendũ alicui uideri poteſt hoc quidem eſſe materiã, illud aũt ſpeciem in materia, & ſeorſum utrunq; tanq̃ genus, aut ambo in unũ concilianda, Tanquàm utrunq; æquiuoce nominetur eſſentia ſiue ſubſtãtia, aut proprie generatio: uerũ quid nam cõmune materię ſimul eſt atq; formæ? Et quomodo materia poteſt eſſe genus? quorum'ue genus? Quoniam & mirandũ eſt quæ nã differẽtia materiæ ſit: præterea in quo nam potiſſimũ quod eſt ex utriſq; compoſitũ collocare debemus. Quod ſi quod ex utriſq; cõſtat ſubſtantia corporea ſit, neutrũ uero duorum ſit corpus, quo nã pacto in uno eodemq; duo hæc unà cum cõpoſito poni debent. Et quo nam pacto quæ alicuius elementa ſunt, cum illo ſimul in eodem cõſtitui poſſunt? Siquis aũt dixerit, à corporibus incipere nos debere, perinde monebit, ac ſi pręceperit in dictionibus pertractandis à ſyllabis inchoandum. Quid uero prohibet, ſi nõ licet ſecundum naturam eandem partiri, ſaltem ſecũdum analogiam & proportionem quandam hæc ita diuidere, ut loco entis ipſius illic exiſtentis ponamus hic materiam. Pro motu autem entis illius hic formam uelut uitam quandam perfectionemq; materiæ. Tum pro eo quod illic eſt ipſum idem atque ſtatus, hic materiæ conditionem quandam à ſe minime diſcedentem. Quinetiam alteritatis ipſius uice rerum harum diuerſitatem diſſimilitudinemq; quàmplurimam oppoſita ſuperantem. Sed profecto materia non ſic habet & accipit formam tanquàm ipſius uitam aut actum, ſed ingreditur aliunde forma, nec aliquid eſt materiæ. Præterea ſpecies quidem illic actus eſt atq; motus. Hic uero motus eſt aliud atq; contingens: ſpecies autem ſtatus ipſius magis et quaſi quies. Definit nanq; illam ſecundum ſe infinitam: quin etiam ipſum idem et ipſum alterum illic ideo ſunt: quia unum illic exiſtit ipſum idem & unum ipſum alterum. Hic autem alterum participatione dicitur, & ad aliud, & aliquid idem & aliquid alterum. Nec ſicut ibi ita in poſterioribus ipſum dicitur, ſed idem aliquid & alterum ſimiliter aliquid. Status autẽ quomodo aſſignari materiæ poterit? Quæ ad omnes diſtrahitur magnitudines, & formas accipit ab externis, neq; per ſe ſufficit unà cum his alia generare. Hanc ergo diuiſionem prætermittere decet.

*Quæcunq; proprie ſunt in mundo ſenſibili probabiliter ad quinq; genera referri poſſe uidentur.* Ca. III.

PRimum genus ſit ſubſtantia. Secundum accidens, quod in ſubſtantia. Tertium accidẽs, in quo ſubſtantia. Quartum motus. Quintum relatio. In primo genere quodammodo colliguntur materia, forma, compoſitum. In ſecundo quantitas, qualitas, figura. In tertio locus, tempus. In quarto actio, paſſio. In quinto quamplurima quomodocunq; relationem ſignificantia.

QVomodo igitur diſtinguemus? Primo quidem ita licet: profectò hoc eſſe materiam, illud uero formam, aliud autem ex utriſq; permixtum: tum reliqua circa hæc eſſe. Atq; eorum quæ circa hæc uerſantur, alia quidem tantum eſſe de his prædicata, alia uero eſſe inſuper contingentia. Quinetiam contingentium ſiue accidentium, alia his ineſſe, in alijs uero iſta hæc exiſtere. Præterea alia horum actiões, alia paſſiones, alia denique conſequentia. Dicere quoq; licet, materiam eſſe commune quiddam, in omnibusq; ſubſtantiis, neq; tamen eſſe genus: quoniam nullas differentias habet, niſi quis forte differentias eius accipiat ex eo, quòd materia hæc igneam, illa uero aeream ſubeat formam. Siquis autem ad hoc ut materia genus ſit ſufficere putet, quòd cõmune quiddam ſit omnibus, quibus licet ſubeſſe materiam, aut forte ex eo quòd ipſa materia erga materias quodãmodo multas ſe habeat, ſicut totum ad partes, aliter quàm proprie dici ſoleat, genus foret. Atq; elementum erit hoc unum, ſiquidem poſſit & elementũ eſſe genus. Species autem ſi additum ei fuerit, ut circa materiã ſit, uel in materia, per huiuſmodi conditionẽ à ſpeciebus aliis ſeparabitur, non tamen eſſentialẽ omnẽ ſpeciem amplectetur. Sin autem ſpeciẽ appellamus, id ipſum quod eſſentiæ ſit effectiuũ, eſſentialemq; rationem ſecundũ ſpeciem, adhuc in ambiguitate uerſabimur: nondum enim quomodo accipienda ſit eſſentia ſiue ſubſtãtia, declarauimus. Proinde ſi ſolum quod eſt ex utriſq; compoſitum affirmetur eſſe ſubſtantia, duo illa ſubſtãtiæ minime erunt. Quòd ſi & hoc ſimul & illa, reliquum erit, quid nam his omnibus cõmune ſit, indagare. Quæ uero ſolũ prædicata dicuntur, forſan in ordine relationis erũt, uelut eſſe cauſam, & elementum eſſe. Sed eorum quę accidentia ſunt in illis, aliud eſt ut eſſe quantũ: aliud rurſus ut quale, quę proprie ſunt in ipſis. Sunt & quędam, in quibus illa inſunt, quemadmodum locus atq; tempus: quinetiam actiones eorum et paſſiones ſe habent uelut motus. Tum uero cõſequentia, ceu locus et tẽpus. Locus quidem compoſitorum, tempus autem motionis. Proinde tria quidẽ prima forſan inueniemus in unũ commune concurrere ſcilicet in ſubſtantiã hic æquiuoce dictam. Poſt hæc alia deinceps, relatio, quãtitas, qualitas, in tẽpore, in loco, motus, locus, tempus, quamuis accepto ſemel loco atq; tempore, ſuperuacuũ ſit afferre rurſus quod in tempore, quod in loco. Quapropter licebit quinq; numerare, ſiquidem tria prima computentur ut unum: ſin aũt tria illa non computentur in unum, ſic utiq; diſponetur, materia, ſpecies, cõpoſitum, relatio, quantitas, qualitas, motus. Vel hæc fortaſſe relatione comprehenderitur, nam relatio latius comprehendit.

*Subſtantiæ corporeæ proprium eſt, ut accidentium ſuſtentaculum ſit, ipſa uero nulli tanquam accidens inhæreat, ſed ſui iuris exiſtat. Id autem ſolius ſubſtantiæ proprium, tribus ſubſtantiis eſt commune ſcilicet materiæ, formæ, compoſito.* Cap. IIII.

Iam uero & quod appellatur primum, comparatione quadam ad illa quæ ſequuntur ſic appellatur: non enim ſimpliciter cognominatur primum, ſed ad illa [illegible] quæ ſunt infima: quinetiam quæ mox ſequuntur, erga illa ſimiliter appellantur prima, quæ perinde ſequuntur. Præterea quod ſubiectum dicitur, hic & ibi ſe aliter habet. Quinetiam dubitatur, utrum ſit ibi paſſio: ac ſi ibi ſit, aliud certe ibi atq; hic eſt pati. Videtur item omni ſubſtantiæ conueni[illegible] in ſubiecto non eſse: ſi modo hoc ipſum quod eſt in ſubiecto, oportet nō eſſe partem eius in quo eſt: neq; oportet etiam unà cum eo concurrere ad ali[illegible] ſimul conficiendum: quod enim cum aliquo conducit ad ſubſtā[illegible] componendam, in eo tanq̃ in ſubiecto eſse non poteſt: quapropter neque forma uidetur in materia eſse tanq̃ ſubiecto: neq; homo in Socrate, quippe cum ſit pars Socratis: quod ergo non eſt in ſubiecto, ſubſtantia iudicatur. Si autem dicamus id ipſum eſse ſubſtantiam, quod neque in ſubiecto eſt, neque dicitur de ſubiecto: adiungendum eſt, de ſubiecto inquam tanq̃ de alio quodam, ut in ea deſcriptione ſubſtantiæ qua adiungendo dicimus, ſubſtantiam non prædicari de alio, homo etiam comprehendatur de quodam homine prædicatus: quando enim hominem de Socrate prædico, ita dico, non tanquàm lignum album, ſed tanquàm album eſſe album. Nam quando Socratem eſſe hominem dico, tunc hominem aliquem eſſe fateor hominem, atque de ipſo homine qui eſt in Socrate, hominem prædico: hoc autem [illegible] eſt ac ſi dicamus Socratem eſſe Socratem: atque etiam perinde ac ſi de animali rationali eiuſmodi animal prædicemus. Verum ſi quis obiecerit, non eſſe id ſubſtantiæ proprium, quod dici ſolet, in ſubiecto nō eſſe, differentiam enim ex eorum eſſe numero quæ in ſubiecto non ſint: ille certe ſi tanquàm eſſentiæ partem acceperit quod bipes dicitur, hoc utique in ſubiecto non eſſe fatebitur. Quandoquidem niſi hoc ipſum bipes ſic acceperit tanquàm ſit eſſentia talis, ſed intellexerit bipedalitatem, nimirum nullam dicet ſubſtantiam, ſed qualitatem: ideoque quod bipes dicitur, in ſubiecto iam erit. Sed neque tempus eſſe in ſubiecto uidetur, neque locus. Verum ſi menſura motionis de tempore accipiatur ſecundum ipſum menſuratum, certe [illegible] menſura erit in motu ceu ſubiecto, & motus in eo ſimiliter quod mo[illegible]. Sin autem ſecundum menſurantem intelligatur, menſura erit in menſurante. Locus autem cum ſit terminus continentis, in eodem erit ſimiliter continente. Contrà uero ſe res habet circa hanc eſſentiam, de qua in præſentia diſputamus, circa quam probabile uidetur uel ſecundum unum aliquid eorum quæ dicta ſunt, uel plura, uel omnia, ſubſtantiam talem accipere, [illegible] uidelicet ea quæ dicta ſunt, materiæ & formæ & compoſito congruunt.

*[illegible] ratione, ſed diuerſam quidem, quamuis per quandam ſimilitudinem, prædicari de ſubſtantia incorporea & corporea, atque de accidente.* Cap. [illegible]

Svbſtantia corporea comparata quidem ad incorpoream non habet eſſe ex ſe, ſed ex illa: comparata vero ad accidentia ſua, obtinet eſſe ſecundum ſe, & prius atque ſimpliciter. Accidentia vero ſortiuntur eſſe per illam poſteriusq; & eſſe quodammodo. [illegible] vicisſitudo quædam: nam & accidens per ſubſtantiam habet ſimpliciter eſſe, & ſubſtantia per accidentia nanciſcitur eſſe tale, vel tali quodam pacto.

SIquis autem dixerit, hæc quidem conſiderata fuiſſe circa eſſentiam ſiue ſubſtantiam: quid uero ipſa ſit non fuiſſe dictum, forſan ulterius exigit ſenſibile hoc inſpicere: at uero hoc ipſum eſt, atq; eſſe inſpici nequit. Quid ergo? nonne ignis & aqua eſt eſſentia? eſſentia ſit utrunq;. Nunquid ex eo quòd uideantur? Nequaq̃. An forſan ex eo quòd materiam habeãt? Neq; etiam ob hoc ipſum. Sed num quoniam habeant ſpeciem? Neq; hanc ob cauſam. Sed neq; etiam propterea quòd ibi ſit compoſitum. Quo nam igitur dicuntur eſſentiæ? ipſo nimirum eſſe. Verum etiam quantitas eſt, & qualitas eſt. Nos uero forte dicemus, hoc ipſum eſt, de illis atq; his æquiuoce dici. Sed deinde quæretur, quid nã ſit, hoc ipſum eſt in igne, & terra, cæteriſq; eiuſmodi? Et quæ nã differẽtia ſit huius ipſius eſt, atq; illius eſt, quod cõuenit aliis? Reſpõdebit forſan hoc differre, quòd hoc quidẽ eſt, ſimpliciter eſſe ſignificat, enſq; ſimpliciter: illud uero ſignificat album eſſe. Quid ergo? nunquid ipſum eſſe quod albo eſt adhibitum, idem eſt atq; illud, cui nihil adiungitur? Nequaq̃: ſed hoc quidem primo ens exiſtit, illud autem ſecundum participationem graduq; ſecundo: nam & album enti adiunctum, ens reddidit album: & ens adiunctum albo, album ens effecit: quapropter accidens eſt enti quidem album, albo uero ens quoq; uiciſſim. Neq; ita loquimur, ut aliquis fortaſſe diceret, Socratem uidelicet album, & albũ Socratem: nam in utriſq; Socrates ipſe idem eſt. Forte uero album non ſimiliter idem: ubi enim dicitur, album eſt Socrates, in albo Socrates eſt incluſus ubi uero dicitur, Socrates eſt albus, album eſt pure contingẽs. Atqui & in his de quibus agimus ens album, accidẽs habet album: ſed ubi dicitur, album eſt ens, ipſum album quodammodo ens habet incluſum: & omnino quidem album habet eſſe, quoniã circa ens & in ente uerſatur: ab illo igitur accipit eſſe; ens autem à ſeipſo quidem ens exiſtit: ab albo uero fit album, non quia ſit ipſum in albo, ſed econuerſo, quoniam in ipſo ſit album. At uero cum & hoc ens quod in ſenſibili natura eſt, non à ſeipſo ſit ens, iccirco dicendum eſt, ab ipſo quidem ente uero ens habere, ſed ab ipſo uere albo, eſſe albũ accipere: quippe cum & ens illud habeat eſſe album ſecundum participationem quandam ipſius illic exiſtentis albi: & uiciſſim album ipſum habeat eſſe, participatione entis ibi regnantis.

*Et materia & forma materialis à cauſa ſeparata dependent, cui forma eſt ſimilior q̃ materia: ideo forma magis eſt ens, & eſſentia & ſubſtantia, q̃ materia.* Cap. VII.

ICcirco nec ens, nec eſſentia vel ſubſtantia prædicatur de materia ſimul & forma tanq̃ genus vniuocum, ſed tanq̃ analogum, ideſt proportionale genus atque comparabile. Præterea eſſentia minus adhuc conuenit accidentibus q̃ ſubſtantijs: nam ſubſtantię, ſcilicet materia, forma, compoſitum, communi quadam conditione ſui iuris exiſtunt: accidentia vero ſunt mancipata ſubſtantijs. Denique materia ſuperne dependet ex eo quòd minime ideale: forma vero ex eo quòd ideale q̃maxime cogitatur.

SIquis uero dixerit, quæcunq; hic ſunt in materia, eſſe ab eadem habere: quæremus, unde nam materia eſſe atq; ens habeat. Materiam quidem non eſſe in rerum ordine primũ, alibi diximus. Sin autem dicatur, alia non poſſe cõſiſtere niſi in materia ſint, nos eiuſmodi eſſe ſenſibilia confitebimur: ipſam uero materiam quæ ante

hæc

hanc eſt, poſteriorem eſſe multis, & iis quæ ibi ſunt omnibus, nihil prohibet: quippe cum obſcurum eſſe habeat, minusq; eſſe q̃ illa quæ ſunt in ea: quatenus hæc quidem rationes quædam ſunt, magisq; ſunt ex ente eiusq; natura: materia uero rationis omnino ſit expers, & quædam rationis umbra caſusq; rationis. At ſi quis adduxerit, eam ita eſſe tradere iis quæ ſunt in ea, quemadmodum Socrates albedini quæ eſt in Socrate: dicendum eſt, quod magis qui demum eſt, tradere poſſe ei quod eſt minus ens, eſſe minus: quod uero minus eſt ens, nunquàm magis enti tribuere. At uero ſi ſpecies magis ens quàm materia eſt, non amplius ipſum ens de utriſque uelut commune aliquid prędicabitur, neq; eſſentia genus erit habens ſub ſe materiam & ſpeciem & compoſitum. Verum communia quidem multa iis erunt, quæ iandiu dicimus, uerumtamen ipſum eſſe differens erit: quando enim magis ens circa minus ens procedit, hoc ordine quidẽ prius eſt, eſſentiæ uero gradu poſterius. Quãobrem niſi æque eſſentia ſit ſpecies atq; materia, rurſusq; materia atq; ſpecies & compoſitum, nunq̃ eſſentia commune aliquid iis erit uelut genus: aliter ſiquidẽ ſe habebit erga illa quæ ſunt poſt ipſa, tanq̃ cõmune quiddã id habens ad ipſa, quod ſui ipſorũ proprie ſint. Quemadmodũ in ordine uitæ alia quidẽ debilis eſt, alia efficacior: ſimiliterq; imaginũ hęc leuis quædã ſubfiguratio eſt, illa uero expreſſio abſolutior. Siqsaũt gradu quodã ipſius eſſe exiguo metiaƚ eſſe, quod uero in aliis plus eſt omittat, hoc rurſus eſſe cõmune erit. Sed enim aduertendũ eſt, ne forte non ita ſit faciendũ: aliud enim eſt unũquodq; totũ: ſed nõ eſt cõmune aliqd hoc quod eſt exiguũ & obſcurũ: ſicut in uita nõ eſt cõmune quiddã uegetali, ſenſuali, intellectuali. Itaq; & hic ipſũ eſſe aliud quidẽ eſt in materia, aliudq; in forma: atq; hæc ambo ab uno quodã dependẽt, aliter eis & aliter affluẽte. Nõ ſolũ enim ubi ſecũdũ à primo eſt, & tertiũ à ſecũdo, ibi prius quidẽ illud magis eſt tale, poſterius aũt deteri⁹ eſt & minus: uerumetiã ſi ab eodẽ ambo depẽdeant, ſimilẽ quandã ſucceſſionẽ licet inſpicere. Ceu lutũ figuli magis quidẽ igne concoctũ, uas efficit ſiue tegula: ſed erit ibidẽ & minus cõcoctũ, adeo ut uas uel tegula minime fiat. Forſan uero non ab eodẽ materia eſt & ſpecies, differentia enim eſt & in illis.

*Vbi de ſubſtantia ſenſibili loquimur, præſtat accipere compoſitũ q̃ materiam aut formã. Compoſitarũ uero ſubſtantiarũ generaliter propriũ eſt, ut ſubiecta quidem ſint, neque ſint in ſubiectis.* Cap. VIII.

Substantia incorporea pura ſubſtãcia eſt, quoniã ab accidẽtibus nõ depẽdet. Corporea uero non eſt ſubſtantia pura, quoniã ex accidẽtibus quibuſdã ſaltẽ intimis proprijsq; conſiſtit, ſine quibus non erit ſubſtantia corporea ſenſibilisq;, quam in præſentia quærimus.

SEd forſan decet omittere nũc in elementa diuidere, præſertim ubi de ſenſibili ſubſtantia diſputamus, quam ſenſu potius q̃ ratione decet accipere, neq; ex quibus componatur adiungere: nõ enim illa ſubſtantiæ ſunt, aut certe ſubſtantiæ non ſenſibiles. Operæpretium uero uidetur, uno quodam genere comprehendere quod commune eſt lapidi terræq; & aquæ, & iis inſuper quæ ex his componuntur plantis ſcilicet animalibusq; quatenus ſenſibilia ſunt: ſic enim neq; materiã, neq; forma interim nobis prætermittetur. Subſtantia nanq; ſenſibilis hæc in ſe habet; nam ignis & terra horũq; media, & materia ſunt & forma. Cõpoſita uero tã ſunt ſubſtãtiæ multæ in unũ conciliatæ: atqui omnibus iis cõmune

eſt

dem terram habitantia terrenaq; ſunt, illa uero ad elemētum quoduis aliud ſimiliter pertinentia. Aut forte corporum alia leuia, alia grauia, alia media: & hæc quidem in medio mundi conſiſtere, illa uero deſuper circūfundi, illa deniq; regionē mediam occupare: atq; in unoquoq; horū corpora iam figuris inter ſe diſtincta, adeo ut corpora ſint partim cæleſtium animalium, partim per reliqua elementa. Aut primo quidem in elementa quatuor tanq̄ ſpecies, deinde alio modo iam inuicem cōmiſcere: atq; ita eorū differentias procreare ſecundum loca, & formas, & mixtiones, uelut quę ignea uel terrena dici ſolent: propterea quòd elemētum ibi tale exuberet & excedat. Quòd autē ſunt alias eſſe ſubſtantias primas, alias uero ſecundas, ceu hic ignis & ipſe ignis, putādum eſt aliter quidem differentiā inter ſe habere, ex eo quòd hoc quidem ſingulare eſt, illud autē uniuerſale: non tamen ſubſtantiæ differentiam ullam admittere: nam & in genere qualitatis aliquid album eſt, & albū: item grāmatica quædā, atq; grāmatica. Præterea quid nam minus habet grāmatica ad grammaticā aliquam comparata, & omnino ſcientia cum ſciētia quadam collata? Non enim grammatica poſterius eſt grāmatica quadā, ſed potius cum ſit grammatica ipſa, eſt & hæc in te grammatica: quādoquidem & quæ in te eſt ideo aliqua eſt quia in te ſit: ipſa uero eadem eſt atq; uniuerſalis grammatica. Item Socrates non dedit ei qui non erat homo ut eſſet homo, ſed homo potius id Socrati dedit: nam homo aliquis participatione hominis eſt aliquis homo. Proinde Socrates quid nam aliud eſt q̄ talis homo? Hoc ipſum uero quòd talis dicitur, quid nam confert ad id ut magis ſubſtantia ſit? Si autem dicatur ob id conferre, quòd homo ſpecies tantum ſit, homo uero aliquis ſpecies in materia, ſequetur ut hic propterea minus homo ſit: ratio enim ipſa in materia fit deterior. Sin aūt & homo nō ſecundū ipſam ſpeciem tātum ſit, ſed ſit etiam in materia, quid nam minus habebit q̄ hominis ſpecies in materia quadam exiſtens, cum illa ipſa ratio ſit huius exiſtētis in materia quadam. Item prius natura eſt quod eſt generalius, ideoq; & ſpecies eſt indiuiduo prior: quod uero natura prius eſt, ſimpliciter quoque prius: quo igitur modo id minus erit? Veruntā ſingulare nobis notius eſt, ideoq; nobis & prius: hoc aūt nullā in rebus differentiā efficit. Deniq; ſi ita ſe res habent, non una erit ſubſtātię ratio: nō enim eadē ratio eſt eius quod primo tale eſt, atq; eius quod ſecundo tale: neq; talia ſub uno genere congregantur.

*Quòd ſubſtātiæ ſenſibilis in ſpecies diuiſeri, rite per illa quæ ad ſenſum pertinent diſtinguere poſſumus, ſcilicet per qualitates, ſiue ſimplices ſiue mixtas: item per formas & figuras atque loca.* *Cap.* X.

POſſumus etiam hoc modo diuidere, uidelicet per calidum ſimul atque ſiccum: item per ſiccum ſimul & frigidum: rurſus per frigidum humidum'que ſimul: uel quomodocunque coniugium conficere libeat: deinde ex his compoſitionem mixtionem'que efficere; atque uel hic permanere in compoſito quieſcendo, aut ſecundum terrenum atq; terram habitans, uel ſecundum formas & differētias animaliū: non quidē animalia diuidendo, ſed ſecundum eorum corpora tanq̄ inſtrumenta quædā partiēdo. Neq; uero indecens eſt differentiā ſecundum formas adducta: ſiquidem neq; ſecundū qualitates eorum eſt diuiſio abſurda: uelut ſi dicatur, caliditas,

frigiditas,

frigiditas,& talia quędam. Verum ſiquis obiecerit,ſecundum hæc ipſa corpora fieri: nos utiq; reſpondebimus,effici etiam ſecundũ mixtionem & colores atq; figuras. Cum enim de ſenſibili ſubſtantia diſputetur,non abſurda diſtinctio erit,ſi per differentias ad ſenſum pertinentes eiuſmodi ſubſtantia diſtinguatur: non enim hæc ſimpliciter ens exiſtit,ſed ſenſibile ens eſt hoc totum. Nempe etiam ipſius ſubſiſtentiam apparentem eſſe cõfluxum quendam ad ſenſum pertinentium diximus. Atqui & de huiuſmodi rebus quod ſunt à ſenſibus fidem homines acceperunt. Sin autem infinita cõpoſitio nobis occurrat,ſecundum ſpecies animalium diſtinguere licet, uelut hominis ſpeciem in corpore exiſtentem: nam eiuſmodi ſpecies eſt hæc ipſa corporis qualitas. Neq; uero abſurdum eſt partiri per qualitates. Verum ſi hic nobis obiiciat, in ſuperioribus nos alia quidem ſimplicia,alia uero compoſita poſuiſſe: quia ſi compoſitum pariter atq; ſimplex ex oppoſito partiremur, admonebimus nos ibi dixiſſe,alia materialia magis eſſe,alia uero organica potius,compoſitum non adhibentes in medium. Licet quinetiam afferre diuerſitatem inter ſimplex atq; compoſitum: nec id quidem tanq̃ pariter oppoſitorum partitione,ſed ſecundum primam diuiſionem, ab ipſo prorſus initio corpora ſimplicia ponere,eaq; deinde ab alio quodam principio ſuppoſito commiſcere, compoſitorum differentiam uel locis,uel formis fieri ſuſtinente: uelut ſi dicantur alia quidem eſſe cæleſtia,alia uero terrena. Sed de ſenſibili ſubſtantia uel generatione hæc dicta ſufficiant.

*In genere quantitatis eſt proprie numerus atque continuitas uel dimenſio: reliqua ſunt in alio genere.* XI.

Tempus quidem qua ratione menſura eſt atque mẽſurans, locus quoque qua continens eſt,in relatione ſunt: magnum & paruum,in quantitate: pulchrum,in qualitate: multis uero & minus,& pulchrius,in relatione cenſentur.

Qvod uero pertinet ad quantitatem atq; quantum,ſæpe dictum eſt in numero & magnitudine ponẽdum eſſe,quatenus unumquodq; eſt proprie tantum: quod quidem cõſiſtit in numero corporearum numero, & in quodam ſubiecti ſpatio: non enim de quantitate hinc ſeparata in præſentia diſputatur,ſed de hac ipſa quæ facit ut lignum ſit tricubitum: ſimiliter de quinario numero qui eſt in equis quinq;. Numerum ergo & magnitudinem ſolum eſſe proprie quanta prædiximus: Locum uero ac tempus in ratione quantitatis minime computari. Sed tempus quidem ex eo quòd menſura motionis exiſtimetur, in relationis ordine collocari: locum quoq; cum id habeat proprie ut corporis ſit comprehenſor, in habitudine quadam & relatione cenſeri. Quando & motus continuus quidem eſt, neq; tamen eſt in quantitatis genere conſtitutus: magnum uero & paruum cur non in quantitate ponantur? Quod enim magnum eſt, quantitate quadam eſt magnum: atqui hæc ipſa magnitudo in relatione non ponitur. Sed maius atq; minus ad relationem merito ſpectare putantur: ad aliud enim hoc ipſum quod ſunt dicũtur, ſicut & duplum atq; dimidiũ. Cur ergo igitur mons quidem ſæpe paruus dicitur, granum uero milii ſæpe magnum? Forſan quando paruum montem dicimus, paruum ibi quaſi minorem intelligi uolumus. Si enim etiam apud illos qui hæc tractant, conceditur montem

tem appellari paruum, quatenus cum rebus eiuſdem generis, ideſt cũ montibus comparatur, merito etiam eſt conceſſum, paruum ibi accipi pro minore. Iam uero & magnum milium nõ ſimpliciter iudicatur magnum, ſed magnum proprie milii granum. Hoc autem perinde eſt, ac ſi tantum dicatur cũ rebus eiuſdem generis comparatum. Quibus profecto naturali ratione maius appellari poteſt. Deinde cur non & pulchrum in relatione ponatur? Verum id minime fieri reſpondebitur, quia pulchrũ quidem ſecũdum ſeipſum accipiatur, ſitq; quale. Pulchrius autem in eorum eſſe numero, quæ ad aliud referuntur. Tametſi etiam quod appellatur pulchrum uideri poteſt turpe aliquando, ſi cum alio conferatur. Qualis humana pulchritudo cũ deorũ pulchritudine comparata. Hinc utiq; illud dictum eſt, pulcherrima inter ſimias turpis erit, ſi cũ alio quodam genere conferatur. Sed profecto dicetur, id quidem perpulchrum ſecundũ ſeipſum conſiderari, ſed aduerſus aliud, aut pulchrius, aut turpius iudicari. Ergo & in hoc genere magnum quidẽ aliquid eſt in ſeipſo, ipſa magnitudine præditum, ad aliud uero non magnum: alioqui ſi minus deceat ita loqui, negare cogemur aliquid eſſe pulchrum, propterea quòd aliud quiddã eo pulchrius nobis occurrat. Sed neq; id negare debemus, neq; igitur negandum eſt aliquid eſſe magnum, quoniã aliud quiddam ipſo ſit maius. Quandoquidẽ neq; maius quicquàm eſſet omnino, niſi eſſet & magnum: quemadmodum neq; pulchrius, niſi foret & pulchrum.

*Productio & contractio contraria ſunt. Si producitur numerus, fit multus: ſi contrahi tur, euadit paucus. Similiter dimenſio contractione quidem paruã, productione uero fit magna. Paucum igitur atq; multum contraria ſunt, ſimiliter paruum atque magnum.* Cap. XII.

Sicut determinata eſt ratio quædam pulchri, ita calidi atque magni. Tum vero in loco eſt oppoſitio proprie relatiua, vt inter ſuperius & inferius. Denique oratio per accidens eſt in genere quantitatis, per ſe vero eſt in motu.

PErmittendum igitur etiam contrarietatem exiſtere circa quãtum; Cogitationes enim ipſę contrarietatem hic admittunt, quando magnum dicimus, & quando paruum: imaginationes contrarias afferentes, ſicut quando multa, & pauca dicimus. Similia nanq; illis etiam circa pauca & multa contingunt. Multi enim domi eſſe dicuntur, & interim ſub hoc nomine multi, eſſe plures intelliguntur. Id ipſum uero quod appellatur plures, refertur ad aliud, ſæpe etiam ferunt eſſe paucos in theatro, intelligentes ibi eſſe pauciores. Operæpretium eſt omnino quando dicimus multa, intelligere multitudinem in numero plurimam. Multitudo uero quo nã pacto inter relatiua cõnumerabitur? Hoc autem idem eſt, ac ſi dicatur, multitudinem eſſe productionem propagationemq; numeri. Huius uero contrarium eſt contractio: idem uero euenit & in ipſa notione continui in longum quodammodo cõtinuum protrahente. Quantitas enim oriri uidetur, quando unum & ſignum progrediuntur: uerum ſi cito utrunque ſiſtat gradum, illud quidem euadit paucum, hoc uero fit paruum. Sin autem proceſſio in progrediendo nõ cito deſinat, illud certe euadit multum, hoc uero fit magnum: quis nam igitur terminus eſt uel diffinitio? Sed quis pulchri terminus? quis uero calidi? atqui & in ordine calidi, eſt calidius: ſed enim cali-

 dius

pro lateribus lineas: atque hæc rurſus geometrarum more in triangulos & quadrangulos, rurſum'que hæc in alia, & qua hæc conditione fiant, conſiderabimus.

*Rectitudo uel curuitas adhibita lineæ proprietatem eius ſignificat, neq; compoſitionem affert. Item figuræ non in genere qualitatis, ſed quantitatis ſunt ponendæ.* Cap. XIIII.

**Q**Vando dicis triangulum eſſe quidem tres lineas, ſed tali quodam pacto inuicem ſe habentes, ſignificas hoc quodam termino inuicem terminatas: terminus vero atq; determinatio eiuſmodi ad genus quantitatis potius quàm qualitatis pertinere videntur.

**P**Roinde quid nam rectam lineam eſſe dicemus? Nonne magnitudinem? Forſan uero aliquis ipſum rectum appellet qualem aliquã magnitudinem. Quid ergo prohibet eiuſmodi differentiam eſſe, qua ratione linea eſt? Non enim alterius cuiuſdam eſſe dicitur rectitudo, quàm lineæ: quandoquidem & ſubſtantiæ differentias à qualitate ſæpe numero ducimus. Si igitur linea recta eſt quantitas quædam cum differentia ſimul, non eſt compoſita propter hoc recta linea ex rectitudine atque linea. Sin autem compoſitum aliquid eſt, id certe eſt tanquàm cum propria differentia. Triangulus præterea ex tribus lineis proprie conſtitutus cur non ſit in genere quantitatis? An forte quia triangulus non ſimpliciter eſt tres lineæ, ſed lineæ tres ſic proprie ſe habentes. Atqui & quadratum quatuor lineæ ſic ſe habentes eſſe dicitur. Quinetiam linea recta in ſe & quantitatem habet, & talem quendam quantitatis modum: nempe ſi rectam lineam non ſolum quantum aliquid eſſe dicamus, quid nam prohibet & terminatã lineã non ſolũ quantum cognominare? At uero lineæ terminus eſt punctum, id uero in genere alio non exiſtit. Quamobrem planum quoque terminatum eſt proprie quantum: quandoquidem lineæ terminant, quæ multò magis in genere quantitatis exiſtunt. Si igitur terminatum planum eſt in genere quantitatis, id autem eſt triangulus, uel quadrangulus, uel etiam figura ex pluribus angulis conſtituta, nimirum figuræ omnes in quantitatis genere numerantur. Sin autem quia triangulum dicimus qualem, & quadrangulum qualem, iccirco in qualitatis genere collocemus, nihil obſtabit quò minus in pluribus prædicamentis idem conſtituamus. Qua enim magnitudo eſt, & eiuſmodi magnitudo, in genere quantitatis: qua uero talem exhibet formam, in genere qualitatis: forte etiam triangulus ipſe eſt eiuſmodi quædam forma: quid ergo uetabit ſphæram quoque quale aliquid appellare? Siquis igitur eodem tenore procedat, geometriam non circa magnitudines, ſed circa qualitates uerſari concedet. Sed non uidetur id admittendum. Nam hæc ipſa doctrina uerſari circa magnitudines iudicatur. Differentiæ uero magnitudinum non id ipſum quod ſunt magnitudines, auferunt. Quemadmodum neque differentiæ ullæ ſubſtantiarum efficiunt ut ſubſtantiæ ulterius non ſubſtantiæ ſint. Præterea omne planum eſt terminatum: non enim poſſibile eſt, eſſe planum aliquod infinitum. Item quemadmodum quando circa ſubſtantiam accipio qualitatem, eſſentialem qualitatem dico, ſic & multo magis quando figuras aſſumo, differentiam quantitatis accipio. Deniq; niſi has tanquam magnitudinum differentias capiamus

quorum nam potiſſimum eſſe differentias arbitrabimur. Quod ſi magnitudinum differentiæ ſunt, nimirum magnitudines differentes ex differentiis conſtitutæ, in ſpeciebus ipſarum collocandæ uidentur.

*Aequale & inæquale ſolum ſunt in genere quantitatis. Simile uero atq; diſſimile proprie in genere qualitatis.*

## CAPVT XV.

QVodammodo etiam dicimus figuras inter ſe ſimiles non tam qualitate, quàm alia quadam conditione. Subſtantia qua ratiõe corporea & ſenſibilis cogitatur, congregatum quiddam eſt ex ſubſtantia ſimul & accidentibus. Conſidera hominem quatuor gradibus. Primo quidẽ in idea mentis. Secundo in ſeminali animæ ratione. Tertio in hoc noſtro corpore. Quarto deniq; in pictura. Quanto deterior eſt quartus tertio, tanto tertius ſecundo, & tanto rurſus ſecundus primo.

CAeterum quo nam pacto quantitatis proprium eſt, quod æquale & inæquale dici ſolet? Iam uero trianguli ſimiles eſſe dicuntur: an forte magnitudines quoque rite ſimiles appellantur? Et quæ ſimilitudo dicitur, non tollit quin ſimile atque diſſimile in genere quantitatis inueniatur: forte enim hic in ordine magnitudinũ quod ſimile nominatur aliter ſeſe habet, neq; perinde ac in genere qualitatis. Præterea non ſi propriũ dixit æquale & inæquale, propterea uetuit de aliquibus ſimile prædicari. Verum ſi dixerit ſimile atque diſſimile duntaxat proprium eſſe qualis, aliter dicendum eſt ut prædiximus hoc ipſum in quantitate. Sin autem idem eſt id quod ſimile dicitur, in hoc etiam genere conſiderare nobis expedit alias utriuſque generis proprietates, tum quantitatis, tum etiam qualitatis. Aut forte dicendum ipſum ſimile etiam in quantitatis genere dici, quatenus in ipſo differentiæ ſunt, in quantitatis genere dici. Communiter autem ſimul ordinare decet atque coniungere differentias complentes eſſentiam, cum eo ipſo, cuius & differentiæ ſunt. Præſertim quando ſolius illius differentia eſt: ſin autem in alio quidem complet eſſentiam, ſiue ſubſtantiam, in alio uero nequaquam, cum eo copulanda eſt, cuius complet naturam. Illud autem cuius hæc ſubſtantiam minime complet, in ſeipſo tantum eſt aſſumendum. Implere autem ſubſtantiam dico non ſimpliciter ſubſtantiam, ſed eiuſmodi. Vbi profecto hoc ipſum quod eiuſmodi dicitur, non ſubſtantialem admittit adiunctionem. Operæpretium uero eſt animaduertere æquales quidem nos rite dicere triangulos & quadrangulos figuraſque in quauis ſpecie, tam planas, quàm etiam ſolidas. Quapropter æquale & inæquale in genere quantitatis tanquàm proprium abſque controuerſia eſt ponendum. Simile uero atque diſſimile nunquid duntaxat in genere qualitatis ſit, cogitandum eſt. De ipſo uero quali in ſuperioribus dictum eſt, materiam quidem unà cum aliis, & aliquid congregatum quali, efficere ſenſibilis ſubſtantiæ complementum, uideriq; ue ſubſtantiam illam, quæ apud nos ſubſtantia dicitur, eſſe hoc quod ex multis eſt congregatum. Non hoc aliquid proprie, ſed potius quale. Videtur enim ratio quidem ipſa uelut ipſius ignis, hoc aliquid magis ſignificare, forma uero hæc quàm ipſa gignit magis ſignificare quale. Atque hominis ratio hoc aliquid eſſe: quod autem inde in natura corporis effectum eſt

cum rationis ſimulachrum ſit, quale quiddam potius eſſe: perinde ac ſi Socra tes hic qui uidetur à nobis, ipſe ſit homo. Sed nihilominus imago eius in pi ctura, ex coloribus pigmentisq; tantum conſtans, Socrates appelletur. Sic utiq; cum ipſa ratio ſit ſecundum quam eſt Socrates, nos tamen hunc qui ui detur, Socratem appellamus. Veruntamen colores & figuras huius Socra tis apparentis, eorum quæ in ipſa ratione conſiſtunt imitationes quaſdam appellare debemus. Atque hanc inſuper rationem erga uerißimam homi nis rationem [illegible] perpeti iudicare. Et de his quidem ita ſit dictum.

*Subſtantia incorporea reuera hoc aliquid appellatur. Subſtantia uero corporea tale aliquid. Accidens au tem dicitur tale, quale eiuſmodi. Item qualitates animæ quatenus uerſantur circa materiam & affectandam & [illegible] in genere qualitatum corpori connectarum. [illegible] uero in genere qualitatum [illegible].* Cap. XVI.

Item qualitates in uirtute animæ ſeminaria in genere coniuncto numerantur, quamuis non ſint in materia, ſed in anima ſeparabili: ipſam uero ſubſtantiam animæ nō in hoc qui dem, ſed in genere ſeparatæ eſſentiæ collocamus.

Verum uero unumquodq; eorum quæ circa dictam uerſantur eſſen tiam ſeorſum conſideramus, qualitatem in his exiſtentem non debemus ſignificare hoc aliquid dicere, neq; etiam quantitatem hoc aliquid, neque motum. Sed characterem quendam, & quod dici ſolet eiuſmodi, & quale. Et quale quiddam hæc nobis ſignificare putan dum, ueluti pulchrum & turpe uidelicet quod eſt in corpore. Aequiuocum namq; eſt pulchrum apud nos atq; in rebus à materia ſeparatis. Quapropter & quale etiam eſt æquiuocum, quando & nigrum albumq; diuerſum eſt. ue rum quod in ſemine & eiuſmodi ratione conſiſtit, nunquid idem eſt an po tius æquiuocum ad hoc quod apud nos apparet? Et nunquid ſeparatis annu merandum eſt? An potius rebus inferioribus? Atqui turpe quod eſt in ani ma, num forte iis attribuendum eſt? Iam uero conſtat pulchrum eſſe diuer ſum. Sed iterum dubitatur, num uirtus in ipſo penes rationem quali conſi ſtat, an potius inter qualia hęc noſtra ſit computanda: ſed profecto alias qui dem uirtutes in qualitate hac inferiori, alias autem in ipſa ſuperiori [illegible] collocare debemus. Quando & de artibus quæ rationes quædam ſunt [illegible] poſſet quiſpiam, nunquid in qualitatum noſtrarum genere poni de ceat. Nam & ſi rationes in materia eſſe dicuntur, pro materia tamen [illegible] anima: ſed quando etiam cum materia ſunt, quodammodo hic colloca dæ uidentur: quemadmodum quæ fit ad cytharam cantilena. Eſt enim cir ca chordas, atque pars quodammodo artis eſt cantilena, utpote quæ non eſt ſenſibilis, niſi forte quis eas actus quoſdam potius quàm partes eſſe dixerit: attamen actus ſenſibiles ſunt. Quoniam & pulchrum quod eſt in corpore, eſt incorporeum. Veruntamen cum ſenſibile ſit, iis hoc attribuimus, quæ ſunt circa corpus, corporis que ſunt. Geometriam uero & arithmeticam duplicem ponere decet. Et alias quidem huc ſe deflectentes in hoc quali tatis genere conſtituere: alias autem quæ animæ ipſius meditationes ſunt, ad intelligibile illud reducere. Atqui & muſicam inquit Plato aſtronomi am[illegible]

quali genere has deducet? Abſurdum nanque uidetur, qualitatem ipſam qualitate diuidere: atque perinde ſe habere, ac ſiquis ſubſtantię differentias rurſum dicat eſſe ſubſtantias. Quo nam igitur album & nigrum diuidet? Quo nam omnino colores à ſaporibus & qualitatibus quæ tanguntur? Quòd ſi per diuerſa ſenſuum inſtrumenta harum qualitatum differentias aſſignemus, non erit in ipſis ſubiectis eiuſmodi differentia. Atqui etiam quærendũ eſt, quomodo per eundem ſenſum differentiam qualitatum ad eũdem pertinentium diſcernamus? Sin autẽ ex eo diuerſitas aſſignetur, quòd hoc quidem uiſum congregat, illud aũt diſgregat: atqui & aliud diſgregat linguam, aliud uero cõgregat. Primo quidem & de ipſis paſſionibus dubitabitur, nunquid congregationes quædam diſgregationesq; ſint. Deinde non ea quibus hæc differunt, ſic aliquis aſſignauerit. Siquis autem afferat, ſe ita in medium adduxiſſe illa quæ proprie poſſint, neq; eſſe ab re, per illa quæ facere poſſunt partiri: illud forſan erit obiiciendum, ea quidem quæ non uidentur, eſſe diuidenda per illa quæ proprie facere poſsint, uelut ſcientias. Hæc autẽ quæ ſenſui patent, cur nam per illa quæ faciunt diuidãtur? Nempe cum ſciẽtias per ea quæ poſsunt facere diſtribuimus, atq; omnino per uarias animæ uires diſponimus, tanquàm ex his quæ faciunt, eas conſtet eſse diuerſas, poſſumus interea differentias earum ſumere ratione, non ſolum circa quæ uerſentur proſpicientes, ſed rationes ipſarum inſpicientes. An forte artes quidem facile poſsumus rationibus quibuſdam ſuis, notionibus'que diſtinguere? Qualitates autem corporibus inſitas quo nam modo ſimiliter partiri ualemus? Atqui & in ſuperiori natura interrogare licet, quomodo rationes ipſæ uarie inter ſe diſtinguantur: patet enim album à nigro differre, ſed quo nam differat percontamur.

*Senſibiles rerum ſpecies per differentias inter ſe diſtinguuntur, internas quidem præcipue, quodammodo etiam per externas. Ipſæ uero differentiæ non per differentias alias, ſed per ſeipſas inuicem diſtinguuntur.* Cap. XVIII.

QValitates diſcernuntur inter ſe non per alias qualitates, ſed vel penitus per ſeipſas, vel per quoſdam ſuos exiſtendi modos.

HAec autem omnia quæ modo nobis in dubium ueniebant, plane declarant, aliorũ quidem differentias eſſe quærẽdas, quibus inter ſe ſingula diſcernamus. Differentiarum uero exigere differentias neque poſſe nos neque ulla ratione debere. Fieri nanque non poteſt, ut ſubſtantiarum ſubſtantias, quantitatis quantitates, qualitatum qualitates, differentias differentiarum inueſtigemus. Sed neceſſarium eſt, ubicunque fieri poteſt, diuidere per illa quæ ſunt extrinſecus, uel per efficacem conditionem, uel per talia quædam: ubi uero hæc non ſuppetunt, diſcretio fiat, tanq̃ uiridis à pallido. Sed quoniã ab albo etiã & nigro diſcerni dicũt, quid nam dicemus? At uero hæc eſſe inter ſe differẽtia, ſenſus uel intellectus nobis enuntiat, etiãſi non afferant rationẽ. Senſus quidẽ quoniã non eſt eius officiũ adducere rationẽ, ſed indicia nobis differẽtia dũtaxat afferre: intellectus aũt ſimplici ſuo quodã intuitu diſcernere poteſt: non enim ubiq;

rationibus utitur, adeo ut de unoquoq; dicat, hoc eſt hoc. Eſt ſane in ipſis intelligentiæ motibus alteritas quædam alterum ab altero diuidens, [illegible] ipſa egens alteritate. Qualitates igitur omnes utrum differentiæ [illegible] quæri poteſt, neq; tamen ita uidetur: albedo enim & color [illegible] ad tactum guſtum'ue pertinens, fieri poſſunt differentiæ aliorum [illegible] es per ſe exiſtant. Grammatica uero & muſica quo nam modo? Forſan [illegible] poſſunt ex eo quòd hæc quidem animum reddit grammaticum, hæc [illegible] muſicum: præcipue ſi naturaliter inſint, adeo ut differentiæ ſpecificæ [illegible] Conſiderandum præterea, ſiqua differentia ſit ex eodem genere [illegible] ex alio, ac ſi ex eodem genere: dicendum eſt, eorū quæ ex eodem genere [illegible] eiuſmodi differentiam eſſe, uelut qualitates differētias qualitatum: uirtus [illegible] nim & prauitas ita forte ſe habent. Hæc ſane talis quidam habitus eſt, ille [illegible] ro talis: quapropter cum habitus qualitates quædam ſint, differentiæ [illegible] litates erunt: niſi forte quis dicat, habitum quidem abſq; differentia [illegible] qualitatem, differentiam uero proprie facere qualitatem. Verum ſi dulce [illegible] bis eſt utile, amarum uero noxium, atq; ita commode diſcernantur, habitudine quadam potius quàm qualitate diſtribuentur. Quid uero ſi dulce quidem craſſum eſſe dicatur, auſterum contrà ſubtile: forte hoc ipſum [illegible] quid dulce ſit non explicat, ſed ſignificat aliquid quo ſit dulcedo: atque eadem de auſtero ratio eſt. Itaq; conſiderandū eſt, nunquid ubiq; non ſit qualitas differētia qualitatis, ſicut neq; ſubſtātiæ ſubſtantia, neq; quantitas quantitatis. Dic age, num quinque à tribus per duo differant? Imò uero ſuperant quinque tria duobus, differūt uero per duo nequaquā: quo enim pacto per duo ſegregantur à tribus, cum & in tribus duo contineantur? Iam uero neq; motus à motu differt motu, neq; aliquid aliorum ab alio ita diſcernitur. Quantum uero ad uirtutem ſpectat & prauitatem, totum ſane alterutrum [illegible] uelut diuerſum eſt opponendum, atq; ita ſeipſis inter ſe diſtinguētur. Siquis autem ex eodē genere uidelicet ex quali, nec ex alio diuidat, ex eo pro[illegible] quòd hanc quidem circa uoluptates, iſtam uero circa iras, & illam circa [illegible] ctus curam uerſari concedat, atq; ita recte diſtingui proſſus admittat, [illegible] quens erit, differentias eſſe etiam quæ non ſint qualitates.

*In genere qualitatis præcipue quidem ponitur ipſa qualitas, ut pulchritudo: deinde uero [illegible] tum eſt, quæ uidelicet ratione ſic eſt affectus, ut pulcher: tertio qualitatis eiuſmodi modus, ut [illegible] chre dicitur. Negationes uero qualitatum uel motus ad illas in hoc genere non ponuntur.*

Cap. [illegible]

ACcommodandi præterea ſunt qualitatis generi quemadmodum uiſum eſt, qui per qualitates quales denominantur, quoniam circa illos eſt qualitas: neq; tamen eos proprie adhibere debemus, ne duo propterea uideantur prædicamenta, ſed ab eis ad [illegible] pſum nos ſeuocare debemus, à quo tales cognominātur. Quod uero [illegible] let nō album, ſi colorem ſignificet alium, eſt in genere qualitatis: ſin [illegible] negatio eſt duntaxat res ipſas negans, uel enumeratio quædam, [illegible] eſt niſi uox, aut nomen, aut oratio, quæ etiam res quædam [illegible] [illegible] ſimiliter: ac ſi uox quidem eſt, motus aliquis erit: ſin autem [illegible] aut oratio, ad relationem uerget, quatenus hæc ſignificandi uim habent. [illegible]

ſi eiuſ[illegible]

eiuſmodi enumeratio non ſolum rerum eſt ſecundum genus, uerumetiam oportet & quæ dicuntur & quæ ſignificant ſingulatim genus quoddam ſignificare: dicemus profecto alia quidem res ipſas ponere ſolum has declarādo, alia uero res è medio tollere: tametſi forte præſtat negationes rerum in eodem cum rebus genere non numerare: pręſertim cum affirmationes quoque aliquas nequaq̄ connumeremus, ut compoſitionem ex pluribus generibus deuitemus. De priuationibus autem quid nam dicemus? Profecto ſi illa quorum priuationes dicuntur ſunt qualitates, ipſæ etiam qualitates ſunt, ue lut edentulus aut cæcus. At uero nudus atq; ueſtitus neuter eſt proprie qualis; ſed dicitur potius quodammodo ſeſe habens, itaq; in habitudine quadam ad aliud reſpiciente locatur. Proinde paſſio quæ adhuc in patiendo uerſatur, nō eſt qualitas, ſed motio quædam: quæ uero ex eo dicitur quód aliquis iam paſſus fuerit, paſſionemq; iam habeat permanentem, qualitas merito iudicatur: ſin autem non habeat amplius paſſionem, dicatur tamen fuiſſe perpeſſus, cēſebitur proprie commotus fuiſſe: id uero idem eſt ac ſi dicatur, hic erat in motu. Oportet autem motum dūtaxat excogitare, tempore inde ſublato: nam neq; etiam momentum præſens ad hoc eſt aſſumendum. Pręterea quod dici ſolet, pulchre uel bene cæteraq; eiuſmodi, in unam ipſam generis notionem redigere decet. Eſt autem conſideratione dignū, nunquid ad qualitatis genus referre deceat, quod dici ſolet rubere: rubeum uero ſiue rubeſcentem nequaquàm: nam rubefieri quidem ad id genus merito non reducitur: qui enim rubefit, patitur, uel omnino mouetur: ſin autem non amplius rubefit ſiue rubeſcit, ſed iam eſt rubeus, cur non ſit qualis? non enim tempore quodam determinandus eſt ipſe qualis, ſed tali quodam potius perpendendus. Itaq; rubeum ſiue rubeſcētem dicentes, qualem dicimus: alioqui ſic ſolos habitus eſſe putabimus qualitates, diſpoſitiones uero nequaq̄: ideoq; calidus quidem ita qualis erit, nō qui caleſcit: ſimiliterq; languidus proprié erit qualis, non qui labitur in languorem.

*Non debemus qualitates illas duntaxat contrarias definire, quæ plurimo inter ſe qualitatum mediarum ſpatio diſtent: ſed illas ſimpliciter, quæ cum in eodem qualitatis genere ſint, in nullam in ſpecie ſimilitudinem mutuā adhibent, effectusq; nobis oppoſitos afferunt.* Cap. XX.

Hac ratione ſanitas & morbus, inter quę nihil eſt mediū, contraria ſunt. Vbi media qualitas cōponitur ex extremis, non poteſt extremis eſſe contraria, vt viredo: vbi verò non componitur, poteſt, vt moralis virtus. Vbi qualitas in proportione quadam certà indiuiduali conſiſtit, non ſuſcipit magis atque minus, vt harmonia, temperantia, iuſtitia, ſanitas. Vbi latum habet gradum, ſuſcipit, vt calor atque frigus.

ANimaduertendum eſt, ne forte non omni qualitati alia ſit contraria qualitas. Profecto circa uirtutem & uitia media qualitas extremis contraria eſſe uidetur: circa colores autem medii non uidentur ita eſſe cōtrarii. Si ergo dicatur hoc inde contingere, quia colores medii mixtiones quædam ſint ex extremis, ſane non oportebat media & extrema econtra diuidere, ſed diuidere potius coloris genus per album atque nigrum. Cæteros uero compoſitiones ex his quaſdam eſſe putare. Aut ita diſtinguere, ut unam quandam aliam qualitatem in mediis, ſiquidem ex compoſitione talem eſſe conſtet, opponeremus:

ſin autem

tam poſſidet, nimirum nec magis nec minus admittit.

*Probabilius pro genere motum ponimus q̃ tranſmutationẽ: quia tranſmutatio naturam rei mutans, aliud pro alio in medium affert. Motus autem & hoc quidem ſignificat, & præter hoc ſignificat etiam progreſsionem quã libet, priore interitu natura ſeruata.* Cap. XXI.

VTrum uero motum eſſe genus aſſerere debeamus nec ne, hũc in modum poſſumus cõtemplari. Profecto hac conditione genus eſſe poteſt: Primo quidem, ſi motũ in genus aliud reducere non cõueniat: deinde, ſi ſuperius nihil de motu in eo quod quid eſt prædicetur: præterea ſi multas accipiens differentias, inde ſpecies pariat. Dic age, in quod nam genus potiſſimũ motũ redigere ualeas: neq; enim ſubſtantia eſt, neq; qualitas eorũ quæ motum habent: neq; etiam ad actionẽ reducere potes, nam & in paſſione multi ſunt motus: neq; rurſus ad paſſionẽ, quoniam multi motus ſunt actiones: probabilius aũt actiones & paſſiões reuocantur ad motũ. Sed neq; ad relationẽ rite redigiſ, propterea quòd motus non ſuiipſius ſit, nec in ſeipſo, ſed alicuius potius & in aliquo: ſic enim & qualitas in relatione collòcaretur: nam qualitas alicuius eſt, & in aliquo, & quãtitas eodẽ modo. Si ad hęc reſpõdeatur, illa quidẽ entia quædã proprie eſſe, etiamſi ſint alicuius, quatenus hoc quidẽ qualitas eſt, illud uero quantitas: eadẽ ratione cũ motus etſi alicuius eſt, ſit aliquid anteq̃ ſit alicuius, merito hoc ipſum quod eſt quodãmodo in ſeipſo proprie nobis eſt aſſumẽdũ. Omnino uero relatiuũ proprie hoc eſt ponendũ, nõ quod primo quidem eſt id quod eſt, deinde eſt & alterius: ſed quod in ipſa habitudine generatur, nullo prorſus illic alio exiſtente præter habitudinẽ, quatenus dicitur, uelut duplũ qua duplum dicitur, in ipſa ad dimidiũ comparatione generationem ſubſiſtentiamq́; accipiens: & ante hoc nihil prorſus excogitatũ in comparatione duntaxat ad alterum, ut id dicatur ſitq́;, nanciſcitur. Quid igitur hoc eſt? Quod alterius exiſtens ipſum tamen eſt aliquid ut ſit & alterius, quẽadmodũ qualitas & quãtitas & eſſentia: ſed pręſtat forſan prius aſſeuerare, nihil ante ipſum tanq̃ genus prædicari de ipſo. Verum ſiquis obiiciat, tranſmutationem ante motum exiſtere primo quidem aut idem dicet omnino aut genus illud apellans efficiet ut genus quoddam aliud ſit pręter decem illa prędicamenta. Deinde abſq; cõtrouerſia in ſpecie quadam motum ſtatuet: aliquidq́; aliud ecõtra diſponẽs opponet motui: atq; forſã generationẽ: eã uidelicet etiã trãſmutationem eſſe dicens. Motum uero nequaquam. Quid igitur obſtat quo minus generatio motus ſit? Si enim dicatur id obſtare: quoniam quod gignitur nondum ſit. Motus autem circa non ens eſse non poſsit. Dicemus inde ſequi, ut generatio nec etiam tranſmutatio ſit. Si aũt afferatur ad idẽ, generationem nihil aliud eſſe, q̃ alterationem, ſiue permutationẽ quandam, & aliquod augmentum, propterea quòd generatio ſit aliquorum: quæ permutata ſiue alterata & quodammodo adaucta ſint: profecto qui hæc dixerit quæ generationem antecedunt adducet in medium. Generationem uero oportet in his alteram quandam accipere ſpeciem. Non enim in eo quòd aliquid paſſiue quodammodo alteretur generatio gigniq́; conſiſtit, quale eſt calefieri atque albefieri: fieri nanq; poteſt, ut hæc quidem facta iam ſint: nõdum tamen

generatiõ

generatio ſimpliciter ibi fuerit. Ac ſi quæras quid tunc dicamus fieri, reſpondebimus hoc ipſum quod dicimus alterari uel alteratum fuiſſe. At tunc demum fit generatio, quando animal fit, uel planta, uel ſimile, quādo uidelicet ſpecies quædam ibi ſuſcipitur. Proinde afferre quis poterit, rationi conſentaneum fore, tranſmutationem potius q̃ motum in ſpecie ponere: quoniam ipſa tranſmutationis conditio aliud quiddam alterius loco ſiue pro alio ſignificat fieri. Motionis uero natura habet & quendam ex proprio trāſitum, ſicut localis motus. Si quis autem id minus uelit, ſaltem ipſe diſcendi actus, uel cytharæ pulſus, uel omnino quiuis ex habitu motus erit eiuſmodi: quapropter permutatio ipſa ſiue tranſmutatio cum motio quędam ſit aliquid extra ſe ponens, potius erit ſpecies motionis.

*Communis omnibus motibus eſt proceſſio quædam ex potentia in actum, ſiue hic actus ſit primus, ut forma: ſiue ſecundus, ut actio aut paſſio quædam.* Cap. XXII.

Motus procedens in habitum naturalem, ſpecies quædam dici poteſt: procedens vero in habitum præter naturam, caſus ſpeciei vnius ad alterius aduentum. Eſt autem motus pręſertim naturalis vitæ ſimilimus. Maxime vero propria motui eſt alteritas, ideſt aliter ſe habere quàm prius, propria conſequenter & tempori.

Sed eſto quidē notio permutationis ſiue alterationis, quatenus aliud motum ſequitur. Quid igitur motum eſſe dicendum eſt? Eſto itaq; motus, ut de hoc figura quadam ſummatim loquamur, exitus ex potentia in illud quod poſſe dicitur. Cum enim aliquid ſit in potentia per quam in ſpeciem aliquam prodeat, uelut quod eſt in potentia ſtatua, rurſusq; aliquid in potētia qua euadat in actum, ſicut progreſſiuum, quando illud quidem procedit in ſtatuam, ipſe proceſſus eſt motus: & quando progreſſiuum progrediēdi actum exequitur, progreſſio ipſa eſt motus. Item ſaltus ſimiliter in eo qui ſaltare poteſt, quando iam ſaltat. Atqui in aliquo motu, ſcilicet in eo qui perducit ad ſtatuam, ſpecies efficitur alia, quam adhibet motus. In aliquo uero uelut in ſaltu; ipſamet ſaltatio ſimplex quædam ſpecies eſt potentiæ ſaltatoriæ, neq; quicq̃ habet poſt ſeipſam poſtq̃ motus ipſe ceſſauit. Quamobrem ſi quis motū appellauerit ſpeciem uigilem excitabundamq; cæteris quaſi torpētibus ſpeciebus oppoſitam, quatenus alia quidem quieſcunt, alia uero nequaq̃, appellaueritq; cauſam cæteris ſpeciebus, quando poſt ipſam nonnihil efficitur, is minime aberrabit. Si quis præterea motionem hāc de qua in præſentia loquimur, uitam quādam corporum nuncupauerit, nec ipſe quidem à uero procul eſſe uidebitur: hūc enim motum ad mentis & animæ motus æquiuocum appellare debemus. Proinde motum eſſe genus non minus aliquis ob hoc ipſum ſibi perſuadebit, quod neq; facile neq; forte poſſibile ſit ipſum definitione complecti. Verum quomodo tunc motus ſpecies aliqua eſt? Quando labitur in deterius, uel omnino paſſiuus eſt motus? Forſan uero hoc ita fermè ſe habet, quemadmodum calefactio ſub ſole alia quidē auget alia uero minuit: atq; motus ipſe commune aliquid eſt, & in utriſq; idem: ſecundū uero ſubiecta eam quæ apparet differentiam accipit. Sed hinc ſequi uidetur, ut ægrotatio conualeſcentiaq; ſint idem: at uero qua motus quidem ſunt, idem eſſe uidentur. Sed quo nam differēt? Num ſubiectis, an potius alio? Verum de hoc tractabitur

in ſequentibus: quando de alteratione conſiderabimus. Nunc uero animaduertendum eſt, quid nam ſit in motibus omnibus idem. Sic enim genus eſſe poterit. Sed forte dicitur multipliciter, atq; ita ſe habet, quemadmodũ ſi ens genus eſſe quis dixerit. Ad id uero de quo præcipue modo dubitabatur, dicendum uidetur, forſitan oportere, motus omnes qui ad rem ſecundum naturã ducunt, uel ſaltem in iis quæ ſecundum naturã ſunt, agunt, merito tanquàm ſpecies ponere, ſicut eſt dictum, tranſitus autẽ ad aliquid præter naturã, analogica quadã proportione iis ad quæ deducunt accõmodare. Cęterum quid nam eſt cõmune in alteratione & augmento & generatione, eorumq; contrariis? Rurſusq; in mutatione per locũ? Quatenus uidelicet hæc omnia motus ſunt. Profecto cũctis qua motus ſunt, id potiſſimum commune uidetur: ut unumquodq; quod mouetur, non ſit poſtea in eodem, in quo antea fuerat. Neq; quieſcat, neq; otium agat omnino: ſed quatenus adeſt motus, ſemper ad aliud perducatur, comitemq; ſemper alteritatẽ habeat, propterea quod nunquàm permaneat in eodẽ. Aliqqui motus protinus diſperdatur, ſi quãdo deſinerit aliud, aliudq; ſuccedere: quãobrẽ alteritas eſt in motu, nõ ex eo quòd per actũ aliquid ſit, iamq; quies agatur in alio, ſed ita penitus ut perpetua agatur alteritas. Ex quo efficitur, ut tẽpus etiam ſemper ſit alterũ, quoniam motus ipſum procreat. Motus enim non quieſcens, ſed fluendo iugiter mẽſuratus producit tempus. Quod quidem iccirco currit unà cum ipſo motu, quaſi ab ipſo currẽte uehatur. Deniq; motibus omnibus commune eſt, eſſe proceſſum quendam atq; ductum ex potẽtia, & ex eo quod poſſibile eſt, in actũ. Quicquid enim mouetur, quocũq; motu feratur, propterea prodit in motũ; quòd potentia quædam in eo præcedit ad faciẽdum aliquid uel patiendum.

*Motus eſt quaſi ſtimulus aliquis urgens ad uarios actus, modos, habitus, uariaſq; formas, quas quidem uarietate res uitæ ſimilitudinem conſequuntur.* Cap. XXIII.

Virtus motrix ſicut & vita eſt inuiſibilis. Motus quinetiam per ſe inuiſibilis ex varietate deprehenditur. Dependet vero motus ex mouente & in mobile deſinit, quaſi mouentis afflatus. Vnde differentiæ motionum vtrinq; accipiendæ videntur.

ESt autem motus qui circa ſenſibilia uerſatur ſtimulus quidam uel impetus ab alio in aliud urgens, & excitans, & impellẽs participem motionis, ne torpeat, neque maneat in eodem ut tali quadam inquietudine, ac uelut diſtracta circa multa ſolicitudine quandam uitæ imaginem conſequatur: neq; uero putãdum eſt, ea quæ mouentur, ipſum eſſe motum. Neq; enim inceſſus eſt pedes, ſed eſt actus quidam ex potentia circa pedes. Cum uero potentia non ſit uiſibilis, neceſſarium eſt ſolum pedes agentes à nobis uideri. Non pedes inquam ſimpliciter; perinde ac ſi quieſcerent, ſed pedes iam unà cum alio, quod quidem inuiſibile ſit, quia uero unà cum alio eſt, per accidens uideatur, quatenus uidemus pedes, alium deinceps, aliumque habentes locum. Neque alicubi quieſcentes: alterationem præterea ex eo quòd alteratur, ſolemus animaduertere: quoniam qualitas ibi non eadem ſentiatur. In quo nam igitur motus eſt? Quando mouet aliud, & quando ex infuſa potentia prodit in actum. Nunquid eſt in mouente? Verum ſi ita ſit, quo nam modo quod mouetur, & patitur, fiet

oporteat eas ad hos motus quoquo modo reducere. An potius aſſerere quædam ex his motibus concretiones quaſdam & diſcretiones exiſtere. Si igitur concretio in eo conſiſtit, ut aliud accedat ad aliud, & propinquet, & rurſum diſcretio in eo ut quæ propinquauerunt, inde recedant, locales motus ita eſſe dicentur, dum uidelicet fit uel motus ad unum, uel receſſus ab uno. Sin autem quæ mouentur ita, nanciſci dicantur commixtionem quandam, & contemperationem, conſtitutionemq́; in unum, eam inquam, quæ in eo actu cõſiſtit, dum aliquid conſtituitur, non in quodam habitu, poſtquàm iam eſt aliquid conſtitutum, ita profecto in aliquem motum eorum qui narrati ſunt, hos aliquis reducere poterit. Exordietur enim motus ibi localis. Sed præter hunc motũ aliud quiddam ibi fiet. Quemadmodum facile quiuis reperit localem motũ, eſſe principium incremẽti, ſed ibi motum mox proprium quãlitatis accedere. Sic itaq; & hic incipit quidẽ localis quidã motus, ſequitur aũt nõ neceſſario cõcretio ſiue diſcretio: ſed quando quæ ſibi obuiãt, ſeſe mutuo cõplectuntur, concretio accidit, cõtra uero diſcretio ſequitur: ſæpe uero ubi diſcretio fit, ſequitur motus quoq; localis, aut ſimul ibi cõtingit, dum uidelicet paſſio quædã intelligitur alia circa ea quæ diſcernũtur, non ea ratiõe quã loco mutentur: atq; in concretione alia quædã paſſio conſtitutioq; conſequitur à locali motu diuerſa. Num igitur hos quidẽ motus in ſeipſis ponere decet? Alteratiõem uero ad has rite reducere? Quod enim factum eſt denſum, iam eſt alteratum. Id uero idem eſt, ac ſi dicatur fuiſſe cõcretum: rarũ quoq; factum intelligitur alteratũ. Hoc autem perinde eſt, ac ſi diſcretum eſſe conſideretur: quinetiam ubi uinum cum aqua miſcetur, utrunq; aliud q̃ prius erat, euadit. Id autem eſt concretio quædam, quæ alteratiõnẽ effecit: aut forte dicendũ, hic quoq; concretiones diſcretionesq́; præcedere alterationes quaſdam, ipſas uero alterationes à cõcretionibus diſcretionibusq́; differre. Neq; enim alterationes alias eſſe tales, neq; rarefactionẽ ipſam cõdenſationemq́; uel eſſe concretionem quandam atq; diſcretionem, uel ex his omnino conſiſtere: alioqui ſic protinus aliquis uacuum in natura cõcedet. Iam uero nigredinem & albedinem qua nam conditione cõceſſerit aliquis in concretione diſcretioneq; conſiſtere? Siquis autem in his ambigat, cogetur colores omnino, & forte qualitates inde plures, imò uero omnes funditus extirpare. Si enim alterationem omnem, quam eſſe dicimus quandam in qualitate mutationem, quiſpiam concretionem diſcretionem'ue eſſe contendat, certe quod ibi fit, nullo modo qualitas eſt, ſed reſtant ibi quædam uel prope poſita, uel ſeorſum. Præterea doceri atq; diſcere quo nam modo poteſt eſſe concretio?

*Motuum ſpecies probabilius diſtinguuntur per differentias internas quàm externas.* Cap. XXVI.

*Scilicet per vires motrices, aut inanimatas, aut animatas, idem ſic vel aliter animatas: rurſus per impulſum naturalem vel artis, vel conſilii.*

CONſiderandum igitur de iis uidetur, rurſusq́; inueſtigandum de illis, quæ dicuntur ſpecies motionis, uelut in motu locali, ſi modo diſtinctio ibi non fiat per motum ad ſuperiora, uel inferiora, item per rectum & circularem, ſicut in ſuperioribus eſt dubitatum, nunquid forte diſtinguendum ſit per motum rerum animatarum,

 ani-

anima'ue carentium. Non enim ſimilis eſt horum inter ſe motus, & rurſus eiuſmodi motus per motionem progrediendi, natandi, uolandi. An etiam per impulſum naturalem, minus'ue naturalē. Forte enim quis hunc in modum ſecundum unamquanq; ſpeciem partietur. Hic uero modus nō extrinſecus acciperet differentias motionum. Forſan uero ipſæ harum effectrices ſunt, neq; tamen abſq; his exiſtunt. Sed ipſa natura harum motionum externarumq; differentiarum principium eſſe uidetur. Fortaſſis etiam partiri motum licet ita, ut partim natura fiat, partim uero arte, partim electione. Et natura quidem incrementa & decrementa: arte uero ædificare ſiue domos ſiue naues: electione autem meditari, diſcere, publica gubernare, & omnino dicere atq; agere. Deniq; circa augmentum & alterationem & generationem diſtinguere licet per modum ſiue naturalem ſiue nō naturalem, uel etiam per ſubiectorum uarietatem.

*Status eſt in rebus æternis, ubi nullus eſt motus. Quies autem eſt in rebus temporalibus ſcilicet quædam priuatio alicuius motus, uel motio quædam ualde tarda.* Cap. XXVII.

CVm igitur quies ſit priuatio quædam, non eſt aliquod per ſe genus. Motus autē non eſt priuatio ſimpliciter quietis, ſed eſt actus efficax auferens aliquid, atq; afferens. Status in æternis non eſt priuatio motus, neq; enim vel ibi ſtatus ſit ceſſante motu, vel illa [illegible] ſunt ad motum. Motus duo habet oppoſita, ſcilicet & motum qui diuerſos petit terminos, [illegible] quietem, maxime ſi quies conſideretur in termino à quo motus iam diſcedit.

DE ſtatu uero, qui motui eſt oppoſitus uel de quiete, quid nam uidetur eſſe dicendum? Nunquid & hoc, genus unum ponendum eſt? An potius in aliquod genus eorum, quæ narrauimus, eſt reuocandum? Sed præſtat forſitan ſtatum quidem ipſum diuinis concedere, hic autem de quiete perquirere. De hac ergo quiete quid ſit, imprimis inueſtigandum eſt: atque ſi idem omnino eſſe atque ſtatus inueniatur, non recte hic requiri uidebitur. Quippe cum hic nihil penitus maneat: ſed quod manere uidetur, tardiore motu feratur. Sin autem quietem aliud quiddam præter ſtatum eſſe dicamus, propterea quod ſtatus quidem ſit circa rem prorſus immobilem, quies autem circa rem quidem ſtantem, aptam uero ad motum etiam quando minime moueatur, hoc ita eſt diſtinguendum. Nempe ſi quietum fieri hic aſſumatur, ipſum quieſcere dicetur eſſe motum nondum ceſſantem, ſed inſtantem. Sin autem hic aſſumatur ea quæ non amplius circa id quod moueatur, exiſtit, profecto quærendū erit, ſi quid apud nos ſit, omnino non motū. At ſi impoſſibile eſt aliquid motibus [illegible] omnibus agitari, ſed oportet quibuſdam motibus non moueri, ut ſaltem liceat dicere hoc quod mouetur eſſe, quid nam aliud dicendum eſt de illo quod non mouetur loco, ſed quantum ad hunc motum pertinet, conquieſcit, niſi ipſum non moueri? Sic itaq; quies erit negatio motionis. Quod autem eiuſmodi eſt, non proprie computatur in genere: quieſcit autem nō ſecundum alium quàm localem motū. Priuationem igitur huius tantum ſignificat. [illegible] aūt interrogauerit, cur non etiam motū ſtatus ipſius ſiue quietis [illegible] eſſe dicamus: reſpōdebimus, quia uidelicet motus aliquid ſecū [illegible] aliudq; quiddā exiſtit agens cōcutiensq; ſubiectū, & plurima fac[illegible] dēs. Quies aūt uniuſcuiuſq; nihil eſt præter ipſum: ſed hoc tātū ſignificat, mo

tum

tum uidelicet non habere. Verum cur non in rebus ipſis ad intelligentiam pertinentibus, ſtatum, priuationem motionis aſſerimus? Quia non licet ſtatum motus priuationem cognominare. Quoniam non ceſſante motu, ipſe fit ſtatus: imò uero exiſtente illo fit motus: neq; ſtatus illic eſt, quia quod natum ſit ad motum, quandoq; non moueatur. Sed qua ratiõe ſtatus ibi ipſum intelligibile comprehẽdit, permanet: qua uero mouetur, mouebitur in perpetuum. Quamobrem & ſtatu cõſiſtit, & motu mouetur. Corporea uero natura motu quidem mouetur, & abſente motu quieſcit, orbata uidelicet debita motione. Præterea uidendum eſt, quid ipſe ſit ſtatus. Item quãdo ex morbo ad ſanitatem aliquis peruenit, conualeſcit. Quam igitur huic conualeſcẽtiæ quietis ſpeciem opponemus? Si enim affectionem à qua recedit, morbus ille eſt non ſtatus. Sin autem affectionem ad quã accedit, ſanitas illa eſt, quę quidem non idem atq; ſtatus exiſtit. Siquis aut dixerit ſanitatem aut morbũ eſſe ſtatum quendam, hic profecto ſanitatem atq; morbũ ſtatus ſpecies eſſe concedet: quod quidem iudicatur abſurdum. At ſi ſtatum ſanitati contingere proprie fateatur ſanitas ante ſtatum non erit ſanitas. Sed de iis quidem pro ſuo quiſq; arbitrio dicat.

## EPILOGVS PRAEDICAMENTORVM.

Dictũ uero nobis in ſuperioribus eſt facere atq; pati motiões eſſe: motiões aũt alias quidẽ abſolutas eſſe alias uero partim effectiones partim etiã paſsiones. Dictum pręterea de cęteris quæ dicũtur genera ad noſtra hæc referri debere. Dictum quoq; de relatione, eam uidelicet eſſe alterius ad alterum habitudinem: & ſimul ambo concurrere: Dictum denique circa relationem, quando uidelicet habitudo ipſa ſubſiſtentiam efficit, illud ipſum quod refertur, non qua ratione ſubſtantia ſit, relatiuum eſſe. Sed qua pars aliqua, uelut manus, aũt caput, uel cauſa, uel principium, uel elementum. Licet autem & relatiua antiquorum more diuidere, adeo ut alia quidem tanquàm effectiua ſint, alia uero tanquàm menſuræ quædam. Alia in exceſsu defectuq; uerſentur. Alia denique per ſimilitudines atque differentias diſtinguantur: ſed hæc iam de his generibus dicta ſufficiant.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM, QVOD ENS VNVM, IDEMQVE ſimul totum eſt vbique.

### ANNOTATIONES.

*[illegible] nec habeat quantitatem, nec paſsio ſit corporis quanti, quæritur quomodo per plurimũ quaſi ſpatium diffunditur, ſiue per ſe ante corpus, ſiue una cum corpore in ipſo corpore per ipſum eatenus propagetur.*

CAPVT I.

ESt utiq; uerum aliquod uniuerſum: eſt etiam ueri uniuerſi illius imago, ipſa uidelicet uiſibilis huius mundi natura. Ipſum igitur quod reuera uniuerſum eſt, in nullo prorſus exiſtit, nullũ enim ens eſt ante ipſum: quod autẽ poſt ipſum extat, hoc iam neceſſarium eſt in uniuerſo eſſe, ſi modo aliquid ſit futurum: præſertim cum ex illo dependeat, neq; abſq; illo manere ualeat uel moueri. Etenim ſiquis hoc in illo ponat, non tanq̃ in loco, intelligens uidelicet locum tanq̃ terminũ quendam corporis continentis quatenus contineat, uel interuallũ aliquod quod prius hoc fuerit quaſi de natura uacui, atq; adhuc exiſtat, ſed affirmet hoc quaſi in illo fundari atq; quieſcere: in illo inquã ubiq; exiſtente atq; id penitus cõprehendente: quiſquis inquam ita poſuerit, nominis huius, ideſt loci appellationem iam dimittens, ipſa cogitatione quod dicitur apprehẽdat. Hoc autem alterius gratia dictum eſt, quia uidelicet uniuerſum illud primumq; & ens neq; locum quærit neq; omnino quieſcit in aliquo. Cum enim undique penitus ſit uniuerſum, fieri non poteſt ut aliquo modo ſibiipſi deſit, ſed implet ſemetipſum, ſibiq; eſt æquale: nec ibi illius eſt uniuerſum, ipſum nanq; uniuerſum illud prorſus exiſtit. Omnino uero ſiquid in uniuerſo fundatur, aliud exiſtens præter ipſum participat illud & cum ipſo conſpirat: item corroboratur ab eo, non diuidens ipſum, ſed reperiens illud in ſeipſo: & ipſum quidem illi propinquans, dum tamen illud non ponitur extra ſeipſum. Fieri nanque non poteſt, ut ens ſit in non ente. Verum ſi non ens in ente fuerit, in ens incidit totum: non enim à ſeipſo illud diſtrahi euelliq; poterat. Atqui quod dicitur uniuerſum illud ubiq; eſſe, intelligendum eſt, in ipſo ente exiſtere, atq; ita in ſemetipſo. Neq; mirum eſt, ſi ipſum quod ubiq; dicitur eſt in ente atque in ſeipſo: iam enim ipſum ubiq; fit in uno. Nos autem ens ipſum eſſe ſenſibile hoc exiſtimantes, conſequenter ipſum quoq; ubiq; hic eſſe putamus: item putãtes hoc ſenſibile magnum eſſe, haud ab re dubitamus, quo modo illa natura per magnum hoc tantumq; protendatur. Sed reuera hoc quod magnum dicitur, paruum eſt: quod autem paruũ exiſtimatur, eſt magnum: ſiquidem totũ illud per uniuerſum partis uniuſcuiuſq; ſe fundit: imò uero uniuerſum hoc undique ſuis partibus ad uniuerſum illud accedens, inuenit illud ubique totum, ſeq; proculdubio maius. Quamobrem quaſi quod ulteriori protenſione nihil plus accepturum ſit (ſic enim forte & extra uniuerſum euadere uideretur) merito penes ipſum circũcurrere uoluit: cum uero non poſſet uel comprehendere uel ſe intrò prorſus inſinuare, ſatis ſibi factum putauit, ſi locum & ordinem ſortiretur, ubi proculdubio ſeruaretur ipſi præſenti propinquãs, rurſusq; non præſenti. Eſt enim illud in ſemetipſo, etiam ſiquid ei uelit adeſſe. Quo ſane ſe cõferens uniuerſi corpus, reperit uniuerſum, adeo ut non ſibi opus ſit ulterius progredi, ſed reuolui expediat in eodem, tanquàm hoc in quo reuoluitur, reuera ſit uniuerſum. Vbi certe ſecundum omnem ſui partẽ toto illo perfruitur. Si enim illud eſſet in loco merito progredi illuc rectaq; uia procedere expediret, atq; in alia eius parte per aliã partẽ illud attingere, neceſſarioq; tum procul tũ prope eſſe contingeret:

Sin autem neq; procul neq; prope illic poteſt accidere, neceſſarium eſt totũ illud adeſſe ſi modo adſit, & profecto illorum unicuiq; totum adeſt, quibus neque propinquum eſt neq; remotum, ſed proprie capere potentibus adeſt.

*Mundus intelligibilis excellentia poteſtatis uires ſuas per omnes partes mundi diffundit: & unicuiq; parti totus adeſt interea ſupereminẽs.* Cap. III.

Sicut omnibus participare potentibus uires communicat ita uiribus ſuis ipſe adeſt: atq; ubi plures impartit uires euidentius adeſt: vbi omnes, euidentiſſime. Neque ſit propria alicuius forma, uel loco proprio circunſcribitur. Alioquin nec ulterius uniuerſum foret, nec omnibus cõmuniter eſſet pręſens. Corpus nõ in ſpecie ſed in quãtitate diuiditur. Ideo facta diuiſione & ſi eadem non reſtat quantitas eadem tamen ſpecies remanet. Cum uero eſſentia, uita, mens prima ſit ſpecies quantitatis expers ſi diuidatur ſecundum ſpeciem diuiſa ipſã ſpeciem permutabit.

NVm igitur uniuerſum illud dicemus ipſum adeſſe. An ipſum quidem in ſeipſo conſiſtere? Vires autem ab eo per cuncta diffundi, atq; ita illud ubiq; eſſe putari. Sic enim animas tanquàm iactus quoſdam inde eſſe tradunt: adeo ut illud quidem in ſeipſo quieſcat: animas autem illinc emiſſas ſecundum animal aliud aliudq; euadere. Sed profecto quibus unum aliquid illius conceditur: propterea quòd neque ant omnem illius naturam in ſe conſeruare: iis nimirum ſic adeſſe dicitur, ut uis quædam adſit illius. Neq; tamen ita ut illud omnino non adſit: nã & tunc illud à ſua illa potentia quàm huic tradidit, minime ſegregatur. Sed quod accepit, tantum apprehendere potuit, ex toto præſente. Vbi uero uires omnes communicantur, illud ipſum eſt euidentiſſime præſens: ſic tamen ut ſimul ſit etiam ſeparatum. Nempe ſi huius rei ſpecies fieret, neque uniuerſum eſſe poſſet, neq; ubiq; eſſet in ſemetipſo conſiſtens, ſed ſecundum accidens, & alterius eſſet. Cum uero nullius ſit, etiam uolentis ipſius eſſe, unicuiq; ipſum uolenti pro illius capacitate propinquat, neq; tamen illius euadit, neq; rurſus alterius, ſed deſiderio adeſt. Neq; igitur mirandũ eſt ſic in omnibus eſſe: quippe cum in nullo rurſus eorum ſic inſit, ut euadat ipſorũ. Quamobrem neq; forte abſurdum eſt animam dicere ſecundum accidẽs, ita cum corpore quodammodo ſimul pati. Siquidem ipſa in ſeipſa dicatur eſſe neq; materię neq; corporis facta. Sed corpus omne per uniuerſum ſui uelut illuſtretur ab anima. Nihil uero mirandum uideri debet ſi uniuerſum illud diuinũ cũ ipſum non ſit in loco adeſt omni quod eſt in loco. Contra uero & mirabile & inſuper impoſsibile foret, ſi illud habens ipſum quoq; locum proprium adeſset alicui quod ſit in loco. Aut ſi adſset omnino. Atq; eſset ita præſens ſicut nos in præſentia dicimus. Nunc autem ratio dictat neceſsarium eſse ut ipſum cũ non habeat locum, cuicunque præſens eſt adeſse totum: cumq; ſit uniuerſo præſens, ſic adeſse, ut & ſingulis adſit totum. Alioqui aliud quidem ipſius hic, aliud autem ibi futurum, adeò ut & partibile ſit & corpus. Iam uero interrogare licet quomodo partiaris. Nunquid uitam diuides? At ubi diuiſeris, ſi totum erat uita, pars uita non erit. Sed nunquid diuides intellectum? ut hic quidem in alio, ille autem in alio ſit, uerũ neuter illorum intellectus erit. An igitur ipſius ens partieris? At uero pars ita non erit ens, ſi totum ens extiterit. Quid ergo? ſiquis obiecerit & corpus diuiſum habere partes, quæ adhuc ipſę

quoq; ſint corpora. Sed profecto partitio non corporis fuit, ſed tanti corporis potius: & corpus unumquodq; ſpecie factum eſt & dictum, qua corpus extitit: hoc autem præcipue quo ad ſpeciem pertinet, non habet proprie quantum quiddam, imò neq; etiam quomodocunq; quantum.

*Vna eſſentia prima, ideſt mens diuina ubique tota eſt ſimiliter una mundi anima. Nec multitudo partium mundanarum impedit quo minus una ſit ubique tota. Nec unitas primæ mentis & animæ prohibet quin multæ præter has mentes ſint & animæ.* Cap. IIII.

NEc per multa corporis eiuſdem membra anima cogitur eſſe multiplex & partibilis; nec per multa corpora euadunt animæ multæ. Sunt enim & mentes & animæ ſuis proprietatibus in ſeipſis inter ſe differentes, etiam ante corpora: ſuntq; in ſeinuicem naturali quadam cognatione & officij communione coniunctæ: & interea alteritate proprietatis eſſentiaq; diſtinctæ, non loco.

CAeterũ quo nam pacto fas eſt dicere ens atq; entia, & multas mẽtes animasq; multas? Si ens ubiq; unum eſt, neq; ſic unum quaſi duntaxat conforme nonnihil: item ſi mens una, ſi anima una: tã etſi acceperimus aliam eſſe animam uniuerſi, alias autẽ reliquas: hæc enim iam dictis refragari uidentur: & quæ dicta ſunt, ſi quam forte neceſſitatem habent, perſuaſionem tamen non afferunt, quippe cum animus incredibile putet, unum ita ubiq; totum idem eſſe. Forte igitur præſtat unũ illud totum partiri, adeo tamen ut id ipſum ex quo partitio fit, nihil inde cõminuatur: aut potius ab illo, ut rectius loquamur, aliqua generare: atq; illud quidem permittere, ut in ſeipſo conſiſtat: quæ uero uelut partes inde gignũtur, eſſe animas omnia iam complentes exiſtimare. Verum ſi illud ens iccirco in ſe conquieſcit, ex eo proprie quòd incredibile uideatur unum aliquod totum eſſe ſimul ubiq;: eadem profecto ratio circa animas ſimiliter dubitabit: hæ nanq; in quibus corporibus totæ eſſe dicuntur in totis, iam ita non erũt; ſed aut diuidentur, aut ſi totæ permaneãt, in quadã corporis parte ſic proprie conquieſcẽt, atq; inde uires ſuas per membra diffundent. Iamq; eadem & de uiribus quæ & de anima ambiguitas orietur, nunquid uis ipſa ubiq; ſit tota. Præterea aliud quidem corporis membrum habebit animã, aliud uero uim animæ ſolam. Sed in primis inueſtigandum eſt quo nam modo conceſſis ſuperioribus multæ ſint animæ, multæ mentes, multa entia præter unum. Iam uero quæ ex prioribus profluunt, ſic tamen ut non magnitudines ſint, ſed numeri, dubitationem ſimiliter afferent, quo nam pacto impleant uniuerſum. Nihil itaque nobis ex multitudine ſic profluente perſpicue compertum eſt ad dubitationem conferens explicandam, quandoquidem & ipſum ens eſſe multa concedimus alteritate quadã, ſed nõ loco: ſimul enim eſt ens uniuerſum quamuis ita ſit multiplex: nempe ut Parmenides ait, ens enti propinquat, ac ſimul eſt uniuerſum. Quinetiã intellectus eſt multiplex alteritate non loco, ſed ſimul eſt omnis. Nunquid & animæ ita ſe habẽt? Forſan & animæ: quoniã illud etiã quod circa corpora partibile dicitur, impartibile rurſus ſecundum naturam eſſe cenſetur. Corpora uero habentia magnitudinem, præſente uidelicet illis hac ipſius animæ natura: imò uero cum corpora ibi ſiant, & quatenus protenduntur, ſecundum omnem partem natura illa animæ ipſius appareat, quæ circa corpora uerſatur, ſic utique circa illa animam

 existi-

anima mundi occupat totum, nunquid corpus propria anima animatū habet ſimul ſuam atq; communẽ? Et ſubdubitat quærendo, quomodo differant ibi hæ duæ animæ. Et reſpondet per adiunctiones differre: quia quis hæc & illa ſit anima, tamen hęc eſt anima eiuſmodi, illa illius modi. Deinde confirmat animam mundi poſſe in corporibus remotis eandẽ eſſe totam, quia & in nobis anima noſtra eadem ſimul tota in pede eſt & manu. Et ſubiungit differentes ſenſus & paſſiones non obſtare, quo minus in homine ſit vna anima, & in mundo vna: quia videlicet in homine quouis vnus eſt iudex, ſic & anima mundi. Deinde interrogat: Cum duæ in nobis ſint animæ, altera communis, altera propria, cur anima noſtra non percipit iudicium animę mundi? Reſpondet: Quia ex iudicio illo non reſultat in nobis compaſſio. Prętereà neque eadem vis animę ſemper quę iudicat, animaduertit ſe iudicare, neque vis quęlibet in eadem anima communicat alteri iudicium ſuum: ideo non eſt mirum, ſi nec vis animę noſtrę perſentit iudiciū cōmunis animæ, neq; illa noſtrę cōmunicat ſuū: ſed ratio in nobis aīaduertit iudicia inferiorū in nobis viriū. Et ratio in anima communi aīaduertit ſimiliter ſuarū iudicia. Ratio quidem noſtra occupata eſt, & diſtracta circa ſenſibilia. Ratio vero communis animę collecta circa intelligibilia: ideo cū circa oppoſita conuertantur, non communicatur iudiciū ab altera in alteram facile. Mitto nunc quomodo per communem animam ſit in nobis cōmunio quędam vitę & conſenſus & compaſſionis tum inter nos tum ad mundana & cęleſtia, in qua vnione conſiſtit vis attractionis & magicę. Tu caue ne putes Plotinum ponere vnam tātum in cunctis animam: hoc enim illi repugnat vbique.

QVid ergo non ad aliud corpus accedit? Forſan uero corpus illud ſi modo poſſit, oportet accedere: accedens autem accipit inde & poſſidet quod accepit. Quid igitur? Corpus aliud animā ne habet eādem, poſſidens uidelicet interim ipſum quoq; ſuam quam habet animam? Quid enim differt? Profecto adiunctionibus differt. Prętereà quomodo in pede manuq; eandẽ ponimus animā, animā uero quę eſt in hac uniuerſi parte nō affirmamus eandem cū anima illa quæ ſit in alia eiuſdem parte? Sin autem ſenſus differentes ſunt, paſſiones etiam incidentes eſſe differentes exiſtimandum. Alia igitur ſunt quæ iudicantur, iudicans uero non aliud: nempe iudex idem in aliis & aliis iudicat paſſionibus: quàmuis patiens nō ſit idem ipſe qui iudicat, ſed hæc potius corporis talis natura: idq; perinde ſe habet, uelut ſiquis noſtrum & uoluptatem iudicet, quæ ſit circa digitum, & dolorem qui circa caput. Cur nam igitur altera iudicium alterius non perſentit? Forſan quia iudicium illud eſt, non paſſio. Præterea neque uis ipſa quæ iudicat, dicit, iam iudicaui: ſed iudicauit tantum. Quoniam neque apud nos quidem uiſus auditui nuntiat, quàmuis uterque iam iudicarit; ſed præſidens utriſque ratio: hæc autem eſt ab utriſque diuerſa. Sæpe uero & ratio quod in alio iudicium eſt cognouit, alteriusq; paſſionem animaduertit. Verum de hoc alibi quoq; diximus.

*Multitudo numerorum ab uno, & linearum à centro fluentium, non prohibent quo minus uel unum illud uel centrum hoc impartibile ſit & unicum. Similiter anima non cogitur diuiſibilis fieri, aut multiplex propter diuerſa membra uel corpora.* Cap. VII.

IMō ſicut virtus rectrix tota eſt in qualibet parte ponderis, ac lumen idem indiuiſibile totum in qualibet parte aeris, ſic & anima.

SEd dicamus iterum, quomodo idem per omnia ſit. Id autem ſimile eſt ac ſi quæramus, qua conditione unumquodq; multorum ſenſibilium ſparſim undequaque diſpoſitorum eiuſdem naturæ ſit particeps. Profecto conſtat, nefas eſſe unum ipſum propter rerum multitudinem in multa partiri, ſed decere potius multa diuiſa in unum rite colligere;

quō

quod quidem ad hæc non uenerit. Sed hæc quia diſſecta ſunt, opinari nos cōpulerunt, illud quoq; ſecundum hæc quodammodo eſſe diſiectum: uelut ſiquis id quod ſuperat atq; continet unà cum eo quod continetur in partes æquales putauerit diuidendum: tametſi continere quidem poteſt manus corpus totum lignumq; multicubitū, & quoduis aliud: ubi profecto uis ipſa quæ continet in eo quod tenetur, ubiq; uiget: neq; tamē diuiditur in partes æquales ſimul cum eo quod manu tenetur, quamuis appareat quatenus manus attingit, eatenus eſſe potentiam circunſcriptam: at manus interim ſua quadam quantitate deſcribitur, non quantitate corporis quod ſuſpenditur & tenetur. Atqui ſi adiunxeris ſuſpenſo corpori aliam longitudinem, manusq; illam ualeat ſuſtinere, uis ipſa regendi illud quoq; reget, nō ſecta uidelicet in partes totidem quot habet & corpus. Quid ergo ſiquis finxerit corporeā manus molem clàm è medio ſurripi, ſed relinquat intera uim illic eandem, quæ pondus antea ſuſtinebat, eratq; prius in manu, nonne uis eadem impartibilis in toto ſimiliter pōdere per quamlibet erit partem? Præterea ſi exiguum quoddam lucidumq; corpuſculū pro centro alibi fixeris, eiq; maius aliquid corpus ſphæricum & perſpicuum circunpoſueris, adeo ut intimi corpuſculi lumen in toto circundante perluceat, ubi non ſit aliunde terra externæ moli, nonne intimum lumen illud dicemus dum nihil patitur, ſed permanet, per totam molem extrinſecam proceſſiſſe: atq; lumē ibi in corpuſculo paruo cōſpicuum, inde totum quod circunſtat, penitus comprehendiſſe. Quoniam uero non ex ipſa corporea mole illius centri lumen ipſum extabat: nō enim qua corpus eſt poſſidebat lumen, ſed qua corpus lucidum, per uirtutem uidelicet aliam incorpoream. Dic age ſiquis corporis illius molem ſubtraxerit, uim uero luminis ibi ſeruauerit, nūquid ulterius dicturus ſis alicubi proprie lumen eſſe? Nōnne potius erit æque & intus & per ſphæram totam exteriorem: neq; amplius cogitationem figes, ubi erat antea poſitum. Neq; dices ulterius uel unde uel ubi ſit lumen, ſed de hoc eris ambiguus ac prorſus admirabūdus: ſimul autem & hic & ibi per globum lumen idem inſpicies. Iam uero & circa ſolem potes dicere unde potiſſimum lumen totum aerem circunluſtrat, quando uidelicet in corpus ſolis aciem dirigis: ſimulq; lumen idem ubiq; circunſpicis, neq; diuiſum: id uero teſtātur ipſæ quæ ex lumine fiūt deciſiones quædam, quæ profecto non alibi lumen reddunt, q̄ eregione unde lumen effluxerat: neq; lumen ſecant, neq; comminuunt. Atqui ſi ſol ipſe uirtus quædam ſola foret à corpore ſegregata lumēq; effunderet, neq; hinc uel alicunde prorſus exordiretur, neq; tu unde mittatur ſignificares, ſed eſſet omnino lumen ubiq; unum idemq; exiſtens, neque exordiens, neque habens alicunde principium.

*Anima cum ſit prior omni re corporea, merito à nulla depēdet: nullo igitur loco indiget, nulli eſt addicta, ad omnem igitur locum indifferenter & æque ſe habet: ideo & ubique communiter eſt & nuſquam, niſi quandoque dan per proprium affectum quandoque ad aliquid proprium ſeſe applicet.* Cap. VIII.

ITem cum ſit indiuidua, vbicunq; eſt exiſtit tota. Quicquid igit̃ illā ſuſcipit, accipiens non diuiſam ſuſcipit quodāmodo totā, q̄uis non cūctis eius viribus penitus perfruat̃. Anima mundi ſicut in corporibus ipſa non ſit corpus vel paſſio vel forma propria corporis, ita nō ſit multiplex, nec diuidit̃, neq; patit̃: & quoniā mancipat̃ nulli expedita, cunctis adeſt.

Profecto

Profecto quoniam lumen eſt corporis aliquid, unde uenerit facile potes dicere, quippe cum ubi ſit corpus illud, ualeas indicare. Siquid autē expers materiæ ſit, neq; indigeat corpore, quippe cum naturaliter prius ſit omni corpore fundatum in ſeipſo: imò uero tali quodam fundamento non indigens, hoc inquā natura eiuſmodi prçditum non habens principium unde exordiatur, nec intra locū aliquē habitans, nec corporis alicuius exiſtens, quo nā pacto dicere poteris aliquid eius eſſe hic, & illic eius aliquid eſſe? Sic enim & unde exordiretur haberet, & alieni iuris exiſteret. Reliquum igitur eſt aſſerere, ſiquid accipit illud, ipſa totius potentia, totum illud accipere. Nec illud propterea uel aliud quiddā, uel partibile fieri. Ei nanq; quod habet corpus quamuis ſæpe per accidens, rite tamen pati conuenit. Et hac ipſa ratione paſſiuum & diuiſibile iudicari poteſt. Quandoquidem corporis aliquid eſt, uel tanq̄ paſſio, uel tanquam ſpecies. Quod autē nullius corporis eſt, ſed tale prorſus exiſtit, ut corpus eſſe illius affectet, neceſſariū eſt tum cæteras corporis paſſiões in ſe nullas admittere, tum uel maxime diuidi nullo modo poſſe. Diuiſio enim corporis paſſio eſt, atq; primo, & qua eſt corpus: ſi igitur qua eſt corpus diuiſibile eſt, nimirū qua nō corpus eſt, indiuiſibile prorſus exiſtit. Qua enim cōditiōe diuides quod magnitudinem nullam habet? Si igitur quod magnitudinem habet eius quoquo modo ſit particeps, quod magnitudinem habet nullā, illud percipit nō diuiſum: alioqui magnitudinem illud rurſus haberet. Quando igitur unum eſſe dicis in multis, nō ipſum multa factum dicis: ſed multorum potius paſſionem, circum illi uni ſubnectis in multis ipſum ſimul inſpiciēs. Vnum uero illud in ipſis ſic accipiendum eſt, ut neq; uniuſcuiuſq; illorum, neq; cunctorum ſimul iam ſit effectum. Sed illud quidem ſui iuris ſit, ipſumq; met exiſtat: cumq; ipſummet exiſtat ſibi nuſquam deeſſe, defectum'ue nullum admittere. Neq; rurſus putandum eſt ipſum eſſe proprie tantum quantum eſt ſenſibile uniuerſum ne dum tantum ſit duntaxat, quanta pars aliqua uniuerſi. Omnino enim neq; eſt ullo modo quantum. Quo igitur modo tantum proprie erit aut tantum, tanta nanq; menſura corpori cōuenit. Ei uero quod non eſt corpus, ſed natura alia præditum, nullo modo menſura tanta eſt adhibenda. Cum neq; etiam tale aliquid ſit: neq; igitur alicubi eſt ponendum. Nec itaq; hic & ibi: alioqui ſæpe foret alicubi. Si igitur diuiſio ſecundum loca conuenit, quando aliquid rei ipſius hic eſt, & aliquid ibi, ſequitur, ut cui non conuenit alicubi eſse, nullo modo partitio congruat. Quamobrem neceſsarium eſt, illud ſecum ipſo impartibile permanere, quamuis multa illud affectent, ac etiam aſſequantur. Si ergo multa illud deſiderant, conſtat totū ipſum appetere. Itaque ſi aſſequi poſsint, totum ipſum pro uiribus aſsequi. Quamobrem oportet quæ participant illud, ita illius participare, quaſi non participent. Quippe cum ipſum propriū nullius euaſerit. Sic enim manet in ſeipſo totū. Simulq; in quibus inſpicitur, totū permanet, & occurrit. Alioqui niſi totū ibi permanſerit, neq; ipſum quidē erit, neq; res ipſç id ipſum quod optant participabunt. Sed aliud quiddam potius quod minime appetebant.

ſunt, ibidem ſimul & illud à quo gignuntur. Quamobrem ubiq; ſimul iterũ erit illud totum nullo modo diuiſum.

*Omnis intellectualis anima eſt expreſſa imago & uirtus quodam intellectus primi per eſſentiam immobilis, quoniam ab immobili ſolum exiſtit eſſentia.* Cap. X.

SImiliter radij ſolis firmi perſeuerarent, ſi ſol ipſe permanſerit, vbiq; ſunt res, & vires quæ daturica dependent ex perpetuis à mente, vel anima prima, ſicut ſpecularis imago. vbiq; igitur mens prima eſt ſimiliter, & anima prima. Tu vero hic & ſupra & infra ſæpe per verba Plotini notabis plures eſſe mentium animarumq; ſubſtantias ſemper inter ſe diſtinctas, quamuis inter eas vnio ſit mirabilis.

SIquis autem obiiciat non eſſe neceſſarium, imaginem ab exemplari cõtinue dependere, reperiri enim imaginem abſente exemplo à quo imago extiterit. Item abſente igne, calorẽ in calefacto reſtare, primo quidem quantum ad exemplar & imaginem pertinet, reſpondemus. Siquis imaginem à pictore factam induxerit, exemplar ipſum imaginẽ non feciſſe: ſed pictorem potius effeciſſe illam, neq; tamen ipſius imaginem, etiã ſi ſeipſum pingere quis optauerit. Nõ enim corpus pictoris, neq; forma quam pictura illic imitatur proprie pingit: neque pictorem, ſed talem quandam colorũ poſitionem exiſtimare debemus talem imaginẽ facere. Sed neq; proprie hic introducta eſt imaginis ſimilitudinisq; effectio, qualis potius eſt in aqua, ſpeculis, umbris: ubi profecto ſimilitudo quædam priori proprie ſubeſt, fitq; ab illo: neq; poteſt cum inde proprie fiat ab illo ſeorſum exiſtere: hoc autẽ modo reuera debiliores quoque uires à præſtantioribus ſuperioribusq; fieri rite prorſus exiſtimabunt. Proinde ad illud quod de igne obiiciebatur, reſpõdemus, calorẽ non eſſe ignis imaginem, niſi quis forte dixerit, in calore quoq; ignẽ eſſe. Si enim id affirmauerit, ita calorẽ ab igne non ſegregabit. Iam uero & ſi non ſubito, tamen paulopoſt calefactũ corpus refrigeſcit, igne illinc abeunte. Cęterũ ſiqui dixerint has quoq; uires ab intelligibili mundo huic uniuerſo infuſas extingui. Primo quidẽ unũ duntaxat eſſe immortale putabũt: animas aũt & intellectum mortalia iudicabunt. Præterea quæ ex immobili ſunt eſſentia, fluere nõ recte concedent: quanquàm ſicubi ſol ipſe fingatur lumen idẽ eiſdẽ locis infunderet: at ſiquis obiiciat non idẽ prorſus infundere, ex hoc ipſo ſibi perſuadere facile poterit, corpus ſolis cõtinue fluere. Quod autẽ quæ à mundo intelligibili ſunt morti nõ ſint obnoxia, animæq; & intellectus omnis ſint immortales, alibi quoq; eſt ex pluribus confirmatum.

*Anima noſtra tota totiſq; ſuis uiribus cuilibet membro adeſt, quamuis alia membra alias uires inde alias & magis minuſque accipiant. Similiter ad mundi partes anima mundi atque diuina eſt habitat.* Cap. XI.

REs corporeæ inter ſe diſtant ſæpe per exteriores terminos. Res vero incorporeæ quamuis per externos terminos inter ſe non diſtent, intimis tamen proprietatibus diſcernuntur. Sic ideæ ab ideis in mente, ſcientiæ à ſcientiis in anima intellectuali, mẽs ab anima, mẽs à mentibus, animæ ab animis. Corpus quidem corpori non facile adeſt, facile corpus animæ, facilius autem animæ anima, atq; menti faciliime mens. Facilior quidem eſt vnio luminis ad lumen, quàm luminis ad diaphanum. Atq; facilior hæc, quàm qualitatis ad qualitatem vel ad corpus, rurſusq; iſta facilior, quàm corporum inter ſe commercium.

CAeterum ſi uniuerſum ipſum intelligibile eſt ubiq; totũ, cur non & omnia intelligibile totum accipiſſet: Item quomodo in ordine intelligibili hoc quidem primum eſt, illud uero ſecundũ, & ſimiliter alia conſequenter. Sed profecto quæ ad capiendum paratiora

 ſunt,

Sed hoc quidem non omnis admittit opinio: ideo uero dictum ſit, ut confirmetur unum eodemq́; participationem in multis expleri. At in uoce manifeſtius eſt quod quærimus, uidelicet in toto quodam aere, & qualibet eius parte ſpeciem eſſe totã. Non enim quilibet audiret idem: niſi ubiq; oratio expreſſa per uocem tota prorſus exiſteret, atq; audiens omnis totã ſimiliter hauriret. Proinde ſi tota uox per aerem totum non ſic extenditur, ut hæc quidem eius pars cum hac parte aeris copuletur, illa uero cum alia ſimul diſtribuatur, cur nam mirum credendũ ſit animã unam eſſe rebus cunctis infuſam quidẽ, neq; tamen unã cũ extenſione eorum extenſam, neq; cum eorũ diuiſione diuiſam. Sed ubicunq; adeſt, adeſſe totam, eſſeq; in qualibet uniuerſi parte non in partes minime diſtributam. Iam uero quando per corpora funditur, quomodocunq; propinquet, proportionalem quandã habet cum illa uocis ſimilitudinẽ, quæ iam eſt expreſſa per aerem. Dum autẽ extat ſuper corpora ſimilitudinẽ quã dam uidetur habere cũ uocante quodã atq; etiam uocato. Tametſi in ſuum corpori, neq; ſic quidem deſinit uim uocantis habere. Qui ſane uocans & uocem habet & tradit. Sed quantum ad id quod pertinet non idẽ eſt omnino, cum illis ad quæ declaranda nobis eſt introductũ, ſed nonnihil ſimilitudinis habet. Quantum uero ſpectat ad animã, ut pote quæ eſt naturæ diuerſæ ſic accipiendum eſt, ut non ſit aliud quidẽ animæ in corporibus, aliud uero poſitum in ſeipſo: ſed totũ & ipſe & in multis rurſus appareat. Atqui rurſus accedit aliud interim ad animam capiendam. Quod quidem ipſum quoq; accipit ex occulto, quod certe in aliis etiã exiſtebat. Non enim ſic præparata res eſt, ut præſentia quæ hic poſita ad hoc accederet. Sed hoc ipſum quod accedere dicitur, erat in uniuerſo, uidelicet in ſeipſo, atq; in ſeipſo exiſtit. Quamuis huc deſcendere uideatur: quo enim modo ueniret? Si igitur nõ acceſſit, apparuit autẽ nunc animã præſens, neq; ita præſens, ut participaturũ aliquid expectaret. Conſtat nimirũ animam in ſe exiſtentem, corpori quoq; adeſſe. Si autẽ in ſe exiſtens, huic eſt præſens, merito hoc acceſſit ad ipſam. Quod ſi ita ſit, ſequitur ut hoc cũ eſſet extra illud quod ſic exiſtit, ad id ipſum quod ita exiſtit acceſſerit, in ipſo uitæ mundo receptũ. Ipſe autẽ uitæ mundus in ſeipſo cõſiſtit, atq; ſic uniuerſus in ſemetipſo, ut nõ ſit in molẽ ſuã aliquã diſtributus. Neq; enim illic eſt moles: iam uero & quod illuc ſe contulit, non in molẽ ſe aliquã cõtulit. Particeps igitur ipſius euaſit, non partis quidem alicuius, ſed totius. Et ſi quid aliud ad mundum accedat eiuſmodi, particeps ſimiliter totius euadet. Quamobrẽ ſi dicatur ille in his eſſe ſimiliter totus, in quolibet uniuerſo cõſiſtit. Id & agit unus numero ubiq; nõ diuiſus, ſed ſimul totus eſt præſens.

*Quod in mundo corporeo eſt extenſio quantitatis, id in mundo uitæ eſt poteſtatis exceſſus. Et quando ille dicitur eſſe hic uel ibi, nullam ibi locorum diſtantiam [illegible], ſed quicquid ubicunque eſt, totum illum inuenire præſentem.* Caput XIII.

Nam per indiuiduum illum vigorem quaſi glutinum omnia per ſe diſperſa perpetuo connectuntur, neq; vigor eiuſmodi cunctis impertiens eſt paruum quiddam, vel quaſi punctum. Non enim poſſideret vbique totum.

Vnde nam igitur extenſio prouenit, quæ per totum cælum & animalia fit. Sed profecto uitæ mundus ille non eſt extenſus. Senſus enim quo freti, quæ hic dicuntur, minime credimus; dicit nobis hic

eſſe & ibi. Ratio uero dictat hoc ipſum quod dicitur hic & [illegible] naturam illam eſſe hic ibiq; extenſum. Sed quicquid extenſum [illegible] lud participare, cum tamen ipſum in ſe nullam diſtantiã [illegible] tur participat aliquid, conſtat non participare ſeipſum: alioqui [illegible] quidem foret, ſed illud ipſum exiſteret. Oportet ergo corpus [illegible] ſit particeps, non corporis effici particeps, habet enim [illegible] am. Corpus itaq; non corpus participabit, neq; magnitudo [illegible] nem: iam enim habet. Neq; uero ſiquid prius etiam [illegible] magnum [illegible] accipiat magnitudinis, participabit propterea magnitudinem [illegible] cubitum fit tricubitum, ſed ſubiectum potius aliam poſſidens [illegible] deinde ſuſcipit aliam. Alioqui ſic duo quidem ipſe tria erit. Si [illegible] ſperſum extenſumq; eſt in quantitatis mole aliud quiddam [illegible] no aliud participat, oportet illud cuius euadit particeps, neq; [illegible] neq; extenſum, neq; omnino quantum aliquid eſſe: quamobrem [illegible] totum ipſum adeſſe debet, indiuiſum oportet adeſſe. Neq; ſi [illegible] tibile uelut paruum. Sic enim nihilominus erit & diuiſibile. Neq; [illegible] uniuerſo: neque cum propinqua moles augetur, idem ſe pro [illegible] neque ſic etiam quaſi punctum. Non enim punctum unum eſt [illegible] ſed infinita in ea ſunt puncta. Quapropter & hoc infinita erit [illegible] habeat puncti naturam, neq; continuum erit. Itaq; neq; ſic [illegible] uniuerſo. Si igitur uniuerſa moles ipſum habeat, totum proſecto [illegible] ſui partes habebit.

*Praeter unam primamq; mundi animam, oportet eſſe proprias animas [illegible] externis quibuſdam localibusq; terminis, ſed intimis proprietatibus inter ſe diſtinctas.*

HAs vero quaſi collegas vnà cum mente regina ac duce mundi anima [illegible] pellamus vitæ mundum. Sunt autẽ magis inuicem vnitæ deſuper vbi per [illegible] lem proprietatem intelligibili mundo, id eſt mente diuina. Veſte celeſti [illegible] incumbunt. Magis vero diſiunctæ inuicem deinceps euadunt, vbi proprietatem [illegible] magis explicant. Atq; hoc per vegetalem iam regnantẽ, ad generandũ animal ſe d[illegible] Ex mundo vitæ qui totus vnà cum omnibus ſuis animis ſemper eſt vbiq; alia corp[illegible] atq; aliter vitas animasq; ſuſcipiunt. Quemadmodum & ab anima mundi quo[illegible] pora, & à qualibet anima propria ſimiliter differentia membra, vires, actiones[illegible] percipiunt.

VErum ſi eadem ubiq; uiget anima, quo nam modo propria [illegible] uſcuiuſq; anima eſt? Et quomodo hæc quidẽ bona eſt, [illegible] mala? Forſan uero & unicuiq; ſufficit, & animas omnes [illegible] intellectus omnes. Eſt enim ibi unũ ac etiam infinitũ, [illegible] ſimul, habetq; unumquodq; diſcretum. Ac rurſus non diſcretũ [illegible] qui quomodo ineſſet & infinitum? Aut ita licet dicere, naturã illam [illegible] mul habere omnem uitam, omnemq; animam, mentẽ ſimiliter [illegible] quodq; uero ipſorũ nullis terminis inter ſe diſiungi. Atq; idcirco [illegible] exiſtere. Oportuit namq; ſupernum illud non unam duntaxat habere [illegible] ſed infinitã, rurſusq; unã. Atq; unam ipſam ita unam, quoniã [illegible] ſimul inquã non congeſtas in unũ, ſed incipiẽtes ab uno, atq; ibi [illegible] rane permanentes: imò uero nec inceperũt, ſed ſemper ita ſe habent [illegible] enim quod fiat eſt ibi, neq; quicq̃ ergo diuiſum. Sed diuidi uidetur [illegible]

tum fame concitum tum aliis querelis impulſum, concionem totam protinus interturbat. Quoties enim dum tales quietem agunt, ad illos ratio peruenit à prudente, populus ordine certo diſponitur: & quod deterius eſt in urbe, non ſuperat: alioqui quod deterius eſt, peruincit, tūc eo quod melius eſt uacāte: quippe cū populus perturbatus rationē nō potuerit à ſuperiore ſuſcipere. Atq; hæc eſt ciuitatis & concionis improbitas: hæc iterū & prauitas hominis uidelicet in ſe habentis populum uoluptatum, & libidinum timorūq; ſuperantium, quando ſcilicet tali cuidam populo hominis ſic affecti concedit. Alius uero in ſeruitutē redigit eiuſmodi turbam, refugitq; ad illum qui fuerat olim, uiuitq; ſecundum illum, atq; ille ipſe eſt, concedens interea corpori quęcunq; indulget tanq̃ alieno cuidam atq; diuerſo. Neq; deeſt & qui tū ſic quidē tum aliter uitam agat ex bono quodā ſui ipſius prauoq; cōmixtus.

*Quando audimus animam noſtram deſcendere uel aſcendere, non debemus intelligere propriè locū mutare: ſed deſcendere quidem, ideſt afflare uitam corpori, eiq; affici: aſcendere uero contrà, ſcilicet nec afflare, nec affici.* Cap. XVI.

ANima noſtra per potentiam intellectualem ſemper eſt vniuerſum: per rationalem vero & imaginalem atque vegetalem aliquando eſt vniuerſum, aliquando pars vniuerſi: quemadmodum luna vel plena vel ſemiplena viciſſim. Quando enim nondum ad particulare hoc corpus afficitur, circa vniuerſam mundi formam inſtar animæ mundi ratione imaginationeq; & vtcunque poteſt, ſeminalium virium amplificatione ſe verſat. Vbi anima noſtra actu quidem vniuerſalis eſt, potentia vero particularis. Euadit autem pars vniuerſi, quando ad corpus hoc vniuerſi partem affectu proprio ſe deflectit: quo quidem in habitu particularis quidem eſt actu, vniuerſalis vero potentia. Proinde quando anima vniuerſalis euadit, nō deſinit eſſe particularis: nam & proprietas hæc in ipſa habitus vniuerſitate deprehenditur. Idolum animæ intellige vitale ſpiraculum animæ circa corpus, quod in nobis eſt geminum: alterum quidem ab anima noſtra, alterum ab anima mundi. Noſtrum quidem ab anima noſtra ſeparari non poteſt, ſed ab effectu vacare: mundanum vero ab anima noſtra ſegregari poteſt.

VErum ſi illa natura fieri mala nō poteſt, atq; hic eſt modus quo anima uenit in corpus & adeſt, quæritur deinceps, quis nam deſcenſus ſit, rurſumq; aſcenſus certis temporum curriculis reſtitutus: quæ nam ſint iudicia iuſtaq; ſupplicia animarum: quæ deniq; infuſiones in corpora animalium reliquorum? Hęc enim ab antiquis optime de anima philoſophatis accepimus. Et profecto conādum eſt præſentem ſermonem aut illis conſonum demonſtrare, aut certe non diſſonum. Quod igitur iam conſtitit hoc ipſum quod dicitur naturę illius participare, non eſſe quidem ad hæc illam deſcendere à ſe diſcedentem: ſed potius naturā hanc in illa fieri participemq; illius euadere, quod uidelicet illi uenire animā nūcupant. Idq; ſane aſſeuerandū eſt, eſſe naturā corporis ibi fieri, participēq; uitæ animæq; euadere. Atq; omnino hoc ipſum uenire non eſt ſecundum locum accipiendum, ſed aliter, quęcunq; communionis eiuſmodi conditio ſit. Quamobrem deſcendere quidem dicendum eſt animam inſinuari corpori, quemadmodum infundi illam corpori diximus: id autem eſt huic ex ſe aliquid tradere, ita tamen, ut anima corporis non euadat. Abire autem à corpore, id eſſe uidelicet corpus illius nihil participare. Exiſtimandum eſt præterea, ordinem communiōis eiuſmodi partibus uniuerſi huius exiſtere: ipſam uero animam uelut in extremo intelligibilis loci poſitam frequenter ex ſe

aliquid

aliquid elargiri, utpote quę per potentiam eſt propinqua in breuioribus quę interuallis, ideoq; naturæ eiuſmodi lege tribuere. Eiuſmodi uero cōiugium eſſe malum, diuortium uero bonum. Sed cur nam? Quia etſi anima non erat proprie huius, attamen quando huius fieri quomodocunq; dicitur, ex uniuerſo quodammodo particularis euadit: actus enim eius non amplius eſt ad totum, quis ſit ipſa totius. Quemadmodum in illo accidit, qui cum ſcientiam habeat totam, ſecundum quandam notionem eius ſolum agit: bonum uero ſcientis ipſius erat, non per aliquam eius ſcientię partem, ſed per totam quam poſſidet, agere. Iam uero anima ipſa cum mundi intelligibilis totius exiſteret, atq; in toto partem abſconderet, quandoq; ex uniuerſo prorupit in partem: quippe cum illud in quod ſeipſam egit, pars exiſteret. Quemadmodum ſi ignis potens comburere totum, paruum quiddam adurere compellatur, quis uim poſſideat omnem. Vnaquęq; enim anima quando hinc eſt penitus ſegregata, non proprie duntaxat eſt unaquæq; : ſed quando ſecernitur non loco ſed actu, fitq; aliquid ſingulare, ipſa tunc portio quædam eſt, non amplius uniuerſa: quanq̃ & alio quodam pacto uelut uniuerſa conſiſtit: quando uero nulli proprie præſidet, prorſus eſt uniuerſa, quippe quæ tunc potentia quadam pars eſſe ſit iudicanda. Proinde quòd tradūt animam ad inferos proficiſci, ſi inferorum nomen uelint occultū quiddam ſignificare, apud inferos proficiſci nihil aliud eſt quàm eſſe ſeorſum. Sin autem hoc nomine locum quendam deſignent deteriorem, quid mirum? quandoquidem & nunc ubi corpus noſtrum eſt, & quo in loco, ibidem eſſe anima fertur. Verū quando [illegible] non extat corpus, quid nam eſt eſſe animam apud inferos? Forſan uero ſi animæ ſimulacrum non prorſus euellatur, cur non ibi eſſe animam cogitemus ubi eſt animæ ſimulacrum? Sin autem philoſophia ſoluat omnino, ſimulacrum in locum deteriorem abit ſolum: ipſa uero anima pure admodum in mundo intelligibili uiuit, nihilo tunc ex ipſa excepto ſiue foras educto: atq; ita quidem ſe habeat, quod ex tali quodam efficitur ſimulacrū. Sed cum ipſa uelut in ſe refulget, nutu quodam ad illa quæ hinc ſunt aliena, nunc ad totum iam contrahitur, neque exiſtit actu, neq; etiam interit. Sed de his quidem hæc dicta ſufficiant: propoſitam uero ab initio diſputationem iterum reſumamus.

## MARSILII FICINI FLORENTINI

### IN LIBRVM, QVOD ENS VNVM IDEMQVE EXISTENS, ſimul ſit vbique totum, II.

### ANNOTATIONES.

*Naturale iudicium quod [illegible] declarat unum deum eſſe ubique totum. Item naturalis omnium appetitus ad unum bonum reuocans omnia, [illegible] uniuerſam cunctis naturam pendere ex uno ſimpliciter bono, atque per ipſum unionem mutuam poſſidere.* Cap. I.

PRimum vero ſuſceptaculum ipſius vnius boni eſt ipſum ens primum, quod quidem vna cum ipſo vnum ſimul totum eſt vbique.

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER V.

## QVOD ENS VNVM IDEMQVE EXISTENS ſimul ſit ubique totum, II.

VNVM quiddam idemq; numero eſſe ſimul ubiq; totum, communis indicat mentis humanæ conceptio, quando omnes naturali quodam inſtinctu clamant, in unoquoq; noſtrum eſſe deũ, adeo ut unus in omnibus idemq; ſit deus. Ac ſiquis huius præſentiæ modum ab eis minime ſciſcitetur, neq; contendat opinionem illam ratione diſcutere, ita proculdubio confirmabũt, idq; ex cogitatione propria machinati penitus conquieſcẽt. Qua quidem in re in unum idemq; pari ſtudio annituntur, neq; ullo pacto uellent ab hac unione diuelli. Iam uero principium eiuſmodi omnium eſt firmiſſimũ, quod animæ noſtræ naturali ſpiritu ſonãt: quod inquã non ex ſingulis eſt concluſum, ſed ante omnia diſpoſita ſingulatim nobis uenit in mentem: atq; ante principium illud, quo traditur omnia bonum appetere. Sic enim principium hoc uerum eſt, ſi omnia ad unum naturaliter properent, unũq; quodammodo ſint, atq; unũ ipſum extet, ad ipſumq; appetitio dirigatur. Siquidem unum hoc procedens in partem alteram, quatenus poſſibile eſt procedere, nimirum multa & apparere poteſt, & quodammodo unum eſſe. Antiqua uero principaliſq; natura & appetitio boni, quod quidem exiſtit ſui in unum reuera perducit, atq; in hoc ad ſeipſam ſtudet uniuerſa natura: hoc enim huic uni naturæ bonum eſt, uidelicet ſuiipſius exiſtere, ipſamq; eſſe, hoc autem eſt eſſe unam. Sic uero & bonum recte admodum dicitur proprium atq; domeſticum, quamobrem nõ extra quærendum eſt. Sanè ubinam eſſet qui extra ens hinc uel illinc exciderit? Aut quo nam modo in nõ ente reperiat ipſum? Sed certe in ipſo ente quærendum eſt, neq; ita ut ſit ipſum non ens: ſi autem ens illud eſt atq; in ente, certe in ſeipſo eſt in quolibet. Nõ igitur ab ente diſtamus, ſed ſumus in ipſo: neq; rurſus diſtat illud à nobis: unum ergo ſunt entia omnia.

*Mundus ſenſibilis tribus præcipue modis eſt diſperſus, extenſione diuiſioneq; locali, item ſucceſſione temporali: rurſum mutua qualitatum contrarietate. Mundus uero intelligibilis, ideſt prima ideatum plenitudo, nullam admittit eiuſmodi diuiſionem. Similiter neque mundus uitæ, ideſt animarum intellectualium cœtus cum prima mente eiuſq; ideis mirabiliter copulatus.* Cap. II.

VErum ne propter vnionem hic & ſupra & infra à Plotino frequentius cebratam, ſuſpiceris nec mentes nec animas eſſe numero plures, attende quid dicam. Hic enim dicit vnum eſſe entia omnia, quæ conſtat non eſſe vnum indiuiduali eſſentiæ vnitate, ſed ex eo dicit vnũ eſſe, quia ſunt ab vno, & ad vnũ vnitate quadam naturalis deſiderij confluunt. Item, quia omnia ſeparata quæ appellat entia, ſunt in ſeinuicem nullis locorũ terminis prohibentibus. Item, quia inferiora inter gradus entium præcipuam actionem ſuam peragunt ſub forma & actu ſuperiorum. Similiter intelligit de vnione animarum rationalium cũ anima vniuerſa. Item in libro de numeris dicit entia omnia vnum eſſe, nõ vnum vt vnitas numeralis, ſed vt numerus vnus, ideſt millenarius. Sic ergo ſignificat, quando dicit omnes animas vnum. Denique de mundo vitæ mirabiliter vnito cogitandum eſt, non per rationem ex mundo corporeo argumentantem, ſed per intellectum maxime in nobis vnitum exordientem ab ipſa rei ſubſtantia: quicquid enim in illo mundo eſt, ſubſtantiale eſt iudicandum.

CVm uero rationis diſputatiõiſq; humanæ conditio, quæ quod hic propoſitum eſt diſcutiendum aggreditur, non unum aliquid proprie ſit, ſed diuiſum quiddam, atq; ad ipſam inquiſitionem corpoream

naturam

aut certe ſi hoc eſt impoſſibile, extatq; neceſſario natura talis atq; eſsentia, omnino concedere quod nobis eſt à principio poſitum, unum ſcilicet idemque numero, non diuiſum, ſed totum prorſus exiſtens, à nullo reliquorum quæ ſunt præter ipſum, eſſe remotum: neq; tamen ad hoc ut omnibus adſit, diffundi paſſim ullo modo cogi: neq; rurſus ita duntaxat adeſſe, ut portiões ab eo aliquæ profluant: neq; iterum ex eo, quòd ipſum quidem in ſe maneat totum, aliud uero quippiam ab eo factum deſerat ipſum, atq; ita paſſim progrediať in alia: alioqui ita certe ipſum quidẽ foret alibi: quod itẽ fit ab eo, alibi quoq; foret: atq; ipſum cum iam à ſuis effectibus ſit diſcretũ, locum iam proprium poſſidebit. Licet rurſus circa illa quæ ab eo manant, hunc in modum argumentari: Aut quodlibet eorum totum ipſum exiſtit, aut pars quædam ſolum: ac ſi pars, non ſeruabit totius naturam, quod eſt utiq; dictum: ſin aũt eſt unumquodq; totum, aut quodlibet in partes totidem partiemur, in quot & illud in quo manet, atq; ita iam eſt diuiſum: aut certe idem ubiq; totũ eſſe iam poſſe fatebimur. Hæc itaq; ratio ex ipſa re ipſa'que eſſentia deducta eſt, nec alieni quicq̃ admittit, nec ex diuerſa natura aliquid accipit.

*Communis omnium ſententia atque ipſa ratio dictat, unumquenq; deorum ubique ſimul exiſtere: Sed ut deus uniuerſum ſimul obſideat locum, non cogitur rareſieri aut diuidi, alioqui corporeus foret, & debilitaretur & interiret: eſt igitur idem ubique totus.* Cap. IIII.

NUllius dei virtus defectũ patitur. Nuſquam ergo deficit. Igitur eſt vbique deus. Naturalis virtus quò excellentior eſt, eò prouinciã obſidet ampliorẽ. Vniuſcuiuſque dei virtus eminentior eſt q̃ excellentiſſima naturæ virtus. Primi dei virtus eſt immẽſa. Denique quicquid poſt deum ſequitur, abſque dei pręſentia moueri & cõſeruari non poteſt.

COntemplare ſi placet & hunc deum, quem nos non hic quidem eſſe, ibi uero non eſſe dicimus, ſed pariter ubique fatemur. Conſtet ſanè apud omnes de diis aliquid cogitantes, non hunc tantũ deum, uerumetiam deos omnes ubiq; eſſe pręſentes, ipſaq; ratio ita eſſe concludit. Si igitur eſt ubiq; deus, fieri nequit ut ſit ubiq; diuiſus: alioqui non ipſe foret ubiq;, ſed unaquæq; pars eius ita diſponeretur, ut hæc quidem hoc in loco, illa uero eſſet in illo. Atqui & ipſe non amplius eſſet unus, quemadmodum ſi magnitudo quædam diuideretur in multa: ſic enim diſſiparetur, neq; partes omnes alterius totum illud exiſterent. Accedit ad hæc, quòd deus ita ſe habens foret & corpus. At ſi hæc fieri nequeũt, rurſus quod incredibile uidebatur compertum habemus, in uniuerſa uidelicet humana natura, exiſtimantẽ ſcilicet deum eſſe ſimul ubiq;, unde conſtat unũ aliquid indiuiſum ubiq; ſimul eſſe totũ. Rurſus ſi naturam illam infinitam eſſe dicimus, neq; enim definitam eſſe concederemus: cur nam potiſſimũ infinitam niſi quia nuſquàm deficit? Quòd ſi deficit, nuſquàm nimirum unicuiq; conſtat adeſſe: ſi enim adeſſe non poſſet, deficeret utiq;, foretq; aliquid ubi ipſa non eſſet. Iam uero etſi dicamus aliud quiddam extare poſt unum, rurſus oportet ſimul eſſe cum ipſo: & quod eſt poſt ipſum, circa illud uerſari & in illud anniti, eſſeq; illius progeniẽ illi cõnexam, adeo ut quod participat eius quod eſt poſt ipſum, illius quoq; ſit particeps. Proinde cum in mundo intelligibili multa ſint, graduq; illic prima, & ſecunda, & tertia, omniaq; ſequẽtia uelut ad unius ſphæræ centrum ſint ſimul affixa, neq; interuallis ullis inter

ſe ſepa

ſic ſeparentur, ſed ibi cuncta ſint ſimul, merito ubicunq; tertia ſunt, ibidem & ſecunda, & prima pariter adſunt, ſed rem hanc deinceps planius explicemus.

## CAPVT V.

SAepe accipit pro mundo intelligibili primum ens & intellectum, cui velut communi centro inſunt ideæ rerum, uelut propria quædam centra. Sæpe etiam illum accipit pro eo quod dixi, ſed adiungendo illis ideis vt centris formas immateriales inde pendentes, vt lineas, quæ vt annectuntur ibi ſunt vnum, vt producuntur inde, ſunt multa. Et totus hic cumulus eſt mundus intelligibilis, magis vnum quàm cumulus formarum materialium materiæ vni annexarum, qui dicitur mũdus ſenſibilis. Sed intelligibilis ille magis eſt vnum, quia immateriales formæ propius & firmius affigũtur ideis ſuis, & per ideas intellectui quàm formæ materiales inchoationibus ſuis, & per eas materiæ. Item quia ille mundus eſt vnum vnitate ſummæ formæ, hic vero eſt vnum vnitate materię infimæ. Item quia hic vnionem impedit localis diſtantia partium repugnantia qualitatum. Tota tranſmutatio temporalis. Ibi vero hæc impedimenta non ſunt: item mundus intelligibilis cõparatur ſphęræ ampliſſimæ, ſub cuius ambitu continentur ambitus, & ad cuius centrum rediguntur centra formarum immaterialium, quaſi ſphęrarum ſic cõcentarum in prima forma, ſicut ſphęræ minores in ampliori ſphæra eiuſmodi vnio non prohibet eſſentiarũ diſtinctiones, ſicut nec vnio formarum in materia, nec annexio linearum centris & centro, nec collectio ſphærarum in ſphæra.

QVod dici ſæpe numero ſolet, ſicut lineæ multæ ex uno quodam centro connexæ procedunt, ſimiliter intelligibilia ex uno fonte procedere, intelligentiam progenitæ illic multitudinis commode ſtudet afferre. Operæpretium uero eſt hoc ipſum ſeruantes imprimis, omnia uidelicet quę illic multa gigni dicuntur, ſimul exiſtere, ſubdere rurſus, & in circulo quidẽ licere lineas in ſe non omnino diſtinctas, tanquàm diſtinctas accipere. Vnum nanq; eſt planum: ubi autem neque ſecundum unum quidem planũ, eſt aliquod interuallũ, ſed indiſtantes omnino uires atq; eſſentiæ, haud ab re omnia in centrorum modum excogitãtur in unum quodam centro ſibi inuicem coniunctorũ. Vbi profecto lineæ quidem ipſę dimittantur, ſeruentur autem duntaxat termini linearũ centro cõtigui, ubi etiam cuncta ſunt unũ. Rurſus autem ſi lineas punctis adiunxeris, illę quidem è centris propriis ſuſpendentur, quæ ſingulæ reliquerũt. Erit autem nihilominus unumquodq; centrum, ab uno primo centro minime ſeparatum: ita tamen, ut dum ſimul cum illo ſunt, ſint etiã interea ſingula, atq; totidem quot & lineæ, quibus ipſa id conceſſerant, ut termini illarũ exiſterent. Quapropter quot ibi lineas mediũ ipſum attingit, totidem eſſe puncta uidẽtur. Vnum uero illa apparet ſimul omnia eſſe. Si igitur multis cẽtris ſimilia eſſe intelligibilia omnia fateamur, centris inquam in unum cẽtrum redactis penitusq; coniunctis, apparentibus uero multa propter lineas, quæ quidẽ lineæ centra nõ generent, ſed oſtendant, profecto lineæ in pręſentia nobis cõferent ad oſtendendam aliquam in ſe proportionem ad illa quæ attingẽs natura intelligibilis, propterea multa, & ubiq; uidetur adeſſe.

*Si conſideres in prima mente ideas cunctas atq; ſingulas, mox in qualibet idea agnoſces totam plenitudinem idearum, eius tamen ideæ diſtincta proprietate ſeruata. Item intellectualis quidem anima ſi plura uiciſſim formet corpora, una eſt in multis. Sed penes mundum intelligibilem, multa potius in uno ſunt uel circa unum.*

## CAPVT VI.

INtelligibilia profecto, cum entia multa ſint, ſunt ſimul & unum. Rurſus cum unum ſint, interea ob infinitam naturam ſunt & multa: tum uero multa in uno & in multis unum, & omnia ſimul. Atqui agunt omnia

illic ad totum unà cum toto, agunt ad partem rurſus cum ipſo toto. Admittit uero pars in ſeipſa actionem primam tanquàm partis. Conſequitur uero deinde totum: quemadmodum ſi ipſe homo in hominem quendam ueniens, homo quidam euadat, exiſtens rurſus & homo. Homo quidem qui eſt in materia, ab uno homine qui poſt ideam extat, homines eoſdem reddidit multos, atque eſt unum idem ſic in multis. Quia unum aliquid idem more ſigilli eſt in multis impreſſum. Ipſe uero homo & ipſum per ſe unumquodq; & totum ipſum uniuerſum nõ ſic eſt in multis, ſed in eo ſunt multa: imò uero ſunt circa ipſum. Aliter enim albedo eſt ubiq;, aliter anima uniuſcuiuſque eſt in qualibet parte corporis eadem. Sic itaque & ens ipſum ubique eſſe eſt iudicandum.

*Anima noſtra intelligit plenitudinem idearũ ſcilicet conuerſa ad intellectum ſuum, neq; tamen illic per idearum imagines. Ergo ipſa per intellectũ eſt uniuerſum. Atq; ita in uniuerſali rerum forma omnes animæ ſunt quodammodo unum, quamuis ſuaquadam ſingulæ proprietate diſtinctæ. Quatenus autem ab intellectu digrediuntur inter ſe diſiunguntur.* Cap. VII.

PLotinus in his duobus libris non intendit probare quod non poſſit eſſe niſi vna anima, ſed quod vna anima poſſit eſſe vbiq; non obſtante magnitudine vel multitudine corporũ. Et quod non oportet in diuerſis mundi partibus animas multas ponere, quia vna communis non ſufficiat vbiq; eſſe & regere. Quod ſi ponuntur multæ, propter aliam rationẽ ponuntur quàm propter illius vnius inſufficientiam, & hæ multę ſunt vnũ cum illa ſcilicet vnione ſpatij. Item quia agunt ſub communi virtute illius. Item quia ad communem rediguntur animæ ideam. Item quia quælibet anima eſt omnia in ſe rerum ſemina, ſicut anima mundi, & quando in ſe conuertitur, explicat ſe in omnia, & adęquatur illi, & cum illa æque gubernat, & cum mente communi æque cõtemplatur omnia, talisq; fit vnio, qualis in luminibus omnium ſtellarum in lumine ſolis. Vbi omnia ſunt vbiq;, omnia æque habent vires ad cuncta regẽda. Sed cætera agunt in virtute ſolis. Item exemplum eſt in quinque ſenſibus: qui vnum ſunt primo quia ab vno communi ſenſu, & ad vnum. Secundo quia in retractione à corpore quilibet eorum ſentit in communi ſenſu. Tertio fingamus viſum in ſenſu cõmuni ſentire nõ modo viſibilia, ſed mox etiam cætera ſenſibilia. Similiter auditum ſentire primo ſua, deinceps alia: ſic & alios. Tunc quilibet eſſet vnum tum cum alijs, tum cum communi, & tamen adhuc eſſent diſtincti, tum quia quilibet poteſt ſe reflectere ad propria ſicut prius, tũ quia licet quilibet fundat ſe per omnia, tamen à proprio quodam exorditur, ac tandem redit in idem. Scito Plotinum poſt hos libros & poſt librum vtrum omnes animæ ſint vna anima, compoſuiſſe tres libros de dubijs animæ, vbi manifeſte oſtendit numerum animarum.

NEmpe & noſtrum ad ens ipſum reducitur. Quo & nos ipſi reducimur: ad illud aſcendimus. Ab illo exiſtimus ab initio. Intelligimus illa, non per illorũ imagines. Non per figuras ullas, quas habeamus: ſin autem intelligimus quidem illa, neq; tamen per imagines uel figuras, ſequitur ut illa intelligamus ipſi exiſtentes illa. Si ergo ſumus ſcientię ueræ participes, illa ſumus: non accipientes quidem in nobis ea, ſed nos potius exiſtentes in illis. Cum uero non ſolum nos illa ſimus, uerumetiam alia ſint & illa, nimirum omnes illa ſumus. Simul igitur unà cum omnibus exiſtentes illa ſumus. Omnia itaque unum ſumus: cum uero foras proſpiciamus, neque illuc, unde ſuſpendimur, aciem dirigamus, merito nos eſſe unum nequaquàm animaduertimus. Perinde ac ſi multi uultus in orbem uno quodam uertice ſiue intima unaq; radice connecterentur. Siquis autem ad intima reflecti poſſet, ſiue ſuapte natura, ſiue reflectente Minerua, ſeipſum iam eſſe deum uniuerſumq; conſpiceret. Inſpiceret inquã ſe primo quidẽ non tanquam penitus uniuerſum, ſed deinde nõ habens ubi poſſit ſe

ſiſtens

teret ipſum, ſi modo multiplex ſecũdum partes eſſet factus, [illegible] ita foret multus, ſępiusq; particeps eiuſdem fieret. Iam uero [illegible] cari non poſſit, nihil ſui ipſius materiæ præbuit. Neq; tamẽ [illegible] ſit, extitit impotens ad illud quod non eſt in ipſius unitate [illegible]. Neq; [illegible] compulſa eſt adeſſe ſic uniuerſo, ut alia quidem ſui parte, partem hãc uniuer ſi, alia uero partem formaret illam, ſed potius ſe tota quodlibet atq; totũ. Ri diculum nanq; foret, multas iccircò ideas ignis inferre, ut unuſquiſq; ignis à ſua quadam idea, hic quidem ab illa, ille uero formetur ab alia. Sic enim ideæ innumerabiles eſſent. Præterea quo nam pacto quæ fiunt, [illegible] ris, ſiquidem ignis unus ſit, atq; continuus? Tum uero ſi huic [illegible] alium adiungamus, amplificantes illum, profecto ſecũdum illam [illegible] teriæ portionem, concedendum eſt, eandem proſſus ideam, eadem [illegible]. Neq; enim aliam illic ideam fore quis dixerit.

*Vna mundi machina & fabricata eſt ab una mente & uegetatur ab una anima, tota ſimul ubiq; præſente.*

CAPVT IX.

Sicut intra vnam ſphæram multæ ſunt, & vnitæ cum ea pariter, & diſtinctæ, ſic [illegible] vnam animam, animæ multæ. Anima mundi nec vt punctum eſt indiuidua, ſed [illegible], ideo non habet certum in dimenſione ſitum: nec rurſus vnum eſt ex multis, ſed [illegible] ſe explicans multitudinẽ, ideo tota poteſt multis & partibus & corporibus ſimul adeſſe. Nec eſt ab vllo diſiuncta ſecundum locum. Cum ipſa rebus eiuſmodi ſit eminentior, & [illegible] procreet atq; locum. Deniq; cũ non ſuſtineatur ab ipſa mundi machina, ſed [illegible] merito viget vbiq; tota. Similiterq; intellectus mundi faber.

PRoinde ſi ratione aliquis omnia elemẽta iam facta in unam cir cularem figuram ducit, certe non eſt dicendum, autores mul tos ſphæram efficere, ita ut alius alibi diſtributus ſit ad partem efficiendam: ſed unam eſſe fabricæ cauſam ſe tota perficientem, neq; parte ſui alia aliud fabricantem. Alioqui multi rurſus effectores forent, niſi in unum indiuiſibile totam fabricam referas, imò uero niſi unum imper tibile ſit ſphæræ totius effector. Neq; tamẽ ita, ut autor ipſe diffundatur in ſphærã, ſed tota ſphæra ſuſpenſa penitus hæreat autori: uita igitur una ſphæ ram habet eadem. Atq; ſphæra in una uita locatur. Itaq; & omnia quæ [illegible] ſphæra, in uitam rediguntur unam: ideoq; & omnes animæ una quodam mo do ſunt. Vna uero ſic eſt anima, ut rurſus ſit infinita. Quamobrem non [illegible] animam numerum eſſe dixerunt: alij uero numerũ ipſum tradiderunt [illegible] rã animæ augere. Ita forſan excogitantes, quia uidelicet nuſquã [illegible] ſit, ſed per omnia extet, interea hoc ipſum quod eſt exiſtens. Iam uero [illegible] ior adhuc foret mũdus, nusquã animæ uis ipſa deficeret, quo minus [illegible] rurſus propagaretur. Neq; tamen per omnia curreret: imò uero [illegible] hoc in uniuerſa anima foret. Tum uero hoc ipſum quod diximus augere [illegible] ſic accipiẽdum eſt, ut uerbo profertur, ſed quoniã anima & ſi unum eſt, [illegible] tamen deeſt uniuerſo. Ipſum nanq; quod eius eſt unum, non tale eſt, [illegible] tũ ſit, metiri liceat. Hæc enim conditio alterius eſt naturæ, quæ falſo [illegible] dicat ipſum unum, & participatione quadam duntaxat aſſequitur, ut appare at unum. Quod autem ueritate quadam eſt unum, tale prorſus exiſtit, [illegible] ſit unum ex multis accumulatum, ne forte quodam inde ſublato toti [illegible]

unum intereat. Tale rurſus, ut nullis aliunde terminis ſeparetur, ne adhibitis ei quandoq; cæteris, uel minus euadat, ubi ſint illa maiora, uel cupiens dilatari per omnia diſſipetur: atq; ita non totum omnibus adſit, ſed per partes proprie ſuas illorum partibus appropinquet. Itaq; (ſicut dici ſolet) ubi nam gentium ſit, prorſus ignoret: quippe cum in unam continuationem conſpirationemq; peruenire nõ poſſit. Vtpote quod eſt à ſeipſo diuulſum. Si hoc igitur reuera ipſum ſibi unum uendicat, de quo ſane tãquam de eſſentia unum liceat prædicare, oportet ipſum uideri quodammodo oppoſitam ſibi naturã id eſt multitudinẽ ſua quadam potentia continere. Neq; ab externis hanc multitudinem mutuari. Sed penes ſeipſum, atq; ex ſeipſo, eſſeq; reuera unũ, atq; in ipſo uno habere hoc ipſum, ut ſit infinitũ atq; multitudo. Cum uero eiuſmodi ſit, neceſſarium eſt, ubiq; totum eſſe, unam in ſe rationem exiſtentem, itemſe comprehendentem, ipſumq; comprehenſorem, ipſummet exiſtere, adeo ut comprehendens ipſum nullo modo diſtet ab ipſo, ſed in ipſo exiſtat ubiq;, ubicunq; ſit ipſum, quod quidem à nullo eſt limitibus loci diſiũctum, neq; certe ſic ipſum eſt alterius loco diſiuncti. Siquidẽ ipſum eſt ante omnia quæ ſunt in loco: neq; iis ipſum indiget, ſed hæc illo potius egent, ut fundentur in eo. Vbi utro hęc in eo fundata ſunt, illud nequaquàm ẽpropria ſede diſcedit, quę ſane nihil aliud eſt quàm in ſeipſo ſedere. Si enim moueatur ipſa, protinus illa perduntur. Quippe cum eorum ſublatum ſit fundamentũ, cui quidem ea ſiſtenti prius innitebantur. Atqui nec ipſum eſt adeo demens, ut à ſeipſo diſcedens diſſolutionis diſcrimen aliquando ſubeat, & cum in ſeipſo penitus conſeruetur, temere tamen infido ſe committat loco, qui proculdubio illo potius indiget, quo ſeruetur.

*Hæc tria rerum principia ſunt ubiq;, ipſum bonum, item diuinus intellectus, qui ipſa pulchritudo eſt, item anima mundi. Hæc occultis tractibus ad ſe omnia rapiunt, colliguntq; in unum appetentia boni & pulchritudinẽ arguitant.* Cap. X.

Superna bonitas, intelligentia, uita, eadem adeſt ubiq; tota, ſufficitq; cunctis, quoniam ad dicta nulli permanet in ſeipſa. Præterea ſicut oculi multi uno ſolis lumine paſſim toto fruuntur, ſic omnes intellectuales animæ uno intelligentiæ primæ lumine potiuntur, & ubiq; præſente, & nuſquam diuulſo: quo & cuncta ſunt unum: uno ſimiliter bono cuncta [illegible] abſente nuſquam. Vna quinetiam uita ubique uigente ſpirant. Vnio uero [illegible] in mundo corporeo diſtantiæ diſcordiæq; pleno nulla foret, niſi ſupernus ille mundus & habitatores eius unionem mirabilem poſſiderent. Quos quidem habitatores ſecundum eſſentias ſinceriores inter ſe differre in hoc capitulo in multis apparet.

PErmanet igitur illud in ſeipſo ſapientia pollens: neque aliorum quam hæret. Reliqua uero ex eo tanquam pendent, utpote quę ubi illud ſit, ipſo inueniant deſiderio. Atq; hic eſt ille amor, qui plerisq; affectus ad amatæ rei fores pernoctans fertur, amor inquã extrinſecus ſemper aſſiſtens, pulcherrimumq; deſiderans, ſatisq; ſibi factum exiſtimans, ſi modo quoad poteſt aliquando potiatur. Nam & ſuperni illius amator, ipſam quidem non accipit pulchritudinem, ſed quadam propinquitate participat. Illa uero in ſeipſa conſiſtit, multiq; unius ſunt amatores. Amantes totum, & quando habent pro uiribus totum habentes: totum enim ipſis id eſt quod amatur. Quidnam igitur prohibet quominus illud ſufficiat omnibus, dum permanet in ſeipſo? Quãdoquidem ob hoc ipſum omnibus

ſatisfacit, quoniam permanet, & propterea pulchrum eſt, quoniam [illegible]
totũ adeſt. Iam uero & ipſa intelligentia tota omnibus adeſt: quapropter [illegible]
munis intelligentia eſt. Neq; hæc quidem intelligẽtia hic propria, illa uero
illic exiſtit. Ridiculum nãq; aliquid erit, ſi loco quodam indigeat: neq; profe-
cto ſic paſſim ſe habet intelligentia, ſicut albedo. Non enim corporis [illegible]
eſt intelligere: uerum ſi modo intelligentiæ reuera participes ſumus, [illegible]
aliquid atq; idem ſecum ipſo totum ſimul exiſtens neceſſario conſpi[illegible]
Neq; ſic inde accipimus, ut portiões quaſdam illius percipiamus, neq; [illegible]
ita, ut totum ego habeam, & tu habeas totum; diuiſum alterutrum ab al-
tero. Id quidem conciones cœtusq; inueſtigantium imitãtur: tanquam in u-
nam concurrant intelligentiam, & unuſquiſq; ſeorſum ſit ad ſapientiam [illegible]
potens. Cum uero in ipſo cœtu ueraq; ad intelligendum copula omnes co-
iiciunt, conferuntq; in unum, intelligentiam generant, & inueniunt. Quis
enim prohibere poteſt, quo minus intellectus ab alio atq; alio ſit in eodem?
Sed profecto quamuis intelligentes alii ad idem nobiſcum congrediantur,
non tamen ſimul congredi nobis apparent. Perinde ac ſiquis rem eãdem di-
gitis ſimul multis attingens, aliud interim atq; aliud ſe opinetur attingere.
Aut ſi eandem chordam in lyra quiſpiam pulſet, ſe illam pulſare nõ uideat.
Quanquam conſiderandum nobis erat, quemadmodum bonum animabus
attingimus. Non enim aliud ego bonum attingo, aliud autem ipſe, ſed idem:
neq; rurſus ſic attingimus idem, ut inde in me quidem aliud, in te uero aliud
affluat, adeo ut illud alicubi ſuperne ſit ſitũ, munera uero eius ad hæc noſtra
deſcendant. Sed oportet largitorem ipſum accipientibus prorſus adeſſe, ut
reuera illinc accipiant, & qui largitur, non alienis, ſed ſuis elargiatur: intelle-
ctualis nanq; largitio non more tranſmiſſionis cuiuſdã nuntii hic peragitur.
Quandoquidem & corporibus ipſis inter ſe loco diſtãtibus munus ſæpe pe-
ſimile aliis ſimul aliiſq; tribuitur. Tarditioq; & effectio fertur in idem. Quin
etiã uniuerſi corpus agit, ac patitur in ſeipſo. Neq; quicquàm ab externis ac-
cedit ad ipſum: ſi igitur in corpus ipſum nihil extrinſecus incidit, quod [illegible]
ſuapte natura quaſi ſeipſum fugit, in re certe ipſa nullam diſtantiam pa[illegible]
quo nam modo externum aliquid habet locum? Quamobrem exiſtentes [illegible]
eodem, bonũ ipſum & uidemus, & tãgimus, exiſtentes inquam ſimul, illud
noſtris intelligibilibus attingentes. Et profecto mũdus illic multo ma[illegible]
hic eſt unus. Alioqui duo mundi ſenſibiles erũt, diuiſi ſimiliter. Ipſa [illegible]
ligibilis ſphæra ſenſibilis erit, ſi modo nõ aliter atq; hæc noſtra ſit un[illegible]
propter admodum unitate præſtabit: aut certe ridiculoſior erit. Si[illegible]
ceſſitate quadã huic ſphæræ moles conſentanea ſit, illa uero extenſione [illegible]
indigens, ſeſe protendat, & à ſeipſa diſcedat. Deniq; quid nã illic impedimen-
ti eſt, quo minus in unũ cuncta conſpirent? Non enim alterũ ibi quaſi [illegible]
cedens locũ, repellit alterũ: quemadmodum neq; qui doctrinam contẽpla-
tionemq; uniuerſam cõſpiciunt, & omnino ſciẽtias omnes in anima mini[illegible]
arctatas. Siquis aũt obiiciat unionẽ hanc nõ poſſe in eſſentiis fieri, reſpõdebi-
mus quidẽ, tũc demũ fieri minime poſſe, ſi modo eſſentiæ uere moles exti[illegible]

omnis illa prima ad omne ſe ſtatim adhibuit, ſed inprimis [illegible], deinde per hæc ad reliqua. Verũtamẽ natura ſuperior æque [illegible].

*Vita in mundo duplex, ſcilicet intellectualis & animalis: eſt & ab omni mole penitus [illegible] tali, efficaciaq; infinita. Ideo cunctas machinæ mundanæ partes ipſa tota impartibilis pariter [illegible] gerat.*

Anima quoque tua quàmuis per vires inferiores tuo corpori ſit addicta [illegible] lectum eſt vniuerſum, per rationem vero media. Quando igitur ratio [illegible] feriores conuertit ad intellectum, totus animus tuus fit vniuerſum. [illegible] niuerſi vbique regnante non diffidis, quoniam & ipſe ferme ſimiliter es [illegible] & dij omnes animarum ciuitatumq; rectores, ad primum omnia dirigentes.

Sed quomodo adeſt? Profecto tanquàm uita una. [illegible] animali nõ uſq; ad certũ quiddã duntaxat extẽditur, [illegible] per totũ progredi nequeat, imò ſe fundit per uniuerſum. Si [illegible] autem quærat iterum, quo nam modo meminiſſe debet [illegible] pſam uitæ non eſſe proprie tantam: imò ſi cogitatione partiatur in [illegible] ſemper occurrit uis eadem funditus infinita. Non enim ipſa uita in ſe [illegible] riam habet, cuius cauſa unà cum magnitudine molis in paruũ ruſusq; [illegible] uum lapſa deficiat. Si igitur infinitatem in ea perpetuo uigentem [illegible] naturam indefeſſam prorſusq; inuictam, nec ullo modo nec [illegible] pſa deficiẽtem tanq̃ uita prorſus exuberãtem, putas ne quoq; [illegible] ſe, uel ad aliquid mentem affigere, ubi non reperias eam? Contra [illegible] continget: non enim tu procedens tranſgredieris, neq; rurſus in paruo [illegible] dam ſiſtes gradum: quaſi nõ habeat illa quod tribuat ultra, propterea [illegible] gradatim per parua deficiat. At ſi concurrere ualeas, imò uero [illegible] conſiſtens nihil ultra requiras, ita demũ illius ubiq; præſentiam [illegible] alioqui ſi id nequeas aut renuas, in aliud quiddã protinus excides ac [illegible] decides, & id quidem nequaq̃ aduertens, propterea quòd alio proſpicias. Verum ſi nihil ultra quæſiueris, quo nam pacto ſic affectus euades? Profecto [illegible] eo quòd acceſſeris uniuerſo, neq; in eius parte reſtiteris, adeo ut neq; [illegible] dem dicas, equidem tantus ſum duntaxat. Nempe ubi hoc ipſum [illegible] tum proprie dicitur prorſus obmiſeris, factus es uniuerſus. [illegible] quoque uniuerſus eras. Sed quoniam aliud inſuper aliquid tibi præter [illegible] uniuerſum aderat, minor adiunctione eiuſmodi euaſiſti. Non enim ex [illegible] uerſo tibi erat adiunctio: nam nihil illi unquam adiunxeris [illegible] uerſo potius erat. Iam uero quicunq; fit aliquis, iſq; fit ex nõ ente [illegible] nime uniuerſus. Sed tunc reuera uniuerſus exiſtit, quando non [illegible] dimiſerit: tunc itaq; teipſum auges, quando dimittis alia: tunc & [illegible] tibi adeſt, cętera dimittenti. Dum uero es unà cum cęteris, illud [illegible] fulget. Sed enim quando fulget, nõ accedit, ut adſit: imò uero [illegible] ras, quando non aderat. Quod ſi diſceſſeras, non ab illo quidem, [illegible] paſſim adeſt. Sed neq; etiam alio quoquam abiſti. Sed dum etiam [illegible] ſens, te ad contraria diuertiſti. Eadem ratione cæteri quoq; dij ſæpe [illegible] tis ſunt æque præſentes, uni tamen apparent. Quoniam ille ſolus [illegible] ſpicere poteſt. Sed hi quidem dij prorſus omnigeni præſentes ubiq; [illegible] ad meliora conuertunt. Ciuitates autem in ſuperium illum [illegible] tuntur.

tantur: in illum tota tellus, in illum deniq; cælum, ubique penes ipſum & in ipſo perſeuerantia. Ex illo quin etiam quę uere ſunt entia ens ipſum habent, uſq; ad animam atq; uitam illi prorſus annexa. Atqui & ipſum quod ens modo dicebam, penes magnitudinem infinitam conſpirat in unum.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE NVMERIS, ANNOTATIONES.

*Si unum ipſum bonumq; idem eſt, merito multitudo quò longius diſcedit ab uno, atque unione, eò fit deterior. Igitur ſi fingatur multitudo uel infinita uel quomodolibet unitatis expers, erit ipſum malum.* Cap. I.

MAxime unita ſecum ipſa eſt ſpecies quęlibet ſeparata & idea cuiuſque: quoniam eſſentia ſimplex & indiuidua eſt. Minus unita ſecum ipſa ſpecies naturalis per corporis partes extenſa, etiam quamdiu continuitatem ſuam ſeruat: ergo minus bonum. Minimum unitatis habet multitudo diſcreta cõtingens diſſolutione continui, ergo malum. Quod uero nullam unionem ſeruare fingitur, appellatur maxime malum.

# PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER VI.

## DE NVMERIS.

QVærendum uidetur in primis, nunquid multitudo ſit diſceſſus diſtantiaq; ab uno, ideoq; infinitas ipſa extremus ſit ab unitate diſceſſus: propterea quòd hæc ſit innumerabilis multitudo, atque ob hoc ipſum infinitas malũ ſit, noſq; mali ſimus, quando multitudo ſumus. Tunc enim quodlibet multum fit, quando non potẽs penes idem in ſeipſo manere, diffunditur & extẽditur iam diſperſum: & quãdo in ipſa diffuſione prorſus uno priuatur, fit multitudo, ubi deeſt quod partem aliam cum alia uniat: ſin autem adſit quidam conciliator, tunc quod fuſum eſt, permanẽdo fit magnitudo. Sed quid nam eſt in magnitudine mali? Profecto ſi perſentiret, pateret in ea malũ: ſentiret enim res illa ſe à ſeipſa iã procul abiiſſe: Vnumquodq; ſanè non aliud expetit, ſed ſeipſum: progreſſus autem ad externa factus, uel uanus eſt, uel certe coactus. Præcipue uero eſt unumquodq;, non quando fit multum aut magnum, ſed quãdo ſuiipſius exiſtit: ſui uero ipſius eſt, quando ſolum ſibimet annuit. Quod autẽ appetit ſic fieri magnum, ignorat quid reuera ſit magnũ, feſtinatq; quo nõ expedit, ſed extra prorumpit. Ad ſe autẽ uergere, eſt intus aſſidue permanere. Teſtatur id præcipue quod efficitur magnitudine: ſi enim extra protrahitur, adeo ut unaquæq; partium ipſius exiſtat: ſingulæ quidem partes erũt, ſed non ipſum propriè quod ab initio: ſin uero ipſum, oportet partes omnes ad unum uergi, adeo ut illud exiſtat quando quoquo modo unum eſt, non quando magnum: quamobrẽ propter ipſam magnitudinẽ & quantum eſt in ea, à ſeipſo diſperditur. Quatenus autem habet unum, habet quoque ſeipſum. Veruntamen uniuerſum magnum eſt & pulchrum: ſed iccirco pulchrum eſt, quoniam non eſt permiſſum ad infinitatem prorſus effugere, ſed eſt unitate comprehenſum. Iam uero pulchrum non eſt magnitudine quidem ipſa, ſed potius pulchritudine: atqui iccirco indiguit pulchritudine, quia factũ eſt

magnum:

magnum: quandoquidem ſi hoc foret ab ipſa pulchritudine deſtitutũ, quatenus magnum eſt, eatenus apparuiſſet & turpe: atque ita hoc ipſum magnũ pulchritudinis materia eſt, quoniam multum eſt quod indiget ornamento. Itaq; quod magnum eſt ſi à pulchritudine ſecernatur, magis eſt inornatum magiſq; turpe.

*Si fingatur multitudo infinita, non erit propriè numerus. Numerus enim entium in mundo incorporeo definitus eſt, atque inde in mundo corporeo terminatus: neque animus numerãs facit augetue numeros reuera, quos fingat: ſed in eo ſunt utrinque naturaliter terminati.* Cap. II.

QVid nam igitur dicendum eſt de illo qui infinitatis dicitur numerus? Sed prius quærendũ eſt, quomodo ſit numerus ſi infinitus extiterit: neq; enim quæ ſubiecta ſunt ſenſibus, ſunt infinita, quapropter neq; qui in eis eſt numerus, eſt infinitus. Atqui neq; qui numerat, infinitatẽ ipſam enumerat: ſed quis dupla & tripla & deinceps ſimiliter multiplicia cõputet, hæc certe definit: ac ſi ad futurũ aut præteritũ multiplicationem ſumat, hæc quoq; interea definire uidet. Nũquid ergo dicendũ eſt, numerũ quidem non eſſe ſimpliciter infinitum, ſed ita duntaxat, ut ſubinde ſemper liceat adhibere. Sed profecto non eſt in numerante generãdorum autoritas numerorum, ſed iam determinati erant numeri ac prorſus extabant. Iam uero in mundo intelligibili ſicut entia determinata ſunt, ſic & definitus eſt numerus numero entium deſignatus. Nos autem ſicut hominem multa quędam facimus, adhibentes ei ſæpe & pulchrum, & cętera generis eiuſdem: ita ſimul cum quolibet ſimulacro numeri quoq; concipimus ſimulacrum. Et quemadmodum urbem quandam multiplicamus non exiſtẽtem, ſic fermè numeros deinceps multiplicare ſolemus: ac ſi tempora numeremus, his uidelicet numeris quos habemus, eos ipſos ad tempora iam traducimus, dum tamen in nobis numeri permanent.

*Mundus intelligibilis quoniam ab ipſa unitate proceſſit in multitudinem idearum, non eſt ipſum bonum, neq; inde eſt ibi multitudo malum, quoniam ſuperatur ab uno. Eſt enim idearum omnium communis una ſidiu: duaq; natura, atque idea quęlibet eſt unita cunctis.* Cap. III.

INfinitas ipſa nullum actu proprium habet eſſe, alioqui computata eſſet in genere entiũ, ibiq; deſignata, igitur definita: quare nec actu iam eſſet infinitas. Veruntamen latet infinitudo ſub termino ſemper aliquid terminante. Igitur ſi quando formas omnes quaſi terminos atque fines è medio tollas, quod reliquum fingitur, infinitudo uocatur: ſi hanc apprehẽdis iam terminas: ſi non terminas, non apprehendis infinitatem. Denique ſi per omnia oppoſitorum genera pro arbitrio curras, neutrum oppoſitorum ſeorſum dedicabis infinitati: alioqui mox eam tibi finieris, ruſumq; alterutrum oppoſitorũ in eã poteris per negationem alterius appellare.

SEd infinitũ hoc quomodo extitit cum ſit infinitũ? quod enim extitit atq; eſt, numero eſt iam comprehenſum. Verum prius eſt indagandum, ſi multitudo reuera in uerorum entium ordine collocatur, quomodo multitudo ſit malum. At uero multitudo illic eſt unita, neq; permittitur in multitudinem prorſus euadere: quippe cum ibi multitudo ſit ens unum. Atqui ob hoc ipſum id ab uno degenerat eiq; ſuccumbit, quoniam multitudinem habet: & quãtum ad unum ſpectat, labitur in deterius: cumq; naturam illius non habeat, ſed exciderit inde, merito ſubit defectum, ſed unius ipſius uirtute penes ipſum habet aliquid honorandum. Nempe multitudo conuerſa eſt ad unum atq; conſtitit: ipſa ue-

ſed cum quolibet unitas quædam congenita eſt: aut in primo quidē entis unitas, in eo autem quod eſt poſt ipſum, ſiquidē illic ordo ſit, duitas. Vel & quanta eſt cuiuslibet multitudo, uelut ſi decem, decas, ideſt ipſe denarius. Aut forte non ita, ſed ipſe in ſeipſo excogitatus eſt numerus: atq; ſi ita, perſcrutandū eſt, utrum primus ſit aliorum uel poſtremus. Plato igitur cum homines dixerit ex ipſa dierum ad noctes uarietate numerum cognouiſſe, ideoq; ipſi rerum uarietati numeri notitiam attribuerit, forte res numerandas primū propter diuerſitatem facere numerum confitebitur, ipſumq; numerum in quodam animæ diſcurſu conſiſtere, quādo ab alio percurrit in aliud, tuncq; fieri numerum, cum anima numerat: id autem eſt, quando per res ipſas diſcurrēs penes ſeipſam hoc quidem aliud eſſe illud uero aliud aſſerit, utpote quæ quādiu idem aliquid cogitat, neq; quicq̄ aliud prę ter illud, proprie unum afferat. Veruntamen quādo Plato & in uero numero dicit eſſentiam, in eſſentia numerum, rurſus ſubſiſtentiam quandam numeri in ſeipſo recipiet, neq; in animo numerante duntaxat naſci numerum affirmabit: imò uero ex ipſa circa ſenſibilia uarietate atq; diſtractione notionē numeri in animo reuocari.

*Confutat dicentes unitatem & numerum non eſſe rem aliquam, ſed poſita re qualibet ſingulatim illi [illegible], iterum ꝑ unum, atque hoc iterato dici numerum.* Cap. V.

EX hac opinione non habemus rationem ad ſpecies numeri diſcernendas, neque ad numerum quemlibet redigendum in vnum principium numerorum: atque ipſe numerus minus etiā q̄ accidens eſſe putabitur. Quando de homine prædicamus vnū, aliud quidem eſt vnum ibi quàm homo: nam vnum ipſum non homo, multitudinem habet oppoſitam, atque de rebus omnibus vltra hominem communiter prædicatur. Eſt ergo rebus omnibus communius & ſimplicius atque prius: prius etiā ipſo ente ratione ſimili, præſertim quia vnum ipſum prędicabile eſt non de ente ſolum, ſed de quolibet pariter quodcūque ſuperius vel inferius ente, vel enti oppoſitum cogitaueris. Cum igitur entia quidem ad ipſum ens, numeri vero referantur ad vnum ente ſuperius, merito numeri entibus priores eſſe videntur. Igitur cum dicimus decē homines, ipſa decas nec homines ipſi eſt, nec ex eis velut accidens: alioqui non poſſet res alias æque metiri: ſed prius in ſeipſa eſt q̄ in rebus quę numerantur ut decem. Denique ſiqui dicant vnum ipſum eſſe cum entibus coniugatum, ſiue tanq̄ accidens, ſiue tanquàm elementum eis coniugatum fuerit, adhuc ſequitur vt prius exiſtat in ſe, quàm vel cunctis communiter accidat vel accedat vt elementum.

QVæ nā igitur eſt ipſa natura numeri? Nūquid eſt quiddā conſequēs ac uelut in eſſētia quauis inſpectum, uelut homo atq; unus homo: item ens unumq; ens? & intelligibilia ſic omnia ſingulatim, atq; ita reſultat numerus uniuerſus? Verum ſi res ita ſe habeat, quomodo duitas illic eſt & trinitas? & quomodo ſecundum unum omnia perpenduntur? Quoue pacto eiuſmodi numerus in unum aliquid congregabitur? Sic enim multitudo quidem erit aliqua unitatum, nullus autem numerus redigetur in unum, præter ipſum uidelicet ſimpliciter unum. Niſi quis forte dicat, duitatem quidem eſſe rem illam, ſiue potius quod cōſideratur in illa, quæ uires duas habet implicitas, quaſi compoſitū quiddam in unum. Aut forte quales Pythagorici numeros induxerūt, qui ſane numeros ſecūdū analogiā, ideſt proportionem quandam afferre uidentur, uelut iuſtitiam quaternarium, aliud que ſimiliter alium. Illa uero conditione potius rei ipſius quæ exiſtit unum multitudini ſimul & numerū quiſpiam coniugabit, eatenus unum uelut decadem: tametſi nos non ſic ipſa decem ponimus: ſed quæ diſtant inter ſe congregantes.

gregantes, decem ſolemus dicere. Forſan uero ſic quidem decem dicimus, quando uero ex multis cõficitur unum, decadem appellamus. Quapropter eadem illic etiam ratione: cæterum ſi ita fiat, an erit ulterius ulla numeri ſubſiſtentia? cum ipſe in rebus duntaxat cõſideretur. Reſpondebit forte aliquis, nihil obſtare, & albedine in rebus duntaxat conſiderata ipſam albedinis ſubſiſtentiam in rebus ipſis rite perpendi. Quandoquidem & motu in ente conſiderato cõſtitit eſſe ſubſiſtentiam motus aliquam in ipſo ente uidelicet exiſtentis. At uero numerus non ſicut motus ſe habere uidetur. Sed quod motus ſic unum aliquid in ſeipſo conſideratum ſit, dicitur. Præterea eiuſmodi ſubſiſtentia efficit, ut numerus non ſit eſſentia, ac potius ut ſit contingens. Quamuis neque ſic quidem omnino contingens. Nempe contingens oportet antequàm contingat aliquid eſſe. Et quamuis inſeparabile ſit, eſſe tamen aliquid, & naturam aliquam penes ſeipſam, ſicut albedo. Ac de alio prædicari, hoc ipſum iam in ſe exiſtens, quod ſubinde ſit de alio prædicandum. Quamobrem ſi circa quodlibet eſt unum, neque idem eſt homo, atq; unus homo, ſed aliud unum eſt quàm homo, & commune eſt ad omnia unum, & in quolibet reliquorum ita ſe habet, certe prius erit unum homine, & quolibet reliquorum, ut ſic & homo & quoduis aliorum, ut unum ſit ſingulatim aſſequi poſſit. Igitur & ante motum: ſiquidem motus ſit unum. Et ante ens ſimiliter, ut ipſum quoque ualeat eſſe unum. Dico autem non unum illud, quod ente ſuperius eſſe cenſemus, ſed hoc unum, quod de qualibet ſpecie prædicatur. Itaque ipſa decas ante illud extat, de quo prædicatur decas: atque hoc ipſum eſt ipſa decas. Non enim res illa uel in illa, in qua decas inſpicitur, decas ipſa erit. Num igitur congenitum eſt cum entibus, ſimul'que omnino cum illis eſt hoc ipſum unum? Verum ſi congenitum eſt, ſi modo tanquam accidens, ſicut cum homine ſanitas, oportet ſecundum quoque ſeipſam eſſe aliquid ſanitatem, ſimiliter'que & illud. Ac ſi unum tanquam alicuius compoſiti elementum eſſe quis dicat, oportet prius eſſe unum ipſum ſecundum ſe unum, ut eſſe & cum alio poſſit. Deinde ſi prius eſſe commixtum cum alio, quod per ipſum iam factum ſit unum, ſequetur ut falſo ſit unum, utpote quod duo ſit inde factum, in decade uero quomodo id fiat? Quid enim illi opus eſt decade, quod ſit per tantam potentiam decas? Quod ſi formabit ipſum ceu materiam, atque erit decadis ipſius pręſentia, & decem & decas, oportet prius decadem in ſeipſa non aliud aliquid exiſtentem præter decadem pure ſingulariterq; conſiſtere

*Rerum ſpecies in prima eſſentia ordine quodam earum intelligentiam antecedunt. Sicut obiecta præcedunt actus circa obiecta uerſantes. Siquis ergo dixerit ſpecies illic ab intelligentia procreari, concedet etiam poſteriores fore. Quod eſt abſurdum.* Cap. VI.

INtelligere ibi ſpeciem aliquam ſcilicet iuſtitiam, ſtatum, motum & reliqua, nihil eſt aliud quàm eiuſmodi ſpeciem declarare vel definire. Niſi definitio hæc ſit circa rem aliquam à definitione quoquo modo diſtinctam, vacua quædam definitio eſt, imò vero deſinitio nulla. Denique vnaquæq; ſpecies ibi eſt proprietas actus q; eſſentialis vigore quodam proprio exiſtens atq; micans. Emicatio eiuſmodi inde pendens, & penes ipſam quidem extans, atq; ratione quadam differens ipſa eius intelligentia eſt.

At uero ſi ultra res ipſas, unum ipſum & ipſa decas exiſtit, deinde res intelligibiles præter hoc ipſum quod exiſtunt id quod ſunt, aliæ quidem ſunt unitates, aliæ uero & duitates, & trinitates, quę nam erit illorum natura? Et quomodo conſtituta? Exiſtimandum eſt autem generationem eorum ratione quadam expleri. Primo igitur generatim exiſtimandum eſt eſſentiam ſpecierum nō ſic prodire ad exiſtendum, ut intelligens ipſe primo quidem ſingula intellexerit, deinde ipſa intelligentia illorum ſubſtātiam exhibuerit. Non enim quia cognouerit quid iuſtitia ſit, exorta iuſtitia eſt. Neq; quoniam quid motus ſit cogitauerit, ſubortus eſt motus. Sic enim oportebat hanc ipſam intelligentiam & poſteriorem intellecta re eſſe: uelut intelligentiam iuſtitię iuſtitia ipſa poſteriorem. Atqui & uiciſſim intelligentia prior eſt eo, quod procreatur intelligendo: ſi modo ob id ipſum extitit, quod fuerit intellectum. Sin autem iuſtitia idem eſt omnino quod & talis intelligentia, abſurdum erit, nihil aliud eſſe iuſtitiam præter quandam ipſius deſcriptionem. Quid enim aliud eſt iuſtitiam uel motum intellexiſſe, quàm deſcriptione quadam quid utrunque ſit accepiſſe. Hoc autem perinde ſe habet, ac ſi rei non exiſtentis accipias rationem: quod quidem fieri reuera non poteſt. Proinde ſiquis adduxerit, in rebus à materia ſeparatis idem eſſe ſcientiam atq; rem ſcitam, ea id conditione dictū accipiendum, non quidem ut ſcientiam aſſerat eſſe rem ipſam, neq; rationē aliquid contemplantem eſſe rem ipſam cōtemplatione perſpectam: ſed uiciſſim rem ipſam à materia ſegregatam, eſſe intelligibile quiddam, intelligētiamq; exiſtere, non eam inquam intelligentiam, quæ rei ipſius ſit ratio quædam, uel aliquis in hanc ipſam intuitus. Sed rem ipſam in mundo intelligibili conſiſtentem nihil aliud eſſe, præter intellectum atq; ſcientiam. Non enim ſcientia illic ad rem uergit intelligendam, ſed res ipſa illic efficit ut ſcientia illa non ita ſit ab ipſa diuerſa, ſicut rei materialis ſcientia eſſe ſolet. Hoc autem eſt ſcientiam ueram ædere. Id uero rurſum, non imaginē rei afferre, ſed rem ipſam: intelligentia igitur motionis, motionē ipſam minime fecit. Sed ipſa motio potius fecit intelligentiam: quapropter & ipſa ſeipſam motiōem intelligentiam'que concepit. Motio enim illic entis illius intelligentia eſt. Atq; eſt ipſe motus, quoniam eſt & primus. Non enim eſt alius ante ipſum. Eſt & reuera motus, quoniam alteri non contingit. Sed ipſius quod illic quodammodo moueri cenſetur, eſt actus uidelicet exiſtētis in actu: quapropter eſt & eſſentia. Quæ quidem ab ipſo ente excogitatione quadam differre uidetur. Tum uero iuſtitia non eſt iuſtitiæ intelligentia quædā, ſed quaſi mentis illius diſpoſitio & affectio: imò uero quidam actus eiuſmodi. Cuius reuera uultus eſt pulcher, adeo ut neq; Lucifer aut Heſperus, neq; aliud quicquàm eorum quæ ſentiuntur ita fulgeat. Eſt autem uelut intellectualis quædam ſtatua ex ſeipſa tanquàm extans & emicans in ſeipſa, imò uero in ſeipſa conſiſtens.

*Si mundo corporeo materiam quidem extenſam ſubtrahas, formas uero rerum uarias in una uniuſq; mundi forma conſerues, uidebis formam unam omniformem, ibiq; formas cunctas in ſingulis unitiſſimas pariter atq; diſtinctiſſimas. Omnia in uno uiuente uiuentia.*

Cap. VII.

quatur. Nempe quod tangit propius, propinquiore [illegible] moriora reportat. Proinde ſi eſſe eſt appetendum, magis [illegible] magis eſt expetendũ. Similiter ſi intelligentia ſimpliciter [illegible] intellectus eſt maxime, potiſſimum eſt exoptandum, eademque [illegible] ta quoque eſt affectanda. Si ergo ens ipſum primo accipiendum [illegible] pe cum ſit & primum, ſecundo intellectus, tertio animal, [illegible] iam complecti uidetur. Intellectus autem ſecundum obtinet [illegible] nim actus eſſentiæ. Profecto numerus ipſe ſecundum [illegible] cenſetur. Iam enim & ante ipſum, erat unum atque duo, neque [illegible] dum intellectum eſt numerus ſtatuendus: nam ante mentem [illegible] eſt atque multa.

*Sicut unum antecedit ens, ita numerus in ipſo ente [illegible] ſuper numerum qui eſt in entibus numeralis, extat numerus [illegible] poſſit in entia ſpecteſq; deriuari.*

PEr ipſum numerum qui eſt eſſentialis uirtus et actus quidem [illegible] eſt, ens non ſiſtere in uno gradu [illegible], ſed entia plura ex uno profluere, [illegible] quoſis ordinibus [illegible] in entibus hic ſubſtantialis numerus eſt, [illegible] mago, Entia quidem fundantur in numero, numerus in ente, ens in uno [illegible] petur.

REliquum eſt igitur indagare, utrum eſſentia ſua [illegible] one numerum procreauerit, an potius numerus [illegible] ſentiam. Iam uero eſſentia, motus, ſtatus, idem, [illegible] numerum genuerunt, uel numerus potius ipſa pro[illegible] cipium uero conſiderationis eſt eiuſmodi. Vtrum poſſibile [illegible] in ſeipſo conſiſtere: an oporteat duo ipſa in rebus duabus & tria [illegible] militer contemplari, atque eadem conditione unum numerus [illegible] ſiderare. Si enim numerus in ſeipſo ſeorſum à rebus numerandis [illegible] nimirum ante entia poſſet exiſtere. Num igitur & ante ens [illegible] teſt? Sed præſtat forſitan in præſenti concedere, ens numerum [illegible] atque ex ente numerum proficiſci. Verum ſi ens [illegible] entia ſimiliter ſunt entia duo, unum quidem ens præcedit [illegible] entia pariter antecedet. Num igitur notione quidem atque [illegible] iuſmodi ſit exceſſus? Sed profecto etiam ſubſiſtentia [illegible] quando quiſpiam hominem exiſtentem intelligit unum, [illegible] liter unum, tunc ipſum unum poſterius quodammodo [illegible] Quinetiam quando equum atq; canem, tunc & ibi duo ipſa [illegible] rius animaduertit. Verum ſi generes hominem & generes [illegible] uel in te exiſtentes proferas, neque [illegible] [illegible] in unum quidem fore & in unum aliud [illegible] da. Atq; [illegible] aliud etiam faciendum [illegible] uero neq; [illegible] ſunt facta, numerata ſunt. Sed quid oporteat [illegible] potiſſimum expediret. Omnis [illegible] numerus entis [illegible] [illegible] entia, numerus ſane non [illegible] entia, ſed profecto [illegible]

tamen entis ipſius numerus erat. Adhuc enim ens erat unum. Sed numeri uis ipſa ſubſiſtens, ens in plura diuiſit. Ac uelut impulit ipſum ad multitudinem enitēdam: nempe uel ipſius eſſentia, uel actus eſt numerus. Atq; ipſum animal & intellectus numerus eſt. Forſan uero ens quidem numerus eſt unitus, entia uero numerus explicatus. Intellectus autem numerus in ſe agitatus: animal deniq; numerus comprehendens. Quandoquidem & ens ab uno progenitum, ut erat in eo, oportet ipſum ſic eſſe numerū. Quamobrem ſpecies quoq; ipſas tum unitates, tum numeros appellare conſueuerunt, atque hic eſſentialis eſt numerus. Alter uero qui monadicus dicitur, ideſt ex quibuſdam unitatibus congregatus; eſt quædam illius imago. Eſſentialis uero numerus partim quidem in ſpeciebus inſpicitur, eaſq; concreat, partim uero priuſq; in ipſo ente, unaq; cum ente uiget, entiaq; præcedit. Quo quidem in numero entia firmamentum habent, & fontem, & radicem atque principium. Etenim entis quoque ipſius unum ipſum principium eſt, atque in hoc eſt ens. Alioqui protinus diſſipabitur: non tamen in ente fundatur unum: alioqui iam unum eſſet priuſquàm aſſequeretur unum. Atque iam quod aſſequitur decadem, decas euaderet antequàm decadem ipſam conſequeretur.

*Natura primi entis cum ſit poſt unum, neceſſario eſt prima ſui origine multiplex, ideſt numeroſa. Per hos ergo numeros ita ferme ens ſe habet ad entia ideſt ideas, ſicut pleriq; tradunt materiam per inchoationes formarū ſecum genitas ſe ad formas habere.* Cap. X.

Eſſe vero numeros ante entia patet, quia ſi numerus ad entia deinceps iam poſita conſequatur, caſu quodam contigerit numeroſa diſtinctio entium atque ordo. Præterea ſicut omnia per aliud entia, ad ipſum per ſe ens referuntur, ſic quodlibet per aliud vnum ad ipſum reducitur per ſe vnum, ipſum vero per ſe vnum non poteſt eſſe ſub ente, alioquī eſſet neceſſario multiplex, ſcilicet ex natura entis & addita proprietate compoſitum. Non igitur ipſum foret per ſe ſimpliciter vnum: ens igitur eſt ſub vno. Similiter entia ſub numero diſponuntur. Nam & ſuper numerum qui eſt in entibus extat ipſe per ſe exiſtens ante entia numerus. Denique in ratione ſpeciei vniuſcuiuſq; formali neceſſario includitur vnitas atq; numerus. Vnitas inquam quoniam in primo ſui ſigno ſpecies indiſtincta per vnitatem eſt à ſeipſa & diſtincta pariter à quolibet alio: numerus inquam, quoniam ſpecies communem in ſe naturā habet cum proprietate coniunctam. Hinc ſane conijcimus, vnitatem atq; numerū, omnes præcedere rerum ſpecies, quandoquidē formales omniū rationes in vnitate numeroq; cōſiſtunt.

Conſiſtens igitur ens in multitudine numerus euadit, quando tanquam multiplex excitatur & ſurgit, & quaſi præparatio quædam & præfiguratio erat ad entia. Vbi quodammodo unitates locum habere uidentur illis expoſitum, quę in eis fundanda ſunt. Atqui & nunc tantam dicit aliquis, uolo equidem auri multitudinem, uel etiam reliquarum poſſeſſionum. Aurum ſane unum quiddam eſt. Ille uero uult non numerum quidem aurum facere, ſed aurum potius facere numerum. Et utpote qui iam habet numerum, adhibere hunc auro ſtudet. Adeo ut auro contingat fieri tantum. Sin autem entia quidem numerum antecederent, numerus autem deinde in eis inſpiceretur dum eatenus natura numerans moueatur, quatenus numeranda multiplicantur, certe ſecundum contingentiam quandam tot utiq; quot nunc ſunt entia forent, neque ex ullo propoſito tot numero quot exiſtunt. Si igitur tot ſunt non temere profecto numerus tanquàm illa præcedens, ut tot proprie ſint, eſt cauſa. Ideſt exiſtente iam nu-

mero q a facta ſunt huius ipſius ut tot ſint conditionis
ro quo libet quidem unius eſt particeps, ut ſit unum. Eſt
quid ens à ſeipſo ens, unum autem à ſeipſo ſimiliter unum
ſingulatim unum ſunt, multa ſunt ſimul unum quod eſt
trinitas unum. Atq; omnia entia ita unum, non ſicut unum
ſingularem perpēditur unitatem, ſed ſicut unum dici
quilibet numerus. Iam uero & qui res iam factas mille
do, non ait res ex ſeipſis mille uel decies tantum, uelut ſ
gnominari, quaſi res ipſæ numeros ſuos colorum inſtar o
cenſet, cogitatione uidelicet tot ſibi dictante. Niſi enim d
gnoſcet quanta ſit multitudo: quomodo igitur ait? Certe tanq
enumerare: id uero ſcit, ſi numerum ipſum nouerit. Cog
numerus. At uero naturam illam quot numero ſit ignor
imò uero penitus impoſſibile. Proinde ſiquis dixerit bona
ſunt talia, dicet: uel bonum de illis tanquam illorum accid
ſi prima dixerit, primam ſubſtantiam introducet. Sin autem a
bus accidit bonum, oportet extare boni naturam, ut & ali
uel cauſam ipſam, quæ & in alio faciat oportet exiſtere. Aut ipſum b
aut quod bonum genuit in propria natura conſiſtere. Simili
ditione in ipſo entium ordine, quicunque dicit numerum, uel
aut decadem ipſam nominat ſubſiſtentem, aut forte ſi introdu
bus contingit decas, iam ipſam decadem compelletur uiciſſim
care, quæ nihil aliud omnino niſi decas exiſtat. Neceſſarium eſt
tia decadem dicat, uel ipſa eſſe ipſam decadem, uel certe
conſiſtere decadem, quæ profecto nihil aliud ſit, quàm ipſa
muniter autem quicquid de alio prædicatur, ab alio uenit in
ctus illius. Et quando tale eſt, ut non alias quidem adſit,
ſit, ſed cum illo ſit ſemper, ſi illud eſſentia eſt, eſſentia eſt &
gis illud quàm ipſum eſſentia eſt. Siquis autem eſſe eſſentiam
rit, ſaltem in quodam entium ordine, & ens eſſe concedet.
abſque actu ſuo poſſit intelligi, nihilominus cum illo ſimul
uis apud nos cogitatione quadam illo poſterius iudicetur,
at ſine illo excogitari, uelut homo abſque eo quod eſt unum
non poſterius ipſo eſt, ſed ſimul exiſtens, uel etiam prius eſt
ipſum per illud exiſtat. Nos autem unum prius eſſe fatem
ſimiliter.

*Quodcunq; ens perceperis, ſiue ſenſibile, ſiue quodlibet intelligibile uel ideam,*
*dicatur unum. Unum ergo cum communiter ſit in ſingulis, nulli penitus eſt addictum,*
*in deo id eſt in ente, atque in eius oppoſito*
*per ſe exiſtit.*

N [illegible] uero hic de ipſo uno quod eſt primo e[illegible]
quod in ente primo naturaliter uigens ante [illegible]
quodam ordine regnat. In quo quidem uno ſunt [illegible]
ri certi antecedentes ideas, & de illis pariter prædicabilis. [illegible]

*Ambigitur, nunquid quod dicitur unum, sit rei secundum se aliquid, an potius conceptio [illegible] aliquam facta.*

Est autem ſubſtãtialis vnius vera notio inſita menti, ſ[illegible] quàm [illegible] gis, illum minus vnum, rurſusq; non vnum.

Siquis autem ipſum quoq; unum & unitatem ſubſ[illegible] aſſerens nuſquàm eſſe unum, quod nõ ſit aliquid [illegible] affirmans quod ipſum unum dici ſolet, eſſe affection[illegible] dam animæ erga quodlibet entiũ. Primo quidē quid [illegible] bebit, etiam quando dicit ens, hoc ipſum affectionem quandam [illegible] cupare, ens'que ipſum nihil prorſus exiſtere. Quòd ſi ens [illegible] quoniam ſubpungit pulſatq; animum imaginationemq; [illegible] militer & circa ipſum unum pulſari quotidie animum imagin[illegible] ſubire uidemus. Præterea quærendum eſt, nunquid affectionem [illegible] animę tanquàm unum aut multitudinem uideamus. Quin etiam [illegible] cimus non unum, tunc ex ipſa quidem re nõ habemus unum: dic[illegible] non eſſe in illa re unum. Habemus igitur ipſi apud nos unum, [illegible] animo eſt abſq; eo quod unum aliquid appellatur. Tametſi [illegible] habere nos unum tanquàm ab externis intelligentiam & figuram [illegible] accipientes, uelut aliquem mentis ex re ipſa conceptum. Qui enim [illegible] di conceptus introducentes numerum atq; unum in eorum genere [illegible] cant, tales eſſe aſſerent ſubſiſtentias, ſiquid taliũ habeat ſubſiſtentiam: [illegible] ſum quos de rebus eiuſmodi opportune diſſerere licet. Siquidē talem [illegible] dam uelut poſteriorem à rebus ipſis paſſionem uel notionem in nobis [illegible] dicant, quale ſit quod dicitur hoc & aliquid, turba, celebritas, exercitus, [illegible] titudo: etenim quemadmodum multitudo præter res illas quæ multę [illegible] tur nihil exiſtit, neque rurſum celebritas præter homines congregatos [illegible] cris'que gaudentes: ita neque unum præter rem unam eſſe aliquid aſſe[illegible] quando uidelicet ſolum aliquid & ab aliis abſolutum excogitantes, [illegible] pſum aſſeueramus. Adducent præterea alia generis eiuſdem multa, [illegible] xtrum ac ſurſum, horumq; oppoſita. Quid enim erit, ut ex eorum ſ[illegible] loquar, in eo quod dextrum dicitur ad ſubſiſtentiam pertinens, niſi [illegible] taxat, quod hic quidem hoc in loco, ille uero in illo ſtat aut ſedet? [illegible] quod ſurſum dicitur, idem accedere iudicabunt, ſcilicet hoc quidem p[illegible] nem talem & in hac uniuerſi parte potius, quod ſurſum nominat [illegible] ſignificare. Illud autem habere ſe ſimiliter ad deorſum: aduerſus hæc [illegible] imprimis eſt afferendum, in horum quolibet eſſe eorum quæ dicta [illegible] liquam ſubſiſtentiam: non eandem tamen in omnibus, ſiue eorum [illegible] ſiue ad ipſum cunctorum unum, ſeorſum tamen aduerſus ſingula qu[illegible] ſunt eſt inſiſtendum.

*Quando dicitur, homo unus, aliud ibi eſt homo, aliud unũ, cuius participatione fit unus homo.* [illegible]

Nam & vnum de non homine pariter prædicatur atque de homine [illegible] do quedam eſt ſicut & vnus. Vnum ipſum de homine prædicatum, non [illegible] tum eſt, perinde ac ſi tantum ſignificet hunc hominem & non alium: [illegible] cepiſti hunc hominem utique eſſe vnum, [illegible] iudicas non eſſe illic hominem [illegible] ipſe in ſe ſit vnus. Præterea tam firma eſt vnius ipſius natura, vt oppoſitum [illegible] do, nec exiſtere poſſit abſq; vno, nec intelligi: imò & omnia quicquid ſunt, vnione [illegible]

*quaſi vnum ipſum maxime per ſe exiſtat omniumq́ ſupremum, ſine cuius participatione nulla in nobis oritur & permanet cogitatio. Item que cum vnitatis participatione multitudo etiam diſcreta ſit aliquid vnum, & continua magis vnum, resq́; indiuidua maxime vnum, certe vnum ipſum propriam poſſidet exiſtentiam. Præterea Peripatetici confirmant vnum ſignificare aliquid ipſum quod et ſibi ipſi indiuiſum penitus & indiſtans, atque interim affirmatiuum eſſe, non negatiuum. Huic enim ſignificationi oppoſitum aiunt eſſe, videlicet aliquid in ſe diuiſum, in qua diuiſione multitudo contingit vni cum priuatione, tum quia ſic prior eſſentia definit, tum etiam quia multitudine contingente negatiue iam dicimus, neque hoc eſt iſtud, neque iſtud eſt illud. Cum igitur ſignificatio uni oppoſita ſit negatiua, ſequitur ſignificationem vnius affirmatiuam eſſe. Denique vnum adeo affirmatiuum eſt, vt & ipſum ponat multitudinem, neque viciſſim. Et quemadmodum Auicenna probat in Metaphyſicis, vnum ab intellectu percipiatur atq; concipiatur ante q̃ multa, quis imaginationi forte aliter accidere poſſit.*

PRincipio quòd aiunt à ſubiecto fieri notionē unius ipſius ſubiecti & hominis in ſenſu poſiti, uel cuiuſuis animalis aut lapidis, quo nam modo rationi cōſentaneum iudicabitur: quippe cum aliud ſit qui cernitur homo, aliud autem, neq; ullo modo idem ſit ipſum unum: alioqui ipſa ratio cogitandi nunq̃ unū de non homine prædicaret. Præterea quemadmodū circa dextrū atq; talia cogitatio non temere incitata, ſed differentē intuita ſitum inquit hic eſſe uel ibi, ita & hac in re cum aliquid inſpexerit, enuntiat unum. Non enim uana quædā hæc paſſio eſt, neque in re nulla unum aſſerit. Neq; putandum eſt iccirco perpendere unum, quia ſolū hoc ſit, neq; aliud quicq̃: nam & in eo ipſo quod inquit, neq; aliud, interim aliud unum dicit. Deinde hoc ipſum quod dicitur aliud & diuerſum poſterius incidit: niſi enim animaduerteretur ad unum, neq; aliud, neque diuerſum cogitatio diceret. Item quando hoc ipſum quod nominatur ſolum, pronuntiat, tunc unum ſolum inquit: quapropter dicit unum antequàm ſolum. Accedit ad hæc, quod ipſe dicens priuſquàm dicat de alio, unum exiſtit unum, atq; id ipſum de quo loquitur, priuſq̃ dicat uel intelligat aliqua circa ipſum, eſt ſimiliter unum. Aut enim unum eſt, aut plura q̃ unū atq; multa: ac ſi multa ſit, neceſſarium eſt antecedere unum: ſiquidem & quando multitudinē inquit, plura uno pronuntiat: & quando exercitum multos ait, armatos in unū ordinatos intelligit. Cogitatio ſanè multitudinem non permittit multitudinem permanere: qua quidem in re patefacit unius ſubſiſtentiam, dum non exhibet unum quod nullo modo habeat multitudo: unum nanque quod reſultat ex ordine, acute admodum celeriter'que perſpiciens, ipſam multi naturam redegit in unum. Iam uero neque hac quidem in re de uno mentitur & fallitur. Quemadmodum & in domo nobis occurrit quiddam ex multis lapidibus unum: magis tamen in domo unum quàm in exercitu. Si ergo unum magis eſt in continuo magis'que etiam in re prorſus indiuiſibili, conſtat plane ſic euenire, propterea quod ipſum unum natura quædam eſt, atque ſubſiſtit: fieri enim nullo modo poteſt, ut in his quæ non ſunt magis magis'ue ſit aliquid. Sed quemadmodum de unoquoq; ſenſibilium, ac etiam de intelligibilibus ſubſtantiam prædicantes, principalius de intelligibilibus prædicamus, in ipſo entium ordine hoc ipſum quod dicitur, magis principaliusq; ponentes, atq; etiam magis in ſubſtantia etiam ſenſibili quàm in generibus aliis: ſic & unum magis atq; principalius, tum in ipſis ſenſibilibus differens

ſecundum

ſecundum magis, tum in ipſis intelligibilibus inſpicientes eſſe cõſideramus modis omnibus unum, & ad ipſum unum deniq; cũcta referri. Quemadmodum uero eſſentia atq; eſſe non ſenſibile quicq̃, ſed intelligibile eſt, quis ſenſibile eorum ſit particeps, ſic & unum circa ſenſibile quidem ſecundum participationẽ quandã conſideratur, intelligibile tamen eſt, & cogitatio ipſum modo intelligibili percipit: in eoq; percipiendo ab alio intelligit aliud quod non uidet, præſciuit igitur: ſi uero præſciuit, igitur & exiſtens hoc aliquid, quod idem eſt cum eo quod dicitur exiſtens. Atqui & quando aliquid unum dicit, rurſus dicit unum: ſicut quando quoſdã duos, & quando multos quoſdam. Si igitur non licet intelligere quicq̃ abſq; uno uel duobus, uel alio quodã numero, non licet dicere nõ exiſtere illud, abſq; quo intelligere uel dicere aliquid non ualemus. Impoſſibile enim eſt negare illud exiſtere, quo non exiſtente uel dicere uel intelligere nihil poſſumus: ſed illud omnino quod ubiq; neceſſarium eſt ad omnem intelligẽtiæ ſermoniſq; generationem antecedere ſermonem intelligẽtiamq; oportet: ſic enim ad horũ generationem efficiendã aſſumi poſſe uidetur. Quòd ſi & ad eſſentiæ cuiuslibet ſubſiſtẽtiã neceſſario confert, nullum enim eſt ens quod nõ ſit & unum, nimirum & ante eſſentiã extat & gignit eſſentiã, quamobrẽ & unum ens dici ſolet: non autẽ ens quidẽ deinde unum: nam in eo quòd ens eſt, exiſtit & unũ, ideoque multa: uiciſſim uero in eo quod unum, non ſimiliter ens exiſtit: niſi forte ipſius genituræ annuẽs ſic effecerit ipſum. Proinde quod dici ſolet hoc, in re aliqua demonſtrãda, non eſt uanum: nempe pro rei ipſius nomine dicit ſubſiſtentiam demonſtratam, & præſentiam quandam ſiue eſſentiam, ſiue aliud quicq̃ entium præſe ferat. Itaq; quod dici ſolet hoc, non uanum aliquid nobis ſignificat, neque eſt duntaxat cogitationis affectio in re nuſquam exiſtente: ſed rem ſubiectã præfert, perinde acſi proprium alicuius afferat nomen.

*Non eſt putandum, ipſum quod dicitur unum, relationem quandam tantum ſignificare: non enim deſinit eſſe unum, niſi per propriam paſſionem. Et quoniam moles per accidentalem diuiſionem ex uno fit duo, deſinit quidẽ eſſe unum, non tamen deſinit eſſe moles aut calor, quaſi unitas ibi aliud quiddam ſit quàm moles aut calor, atque ſimilia.* Cap. XIIII.

SIgnum quod primum ens prius quodãmodo vnum exiſtit q̃ ens, inde ſumitur, quia ſingula prius amittunt vnionem propriam eſſentialemq;, mox eſſentiam, quaſi vnitas ſit eſſentiæ columẽ. Eſt aũt vnitas in rebus quidẽ incorporeis eſſentialis, in rebus vero corporeis accidentalis: atque in his quoque incorporeum quiddã eſt potius q̃ corporeũ: atque ita vnitatis tanq̃ naturę cuiuſdam prę́ſentia quodlibet euadit vnum, ſicut cuiuslibet qualitatis præſentia, quale. Similiter quòd aliqua duo ſint, non proprie cauſa eſt mutua propinquatio: Nam & ſegregatio interdum, ideſt diuiſio, ad idem conferre videbitur. Sed participatio dualitatis, quę & ipſa & quilibet numerus ita eſt ſpecies per ſe quędam, ſicut qualitas atque quantitas: imò magis q̃ continua quantitas, quę per numerum menſuratur. Sunt ergo ſex numerorum gradus deinceps poſiti: Primus, in primo ente ſuper ideas: ſecundus ideis ingenitus: tertius, in ſubſtantijs incorporeis: quartus, in eiuſmodi viribus: quintus, in corporibus apte connexis: ſextus, in corporibus quaſi diuulſis.

ADuerſus illa uero quę à quibuſdam dicuntur unum in quadam relatione ponẽtibus, probabiliter reſpõdere quis poteſt, ipſum quidem unum non eſſe tale, ut patiente alio ipſum interea nihil paſſum è natura propria decidat. Sed neceſſarium eſt ſi ex ipſo quod unum eſt caſurum ſit, quãdam unius priuationem pati, in duo ſcilicet

continuis,aliter quoq; in tot tantisq́; uiribus cōgregatis in unum. In ipsis autem intelligibilibus aliter,ad quæ inde facile peruenturum fuerit. Præterea ibi uerisſimos eſſe numeros,non qui inſpiciantur in aliis, ſed qui in ſeipſis exiſtant,uelut ipſum denarium:non dico quarundam intelligibilium rerum denarium,ſed ſimpliciter ipſum.

*Mundus ille diuinus ideo perfectum animal eſt,quia uniuerſum iam poſsidet numerum animalium: talem autem animalium numerū habet,quoniam numerum ipſum ſimpliciter uniuerſum habet. Illic igitur ipſe ſimpliciter numerus tum animalia omnia tum perfectionem illius mundi præcedit.* Cap. XV.

PAric enim omniformes in ſe ideas,ſuo videlicet quodam motu,motu inquam numeroſo: alioqui varia minime generaret. Nempe ens ipſum in ſe concipit entia,ſeipſum duntaxat in ea multiplicando. Cum vero non multiplicet ſeipſum niſi virtute numeri,merito illic entia numerus antecedit,ſicut vnum eſt ente ſuperius. Denique quemadmodū Luna ſuperne quidem vniformi lumine Solem ſuſpicit,ſubter vero difformi lumine difformia generat: ſic ens primum vnitate ſua tanquàm vertice ipſum ſimpliciter vnum aſpicit,numero autem mox comitante entia numeroſa ſpeciesq; profert.

SEd iterū ab initio poſt hæc iam dicta dicamus illud ſimul uniuerſum uerumq́; ens eſſe tum ens ipſum , tum intellectū, tum animal abſolutum,ſimulq́; animalia cuncta : cuius quidem unitatem uniuerſum hoc mundanum animal unitate ſua pro uiribus imitatur:pro uiribus inquam , quoniā ſenſibilis huius natura ab illo uno diſceſſit,ſiquidem ſenſibilis fore debuit. Oportet præterea ſuperum illud eſſe numerum uniuerſum: niſi enim perfectus foret numerus, defectum alicuius numeri pati poſſet:atq; niſi numerus uniuerſus animalium eſſet in eo, non eſſet animal penitus abſolutū. Eſt itaq; numerus ante omne animal, & ante animal uniuerſum. Homo ſanè in mundo intelligibili cæteraq; animalia inſunt qua ſunt animalia , & rurſus qua illud eſt animal uniuerſum: nam & qui apud nos eſt homo,pars eſt uniuerſi,qua ratiōe animal eſt uniuerſum ſimiliterq́; unumquodq; qua animal eſt,illic exiſtit in animali. In intellectu aūt quatenus intellectus,ſunt intellectus oēs ſingulatim uelut partes, quorum eſt etiā numerus. Neq; igitur in mente primo numerus eſt:quatenus est autem in mente, ita & tot cenſetur, ſicut quotq́; actus ibi ſunt mentis:& tanq̄ mentis, iuſtitia illic eſt atq; temperantia,cęteræq́; uirtutes:item ſcientia,& quotcunq; intellectus poſſidens, reuera intellectus eſſe cenſetur. Verum ſi ſciētia eſt in eo,quid nam prohibet ſcientiā in alio potius q̄ in ſeipſa conſiſtere? Prohibet certe,quia ſciens illic ſcitumq́; & ſcientia idem ſimul exiſtunt , cæteraq; ſimiliter:quamobrē unumquodq; primo illic exiſtit. Neq; accidens eſt ibi iuſtitia,q̄uis animæ qua ratione anima eſt,ſit accidens : nam in potētia potius in anima hæc eſſe uidentur:in actu deniq;, quādo ad intellectū ſurgit habitatq; cum illo. Pręter hoc aūt ipſum iam ens exiſtit,numerusq́; in eo cum quo entia generat,agitatum uidelicet ſecundum numerū : atq; ita numeros exiſtentiæ entiū anteponēs ad eamq́; accōmodans. Quemadmodū & ipſius unum eiuſdem exiſtentiæ eſt pręfectum,ens ipſum copulans ad ipſum primum: numeri uero ad primū alia non coniungūt : ſufficit enim ad hoc ens ipſum ipſi uni prorſus annexū. Ens aūt euadens numerus ſecum ipſo conciliat entia: diuiditur enim non quatenus exiſtit unum,ſed permanet ipſum ipſius unum.

Diuiſum

Diuiſum uero ſuapte natura, in quot utique uoluiſſet, animaduertit in quot prorſus diuideretur, numerūq; genuit in ipſo igitur exiſtentē. Viribus nanq; numeri diuiſum eſt, totq; genuit, quot ipſe numerus erat. Principium igitur fonsq; exiſtendi entibus omnibus numerus ipſe eſt primus & uerus: quapropter & hoc in mūdo ſingulorum generatio certis numeris agitur. Ac ſi alius numerus aſſumatur, aut gignitur aliud, aut nihil penitus generat: atq; ii quidem primi numeri ſunt tanq̄ numerabiles. Qui uero ſunt in aliis, iā utraq; habēt: qua enim ratiōe ſunt ab his, numerabiles ſunt: qua uero præter eos exiſtētes ſecundū eos agūt, alia metiūtur, tū numeros, tū numerabilia numerātes. Quo enim potiſſimū decē dicere queant, niſi numeris penes ſe exiſtētibus.

*Quando homines forte decurrentes numeras, numerū ipſe nouum penes te facis in genere quantitatis. Quando uero decem homines ad idem ordinatos in choro conſideras, præter denarium tuum, eſt & in eis denarius ordinatus in genere quantitatis. Sed numerus partium in re qualibet naturaliū, eſſentialis eſt, & naturaliter in ſubſtantiæ genere collocatus.* Cap. XVI.

Eſſentialis quoque numerus eſt in anima, ex pluribus videlicet ſuapte natura harmonice conſtituta, eſſentialis in mente diuina numerus: tum idearum inter ſe ſerie certa diſpoſitarum, tum etiam partium in quauis idea ſuarum, tum denique ſuper ideas numerus ipſe ſimpliciter.

PErcontabitur nos aliquis forte deinceps hūc in modum: numeros iſtos quos primos nominatis & ueros, ubi nam ponitis? Et in quo potiſſimum rerum genere collocatis? Apud omnes ſane in genere quantitatis eſſe uidentur. Vos etiam in ſuperioribus mentionem de quantitate feciſtis, exiſtimantes ſicut continuam, ita quoq; diſcretam quantitatem in ipſo entium ordine ſtatuendam. Sed rurſus affertis, numeros iſtos entium eſſe primorum, uel etiam ſuper illa. Aliosq; iterū numeros præter illos eſſe dicitis numerantes: quo nam igitur modo talia diſponatis, nobis precor exponite. Plurima enim ex hac opiniōe dubitatio naſcitur: quandoquidem & unum quod rebus ſenſibilibus ineſt, in controuerſiam uenit, utrum ſit quantum aliquid: an potius ſi unum ſæpius aſſumatur, ſit quantum. Sin autem excipiatur ſolum, tunc nō quantum quicq̄, ſed quantitatis initium. Rurſus ubi eſt principium quantitatis, utrum cognatū ſit uel alienum: hęc ita omnia explanare nobis iure debetis. Tractandum igitur nobis his de rebus, hinc forſan exordientibus: quando ſane? At primum in materia hoc ſenſibili pertractandum. Quando inquā alium unà cū alio accipiens duo dicis, uelut canē & hominem uel etiam duos homines, aut plures, ceu decem computans, hominumq; denarium dicens, hic numerus non eſt ſubſtātia, neq; etiā ut rebus ſenſibilibus ineſt: ſed pure quātitas. Iam uero tu partiēs ſecundum unū faciensq; huius denarii partes ſingulas unitatis principiū efficis quantitatis. Vnus enim ex ipſo decem numero, nō eſt ipſum per ſe unū. Quando uero hominem ipſum in ſeipſo numerū quēdam dicis ceu binariū, animal atq; rationale, nō unus amplius modus hic obſeruatur, ſed quatenus diſcurris, & numeras, quantū aliquid efficis. Qua uero ratione ſubiecta ſunt duo, & utrunq; unum, ſiquidem unū utrunq; complet eſſentiam, & in ambobus eſt unitas, numerum alium eſſentialemq; pronuntias: atq; hic binarius, nō poſterius incidit, neq; ſolū quantitatem quandā ſignificat extra rē ipſam,

ſed quod eſt in eſſentia, continetq; ipſam rei naturã. Non tu [illegible]
rum diſcurrendo, dum res per ſe exiſtentes proſequeris, quę [illegible]
randi actu non procreantur. Quid enim accedat alteri homini [illegible]
quãdo cum alio quopiam numeratur. Non enim ibi eſt unitas [illegible]
in choro: ſed iſte denarius hominũ in te duntaxat enumerãte, [illegible]
rit. In ipſis uero decẽ, quos numeras, ſiquidem nullo ordine [illegible]
unũ, neq; denarius quidem eſſe dicetur. Sed decem ipſe facis, [illegible]
cet, & quantũ reddens hunc ibi denariũ: at in ipſo choro atq; [illegible]
quid extra te, præter id quod exiſtit in te, ſed quo nã modo in eo [illegible]
numerus tibi ante numerandi actum inſitus ſe aliter habet. N[illegible]
ſultãs ex eo quod apparet extrinſecus, ad illum qui eſt in te, [illegible]
rum, uel ſecundum illos, dũ tu uidelicet ſimul numeras & procreas [illegible]
atq; in hoc ipſo actu exiſtentiam efficis quantitatis, quemadmodũ [illegible]
do, motionis cuiuſdam efficis exiſtẽtiam. Quo igitur modo qui [illegible]
ſitus, ſe aliter habet? Eſt ipſe profecto noſtræ eſſentiæ numerus, [illegible]
inquit eſſe numeri, harmoniæq; participẽ, rurſumq; numerũ harmon[illegible]
exiſtere. Inquit itaq; aliquis neq; corpus eſſe, neq; magnitudinem [illegible]
mam eſſe numerum, ſiquidem ſit eſſentia, corporis quidẽ nume[illegible]
eſt, ut corpus. Numerus autem animæ eſſentiæ quædã eſt ut anim[illegible]
uero in ipſo prorſus intelligibili mundo ſi ipſum ibi animal plur[illegible]
uelut trinitas aliqua, hęc ipſa trinitas quę eſt in animali, eſſentialis [illegible]
nitas aũt quæ nondum eſt animalis, ſed omnino trinitas in ente, princip[illegible]
eſt eſſentiæ. Si aũt illic enumeres, animal & pulchrum, utrunq; [illegible]
Tu uero penes te concipis numerũ, agiſq; quantitatem atq; binarium [illegible]
tamen ſi uirtutem dixeris quadam quatuor, certe quaternarius quidã [illegible]
lut partes uirtutis conferentes ad unũ, licetq; dicere unitatem, qua[illegible]
uelut ſubiectum aliquod: tu uero illi quaternarium, qui in te eſt, acc[illegible]

*Corpora quidem in dimenſiones, hæ uero in numeros reſoluuntur. In primo igitur exemplari [illegible] dimenſiones, hæ autem corpora antecedunt.* C[illegible]

PRofecto ante corpus naturale eſt ipſum ſimpliciter corpus: igitur & princip[illegible]
te illius principia ſunt. Dimenſiones igitur quæ ſunt termini corporis, [illegible]
dimenſionum menſuræ ſunt, ante propria rerum naturalium principia [illegible]
propter & ſine materia ſenſibili cognoſcuntur: corpus profecto neq; per mater[illegible]
qualitatem proprie corpus eſt, ſed quantitatẽ, niſi enim hæc acceſſerit, vtraq; [illegible]
Numeri igitur cum quantitatis principia ſint, probabiliter à Pythagoricis [illegible]
appellantur. Habent enim principiorum proprietatem. Siquidem primis [illegible]
rentijs conſtituti, & à ſimpliciſſima mox vnitate procedunt. Quæ quidem ſitum [illegible]
eminens antecedit punctum ſitui conſignatum, imò & ipſa ſupereſſentialis vnitas [illegible]
cedit eſſentiam ſpeciæ deſignatam. Sunt in diuinis certe figurarum ideæ, per [illegible]
ſphæris & vnicuiq; ſpeciei determinatæ figuræ ſunt. Illic autem dimenſio vel [illegible]
liter quàm deſtinatione quadam intelligentiæ terminatur. Linea illic hac tantum [illegible]
citur infinita, quoniam idealis lineæ ratio nullum habet terminum quantitatis [illegible]
æque cum lineis quibuslibet maioribus minoribus'ue congrueret. Eſſentia prima [illegible]
conſideratur viua, deinde intellectualis agnoſcitur. Sed cum primum intellectualis e[illegible]
eſſẽ viuens intellectuale, vel intellectuale animal definitur. Numeri & figuræ p[illegible]
luta mox cum intellectuali illic animali pariter euoluuntur. [illegible]

REliquum eſt explanare qua conditione dicatur [illegible]
Hę nanq; rationes numero terminũ adhibent, & forſan [illegible]

dum,

*Numerus rerum inter ſe formaliter differentium determinatus eſt [illegible] certum in mundo diuino. Qui tamen illic infinitus dicitur, ſicut & [illegible] poſsidet plenitudinem, nec extrinſecus terminatur.*

PVlchritudo primæ eſſentiæ ſuapte natura [illegible] ad ſeipſam, & ad ipſum bonum. Præterea omnis intellectum & [illegible] lectualem reuera contemplans, ac igitur inde lumine intellectuali [illegible] cedente ſtatim amore transformatur in illam. Prima eſſentia nec ab [illegible] rio patitur. Eſt enim totius entis cauſa, & omne ens [illegible] quoniam per ſeipſam eſt, merito ſemper eſt, atque pleniſſime. [illegible] vitam & intelligentiam antecedit. Quamobrem viuere & intelligere nobis [illegible] vt eſſe pleniſſimum habeamus, hoc autem, vt habeamus [illegible] quod ſibi ſufficit: anima quidem ſibi ipſi ad motum ſufficit, [illegible] eſt: ipſum vero bonum ad bonum, atque omnia. Tria igitur principia [illegible]

PRoinde numerus illic omnis eſt definitus: nos a[illegible] quocunque dato maiorem fingimus. Atque ſic infini[illegible] rando contingit: illic autem non poteſt ſemel [illegible] ro, maior intelligi numerus: iam enim exiſtit. Neque [illegible] ullus, neque in poſterum relinquetur, ut ipſi alius adiungatur: fas [illegible] etiam appellare numerum infinitum, propterea quod non ſit [illegible] quo enim menſurari queat. Sed qui eſt, uniuerſus exiſtit, unum [illegible] ſimul: atqui & totus nec ullo termino comprehenſus: ſed qui [illegible] ipſo conſiſtens. Nullum enim omnino entium termino circ[illegible] terminatum menſuratumque cenſetur illud, quod in infinitum pro[illegible] tur, egetque termino. Illa uero menſuræ ſunt omnia: quamobrem [illegible] ſunt omnia, etenim qua ipſum animal eſt, exiſtit & pulchrum [illegible] ditum, cui nihil omnino uitæ deſit, neque uitam habeat morti per[illegible] enim ibi mortale, nihil eſt moriens. Neque rurſus [illegible] debilis [illegible] malis ipſius: ſed prima certiſſima habens integrum uitæ uigorem [illegible] primum, à quo animæ quoque & illic uiuunt, & quæ huc deueniunt, [illegible] uit autem & cuius gratia uiuat, & ad quod uiuat, à quo uidelicet uiu[illegible] uiuit iterum uiuit ad idem. Ipſa uero omnium ſapientia intellectus [illegible] ſtans, & coexiſtens, & ſimul exiſtens, melius ipſum reddit [illegible] pientiamque commiſcens uenerabiliorem uenuſtioremque eius efficit [illegible] nem. Quando & hic uita ſapiens reuera eſt, ipſum apud nos pulch[illegible] uerandum, quamuis obſcure à nobis proſpiciatur. Illic autem [illegible] tribuit enim uidenti uiſionem ipſam, uimque ſimul qua [illegible] ciusque uiuens, cernat etiam perſpicacius, ipſumque quod uidet [illegible] nos enim intuitus ad inanimata ſæpiſſime flectitur, & quando [illegible] titur, tunc quod in ea eſt non uiuens, primum nobis occurrit [illegible] ter intus, iam eſt admixta. Illic autem animalia uiuentia [illegible] taque & pura uiuentia: ac ſi quid tanquam non animal illic acce[illegible] quoque ſuam ſibi uitam edit in lucem. Si quis denique eſſentiam [illegible] dentem, eisque præbentem uitam prorſus immobilem, [illegible] illis propriam [illegible] & ſcientiam fuerit contemplatus, [illegible] uitam hanc deridebit inferiorem, quod ibi eſſentiam [illegible] [illegible] eſſentiis penesque illa permanet uita, permanet [illegible] ro in quo conſiſtit, nihil inde diſcedit, nihil uertit, nihil dimouet [illegible]

enim eſt ens ultra ipſum aliquod, quod illud attingat. Ac ſiquid foret, ſub ipſo proculdubio foret, & ſiquid foret illi contrarium, illud adhuc à contrario minime pateretur. Ens autem ipſum hoc nequaquàm affeciſſet ens, ſed alterum ſuper ipſum commune, eſſetq; illud ens ipſum. Quapropter hac ratione Parmenides recte cum unum dixiſſet ipſum ens, non ob aliam conditionem eſſe addidit impaſſibile, ſed duntaxat, quia ſit ens ipſum. Hoc enim ſolum ex ſeipſo poſſidet eſſe. Quo igitur modo quis ab illo ens adimat, uel aliud quicquàm eorum quæ reuera eſt in actu, & quotcunq; poſſidet ex ſeipſo? Quatenus enim extat, ſua ſibi ſuggerit: eſt autem ſemper, ideo ſunt ſemper & illa. Adeo uero potentia eſt & pulchritudine magnum, ut ad ſe alliciat, rapiatq; omnia penitus ex ipſo pendentia, ſatisq; inde putantia ſibi factũ, ſi uel eius ueſtigium conſequantur. Quæ ſane poſt hoc quærunt & bonũ, eſſe namque ipſum quantum ſpectat ad nos, eſt ante bonum. Hic denique mundus omnis, ad hoc ipſum ut ſit, uitam ſapientiamq; affectat: omniſq; anima & intellectus omnis hoc ipſum quod eſt, optat exiſtere. Ipſum uero eſſe ſibiipſi ſufficit.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM QVOMODO IDEARVM EXTITIT MVLtitudo, atque de ipſo bono.

### ANNOTATIONES.

*Deus prouidens animal nonſic cogitauit, primo quidem animal inter contraria poſitum pati poſſe. Secundo opus eſſe ſenſibus, ut caueret. Tertio ſenſuũ inſtrumentis, ſed uno ſtatim intelligentiæ ictu utrumq; momẽto cũctá in ipſo penes deum animali ſimul ordinatæ diſpoſitaſunt.* Cap. I.

INtelligentia enim virtuſq; perfecta motum, ac ſenſum, & ſenſibilia mirabiliter antecedens, nec à ſenſu vel ſenſibili exorditur, nec inſtar mobilis alicuius ab hoc in iſtud, ab iſto in illud ordine ducitur quaſi gradibus. Sed in vno ſemel omnia poſſidet. Idea rei cuiuſq; quantumlibet compoſitæ motibuſq; diſtractæ, in deo ſimplex eſt, totaq; ſimul præſentia poſſides quæcunq; in rebus apud nos temporibus euoluuntur.

## PLOTINI ENNEADIS VI LIBER VII QVOMODO IDEARVM EXTITIT MVLTITVdo, atque de ipſo bono.

CVm ipſe deus uel ſaltem deus aliquis animas in generationem demitteret, luciferos in facie oculos fabricauit, & inſtrumenta cætera reliquis adhibuit ſenſibus, præuidens uidelicet ita demum animal poſſe ſeruari, ſi ante uideat audiatq; ſingula, & deniq; tangat. Atq; ita alia quidem fugiat alia proſequatur: ſed unde nam præuidit hæc deus? Non enim putãdum eſt, facta quondã ab eo animalia quædam, quæ carẽtia ſenſibus repẽte perierint. Itaq; deũ hinc admonitum ea in poſterum tribuiſſe, quibus inſtructi homines & animalia cætera æque munita perniciem deuitarent. Forſan uero quiſpiam afferet deum antea cognouiſſe animal in calore & frigore cæteriſq; corporum paſſionibus uerſaturum. Itaque talia cognoſcentem, ne facile animalium corpora

 perde-

perderentur, ſenſum attribuiſſe, [illegible]
uterentur. Verum quærendum eſt deinceps [illegible]
res habentibus [illegible] inſtrumenta, an utraque [illegible]
tradidit, nõ erãt antea ſenſibiles, [illegible] tamẽ animæ [illegible]
habebant, iã quãdo factæ ſunt animæ, factæ quoque ſunt, ut [illegible]
certe innatũ eſt eis ut in generationẽ ueniãt. Ex quo ſequi [illegible]
naturã ſit à generatiõe diſcedere, & in mundo intelligibili [illegible]
uidentur, ut alieni ſint iuris habitentque in malo, ideoque prouiden [illegible]
ut cuſtodiant in malo. Atqui & ratiocinatio dei [illegible] habere [illegible]
deo ratiocinatio foret. Unde quærendum erit, quænam [illegible]
di principia ſint. Si enim ex diſcurſionibus aliis, oportet tandem [illegible]
aliqua ſaltem ante diſcurſionem extantia penitus peruenire. Quæ [illegible]
tur principia ſunt, aut ſenſus, aut potius intellectus. Verum ſenſus [illegible]
nondum erat exortus, igitur intellectus. Verum ſi intellectus [illegible]
poſitiones quædam, concluſio uero ſcientia, ſequitur ut de [illegible]
tunc fuerit conſultatum. Non enim principium quidem ex intelli [illegible]
deo, finis autem in quiddam non intelligibile deuenit. Tum [illegible]
modo contigit ante ſenſibile talem quendam habitum excogita [illegible]
incidere. Quamobrem neque animalis ullius, neque omnino [illegible]
ex quadam rationis diſcurſione prouidentia contigit. Siquidem [illegible]
no ulla apud deum argumentatio eſt, nominatur tamen [illegible]
le quoddam in deo conſilium, ut ita potiſſimum indicetur, [illegible]
conſtituta, ut ſapiens aliquis in rebus poſterioribus conſilio [illegible]
uero præuiſio nuncupatur in deo. Quoniam ita diſpoſuit, quem [illegible]
ſapiens aliquis rebus poſterioribus prouidiſſet. In his enim qu [illegible]
mentationem minime fiunt, argumentatio confert ob poten [illegible]
mitatem, quæ actum argumentandi præcedit. Confert quoque [illegible]
quia penes eũ qui prouidet non erat facultas per quã non e [illegible]
Præuiſio enim huc tendit, ut nõ hoc quidẽ, ſed illud eueniat, [illegible]
do timetur, nequid incidat alienũ. Ubi autẽ nõ hoc uel illud [illegible]
tantũ adeſt, nõ eſt ulla præuiſio. Quin etiã argumentatio hoc pro [illegible]
uel aſſumere ſolet. At ubi alterũ adeſt ſolũ, quid nã ar [illegible]
Quomodo igitur illud quod eſt ſolũ & unũ & [illegible] ſe [illegible]
reuolutionẽ in ſe admittit eiuſmodi, in qua hoc [illegible]
eueniat aliud. In quã & dicat, niſi hoc fiat, accideret illud [illegible]
hoc iã apparuit utile, & ſi hoc fiat, ſeruabit effectũ. Si enim [illegible]
taretur, igit præuidiſſet, igitur & ante [illegible] argumentaret. [illegible]
ab initio dicebatur, ſenſus ac uires ob hoc ipſum [illegible]
butio hæc [illegible] fiat, & quomodo fiat, dubitationẽ [illegible]
ſi oportet [illegible] actionẽ eſſe [illegible]
eſſe aliquid quod [illegible] totũ [illegible], profecto [illegible]
quoque eorũ quæ [illegible] propria ſunt omnia continet. [illegible]
ipſum futurum [illegible] præſens [illegible] eſt [illegible]

quoniam modo[illegible] propter [illegible] ita sit [illegible]
accipere propter quid dicat [illegible]
hæc ipſa ſpecies eſt. Si igitur oportet mentem [illegible]
neceſſarium eſt: neq; ipſum quidem propter quid [illegible]
autem penes ſeipſam habet propter quid [illegible] ſingula [illegible]
ita ſe habeant. Quæ uero in ea ſunt eadem ipſa mens [illegible]
tum etiam ſingulatim, adeo ut nihil eorum hoc ipſo quod [illegible]
quid factum ſit egeat, ſed ſimul & factum eſt & habet in ſe [illegible]
tis cauſam. Cum uero non ſit temere genitum nihil [illegible]
quod ad rationem propter quid ſit ita pertineat: ſed poſſidens [illegible]
bet ſimul & rationem propter quid ita bene fiat ad cauſã perti[illegible]
terea & his quæ participant ita naturam tradit ut etiam propter [illegible]
acceperint nãciſcãtur. Proinde ſicut in hoc mũdo ex multis [illegible]
inter ſe connexa ſunt: atq; in eo ipſo quod in eo ſũt oĩa ineſt [illegible]
quid ita ſit unũquodq;: quemadmodũ & in quouis corpore [illegible]
habere uidetur. Vbi profecto non ſit quidem hoc primo: dein[illegible]
illud, ſed inuicẽ cauſam ſimul continẽt & effectũ ſic oportet [illegible]
illic & omnia ad totã ſingulatim ſeſe habere, & quodlibet ad ſe[illegible]
obrem ſi eiuſmodi ſimul omnium conſiſtẽtia eſt, neq; temere [illegible]
tetq; nullo modo ſeiungi: nimirum effectus cauſas in ſe habent. [illegible]
quodq; tale eſt ut quaſi cauſam habeat ſine cauſa: ſi ergo cauſam [illegible]
habent, ſeipſis uero ſufficientia ſunt, etiamſi ſolitaria ſint quan[illegible]
tatem cauſæ pertinet, profecto ſunt in ſeipſis ſecum habentia [illegible]
rea ſi nihil ibi temere eſt: multa uero in unoquoq; ſunt, & [illegible]
cta quæ poſſidet: poteris utiq; propter quid ſit quodlibet explica[illegible]
igitur, & ſimul erat propter quid ibi, non propter quid proprie, ſed [illegible]
ſus exiſtens: imo uero ambo ſunt unum. Profecto ſi intelle[illegible]
tis conceptus, qua mentis eſt, talis foret, qualis imperfecta qua[illegible]
ta, nonnihil etiam ſuperflui pateretur: ſi ergo cõceptus eſt per[illegible]
deficiat, aſſignari non poteſt: neq; afferri propter quid hoc [illegible]
tur adſit, potes propter quid ſit præſens aſſeuerare: [illegible]
nſum propter quid ſit cõtinetur. In qualibet igitur [illegible]
torum ſimul occurrit, uelut in ea quæ ad hominem pertinet [illegible]
homo ſimul afferens cum ea ſeipſum, atq; omnia quæ [illegible]
ſimul poſſidens. Itaq; in promptu ſimul totus eſt poſitus [illegible]
tus, ſed aliquid inſuper ſit addendum ad genituram id po[illegible]
ille ſemper eſt, quapropter eſt totus: qui uero fit homo, eſt [illegible]
nerabilis.

[illegible]

I [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] propter quid [illegible] declarari.

QVæret hic aliquis, quidnam prohibeat quo minus de illo intellectus antea conſultauerit. Sed dicendum eſt, eſſe penitus ſecũdum illum: ideoq; nihil adimẽdum eſſe, nihil addendũ. Veruntamen ob ipſam ſuppoſitionẽ fingitur ille conſultare atq; argumẽtari, ſuppoſitum namq; eſt illa fieri: atq; ita nimirum deliberatio & diſcurſio quædam protinus adhibetur. Ex eo autem quod demonſtratum eſt fieri ſemper argumentatio tollitur: non enim in eo quod ſemper extat, argumentatio competit. Nanq; etiam conditio hæc eſſet obliti, quomodo prius egerit. Deinde ſi melius efficit poſtea, opera ſua prius pulchra nõ eſſent: ſin uero pulchra erãt, eodem modo res ipſa ſe habet: pulchra uero ſunt, ſiquidem ſunt unà cum cauſa: quandoquidem & nũc pulchrum aliquid eſt, quoniam ſua poſſidet omnia, hoc enim & ipſa ſpecies eſt quòd omnia poſſidet, præſertim ſi materiã occupet: occupat aũt, ſi nihil ipſius reliquerit nõ formatũ: informe uero relinqueret, ſiqua forma deeſſet, uelut oculus aut quodlibet aliud. Quamobrẽ ubi aſſignas cauſam, omnia dicis: cur nam igitur oculi ſunt? ut uidelicet adſint omnia. Iterũ cur nares? ut omnia prorſus adſint. Iã uero ſi gratia ſalutis tribui hæc adducas, cuſtodẽ eſſentię quẽdam afferes in ipſamet exiſtentem: id autem eſſe aliquid conferẽs iudicabis. Sic igitur & ante hoc erat eſſentia. Atq; ita cauſa pars eſt eſſentiæ. Ac ſi aliud ſit hoc ipſum tamen quod eſt eſſentia ipſius exiſtit. Omnia igitur inter ſe cõſpirant atq; tota & perfecta & uniuerſa eſſentia eſt. Atq; hoc ipſum ut bene ſe habeat unà cũ cauſa eſt & eſt in cauſa. Atqui & eſſentia, & quod quid eſt & propter quid eſt unũ eſſe conuincitur. Si igitur in ipſa ſpecie uelut humana incluſa hæc conditio eſt, ut ſenſualis homo ſit, & quomodo ſenſualis, æterna quadam neceſſitate perfectioneq; mentis: quæ ſi modo perfecta eſt, cauſas in ſeipſa complectitur, adeo ut nos animaduertamus in poſterũ ſic rẽ recte diſponi: ibi enim cauſa unum eſt cum eſſentia complens eſſentiam: atq; homo illic non intellectus tantum eſt, cui poſtea dum in generationem mittitur, ſentiendi uis adiũgatur: ſi inquam res ita ſe habeat, dubitatur quid nam prohibeat, quo minus ille intellectus ad hæc inclinetur. Quid enim erit hoc ipſum quod dicitur ſenſuale. An forte quod apprehendere quandoq; ſenſibilia poſſit? Si ita ſit, quomodo nõ abſurdum fuerit, ibi quidem eſſe ſenſitiuum aliquid ab æterno, hic uero deniq; perſentire, actumq; illius potentiæ hic dũtaxat expleri, quando anima deterior iam euaſit?

*Vnaquæque res hoc ipſum quod eſt intrinſecus à forma ſpeciali natur aliter habet. Qui igitur hominem definit id quod eſt ex anima corporeq; coniunctum, nondum rationem formalem aſsignat, qua homo hoc ipſum quod eſt exiſtit.* Cap. IIII.

RVrſus ad dubitationem hanc enodandam, quid homo ille ſit, tanq̃ ab initio nobis eſt aſſumendum. Ac forſan prius quid homo ſit hic uiuens, ſatius eſt explicare: ne forte nondum omnino quid hic ſit cognoſcentes, tanquam hunc iam teneamus, curioſius illum inueſtigemus. Forte enim quibuſdam uideri poteſt homo idem eſse hic noſter & ille. Initium uero conſiderandi hinc potiſsimum aſſumatur. Quærendum eſt ſanè, nunquid noſter hic homo ſit ratio

quædā ab anima differēs hunc hominē faciente, eiq; uitam rationisq; diſcurſum ſuppeditātē? An potius ipſa anima, talis inquam anima homo ſit: an deniq; homo ſit anima tali quodam corpore utēs? Verum ſi homo eſt animal rationale, animal aūt eſt quod ex anima corporeq; componitur, definitiua hæc hominis ratio non eadem atq; anima erit. Atqui ſi ipſa hominis ratio eſt quod ex anima rationali conſtat & corpore: quomodo nam erit ſubſtantia ſempiterna? Quippe cum ratio hæc talis hominis tunc deniq; fiat quando anima & corpus congrediuntur. Nempe eiuſmodi ratio futurum ſignificat: neq; talis eſt quale quando dicimus ipſe homo: ſed potius definitioni cuidā ſimilis: deſcriptioni inquam tali qualis quod quid ſit non explicet. Nam neq; ſpeciei cuiuſquam eſt materialis: ſed deſignat potius compoſitum quiddā aliquando factum. Si aūt id ſit nondum inuentus eſt homo: quem profecto ſecundum rationem ipſam eſſe cōſtat. Siquis aūt dicat rationem quidē taliū oportere coniunctum aliquid eſſe: quo aūt hac ipſa in re ineſt ſecundū quod eſt unumquodq; non exiſtimet afferendum, quod tamen adducendū eſt: & ſi quammaxime rationes formarum materialium cum materia ſint aſſignandæ. Veruntamen rationem ipſam quæ facit ut homo ſit homo oportet accipere apud eos præſertim qui exiſtimant in unaquaque re rite definienda ipſum quod quid eſt penitus explicandum. Quid nam igitur eſt eſſe ipſum homini? Id eſt perinde ac ſi quæramus quid eſt quod efficit hunc eſſe hominem, ita tamen ut non ſeparatum ſit, ſed inſit. Num igitur ratio ipſa eſt animal rationale? An potius hoc eſt coniunctum? Ipſa uero ratio rationalis animalis effectrix aliquid exiſtens ipſa, quid nam exiſtit? An forte in ipſa definitiua hominis ratione rationale animal ponitur pro uita quadam rationali? ideoq; homo uita rationalis erit. Sed nunquid uita ſine anima? aut enim anima rationalem præbebit uitam, homoq; ipſe erit non ſubſtātia quædam, ſed actus aliquis animæ: aut potius anima homo erit. Verum ſi anima ſcilicet rationalis ipſe homo erit, quando in animal aliud anima trāſit, quid nam prohibet adhuc hominem eſſe?

*Homo eſt anima intellectualis rationaliſq; ſimul & ſenſualis. Atque hæc animæ humanæ conditio ex amuſſim ad ideæ noſtræ characterem eſt expreſſa.* Cap. V.

QVæ quidem idea primus homo eſt: anima vero ita ſicut dixi ſe habens, eſt homo ſecundus. Tertius vero homo eſt & quaſi iam non homo, animal compoſitum ex corpore noſtro ſimul atque vita quadam huic infuſa ab anima præcedente, in qua ſenſus eſt efficacior: in animali vero ſenſus obtuſior. Sed humana quædam affectio, quę declarat hanc animalis vitam non ab anima tantum ſphęræ, ſed à noſtra etiam dependere, ſicut noſtra diuinitus dependet ſemper & agit.

OPortet igitur hominem aliam quandam rationem eſſe præter animam. Iamuero quid nam obſtat adhuc coniunctum aliquid hominem eſſe? Animam ſcilicet in tali quadam ratione potiſſimum conſtitutam. Vbi profecto hæc ipſa ratio ſit tanquàm quidam actus eiuſmodi. Actus autem abſque agente eſſe non poſſit: ſic enim & quæ ſeminibus rationes inſunt ſe habere uidentur. Nā neq; abſq; anima ſunt: neque ſunt ſimpliciter animæ. Efficaces enim rationes non ſunt animæ prorſus expertes. Neq; mirari quiſquam debet tales eſſentias rationes

quodammodo omnes homo poſtremus, non factus illis ſed potius adiacens: agit autẽ hic quidem noſter ad ultimum, huic uero aliquid refulget à præcedente, illi rurſus à tertio ſuperiore ſuggeritur actus: atq; eſt unuſquiſq; ſecundum quem & agit, quis unuſquiſq; habeat omnes, rurſusq; nõ habeat. Poſtquam uero tertia hæc uita ſeparata eſt à corpore, ſimiliterq; tertius homo, ſi proxime præcedens anima conſequatur, conſequens uidelicet à ſuperiori minime ſegregata: tunc ubicunque eſt ultima, præcedens quoque dicitur eſſe. At cum in bruti corpus traducitur, mirum uideri poteſt, quo nam pacto eodem transferatur & illa, quæ hominis ipſius eſt ratio. Sed profecto iam omnia erat: aliàs autem agit ſecundum aliam rationem. Quatenus igitur exiſtit pura nequedum deprauata eſt, hominem uult, homoq; exiſtit: id namque melius eſt, quod'ue eſt melius agit. Agit quoq; dæmones priores quidem, ſed cõformes illi quæ agit hominem. Et qui ante ipſam eſt magis eſt dæmon [illegible] Imò uero eſt Deus. Nempe imitatio quædam Dei eſt annexus Deo dæmon: quemadmodum homo hic ſuſpenſus ad hominem illum. Non enim deus dicitur, in quem proxime homo ſuſpenſus erigitur. Differentia namq; hic eadem eſt, quam & animæ inter ſe habent, ſiquidem ex ordine ſint eadem. Oportet autem dæmones dicere, ſpeciem dæmonum, quos Plato dæmones nuncupat. Quando uero comitatur animam, quę eligit iam brutam naturam, tunc quæ annexa eſt eratq; animæ ſuperiori etiam dum agebat hominem: inſitam ſibi ſeminalem animalis illius exhibet rationem. Habet enim eam: actusq; eiuſmodi deterior iudicatur.

*Cũ Plotinus uelit ideã hominis cũ idea equi cõmiſceri non poſſe: itẽ intellectũ noſtrũ in diuinis perpetuo [illegible] m.mere, rationẽq; ab intellectu proxime regi. Rurſus diuinã animæ noſtræ naturã ad inferiora nequaquã [illegible] tari, ſed uiciſſim attrahi hæc ad illã, cõſequẽs erat dicere, humanã ſpeciẽ in equinã minime permutari.* Cap. XIII.

NOtabis in noſtro corpore vltra vitale veſtigium impreſſum ab anima mundi, quod [illegible] mium eſt commune, imprimi veſtigium quoque vitale propriumq; ab anima [illegible], atque hanc ab anima mundi diuerſam eſſe, nec ab externis, ſed à ſeipſa potius [illegible] tari: vnde conſequens eſt, nulla eiuſmodi mutatione ſpeciẽ propriã prorſus exuere. [illegible] deniq; etiã in mundo diuino ſenſibus vti dicitur, quoniam corporea percipit, quaſi [illegible] ore ſpecula proſpicere videatur.

VErum ſi anima iam deprauata factaq; deterior brutam fingit naturam, non erat ab initio quod bouem faceret aut e[illegible] nalisq; ratio equi & equus præter naturam erunt [illegible] minus aliquid ſunt, neq; tamen præter naturam. [illegible] dammodo etiam ab initio equus aut canis erat: atq; ſi facultas ſuppetat, quod eſt melius efficit: ſin minus, ſaltem quodcunq; poteſt. Anima [illegible] licet addicta iam ad agendum. Quemadmodum artifices, qui & [illegible] cies plurimas fabricare, id poſtea tamen agunt, ad quod uel addicti [illegible] quod ſua quadã præparatione materia poſtulat. Quid enim obſtat, [illegible] tus animę mundi, utpote quę eſt ratio uniuerſa, materiã quodãmodo præfiguret, prius etiã quàm ab aĩa particulari aĩales potẽtię ueniãt, & ipſa præfigurantes ſit uelut illuſtrationes quędã in materiã pręcurrẽtes: Atq; ueſtigia iã [illegible] di aĩa proſequẽs pagẽdo, ſingulaq; ueſtigia mẽbratim de articulãdo, propriũ perficit

perficiat opus. Et quælibet anima potiſſimum id euadat, in quod inciderit, ſe ipſam uidelicet figurando: quemadmodum unuſquiſq; in tripudio atq; ludo ſeipſum ad mandatum ſibi actum geſtumq; accõmodat. Sed enim eo quod deinceps ſequebatur, ducti hucuſq; deuenimus: inſtitutum uero noſtrum erat inquirere, quomodo in ipſo homine ſit ſentiẽdi facultas: & quomodo diuina illa ad generationem minime inclinentur. Iam uero nobis apparuit, & ratio demõſtrauit: non illa quidẽ ad hęc aſpicere, ſed hęc potius ad illa prorſus anniti, inde pendere, illa pro uiribus imitari, hominemq; hunc ab illo habere uires ad illa. Quinetiam ſenſibilia hæc cum hoc homine coniugari, illa uero cum illo: illa enim quodammodo etiam ſenſibilia ſunt: quæ ita nominauimus, quia corpora ſunt: ſed aliter quàm hæc noſtra percipiuntur. Conſtitit inſuper hunc ſenſum illa perceptione obſcuriorem eſſe, quã ſenſum ideo nuncupauimus, quia corpora percipit: ſed longe perſpicaciorem eſſe conceſſimus. Atq; ob hoc quoq; hominem eſſe diximus ſenſualem, quoniam deteriori modo deterioraq; apprehendit, ſcilicet illorum duntaxat imagines, ut merito dici poſſit, hos quidem ſenſus obſcuras intelligentias eſſe: intelligentias autem illas ſenſus admodum perſpicaces.

*Intellectus primus fœcunditate lucis exuberante in quamplurimos ſeipſum intus naturaliter propagat radios ideales. Ex hac propagatione intellectuali ſimul & naturali, naturales rerum formæ foras tanquam lumina profluunt.* Cap. VIII.

ILlic igitur non excogitatur equus, vt hic fiat equus: alioqui & hinc illa penderent, & notus ibi foret equus antequam notus. Tum vero multitudo illic formarũ eatenus enumerabilis eſſe videtur, quatenus quicquid acceperis in eo quod eſt poſt ipſum vnũ, ſemper occurrit vt multiplex. Plenitudo quinetiam prima quicquid habet intus omnium habet æque plenum.

VErum ſentiendi quidem facultas ita ſe habeat: Sed quo nam pacto equus ille totus, & quodlibet illic animal ad hæc noſtra non reſpicit? Siquidem ut hic generetur equus, uel aliud quoduis animal, intellectus ille, ipſam equi inuenerit cognitionem. Tametſi impoſſibile cognitu eſt, illum iam uolendo equum facere equũ deinde cogitauiſſe. Iam enim proculdubio equi intellectio extitiſſet, ſi modo equũ uolebat efficere: quapropter non datur, ut faciat illum excogitaſſe, ſed prius equum ingenitum extitiſſe patet ante futurum hic equum: ſi ergo ante generationem erat, neq; ut gigneretur intellectus fuit, nimirum non ad hæc noſtra reſpiciens penes ſeipſum habuit equum, qui ipſum ibi poſſidet equum. Neq; ut hæc efficeret, equum habuit atq; alia: ſed erant illa quidem, hæc aũt ad illa ſunt neceſſario ſubſecuta: non enim dabatur uſq; ad illa duntaxat progredi, ibiq; deſiſtere. Quis enim poteſtatem illam cohibuiſſet, manere pariter progrediq; potentem. Cæterum quæri poteſt, cur nam ibi ſint hæc animalia. Quid enim hæc in deo? Rationalia quidem ibi ſint. Tãta uero irrationalium multitudo quid nam habet honeſti? Quin potius turpitudinem uidetur inferre. Patet utiq; ens ipſum unũ, oportere quinetiã eſſe multa: quippe cum ſit poſt illud quod eſt penitus unum, alioqui poſt illud minime foret, ſed foret potius illud. Cũ uero ſit poſt illud, fieri nequit ut in eo quod eſt unũ eſſe ſuperet ipſum: ſed neceſſe eſt ſub illo deficere. Cũ uero optimum

omnino ſit unum, oportuit hoc plus eſſe quàm unũ: multitudo enim in defectu uerſatur. Sed quid prohibet ens ipſum ad binarium uſq; tantum multiplicari? Nempe quia utrunq; in binario poſitum tale eſt, ut penitus unum eſſe non poſſit. Sed neceſſarium eſt, alterum atque alterum rurſus duo quædam ſaltem exiſtere: rurſus'que eorum quodlibet eodem pacto multiplicari. Proinde in primo binario motus eſt inſuper atque ſtatus: eſt etiam intellectus, eſt & uita: perfectus inquã intellectus, & uita perfecta. Eſt igitur non tanquam intellectus unus, ſed intellectus omnis, intellectus omnes continens ſingulatim. Multiplicatus eatenus, quatenus intellectus omnes: imò rurſus & amplior. Viuit profectò mẽs illa, non ut anima una, ſed ut omnes uim'que poſſidens ampliorem ad ſingulas animas procreandas. Eſt & animal uniuerſum, non hominem in ſe ſolum habens: alioqui ſolus hic homo foret.

*Cum in ente primo ſit primus numerus origo rerũ, merito illic eſt omnis rerum numerus. Item cum ſit ſũmus formæ, iure illic res inter ſe formarum gradibus differunt tanquam ſpecies. Rurſus in uita intelligentiáq; perfecta idea quælibet rerum hic etiam non uiuentium uita eſt & intelligentia quædam.* Cap. IX.

Similiter metallorum formæ in ſe etiam non lucentium, in planetis ſuis lucent omnes Varietate lucis: & animalium formæ deformium formoſæ ſunt in cælo. Vita illic intelligentiaq; mirabiliter efficax mouetur intra ſe quàmplurimum, eiuſmodi motu ſe deriuando quaſi ſe diuidit: nec tamen materiali quadam diuiſione continui, ergo formali: plurimis interim formarum gradibus ſe diſtinguit. Atq; ſicut diuiſio progreſſioq; mũdana, ſic illa deinceps in anguſtiora procedit: minorũ deinceps ideas intra ſe proferens: ſed quoniã oẽs illic ideæ ex Vna & in vna indiuiduaq; vita & intelligentiá ſunt: nimirum omnes in qualibet cõſinentur. Sicut in quauis ſtella ſunt & aliarum vires quatenus omnes in cælo in eodẽ ſolis lumine cõgruunt, quamuis ſingulæ & aſpectu & effectu primo proprietatem ſuam præferant: ſimiliter profert & quæuis idea ſuam, reliquas interea continens.

AT uero ſint ibi dicet aliquis animalia potiſſimũ honorãda. Sed quo nã pacto uiliora rurſus & rõne capta? Quæ profectò propterea quod ratione orbata ſint, abiecta cenſentur: ſiquidẽ ob uirtutem rationalẽ animal honorãdum exiſtimatur. Ac ſi ob naturã intellectualẽ eſt aliquid honorandũ, merito propter eius abſentiam contemnendum. Quanq̃ difficile dictu eſt, quomodo ſit ibi aliquid mente uel ratione uacãs: quippe cum illud in quo uel ex quo ſingula ſunt, ratio ipſa & intellectus primus exiſtat. Iam igitur ante illa quæ circa hæc & ad hæc dicenda ſunt, in hoc ipſo prorſus conueniamus, hominẽ uidelicet hic uiuentẽ. Non talem qualis ille eſt, eſſe: ſimiliterq; nec animalia cętera, qualia hic ſunt, talia illic exiſtere: ſed præſtantiori quodam gradu illa prorſus accipienda. Præterea nec rationale quicquã proprie illic exiſtere: hic enim forte aliquis ratione diſcurrat, illic aũt actus uiget rationali diſcurſione ſuperior. Sed cur nam hic homo quidẽ ratiocinatur, cætera uero nequaq̃? Profectò quia illic intelligentia in homine aliiſq; animalibus differẽs eſt, ideoq; & hic ratiocinatio differens: inſunt enim quodammodo cæteris etiam animantibus multa cogitationis officia. Cur igitur non æque rationalia ſunt? Ad id uero obiiciendum eſt rurſus interrogando: cur nec ipſi homines æque inter ſe rationales exiſtant. Operęprętium eſt conſiderare multas utiq; uitas, uelut motiones quaſdam multaſq; intelligentias, nequaquam oportuiſſe eaſdem inter ſe exiſtere, ſed

quoq; perfecta. Tũ uero & ſi cõſtat ex multis, eſſe rurſus oportet [illegible] uiciſſim, alioqui impoſſibile eſt ut ex multis quidẽ ſit: multa [illegible] ſe ſint eadem, alioqui per ſe ſufficiens extitiſſet unum. Oportet [illegible] re ex rebus ſemper ſpecie differẽtibus, ſicut & omne compoſitum [illegible] ut ſingula proprie conſeruent, quales ſunt & formæ & rationes. F[illegible] que uelut hominis forma, ex quot differentiis cõſtant, tot & præ[illegible] quamuis aliquid in cũctis ſit unum. Vbi & meliora quædam & deterio[illegible] inuicem, ut oculus atque digitus: ſunt tamen unius eiuſdemq; [illegible] rum quodlibet eſt toto deterius: ſed ita ſe rem habere proculdubio [illegible] Quinetiam ratio animal eſt, & aliud quiddam inſuper; quod non [illegible] eſt omnino quod animal. Virtus quoque commune aliquid in ſe [illegible] proprium, totum'que pulchrum eſt: ubi quod eſt commune, eſt [illegible] mune.

*Sicut corporeum cælum formas animalium inferiorum etiam ullium in ſe continet ratione [illegible] ctuale cælum totius mundi formas modo quodam præſtantiori poſſidet quam cæleſti.* Cap. [illegible]

Qvicquid enim eſt vſquam ordinis atq; formę, à mente & ſapiẽtia prima eſt [illegible] expreſſius idem in ſe habẽte. Expreſſiores autem illic earum rerum ideæ ſunt, [illegible] cum ordine formali vitam manifeſtiorem habent. Expreſſiſſimæ tandem [illegible] intelligentiam quoque poſſident, tametſi omnes in mundo ſpecies vnà cum formali [illegible] motuq; vitale inſuper & intellectuale aliquid habent, vt non iniuria omnes [illegible] tur. Omnes materiales formæ proxime generantur à ſeminarijs rationibus ſuis in [illegible] di viuentibus: hæc vero ab ideis earundem formarum in mente diuina vitam haben[illegible] riorem. In omnibus elementis viuentia multa elemento conformia generantur, [illegible] delicet anima, quæ certe ineſt: & fortaſſe vna quatuor elementis, velut globi eiuſdẽ [illegible] ribus inſita, permanetq; ſemper elementis etiam permutatis, ſicut lumen aere [illegible] ta intellectuales animas adeſſe corporibus, non tanquam addictas, ſed tanquam effectrice[illegible] corporalium ſpecierum.

TRaditur præterea cælũ non renuiſſe ullã omniũ animalium [illegible] mã, quarũ multæ ſuſpiciunt: qm̃ & hoc uniuerſum oĩa po[illegible] Sed unde nã accipit? Nũ igit̃ quęcũq; habet, accepit ex al[illegible] fecto inde habet, quæcunq; ratione facta ſunt: & ſecundum [illegible] ciem eſſe cenſentur. Sed quando habet ignem, habet & aquam, habet [illegible] tas: quo nam pacto plãtæ ſunt ibi? Et quomodo ignis illic uiuit? Quo[illegible] uiuit & terra? Aut enim uiuunt hæc ibi, aut uelut mortua iacent: adeo [illegible] quicquid illic eſt, uiuat: quid'ue omnino hæc quoq; ſunt ibi. Plantæ [illegible] ipſi rationi facile poſſunt accõmodari, quoniã & apud nos planta ratio [illegible] dam eſt in uita conſiſtens. Si utiq; materialis ratio plantę, ſecund[illegible] plãta, uita quædã talis eſt, & anima quædam, & ipſa ratio unum ali[illegible] quid hæc ipſa eſt prima planta? Non profecto. Sed ante hãc eſt pla[illegible] ma, à qua & hæc naſcitur. Nam illa quidem, unum quiddam eſt: [illegible] multa neceſſario'que ab uno. Si igitur hoc, oportet multo prius illud [illegible] re: atq; hoc ipſum eſſe plantam: ab illa uero hæc eſſe, ſecundo q[illegible] tioq; gradu pendentia, atq; ſecundum illius ueſtigia uiuere. Terra [illegible] modo illic exiſtit? Quid'ue ipſius terræ eſt eſſe? Et quæ nam illic eſt terra [illegible] tam habens? Forſan uero præſtat prius inueſtigare, quæ ſit hæc [illegible] terra, id eſt quid huius ſit eſſe. Oportet utique formam hic aliquam [illegible] tionem'que ineſſe. Certe quantum ad plantam pertinet, [illegible]

nos ra-

nos ratio plantæ. Nũ igitur & in hac terra, ipſa terræ ratio uiuit? Forſan uero
ſi acceperimus quæ plurimum terrena ſunt, genitaq́; fiunt in terra: inuenie-
mus in his quoq; ipſius terræ naturam. Exiſtimandum eſt ergo lapidum in-
crementa concretionesq́;, & montiũ ſurgentium coaleſcentiumq́; intus for
mationes proculdubio fieri, animali quadam ratione fabricante intrinſecus
atq; formante: atq; hanc eſſe terræ ſpeciẽ, quæ efficit terrã, quemadmodum in
arboribus ſe habet illa, quę natura uocatur. Ligno uero arboris proportione
quadã ſimilẽ eſſe illã, quæ terra cõiter appellatur: atqui lapidẽ exciſum ſic ſe
habere, ceu ſi quid ex arbore fuerit detruncatum. Qñ uero ſaxum non id pa-
titur, ſed adhuc eſt annexum: ſicut ramus nondum amputatus ex arbore ui
ua, nimirum inuenientes naturã terræ inſitã fabricantem, eſſe uitam quandã
in rõne uigentem, facilius inde credemus, ſupernam terram multo prius eſ-
ſe uiuentem: atq; uitam terræ rõnalem, eſſe terram ipſam, primoq́; terram: à
qua hæc quoq; terra procedit, & uiuit. Si autem & ignis ratio quædã eſt in ma
teria, cæteraq́; eiuſmodi, neq; ſpõte uel caſu naſcitur ignis. Vnde enim? Nem
pe non ex quadã (ut aliquis putet) colliſione: iam enim præſente igne in uni
uerſo, fit attritio corporum: ubi profecto quæ inter ſe conteruntur corpora,
ignem iam poſſidet. Neq; rurſus materia, ſic potentia ignem habet, ut fiat i-
gnis ab ipſa. Si inquã res ita ſe habet, oportetq́; ſecũdum rationem eſſe quod
efficit uelut formans: quidnam hoc erit? Profecto anima potens ignem effi-
cere, id eſt autem uita quædam & ratio, ita tamen ut unum idemq́; ſint ambo.
Quamobrem Plato in unoquoq; horum animam eſſe dicit non aliter quam
uelut efficientem, ſicut hunc ignem ſenſibus manifeſtum. Eſt igitur & quod
hic ignem efficit ignea quædam uita, profecto uerior ignis. Ignis ergo ſupe-
rior, cum magis ſit ignis, magis uerſatur in uita: igitur & ignis ipſe uiuit. Ea-
dem quoq; de cæteris, ſcilicet aqua & aere ratio eſſe uidetur. Sed cur non ani-
mata hæc quoq; ſunt ſicut & terra? Profecto eſſe etiam hæc in uniuerſo anima
li conſtat, & partes animalis exiſtere: non apparet tamen in eis uita, quemad
modum nec in terra. Argumentari uero licet animatam eſſe terram, ex illis
etiam quę in ea gignuntur: ſimiliter autem cõiectare licet de igne, nam in eo
etiam animalia generantur, ſed in aqua etiã manifeſtius: nec non aereæ quæ-
dam concretiones ſunt animalium. Singulæ uero ignis flammæ, quæ quoti-
diæ fiunt, & mox extinguuntur, prætereunt aĩam in toto uigentem. Cumq́;
ignis hic nactus non fuerit molem aliquam permanentem, nimirum inſitam
animam non oſtendit, ſimiliterq́; aer & aqua: quoniã ſi in conſtantiorẽ ſub-
ſtantiã cohæreſcerent naturaliter, infuſam animã demonſtrarent. Sed quo-
niam oportuit eſſe diffuſa, præſentem aĩam minime patefaciunt: atqui per-
inde elementa hæc ſe habere uidentur, atq; corporis uiuentis humores, uel-
ut ſanguis: caro enim habere ſe animam patefacit, ſed hæc & ſanguine cõcre-
ta eſt. Sanguis tamen non exhibens ſenſum, aĩam non uidetur habere: quan
quam ineſſe animam ſanguini etiam neceſſarium eſt. Id tamen ideo non ap
paret, quoniam nihil admodum ei accidit uiolentum: ſed paratiſſimus eſt fa
cile ab anima infuſa diſcedere. Quemadmodum in elementis tribus contin

pere iudicandum. Quoniã & quæcunq; ex aere concreto magis [illegible] aloſcunt, naturam habent ut ſine paſſione percipiant. Quemad[illegible] ro aer lumen fixum & permanẽs, quatenus illud permanet, [illegible] ſit: ſic adeſt undiq; globo aeris anima, rurſusq; non adeſt: [illegible] dem pacto.

*Imprimis uita omnium effectrix eſt omnis uita. Et cum ſit prima forma et efficacia [illegible] ipſa in penitus propagabilis, omnia ibi uiuentia ſingulariter diſtinguuntur.*

*EST itaque illa forma ferme ſic omnia [illegible] & [illegible] radij omnes atq; colores, & uita vegetalis omnes formas [illegible] per rationes ſeminarias naſcituræ.*

SEd rurſus ità dicemus: Profecto cum cõcedamus hunc [illegible] uelut ad illius exemplar effingi, oportet illic quoq; [illegible] uniuerſum aïal eſſe; atq; ſi omnino perfectũ eſſe eius [illegible] cuncta. Iam uero cælũ illic eſſe aïal, neq; his uacuũ [illegible] hoc cælo ſuſpiciuntur; atq; in hoc ipſo ipſum cæli eſſe conſiſtere. P[illegible] etiam terram quoq; illic non eſſe uacuam, ſed multo magis ibi uiuen[illegible] tæq; plenã: eſſeq; in ea animalia omnia quæcunq; hic gradientia, & te[illegible] nuncupantur. Plantas inſuper, uidelicet in uita fundatas: eſt ibi mar[illegible] aqua, in uita & flumine non fluente: ſunt aquatilia cuncta. Aeris quoq[illegible] ra uniuerſi illius eſt portio quædam: aerea in eo ſunt animalia, aeri u[illegible] illi prorſus accommodata: quæ enim in ipſo uiuente ſunt, cur non i[illegible] tia ſunt; ſiquidem & hic ita ſe habẽt. Quid igitur obſtat, quin omne [illegible] ibi neceſſario ſit? Sicut enim ſe habet quælibet ingẽtium partium, nec[illegible] ſic ſe habet & animalium in eis natura uiuentium, quomodocunq; ſe [illegible] Sicut eſt ibi cælum, ſic & habet: ſic ibi adſunt quæcunq; in cælo ſunt ani[illegible] Neq; non adeſſe poſſunt, alioqui neq; forent & illa. Qui ergo quærit, [illegible] illic animalia, uidetur quærere, unde illic ſit cælum. Id eſt autẽ quære[illegible] de ſit animal. Id rurſus perinde eſt: ac ſi quæratur unde uita, & uita [illegible] omnis anima, & mens uniuerſa. Vbi profecto indigentia nulla, nulla [illegible] fectus: ſed omnia uitæ plena ſunt, ac uelut exuberant. Eſt aũt eorum [illegible] quar) effluxus in uno fonte manans, non tanquam ex uno quodam [illegible] ue flatu, aut ex una quadã caliditate. Sed perinde ac ſi qua eſſet qual[illegible] omnes in ſe qualitates poſſidens & conſeruans: dulcedinem uide[illegible] cum odoris ſuauitate, uigorem uini ſuccorumq; uires omniũ. Co[illegible] ſpicuos, & quæcunq; tactu percipiuntur: ſint & ibi quæcunq; aures [illegible] lent, uocalis omnis numerus, omnisq; concentus.

*Vita itemq; prima, quæ ibi eſt, eſt equidem forma etiam prima, ideo ſimpliciſſima etiam, [illegible] ne[illegible] uero quia omnium principium eſt, ideo eſt etiam omniformis.*

*EST autem forma illa perfectiſſime forma qualibet. Ideo per [illegible] igitur omnis actus, quoniam eſt ſi actus motusq; primus eſſic actiſſ[illegible] in ſe profert [illegible] Item quia ſimpliciſſima eſt unicaſſima, in quolibet [illegible] net. Motus omnis varietatem quandam ab hoc in illud inter hoc & illud neceſſa[illegible] bet, ſed præter hanc in corpore quidem motus loco indiget atque tempore. [illegible] præter varietatem [illegible] inſuper habet [illegible], in uita [illegible] ſine tempore [illegible] ob uitã virtutis actionisq; [illegible]. Varietas autem in motione & vita [illegible] rietas omniformis, ſicut ibidẽ eſt vita omnis & actus. Profecto ſicut radius [illegible] pſo ſolis orbe in cõtinuũ profluit, neq; ſit præcedentis [illegible]*

etiam nō intelligit. Itaq; ſi quieuit, nec etiam intellexit: ſi neq; hoc, certe nec extat, intelligentia igitur eſt. Vniuerſus uero motus illic uniuerſam implet eſſentiam, & eſſentia tota, intelligentia tota uitam complexa totam, ac præter aliud ſemper & aliud: præſertim cum idipſum quod in eo eſt idem ſit & aliud, adeò ut perpetuo diuidenti, aliud deinceps atq; aliud ſemper occurrat. Progreſſio uero illic omnis per uitam àgitur, perq; animalia omnis: quemadmodum & iter in terris agenti, quæcunq; attinguntur, terrena paſſim occurrunt, quàmuis diuerſa ſint ratione terrena: atq; illic uita quidem, per quā proceditur, eadem eſt. Quoniam uero quodammodo eſt ſemper & alia, nō eadem ſemper occurrit. Agit uero ſemper diſcurſionē prorſus eandem, per illa quæ non ſunt ſimiliter eadem. Quoniam ipſe quidem diſcurſionem minime mutat, ſed unà cum diuerſis ſeruatur interea ipſa conditio eodem modo, & ſecundum eadem peruagandi. Niſi enim tenor ipſe eodem modo & ſecundum eadem peruagandi, ſaltem circa uaria diuerſetur, certe torpebit omnino: unde ſequetur, quod in actu eo eſſe dicitur, ipſumq; actum eſſe nuſquam. Sūt aūt & alia diuerſaq; ipſe, quapropter omnis ipſe: & ſiquidem ipſe, nimirum & omnis, alioqui nec ipſe quidem. Si autem omnis ipſe, certe & omnis, quia cuncta. Neq; quicquàm inuenitur illic, quod non ad omnia conferat: neq; aliquid uſquàm ipſius, quin ſit & aliud, ut exiſtens aliud, hoc ipſum quoq; conducat: niſi enim extiterit aliud, ſed penitus idem comminuet eius eſſentiam. Quippe cum ad communem ipſam conſpirationis perfectionē, naturam propriam non accommodet.

*Vbiq; in mundo partibuſq; eius uel minimis ordinata diſtinctio eſt per formas. Eiuſmodi formalis & ordinata uarietas neq; caſu accidit, neq; fit à materia tenebroſa, dependet autem ab uno, quoniam cōducit in unum. Exprimitur igitur à ſimili formarum uarietate, uigente tum in ipſa mundi uita, tum in mente.* Cap. XIIII.

SEd tam mens quàm anima in ſe vnum quiddam eſt, non quidem ex multis compoſitum, ſed præferens in ſe multa, non ad externa, ſed ad intima, motum, ac velut ad centrum ſe conuoluens, ampliores deinceps formarum vniuerſaliorum orbes redigēs in minores, & ad ſpecies ſpecialiſſimas ſe denique cohibens.

POſſumus præterea in intellectualibus utentes exemplis qualis ſit intellectus cognoſcere, & quo pacto non ferat eſſe ſe unitatis inſtar prorſus omnis diuerſitatis expertem. Licet ſane ſi libet exempli loco adducere rationem, uel plantæ uel animalis: ſi enim unum aliquid ſit, nec ullo modo uarium, neq; ratio quidem erit. Rurſus quod inde ſit, materia tantum erit: niſi uidelicet ratio ipſa ſit omnia, ad hoc ipſum uidelicet, ut ubiq; in materiam incidens, nihil materiæ, idem eſſe permittat. Quemadmodum uultus non eſt una duntaxat moles, ſed nares habet, & oculos: atq; nares non unicum in ſe quiddam habent, ſed aliud rurſus & aliud, ſi modo futuræ ſint nares. Profecto ſi naſus unū quiddā ſit duntaxat, nihil aliud erit præter molem: atq; ita profecto in mente eſt infinitū, quoniā & ipſa & quicquid eſt in ea, uelut unum eſt & multa. Neq; ſic intellectus eſt unus atq; multa, ut una domus, ſed tanquam ratio in ſe quàmplurima, in una mentis figura, quaſi circunſcriptione quadam habens circunſcriptiones & ambitus intus, & figurationes intrinſecas, & uires & intelligentias intus. Habens ſane diſtinctionem non productā in rectum, ſed ſemper ad intima propagatam.

pagatam. Quaſi in uniuerſo animali naturæ animalium ingentium compre hendãtur, rurſusq́; aliæ ad minora quædam animalia deriuatæ, & ad uires deductæ minores, ubi ad indiuiduam ſpeciem deniq; proceſſio deſinat: neq; tamen ibi rerum diſcretio fit antea confuſarum, q̃uis in unum mirifice conſpirantium. Iam uero conſpiratio talis ipſa eſt amicitia, quæ traditur in uniuerſo conſiſtere, non quidem talis, qualis in hoc apparet mundo: imitatur enim hæc illam, ex diſtantibus diſcordibusq́; concordia confluens. Vera autem amicitia eſt, qua ſunt omnia unum, adeò ut nunquàm à ſeinuicem diſiungantur: diſiungi uero ſiue diſtare in hoc cælo res aſſerit.

*Cum intellectus primum ſit uita prima, ſola intellectualis uita eſt uera uita.* Cap. XV.

Eſſentia prima per actum uitalem conuerſa ad ipſum bonum fit boniformis, & propter formam ſuã multiplicabilem, vnum boni donum in formas plurimas in ſe deriuat, ipſa videlicet poteſtate dei. Imaginari licet mentem primam, quaſi vultus innumerabiles inter ſe vario ordine contextos in ſphæram lucentes admodum atque viuos. Quod ſi conſeruatis vultuum formis inter ſe variis, actuq́; in orbem quaſi reflexo, diſtantiam inde localem dempſeris, intellectum primum mox intelliges, præſertim ſi ipſe talis imprimis euaſeris, deinde inſpexeris temetipſum.

SIquis igitur hanc ipſam uitam, compluri mam, omnem, primã, unã intueatur, ſupra q̃ æſtimari poſſit, hac ipſa gaudebit, omnẽ prorſus aliam aſpernatus. Aliæ nanque inferiores uitæ, tenebræ ſunt: uitæ inquã exiguę, obſcuræ, uiles, impuræ, puraſq́; uitas cõtam inãtes. In quas cũ primũ aſpexeris, neq; puras cernes ulterius, neq; uiues amplius ſecundũ illas ſimul omnes: in quibus nihil eſt omnino quin uiuat, uiuatq́; pure, mali nihil admittẽs. Mala enim hic tantũ regnãt, quoniã hic eſt duntaxat uitæ ueſtigiũ: hic nihil mentis eſt niſi ueſtigiũ, illic aũt principale uiget exẽplar, quod Plato nũcupat boniforme, quoniã in ſpeciebus. i. formis bonũ poſſidet. Aliud ſane eſt ipſum bonũ, hic aũt bonus uitam habens in cõtemplando, contẽplatur aũt ſpectacula boniformia: quæ quidẽ tunc ipſe ſibimet cõparauit, cum primum contẽplatus eſt ipſam boni naturam. Influxit aũt in mentẽ ipſum bonum, non omnino ſicut ibi erat, ſed ſicut ipſa mẽs accepit: principium nanq; illud ipſum eſt, atq; in hãc bonum ex illo traducit. Et hęc ipſa horũ effectrix omniũ, id muneris habet ex illo: neq; enim fas erat intuentẽ illud, intelligere nihil, neq; rurſus in illo ſpectacula cõtueri; alioquí nec ipſa quidẽ mens ſpectacula genuiſſet. Vim igitur ad gignendum accepit ab illo, per quam ipſis genituris penitus impleretur: tradente uidelicet illo; quæ ipſum in ſe minime poſſidebat, ſed ex illo penitus uno, huic plurima cõtigerunt. Nempe mens cum non poſſet acceptam inde potẽtiam ipſam proprie poſſidere, in fragmenta diſtinxit, fecitq́; ut una multa prorſus euaderet; ut ita ſaltem per partes ferre ualeret. Quicquid itaq; genuit, ex ipſa boni genuit poteſtate, idq́; genitum eſt boniforme, ipſaque mens eſt bona, uarium quiddam bonum ex boniformibus conſtitutum. Quamobrem ſiquis ipſam mentem ſphæræ comparet uarie prorſus atq; uiuenti. Aut ſiquis fingat ſpectaculum quoddam uultibus omnibus undiq; conſtitutum, uultibusq́; uiuẽtibus ubiq; refulgens, aut forte cogitat puras animas omnes concurrentes in idem, nec ullo modo indigas, ſed ſua ad uotum omnia poſſidẽtes. Præterea

mentem

mentem uniuerſam, illarum apicibus inſidentem, adeò ut omnis illa regio ſplendore refulgeat: ſiquis inquam ſic intellectū ipſum imaginetur, ipſe profecto extra quodammodo exiſtens alius, intellectū, ut alium intuebitur. Sed operæpretium eſt, omnino animum noſtrum primo quidem in ſe intellectum ipſum ſpectandum fieri, deinde in ſe uelut factum iam ipſum ſpectaculum contueri.

*Eſſentia prima cum primum exiſtit ex ipſo bono, conuerſa eſt ad ipſum, non tam modo quodam intellectuali quàm inſtinctu uitali, quemadmodum planta uergit ad Solem uel humorem, hic enim actus ordine quodam antecedit illum.*

Caput XVI.

SEd vbi directus in bonū impletus illinc radio quodam lucente pariter & calente, ſtatim omnes rerum formas, quaſi colores concipit in ſeipſo, reflexuſq; conceptas ſuas percipiendo intellectus euaſit. Denique ſicut ſol viſum coloreſq; procreat, inuicemq; conciliat, neque ipſe interim viſus eſt vel color, ſed ſuperior: ita bonum & intellectum & intelligentia creat, mutuoq; coniungit his ipſum interim eminentius.

NOn expedit autem in hoc pulchro quàmplurimo moras ſemper protrahere. Oportet enim hinc animum progredi ad ſublimia ſe propenſius attollentē, & cum cęlum hoc dimiſerit, illud quoq; dimittere, neq; ex hoc duntaxat, ſed ex illo potius tranſcendentē protinus admirari, quis nam illius ſit genitor, & qua ratiōe genuerit. Vnumquodq; igitur illic exiſtens ſpecies quædam eſt, & quaſi certa figura, ut cunctumq; illud boniforme ſit propter commune quiddam in cunctis ubiq; collucens, omnia poſſidet boniformia. Habet igitur & ens in omnibus, habet animal unumquodq;, habet communem uitam omnibus inſitam, habet fortaſſis & alia. Verum quid nam illud eſt, propter quod potiſſimum bona ſunt, quatenus bona cenſentur? Ad hanc uero contemplationem imprimis forte conducet, hinc potiſſimum exordiri. Num igitur quando aſpexit in bonum, intellexit unum illud uelut multa, atq; cum intellectus ipſe unum ens exiſteret, illud intellexit ut multa, illud apud ſe partitus, propterea quòd nequiret ſimul intelligere totum. Verum nondum intellectus erat, dum primo ſuſpiceret illud. Sed nunquid abſq; intellectu proſpexit? Profecto putandū eſt nōdum etiam uidiſſe illud, nam uiuebat quidem ad ipſum, totuſq; inde pendebat, totus conuerſus ad ipſum. Hic itaq; motus tunc impletus, cum primum ferebatur illuc, & circa illud penitus uerſabat, impleuit ipſum, nec amplius motus duntaxat extitit, ſed motus iam ſatur & plenus. Mox uero ens ipſum omnia factum eſt, idq; ipſum agnouit animaduertendo ſeipſum: ac iam intellectus euaſit, imbutus quidem ut quod poſſet inſpicere, poſſideret. Inſpiciens uero ipſa cum lumine quodam, ab eodem prorſus accepto, à quo ſuſcepit & illa. Quamobrem ſupernus ille deus traditur nō ſolum eſſentiæ autor, ſed etiam cauſa, ut uideatur eſſentia. Quemadmodum uero Sol cauſa eſt rebus quæ ſentiuntur, ut ſint atq; uideantur, ſimulq; eſt cauſa uiſionis, cum tamen interea ipſe neq; uiſio ſit, neq; etiam quæ uidenda fiunt: ſic & ipſius boni natura, cauſa eſt proculdubio eſſentiæ atq; mentis. Eſt & lumen in proportione quadam analogiæ, qua uiſibilia hæc, & uiſus eſſentiam illam intellectumq; referunt, neq; eſt entia, neq; etiam intellectus, ſed cauſa utrorumq;. Præbetq; menti rerum intelligentiam ſuo quodam lumine ſuper entia mentemq;

temq;

Quid rurſus quod multa dicitur eſſe determinata? Intellectus uidelicet multi. Omnia igitur intellectus ſunt, & hic quidem intellectus omnis, hi autem ſinguli ſunt intellectus. Ipſe uero intellectus omnis unumquenq; cõplexus, nunquid uelut eundem continet unumquẽq;? Nullo modo, alioqui unicum contineret: ſi ergo multi ſunt, differre inter ſe neceſſarium eſt. Rurſus quęrẽdum eſt, quomodo differat unuſquiſq;. Forſan uero in eo etiam quòd factus eſt unus ſuſcipit differentiam, non enim idem eſt uniuerſum & quilibet intellectus: eſt igitur uita quidem illic potentia omnis, uiſio uero quæ inde micat, potentia omnium. Qui autem ibi gignitur intellectus, ipſa omnià prorſus apparet. Alius deniq; inſidet illis, non quidẽ ut fundetur in eis, ſed ut fundet primarum ſpeciem ſpecierum, ipſe tamen à ſpecie procul exiſtẽs. Atqui ſic ferme intellectus ſe habet ad animam, uidelicet tanquàm ei lumen infuſum, quemadmodum ille ſe habet ad intellectum. Nempe quando intellectus determinat animam reddit rationalem, eorum quæ habet ipſe ueſtigiũ exhibẽs, igitur & intellectus illius ueſtigium eſt. Quoniam uero intellectus ſpecies eſt in differentia quadam educta multitudineq; conſiſtens, merito ille extra formam ſpeciemq; exiſtit: ſic enim reliquum ſpecie formar. Si autẽ ille ſpecies eſſet, intellectus deinceps ratio foret: oportuit tamen primum ipſum nullo modo multum eſſe, alioqui multitudo eius ad aliquid ſuperius referretur.

*Quod primo procreatum eſt ab ipſo bono, totum penitus bonum eſt: ſed in eo eſſentia quidem eſt inchoatio quædam ortusq; operis boni. Vita uero adoleſcentia boni. Intelligentia ſpeciesq; idealis bonum illic eſt adultum.*

Caput XVIII.

QVodlibet horum iccirco bonum eſt, quoniam cum ſit ab ipſo bono, nonnihil ipſius quis adhuc ineffabile in ſe poſſidet, commune cunctis. Sicut motus linguæ, manus, pedum, ideo concinnus ſimiliter appellatur, quoniam ab eadem muſica ratione ordinem ſimilem nanciſcuntur: ſed communis illa natura boni, menti admodũ interior eſt, quàm muſicus ordo membris.

CAeterum quæ ſunt in mente, ſecundum quid potiſſimum boniformia ſunt? Nunquid qua ratiõe ſpecies eſt unumquodq;? An quia pulchra ſunt ſingula? An propter aliud quiddam? Si uero quicquid à bono prouenit, ueſtigium figurãq; habet illius, aut ab illo, quatenus inde deſcendit: quemadmodum ab igne genitum, ignis habet ueſtigium: & quod à dulci, ſimiliter dulcis impreſſionem. Prouenit autem in intellectum ab illo & uita, nam ex actu quodam ab illo pendente extitit, atq; intellectus extitit propter illum. Item ſpecierum inde pulchritudo deſcendit, omnia profecto boniformia erunt, uita, intellectus, idea. Verum quid nam commune? Non enim ſufficit hoc ipſum ſcilicet eſſe ab illo ad hoc tandem, ut aliquid propterea ſit in omnibus idem: in ipſis enim commune ipſum oportet ineſſe. Fieri nanq; poteſt, ut ab eodem non idem efficiatur, aut etiam quod ſimiliter datum eſt in accipientibus diuerſum euadat. Quoniam & aliud illud in quod munus boni traducitur, primus eſt actus: aliud uero ipſum eſt quod actui primo tribuitur. Quod autem in his reſultat, aliud iam exiſtit: aut forte nihil prohibet ſecũdum quodlibet quidem eſſe boniforme, magis tamen ſecundum aliud. Quid igitur hoc ipſum eſt, ſecundum quod potiſſi-

potiſſimũ boniforme cenſetur? Sed forſan prius illud expedit indagare: num quid bonum ſit ipſa uita, hoc ipſo uidelicet quod eſt uita: etiamſi pura prorſus & nuda conſideret. An potius uita proprie quæ ſit à bono. Eſſe à bono nihil ſit aliud quàm uitam eſſe talem: rurſus ergo quid nam eſt uita talis? Numquid uita boni? At uero non ipſius eſt proprie, ſed ex ipſo. Verum ſi in illa uita inſit hoc ipſum, quod ſit ex illo, atq; eſt ipſa uera uita, nihilq́; ab illo profluens, uile eſſe dicendum: profecto & qua ratione uita iudicanda eſt eſſe bonũ, ſimiliterq; in intellectu uero primoq; illo neceſſarium eſt concedere, illum ſcilicet eſſe bonum: & quamlibet ſpeciem bonum eſſe, atq; boniforme. Si igitur ita ſe res habet, forte unumquodq; horum, bonum aliquod habet, ſiue cõmune, ſiue potius aliud, ſiue hoc quidem primo bonũ habet, illud autẽ deinceps graduq́; ſecundo. Cum enim acceperimus unũquodq;, tanq̃ in eſſentia ſua iam boni aliquid habens, nimirũ & ob hoc ipſum eſt unumquodq; bonũ. Conſtitit ſane uitam eſſe bonum, nõ quidem ſimpliciter, ſed quoniã uera uita, atq; ab illo, intellectumq; ſimiliter bonũ, quoniam uerus ſit, & inde progenitus, oportet certe aliquid ipſius eiuſdem in his inueniri. Quãdo enim de rebus inter ſe differentibus idem aliquid prędicatur, nihil prohibet in illorum quidẽ eſſentia illud ineſſe. Simul tamen licet ipſum accipere ratiõe ſeorſum: quemadmodum & animal in homine ſimul & equo, calidum in aqua & igne. Sed ibi quidem tanquàm genus, hic autem tanquàm hoc quidem primo tale ſit, illud uero poſterius. Num igitur uita & intellectus & cætera ſingulatim uniuoce, an æquiuoce, an potius analogia quadã dicuntur bonum? An igitur ineſt eorum eſſentiæ bonum? Vel potius totũ unumquodq; bonum eſt? Nõ ſecundum unum bonũ: quomodo igitur? Nunquid uelut partes? At uero impartibile eſt ipſum bonum: forſan uero unum quidem eſt ipſum, id aũt hoc modo ſe habet. Etenim actus primus eſt bonum: idq; quod in eo determinatum eſt, exiſtit bonum, itemq; ambo. Atq; id quidem iccirco bonum eſt, quia factum eſt ab eo: hoc autem, quia ornamentum eſt ab ipſo: illud uero quoniàm ambo cenſetur. Hęc igitur omnia ab ipſo eodemq; ſunt: nihilq́; eſt idem, uelut ſi ab eodem uox proueniat & inceſſus, aliud'ue quiddam, omnia deniq; recte cõpoſita. Forte uero in his dicuntur ſimiliter omnia recte diſponi, quoniam ordo numeruſq; omnibus ineſt. In illis autẽ quid nam eſt commune? Dicet forte quiſpiam in his quidem totum unumquodq;, ut recte ſe habeat, extrinſecus adipiſci: cum differentia ſint ea circa quæ ordo uerſatur: ibi uero ipſa quoq; ſingulatim eſſe bonũ, ſed cur nam & ipſa? Non enim hoc ipſo duntaxat confidendum eſt ſcilicet hæc eſſe bona, quoniam ſint ab illo, atque ita quieſcere. Concedendum eſt profecto hæc cum ab illo ſint, eſſe admodum pretioſa. Sed ulterius nõ ipſa deſiderat: ſecundum quid potiſſimum illorum exiſtimetur bonum.

*Bonum neque definiendum eſt per id quod ſit appetibile, neque per id quod ſit uniuſcuiuſque uirtus.*

CAPVT XIX.

In prima enim deſcriptione adhibentur poſteriora bono. Atq; propter appetentium appetibiliumq; diuerſitatem iudicium veri boni reſtat ambiguum. In ſecunda adhuc ſupereſt quærendum, quare & quomodo virtus aliqua vel virtus ipſa ſit bonum.

NVm igitur deſiderio atq; animæ iudicium tribuemus? Atq; huius affectui fidem penitus adhibentes, quod huic appetibile eſt, bonum eſſe cēſebimus. Propter quid autem deſideretur, nequaquàm inueſtigauimus: atq; quid unumquodq; ipſorũ ſit, demonſtrationibus explicabimus. Ipſam uero boni rationem appetitui committemus? Veruntamen multa ſic abſurda nobis occurrunt. Primum quidē, quod & bonum unum aliquid erit eorum quę ſunt circa aliud. Deinde quoniã multa ſunt, quæ appetunt, aliaq; ab aliis appetuntur: quomodo igitur ipſo appetentis affectu, utrũ aliquid ſit melius iudicabimus? Sed forte neq; ipſum quidem melius cognoſcemus ignorãtes bonum: ſed nunquid bonum exiſtimabimus ſecundum uniuſcuiuſque uirtutem? Sed ita certe id in ſpeciem rationemq; reducemus, recte quidem progredientes. Poſtquàm uero illuc deniq; proceſſerimus, quid nam reſpondebimus, ſi inueſtigandũ fuerit, qua ratione hæc ipſa ſint bona? In rebus quidem deterioribus, ut uidetur, facile naturam talem cognoſceremus, quàmuis non ſyncere admodum ſe habentem. Illic autem non primo comparatione quadam ad deteriora cenſebimus. Vbi autem nihil eſt malum, ipſa uero meliora in ſeipſis exiſtũt, dubitationibus implicabimur: an igitur quoniã ratio præſens, propter quid inueſtigat, hæc autem penes ſeipſa ſunt bona, propterea dubitat? Quippe cum ibi hoc ipſum quod dicitur propter quid idem ſit atq; illud, quod quid eſt appellatur. Quoniam & ſi aliam huius cauſam afferamus, uidelicet ipſum deum, cum tamen ratio illuc uſq; nequaquàm peruenerit, ſimilis imminet ambiguitas. Sed deniq; retrahere hinc pedem tẽtandum nobis eſt, conantibus ſiquo pacto alia incedentibus uia occurrat aliquid manifeſtius.

*Quærentibus quid ſit ipſum bonum, intellectus palam occurrit nobis ut bonum. Quo etiam & per ipſum de bonis reuera iudicamus, ac malis. Et ordo ſpecieſq; rerum & uita ab intellectu procedit. Vita quinetiã adulta quam animus optat, eſt intellectus.* Cap. XX.

NEq; tamen intellectus eſt ipſum bonum: hoc enim, non illum omnia cupiunt. Iam vero animæ prius & frequentius bonum q̃ intelligentiam appetunt, neq; in hac quieſcunt, ſed in illo: cupiunt quidem eſſe, viuere, agere, non ſub ratione eſſendi, viuendi, agendi, intelligendi, ſed boni. Quapropter bonum ab his omnibus diuerſum eſt atq; ſuperius.

CVm igitur impræſentia diffidamus affectibus, quantum ſpectat ad aſſeuerandum quid unumquodque ſit & quale: nunquid forſan operæpretium eſt, ad alia quædam iudicia peruenire? & ad rerum oppoſitiones accedere, uelut ordinem & uacationem ordinis, contemperatum incompoſitum, ſanitatem infirmitatem, formam informitatem, eſſentiam corruptionem, conſiſtentiam euaneſcentiam. Horum nanque prima ſecundum coniugationem quamlibet quisnam dubitet quin in boni ſpecie computentur. Si res ita ſe habet, horum etiam effectiua neceſſarium eſt in boni ſorte connumerare. Atqui & uirtus, intellectus, uita anima ſapiens in boni gradu uerſantur, ideo'que in iiſdem ponuntur & illa, quæ ſapiens uita deſiderat. Cur non igitur dicet aliquis, gradum in mente ſiſtamus? eamq; eſſe bonum aſſeueremus? Etenim anima & uita mentis ueſtigia ſunt, eamq; affectat anima, & ſecundum illam iudicat, & iudicando ſe cõfert ad mentem, iudicans quidē iuſtitiam iniuſtitia melius, & quamli-

QVoties igitur animus lumen hoc inſpicit, toties ad res diuinas hoc circunfuſas lumine incitatur, affectansq́; lumen in his præfulgens occurſu eius admodum gratulatur. Quemadmodum & qui corpora hæc uidentur amare, non ſubiecta quidem amāt, ſed pulchritudinem palam in corporibus effulgentem. Exiſtit enim quodlibet hoc ipſum quod eſt in ſeipſo. Euadit autem optabile, cum hoc bonum ipſum quaſi colorat, dum uidelicet rebus quidem expetendis gratias abunde largitur, appetentibus uero infundit amores: iam uero animus cum influxū inde ſuſceperit, mouetur, debacchatur, ſtimulis incitatur: atq; ita in hūc inſurgit amor. Antea uero neq; ad mentem quidem ipſam mouetur, quamuis pulchrā. Ipſius enim pulchritudo torpet priuſquàm boni lumē acceperit, ipſaq́; animus ex ſe recidit reſupinus, & ad omnia torpet, menteq́; pręſente ad eam dormitare uidetur. Poſtquàm uero inde accēſus eſt calor, corroboratur protinus excitaturq́;, alisq́; fulcitur. Ac dum ad id quod proximum eſt, uehementer afficitur, ad aliud interim quaſi reminiſcentia quadā excellentius eleuatur. Et quouſq; aliquid reſtat præſente ſuperius, natura ſurſum attollitur, ab eo ſublatus, qui infudit amorē, & intellectū quidem tranſcendit. Nequit aūt ſupergredi bonum: quoniam nihil bono ſuperius eſſe poteſt. Si a [illegible] defigat intuitū, pulchra quidem cernit atq; ueneranda, nondū ta [illegible] omnino quod quærit: quaſi enim propinquat uultui formoſo quidē, non [illegible] tamen aſpectum ad ſe rapienti: quippe cū ea adhuc decora gratia careat, quę ſolet in pulchritudine refulgens allicere. Quamobrem & hic pulchritudinē eſſe putandū eſt id ipſum potius quod in proportione refulget, quàm ipſam proportionem. Idq́; eſſe proprie quod eſt amabile: cur enim in facie quidem uiuentis magis pulchritudinis ſplendor apparet, in facie uero defuncti nec dum manifeſte permutata figura uix pulchritudinis reſtat ueſtigiū? Cur itē tū inter imagines, quę uidentur uiuaciores etiā pulchriores occurrūt? quamuis aliæ quædam exactiori ſint menſura compoſitę. Cur ipſa uiuentis forma etiam ſi minus cōpoſita ſit, pulchrior tamē occurrit quauis imaginis pulchritudine? Forſan quia hoc reuera magis eſt expetēdum: id uero, quoniā habet animā: id rurſus, quia hæc quodam ipſius boni lumine eſt inſignita. Inde uero colorata protinus excitatur, & quaſi leuior attollitur altius, eleuatq́; quod habet, & quatenus capere poteſt bonum reddit & excitat.

*Primum rerum principium idem eſt atq; ipſum bonum.* Cap. XXIII.

NIhil enim melius ipſo bono: nihil ſimiliter primo rerū principio melius. Item ipſum bonum per ſe ſibi ſufficientiſſimū eſt. Sufficere vero ſibi principiū ſolum poteſt. Præterea malum per diſceſſum quidem à principio creſcit, per acceſſum vero augetur bonum. Vltimum ergo rerum eſt ipſum malum, primum vero ſimiliter ipſum bonū. Denique quoniam omnia bonum appetunt, atq; eius participatione proficiunt, plane conſtat, ab ipſo cuncta & eſſe & conſeruari, eiusq́; virtute moueri, & agere quicquid rite & naturaliter agunt.

NEque uèro mirari quiſquàm debet, ipſum quod animæ ſe [illegible], quod menti lumen infundit, cuius ueſtigiū hęc paſſim con [illegible], tantam habere potentiam, dum uidelicet ad ſeipſum trahit animam atq; mentē, & paſſim reuocat ab errore, ut penes ipſum denique cōquieſcant. Si enim illud à quo ſunt omnia, nihil ſe melius eſſe patitur,

minus

minus uero bona ſunt omnia, ſequitur ipſum rerum omnium optimũ, bonum ipſum exiſtere. Quinetiam ſi oportet ipſam boni naturã per ſe ſibi ſuffi cientiſſimã eſſe, nec indigam alicuius: quã potiſſimũ aliã ipſam quis eſſe reperiat, præter hanc quæ ante alia eſt, hoc ipſum quod exiſtit, quando nondũ eſt malũ. Si aũt mala poſterius ſunt, in his rebus quæ nihil participant mune rum diuinorũ atq; poſtremis, neq; mali quicq̃ eſt apud ſuperos, neq; aliquid ipſo malo peius, ſicut neq; melius aliquid ipſo bono, profecto mala cõtrario modo ſe habent ad primum, nihil ad cõtrarietatem habentia mediũ. Ipſum itaq; bonum, hoc prorſus exiſtit: aut enim omnino nihil eſt bonum, aut ſi neceſſarium eſt bonum eſſe, hoc utiq; duntaxat, nec aliud erit. Si quis aũt obiici at bonum omnino non eſſe, cogetur non eſſe malũ, ſimiliter confiteri. Vnde ſequetur res omnes ad electionem eſſe ſecundum naturam indifferentes, id autem eſt impoſſibile. Cætera uero quæ appellantur bona, referuntur ad primum', ipſum uero refertur ad nullum: cũ igitur ipſum bonum tale ſit, quid nam agit? Profecto fecit mentem, fecit uitã, fecit ex mente animas, & reliqua prorſus quæcunq; rationis uel mẽtis uel uitæ participia ſunt: quis nam igitur exprimere poſſit, quale quantum'ue bonum ſit, quod horũ fons eſt atq; principium? Verum quid nunc operatur? Nunc certe ſeruat illa, quæ fecit: efficit enim ut & intelligentia paſſim intelligant, & uiuentia uiuant, inſpirans mentem, inſpirans & uitam, inſpirans eſſe ſaltem, ubi accipi uita non poteſt.

*Eſſe appetibile non tam eſt ipſa natura boni, quàm conditio quædam conſequens ad ipſam boni naturam.*

## CAPVT XXIIII.

Ambigitur quid nam ſit ipſa natura ratioq; boni, & quæ conſequuntur bonum, utrum uoluptatem ſolam, an & aliud inſuper inde reportent. Quo'ue indicio certo uerũ adeſſe bonum diſcernere ualeamus.

Reliquum foret inquirere, quid potiſſimum erga nos operetur. Sed rurſus de lumine dicturi ſumus: quid nã ſit lumen, quo mẽs illuſtratur, cuius eſt & anima particeps. Verum præſtat impræſentia hoc impoſterum differentes prius inueſtigare, nunquid ipſum bonum propterea quod alteri ſit expetendum, bonum ſit atq; dicatur. Et quod alicui eſt appetibile, ſit & alicui bonum: quod autem omnibus appetendũ, ipſum bonum aſſeueremus. An potius indicium hoc boni aliquis iudicet, oporteatq; quod eſt appetibile, eam habere naturã, qua iure ſibi appellationẽ eiuſmodi uendicet. Quærendum eſt præterea nunquid hoc appetentia, id appetant ab eo nonnihil accipiendo, an duntaxat ipſo gaudendo: & ſi quid accipiant, quid nam ſit illud? Sin tantum gaudeant, cur hoc duntaxat, nec alio quopiam: ubi ſane & hoc indagandum, num bonum per ipſius proprii rationem, an per aliud perpendendum. Tum uero nunquid bonum omnino alterius ſit, an etiam ſibimet bonum ipſum ſit bonum. An potius cuicunque bonum ſit, ſibi quidem non ſit bonum, ſed alteri neceſſario: item cui potiſſimum naturæ ſit bonum. Eſt enim nonnulla natura, cui nihil eſt bonum: neq; illud ſilentio prætereundũ cenſeo, quod forſan aliquis pertinax & contentioſus obiiciat. Quid nam ò uiri dicet ſurſum deorſumq; ſpectãdo rem ueſtram glorioſius exornatis? Vitam bonum dicitis: mentem quoq; bo-

num, quàmuis ſuper hæc ſtatuatis ipſum bonũ. Dicite quæſo, quid nam mẽs ipſa ſit bonum. Quid ſpecies ipſas intelligens, habeat bonum, dum quid unũ quodq; ſit, contemplatur. Fieri fortaſſe poteſt, ut horum oblectatione deceptus appellet bonum: ſimiliter quoq; uitam tanquàm ſibi dulcem exiſtimet bonum. Qui ſi forte ſit in eo habitu conſtitutus, ut nulla uoluptate tãgatur, cur nam bona hæc affirmabit? An forte bonum eſſe putabit, uidelicet ſe exiſtere? Sed quid nam fructus ex ipſo eſſe percipiet? Quid'ue apud ipſum intererit eſſe, aut omnino non eſſe: niſi quiſpiam quandam erga ſe amicitiam eſſe horum cauſam afferat. Adeo ut ob hanc deceptionem nobis naturaliter inſitam, mortiſq; timorem, bonorum exiſtimatio ſit inducta.

*Bonum materiæ quidem forma eſt, corpori uero anima, animæ intellectus, intellectui ſimul & omnibus principium omnium.* Cap. XXV.

Forma materiæ actum exhibet atq; ordinem tanquàm bonum. Anima corpori vitam atq; motum: intellectus animæ virtutẽ, principium intellectui actũ vitalem intellectualemq; & lumen inæſtimabile. Sicut naturã ignis id ſequitur, vt diſtantia quidẽ illuminet, propinquantia vero etiã calefaciat: imò ſicut centrũ grauia trahit & ſiſtit, ita naturã boni hęc cõditio cõmitatur, vt remota quidẽ trahat per appetitum, prę ſentia vero detineat atq; delectet.

Plato igitur cum uoluptatem admiſceret fini, ipſumq; bonum neq; ſimplex, neque in ſolo intellectu poneret, ſicut ſcribitur in Philebo, forte ambiguitatem eiuſmodi ſentiens, neq; auſus eſt ipſum bonum prorſus in uoluptate ſtatuere, & recte quidẽ, neq; intellectum uoluptatis expertem, exiſtimauit bonum ipſum eſſe cenſendũ. Quippe cũ non uideret in eo quod incitaret affectũ: forſan uero nec ita prorſus accepit. Sed ita bonum iccirco compoſuit, quoniã iudicauit bonũ ipſum cum naturã in ſe talẽ habeat, neceſſario eſſe delectabile, & optabile proſequẽti, & delectabile conſecuto: quapropter cui nõ inſit gaudiũ, nec adeſſe bonũ. Ideoq; ſi primo deſideranti non inſit lętitia, nec etiã aſſiſtere bonũ: neq; ab re bonũ ita compoſuit. Non enim primum ibi bonũ inueſtigabat, ſed bonum duntaxat humanũ: quod quidẽ omnino & alterius eſt, & ipſum eſt pariter alterum. Cum ipſum ſit deficiẽs, ac forte cõpoſitum, quamobrem quod ſolitarium eſt atq; ſolũ, nullum habere iudicat bonũ, ſed alia quadã conditione excellentioriq; ratione ipſum exiſtere bonũ. Neceſſariũ eſt igitur bonũ ipſum expetendum eſſe, nõ tamen quia ſit appetendũ, iccirco fieri bonũ: ſed potius quia ſit bonum, ideo appetibile fieri: an igitur ultimo quidẽ in ordine rerũ, quod præcedit, eſt bonũ, ſemperq; aſcenſus eiuſmodi facit, ut quod ſuperius eſt, ſequẽti deinceps adſit ut bonũ, ſi modo aſcenſus à proportione analogię nuſq̃ diſcedat, ſed ſemper in maiora procedat. Sed gradum deniq; ſiſtet in eo quod eſt ſupremũ, ultra quod nihil reliquũ eſt, quod ſuperius accipi poſſit. Idq; primũ eſt ac reuera bonũ, & bonum pręcipue maximum, cęteriſq; cauſa bonitatis. Materiæ igitur bonũ eſt ipſa forma: ſi enim ſenſum materia nanciſcatur, aduẽtu formæ proculdubio gratulabitur. Corpori uero bonũ eſt anima: nã abſq; anima neq; eſſet, neq; etiã ſeruaretur. At animę bonũ, uirtus: iãq; etiã ſuperius, intellectus. Intellectui deniq; bonum eſt illa, quam naturã primam appellare ſolemus. Exiſtimandum eſt præterea horũ quęlibet aliquid in ea facere, quorum ſunt & bona. Hęc quidẽ adhibere ordinem & ornatũ: illa

uero

SEd quid nam oportet contingere unicuiq; atq; quod ſibi [illegible] ſentaneum habeat. Profecto ſpeciem quandam [illegible] ſentanea enim eſt materiæ ſpecies, & animæ ſpecies, [illegible] tus. Hæc uero ſpecies nunquid ex eo quod propria eſt [illegible] risq; illi, eſt & illi bonum? appetitioq; uergit ad proprium? Forte non ita. Si mile enim proprium eſt: atq; ſi uelit aliquis habeatq; ſimile eoq; gaudeat, [illegible] dum tamen poſſidet bonum. An igitur quando conceſſerimus eſſe bonum, non etiam proprium concedemus? Dicēdum eſt utiq; iudicium de proprio ad ipſum præſtantius ac melius referendū eſſe: ad quod uidelicet aliquid eſt in potentia. Cū enim in potentia ſit ad aliud, illo proculdubio indiget. Illud autē quo uelut præſtantiore id indiget, certe huic eſt bonum. Materia uero maxime omnium eſt egena, cui forma ultima conueniens & pro[illegible] ultra materiam gradatim ad ſuperiora conſurgitur. Proinde ſi [illegible] bonum eſt, multo magis eſt ei bonū perfectio eius & ſpecies, quod'ue eſt ipſo pręſtātius: quod ſane & ſua natura tale prouenit, quoniam & ipſi bonū efficit. Sed cur nam ipſum eſt bonum? An quoniam ſibi eſt maxime proprium? [illegible] ſane. Sed quoniam eſt quędam ſors & portio boni. Quamobrem illis qui ſyn ceri melioresq; ſunt familiaritas tum ad ſe tum inter ſe magis propria ineſt. Iam uero perabſurdum eſt inquirere, cur nam aliquid cum ſit bonū ſibimet ſit bonū. Quaſi uero oporteat ab ipſa ſui natura diſtare: neq; amare ſeipſum tanquam bonum, ſed in re ipſa ſimplici hoc eſt indagandum. Nunquid ubi nullo modo ineſt aliud atque aliud, ſit propria quædam ad ſeipſum neceſ ſitudo, ideo'que ſibimet ſit bonum? Impræſentia uero ſi recte hæc à nobis dicta ſunt, atque aſcenſus gradatim præſtat bonum in natura aliqua conſti tutum, nec appetitio facit bonum, ſed appetitio ſurgit potius quia bonum: item aliquid in eis fit quæ nanciſcuntur bonum, quod'ue ipſam boni co mitatur adeptionem eſt uoluptas: profecto etiam ſi uoluptas nulla conſe taretur, adhuc tamen eligendum eſſet ipſum bonum, ipſumq; per ſe quæ rendum.

*Materiam primam cogitamus quaſi potentiam quandam informem quidem, ſed naturaliter [illegible] paratam. Qua igitur ratione informis eſt, malum eſt, neque proprie ſic appetit bonum: qua ratione [illegible] ta formæ, non eſt malum: ac ſi quo modo poßit appetere, ſic bonum, id eſt formā appetit, præſertim [illegible] ſuæ deformitatis odio.* Cap. [illegible]

SIcut ipſum bonum ſibi & omnibus eſt amabile: ita ſi fingatur ipſum malum, nec [illegible] ſibi erit amandum. Vnicuique bonum eſt ſua quædam ſpecies, forma, perfectio, [illegible] perne dependens: ſed forma ſpeciesq; materiali informitati paſſim opponitur. [illegible] tur forma eſt à materia ſeparatior, eò gradatim magis ſpecies eſt magisq; bonum: [illegible] ma tandem ſpecies, optimum. Ipſum vero bonum nec ſpecies vlla iam eſt, nec [illegible] num, ſed ſpecierum autor pariter & bonorum.

QVod aūt ex ſuperioribus ſequitur, conſiderandum nunc [illegible] tramur. Si ubiq; quod tanq̄ bonum adeſt, ſpecies quædam eſt, & ſpecies eſt ipſi materiæ bonum: quærendū eſt, nunquid ſi ma teria uolendi aliquid compos euaſerit, uelle poſſit ſola [illegible] fieri. Verum ſi hoc uoluerit, interire uolet: omnia uero bonum ipſum [illegible] tunt. Sed forte nō exoptabit quidem eſſe materia, ſed eſſe duntaxat: [illegible] habens malū ſuū abiicere uolet. At uero malū quomodo bonū appetet? Sed

profecto

profecto neq; materiæ appetitionem attribuimus, ſed ſuppoſitionem quandam adduxit conditio diſputandi, attribuens quidem ſenſum, ſi modo attribui poſſit, ſeruata materia. Et ſane adueniēte ſpecie uelut inſomnio quodam poni, in meliori ordine cōſtitit materiam collocari. Si ergo malum materia eſt, quomodo res ſe habeat, iā eſt dictū: ſin aūt aliud quiddā tanquam (ut ita loquar) malitia atq; ipſum eius eſſe, ſenſum accipiat, nunquid adhuc ipſum proprium familiareq; penes id quod eſt præſtantius erit bonū? Sed profecto nō erat malitia ipſa quę eligebat bonū, ſed potius quod habebat in ſe malū: ſin autem idem ibi ſit eſſe atq; malū: quo nam pacto hoc bonū expeteret? An forſan uideri poterit, ſi malum ſeipſum ſentiat, amaturum eſſe ſeipſum? Sed profecto quo nam modo amari poterit ipſum nō amabile? Non enim in eo ipſo quod proprium dicitur & domeſticum, rationem boni cēſuimus collocandam. Et de his quidem nūc ita ſit dictum. Verum ſi ſpecies ubiq; eſt ipſū bonum ſemperq; altius aſcendendo, ſpecies magis occurrit, magis enim ſpecies eſt aīa quā corporis ſpecies: ac penes animā ſpecies magis atq; magis, & deniq; intellectus magis ſpecies eſt q̄ aīa, certe ipſum bonū oppoſita quadā ipſi materiæ uia procedit, eiq; præcipue conuenit quod purgatum eſt & à materia longe ſemotum, pro puritatis quidem gradibus unicuiq;: maximum uero bonum ipſi congruit, à quo quicquid materiæ cogitari poteſt, longe ſeiungitur. Atqui & ipſius boni natura omnem materiam fugiens, imò uero nec uſquam, nec ulla conditione propinquans, proculdubio in naturam aufugit ſpecie omnino uacantem, à qua prima ſpecies oritur. Sed de hoc in ſequentibus pertractabitur.

*Manifeſtiore ſolemus uoluptate moueri, dum extra perfectum corporis uel animi habitum poſiti reſtituimur in illum, q̄ ubi perfectum iam ſumus habitum conſequuti. Ex quo patet uoluptatem illam quæ quaſi motio quædam eſt, non eſſe finem perfectionemq; naturæ.* Cap. XXIX.

NEmpe in habitu naturali ſtatuq; uitæ perfecto, mobilis quidem uoluptas illa deſinit factaiam tranquillitas, & optima (ut ita dixerim) ualetudo habitudoq; naturalis mobili uoluptate conſtantior, uerior, optabilior. Contra illos qui opinantur, nec ſine uoluptate nec præter uoluptatem aliquid eſſe bonum, Plotinus aſſerit, eſſe, uiuere, ſentire, intelligere & ſimilia, eſſe bona eligendaq;, non eo duntaxat argumento, quòd communiter cum uoluptate quadam manifeſta contingant, ſed quoniam eorum oppoſita tanq̄ mala naturaliter fugiantur.

VErum niſi uoluptas ſequatur bonum, fiat autem ante uoluptatem aliquid propter quod & uoluptas ſoleat comitari, cur non bonum etiam tūc gratum amabileq; occurrat? Sed cum gratum lætumq; dixerimus, ſimul iam diximus uoluptatem. At ſi exiſtat quidem bonum, exiſtente uero poſſibile ſit non eſſe iucundū, quid nam dicemus? Sed forſan ſi ita ſit, etiā preſente bono qui ſenſum habet, bonū non agnoſcet adeſſe. Forte etiā nihil prohibet aliquē cognoſcere quidē bonū: neq; tn̄ moueri aliter poſtq̄ illud habet: quod quidē maxime cōuenit admodū temperato, & nullius egeno. Quapropter nec primo exhilaratio conuenit, non ſolum quia ſimplex eſt omnino, ſed quoniam ipſa dūtaxat adeptio quę indigentis eſt, uoluptate perfunditur. Sed hoc quidem tunc demum perſpicue apparebit, poſtquā reliqua omnia purgauerimus: ſermoneq; illū nobis oppoſitū expulerimus. Hic uero eſt, qui dubitat, qđ nā fructus accipiat qui

mentem

mentem habet ad comparandam boni ſortem: ſi nullo prorſus moueatur affectu, dum hęc audit, propterea quòd hæc re ipſa nequaquã percipiat: ſiue dum audit nomen, uel aliud quoduis eorum exiſtimat ſingulatim: ſiue aliquid ſenſibile quærit, bonumq́; in diuitiis uel aliis eiuſmodi ponit. Aduerſus hunc ergo dicendum eſt: quando hæc deſpicit, interea confiteri poſitum eſſe aliquid apud ſe bonum: cum uero dubitet ubi potiſsimum & qua ratione ſit poſitum, nimirum notioni illius apud ſe inſitæ hæc deinceps accommodare. Fieri namq; non poteſt, ut qui huius ipſius omnino imperitus eſt & ignarus, aliquando dicat: iſtud aut illud hoc ipſum eſſe non poteſt. Forte etiam eiuſmodi ſermo ipſum bonum ſuper mentem eſſe uaticinatur. Præterea ſi ad ipſum bonum uel ad illius proximum ſuſpiciens non diſcernit, expedit ſaltem ex oppoſitis bonum excogitare: alioqui nec ignorantiam quidem malum eſſe fatebitur: quanquàm omnes intelligere cupiunt, omnes intelligentia gloriantur. Teſtantur hoc & ſenſus, qui ad notitiam ac uelut intelligentiam natura contendunt. Si igitur intellectus pulchrum quiddam eſt atque uenerandum, maxime uero primus: dic age, quid nam imagineris æſtimaturum ſiquis genitorem patremq́; mentis inſpicere poſſit? Proinde qui eſſe & uiuere uerbis ſpernit, ipſe interim contrà teſtatur, & omnes uerbis habet repugnantes affectus. Quòd ſiquis grauiter ferat uitam, is certe non ueram uitam, ſed illam potius quæ morti miſcetur, reſpuere iudicatur.

*Finis intellectualis animæ eſt expeditus & ſummus actus intelligentiæ in ipſum uniuerſi bonum prorſus intentus.* Cap. XXX.

Actus eiuſmodi beatitudo eſt, etiamſi nulla huic voluptas exterior adiungatur: neque tamen ipſe eſt voluptatis expers. Ipſa enim expedita actionis integritas atque ſummitas, eſt voluptas. Tunc vero maxime & ſimplex vnumque exiſtit: gaudet vero ſeipſa penitus ex ſuperiori lumine iam formata. Profecto ſicut ſummitas luminis circa ſpeculum concauum iam eſt calor, ita ſummitas eſſendi iam eſt vita: ſimiliter viuendi, ſenſus: ſentiendi, imaginatio: imaginandi, ratio: rationis, intelligentia: intelligentiæ, gaudium: gaudij, bonum. Nempe ad ſupremum vniuerſi gradum non per diuiſionem, ſed per vnionē aſcēditur paulatim. Iam vero ſicut elementa eodem naturę nixu quod ſibi conſentaneum eſt petunt atque fruuntur: ita mens eodem actu, quando ſummus eſt vergit in finem vltimum tanquàm verum, & fruitur tanquàm bono. Sed de fine & intelligentia & voluptate in commentarijs Philebi latius diſputamus.

Poſt hæc, utrum uoluptatem bono oporteat eſſe permixtam, alioqui imperfecta ſit uita, etiam ſiquis diuina eorum principium ſpeculetur, attingentes bonum animo, inueſtigare debemus. Iam uero ubi Plato bonum componere uidetur ex intellectu tanquàm ſubiecto, atque ex affectione quadam animæ quæ intelligentiam ſequitur, ibi certe neq; finem neq; bonũ ipſum compoſitum eſſe aſſerit: ſed illic ipſe intellectus eſt bonum. Nos autem huius boni poſſeſſione gaudemus. Atque hæc una de bono opinio eſt. Altera uero opinio uel expoſitio eſt illa, quæ ſic admiſcet intellectui uoluptatem, ut unum aliquid ex utriſque ſubiectum ponat, ut nos intellectum eiuſmodi comparantes ſiue cernentes, bonum iam habeamus. Quippe cum deſertum aliquid atq; ſolum neq; fieri poſsit: neq; ſi poſsit tanquam bonum nobis ſit exoptandum. Sed

quærendum

ſimilitudine ſtudioſe reddentes: ut quoad fieri poteſt amati [illegible] aliis'que uirtutibus nihilo inferiores euadant: alioqui ab amatis [illegible] ditis prorſus contemnerentur: atq; ii ſunt ex amantium numero qui amati familiaritate frui quandoq; poſſunt. Eodem pacto & anima amat quidem ipſum bonum: ſed ab ipſo eodem ſtatim ab initio prouocata eſt [illegible]. Et profecto quæcunq; promptum habet amorem, nequaquam expectat ut ex his quę apud nos pulchra ſunt in ipſius boni memoriã reuocet: ſed amorẽ in ſe habẽs etiã ſi quod habet ignorat, aſſidue quæritat: uolensq; ad illud [illegible] dere noſtra hæc omnia deſpicit. Nẽpe cõſiderans quę in hoc mũdo pulchra uidẽtur nõ iniuria deſpicit: cũ ea in carne corporeq; iacẽtia uideat, pręſentiq; ſubiecto locoq; polluta dimenſionibus quoq; diſperſa: quę profecto & ſi pulchra dicũtur non tamen ipſa uera ſunt pulchra. Nefas enim eſt opinari ipſa quæ reuera pulchra ſunt ſeipſa qualia ſunt in corporum lutũ immergere & fedare ſeipſa atq; diſperdere. Iã uero quãdo quę apud nos pulchra putãtur, cõſiderat in perpetuo fluxu uerſari, deprehẽdit omnino hęc quod in eis emicat, aliunde nãciſci. Poſt hæc illud prorſus attollitur, potens uidelicet quod amat deniq; cõſequi: neq; prius deſiſtit q̃ aſſequat, niſi forte quis illi extirpet amorem: ubi tandẽ & omnia pulchra & uere exiſtentia cernit, & impleta e[illegible] tis ipſius uita ualde corroborat. Fitq; & ipſa ipſum uere ens, habitatq; ibidem uere cõprehendẽs & proxime habitans, quod iãdiu quærit, perſpicue ſentit.

*Quicquid eſt in mundo intelligibili, ſpecies quedam eſt: & ipſe totus eſt ſpecies conſtans ex ſpeciebus. [illegible] cies autem unaquæque eſt aliquid intelligentia definitum: unde & altera ab altera plane diſtinguitur. Vniuerſa rurſum ſpecies conſtans ex definitis, eſt denique definita. Item in multitudine ſpecierum unus illic pulchritudinis ſplendor emicat.* Cap. [illegible]

OPortet igitur & ſuper definitam illius mundi naturam peruenire ad ipſam incomparabilis uirtutis immenſitatem: & à pulchritudine quæ ſplẽdor quidam eſt in multis quaſi ſtellis aſcendere ad ſimplicem ipſius boni lucem uelut Solis: quæ q̃uis ſpecies nulla ſit, eſt tamen ipſa pulchritudinis pulchritudo. Et quoniam bonitas pulchritudoq; infinita eſt, infinitum propinquantibus accendit amorem. Hinc argumentari poſſumus animam [illegible] titudinem ſempiternam.

HIc iam fas eſt quærere hunc in modũ: Age dic anima ubi [illegible] le ſit, qui tam ingentẽ pulchritudinẽ procreauit, qui tam [illegible] lẽtem progenuit uitã, qui primã fecit eſſentiã. Cernis [illegible] ipſam in omnibus & uariis ſpeciebus pulchritudinẽ [illegible] Pulchrũ quidẽ eſt ibi conſiſtere: ſed operæpretiũ eſt animũ in p[illegible] exiſtentẽ, unde nam hæc ſint, & unde pulchra fiãt, inueſtigare. O[illegible] ipſum pulchrorũ omniũ autorẽ eorũ nullũ penitus eſſe: alioqui [illegible] ſit pars tantũ quędã erit. Igiẽ neq; forma quędã talis eſt, neq; potentia [illegible] neq; rurſus eſt cunctæ quæ ibi fiunt exiſtũtq; formę atq; potentiæ: [illegible] tet ſuper omnes extare potentias atq; formas. Eſt ergo principiũ ipſ[illegible] cie uacans: non ita quidẽ ut indigeat forma, ſed potius à quo omnis [illegible] tellectualis exoriẽ. Quod enim factũ eſt, ſi modo fiebat, oportuit [illegible] fici, ideoq; propriã accepit formã: quod aũt à nullo factũ eſt, nimirũ [illegible] ctũ eſt aliquid. Hoc igiẽ nullũ entiũ eſt, & entia cuncta: nullũ quidẽ, [illegible] poſteriora hoc entia ſunt: cuncta uero, quoniã ex ipſo naſcũtur. Cu[illegible] facere omnia poſſit, quam in ſe habeat magnitudinẽ? An forſan erit [illegible]

[illegible]

ſum? Verum ſi immenſum, magnitudinem habet nullam: magnitudo enim in rebus ſolum poſtremis habet locũ. Iam uero oportet ipſum magnitudinis effectorẽ non eſſe participem magnitudinis. Quinetiã ipſa quę dici ſolet eſſentiæ magnitudo non eſt quãtitas ulla: habere proculdubio poteſt, quod poſt illud eſt, magnitudinẽ. Magnitudo uero illiꝰ eſt, nihil eo potẽtius eſſe, nihil æquari poſſe cũ illo, quo enim ex ſuis illi ęquari quis poſſit, cum nihil poſſideat idem? Præterea quod dici ſolet, deũ per omnia ſecula perq; uniuerſum ubiq; regnare, neq; ſignificat in deo menſurã, neq; uaſtã rurſus immenſitatem: alioqui quo nã pacto reliqua metiretur? Neq; igitur figurã rurſus in eo ullam fingere decet. Proinde res illa deſiderabilis, cuius neq; figuram neq; formã accipere ullam potes, ſummopere deſideranda eſt & amanda, immenſusq; illius eſt amor. Neq; enim hic finitus eſt amor, quando neq; amatũ quidẽ ipſum eſt finitũ, ſed amor huius eſt infinitus: quapropter & pulchritudo eius alia ratione ſe habet. Eſt enim ipſa ſuper pulchritudinẽ pulchritudo: cũ enim nullum ſit entiũ, quo nam pacto eſſe poteſt aliqua pulchritudo? Cum uero amabile ſit, nimirũ eſt pulchritudinis autor. Eſt itaq; pulchritudinis uniuerſæ poteſtas, ac flos ipſe pulchram efficiens pulchritudinẽ, eam nanq; generat, & genitam ſuę pulchritudinis abundantia efficit pulchriorẽ. Quam obrem pulchritudinis principium eſt, & finis. Cumq; ſit principiũ pulchritudinis, illud quidem cuius principium eſt, efficit pulchrũ. Pulchrum uero facit non in forma, ſed ipſum quoq; factum illic eſt non formatũ, & alio quodã pacto conſiſtit in forma. Quæ enim hoc ipſum quod eſt duntaxat exiſtit forma, ſedet in alio. Quæ quidem ſi ſedeat in ſeipſa aliquid ſine forma cenſetur. Quod igitur eſt pulchritudinis particeps, formatum eſt, non autem ipſa pulchritudo formatur.

*Pulchritudo ipſius boni ſpecie uniuerſa ſuperior eſt. Pulchritudo intelligibilis mundi eſt ſpecies uniuerſa, itemq; pura, quoniam nihil ibi eſt informe. Nihil ita formatum, quin ipſum ſit & forma. Pulchritudo mundi corporei eſt inferior uera ſpecie, quoniam ex forma ſimul atque informi, ac etiam deformitate componitur.*

## CAPVT XXXIII.

Omniformis illa diuini mundi formoſitas etſi quàmplurimum admiranda, tamen definitum quiddã eſt, nec amanda ſummopere, ſed ipſa bonitas melior omniforma. Nam & in mundo diuino quamuis vnumquodq; ſit forma quædam, eſt tamen aliquid ibi ad aliud comparatum, quaſi materia. Vnde & hoc & illud eſt aliquid definitũ. Pulchritudo igitur in mundo diuino, tanquam ipſius boni ſplendor animam illic admirabundam, per amorem clam reuocat ad ipſum bonum. Pulchritudo ſimiliter in anima tanquàm ſplendor intelligentiæ per amorem ad amandum intellectum latenter inuitat. Pulchritudo in corpore velut pulchritudinis animalis imago ad deſiderandam incorpoream pulchritudinem adhortatur.

Qvando igitur pulchritudo dicitur procul à tali quadam forma nobis eſt fugiendum, neq; ponenda nobis eſt ante oculos, ne ab ipſo reuera pulchro in aliquid, quod exigua participatione pulchrum dicitur, corruamus. Nempe ſpecies non formata reuera pulchra eſt, ſi modo ſit ſpecies. Et profecto quatenus à materia ſegregando in formam omnem progredieris, uelut ad ipſam in ratiõe ſeminaria formã, in qua differre aliud ab alio dicimus, quemadmodum iuſtitia & tẽperantia inter ſe diſtinguuntur, quoniam intellectus propriũ quiddam in his intelligit, profecto etſi illic omnia pulchra ſunt, tamen ex eo quod proprium aliquid

 deſi-

deſignatur, quodammodo diminuta deprehendes, etiamſi cũcta ſimul quæ in mundo intelligibili ſunt, comprehẽderis. Nempe ſi unumquodq; ſingulatim illic acceperis, formam unã intelligibilẽ habere uidebis. Si cuncta ſimul, uelut formam quandam uarietate diſcretã. Iam uero ſi hucuſq; proceſſeris, cõſiderare te ulterius oportebit, quale potiſſimũ illud excogitandũ ſit, quod ſane hoc ipſo ſuperius eſt undiq; pulchro & omniformi uarietate diſtincto, ipſum tamen nulla uarietate diſcretũ. Quod animus quidem appetit, neq; tamẽ cur tale quiddam appetat, unquàm exprimit. Ratio uero dictat, hoc eſſe reuera nobis amandũ, ſiquidem in eo gradu qui omnẽ ſpeciem ſupereminet ipſius optimi maximeq; amandi natura conſiſtit. Quamobrẽ quodcunq; in ſpeciem referẽs monſtraueris animo, in hoc ipſo aliud quiddã ſemper quod formauerit, expetit. Docet itaq; ratio, quod formã habet, ipſamq; formã ſpeciemq;, eſſe aliquid mẽſuratum. Id uero nec uniuerſum eſſe, neq; per ſe ſufficiens, neq; ſuapte natura pulchrum: ſed & hoc eſſe permixtũ. Oportet igitur hæc quidem eſſe pulchra, ſed mẽſurata. Ipſum uero quod reuera pulchrum uel potius ſuperpulchrum nullius menſurę limite circũſcribi. Si ita ſe habet, certe nec eſſe formatum, item nec eſſe ſpeciẽ. Quod igitur primo eſt amabile, primumq; exiſtit, omnem prorſus ſpeciem ſupereminet, pulchriq; intelligibilis illic pulchritudo decorq; extat ipſa boni natura: teſtãtur hoc amantiũ paſſiones. Quandiu enim circa figuram oculis manifeſtam dũtaxat quis intuendo uerſatur, nondum amore corripitur. Sed cum primum animus ab illa ſe reuocans, figuram in ſeipſo concipit non ultra uiſibilem, neq; diuiduã, amor protinus oritur. Amatum tamen adhuc intueri deſiderat, ut quod in amante areſcit, amati iugiter irrigetur aſpectu: ſin autem animaduertat tranſcendendum eſſe ad aliquid à forma remotius, illud manifeſtius exoptabit. Etenim quod ab inito paſſus eſt, id certe eſt quidam ex tenui quodam lumine incitatus ingentis luminis amor. Forma nanq; rei cuiuſdam, ut ita loquar informis, ueſtigium eſt. Quæ quidem gignit formam, interim ipſa non forma. Gignit inquam formam, quando materia iam propinquat. Materia uero ſuapte natura neceſſario remotiſſima eſt: quippe cum ne poſtremarũ quidem formarum ullam ex ſeipſa poſſideat. Quamobrem ſi amabile nobis eſt, nõ quidem materia, ſed quod ſpecie formatum eſt, ſpecies autem in materia, fit ab anima, anima uero magis ſpecies eſt, magisq; amãda. Item intellectus magis eſt quàm anima ſpecies, magisq; amabilis, proculdubio primã ipſam pulchri naturam oportet ſuper omnes formæ limites conſtituere.

*Cum pulchritudo qualibet à quocunq; ametur ſemper appetatur ſub ratione boni, neceſſarium eſt ipſum bonum eſſe pulchritudinis principium & amoris.* Cap. XXXIIII.

Bonum igitur ipſum ſemper vbiq; præſens, cum primum illuxerit animo iam ſereno mirificum accendit amorem. Quando videlicet animus formas omnes intentionesq; nõ ſolum imaginabiles, ſed etiam intellectuales exuerit: tunc per amorem infiniti boni infinitum vnà cum bono mirabiliter copulatur, gaudio illinc ineffabili plenus. Quod quidem non ſolum poſt vitam præſentem, verumetiam in hac vita conſequi quandoq; poteſt.

Cum ita ſe res habeat, haudquaq̃ admiraturi ſumus ulterius, quod acerrimos amoris ſtimulos incitat, procul ab omni forma, etiã intelligibili eſſe ſemotum: quandoquidẽ & anima cum ardenti illius flagrat

quoque eſt vnitas intellectu ſuperior, per quam deo fruitur viſione quadam [illegible] ſuperante.

ADeo uero tunc ad uotum affectus eſt animus, ut intelligen[illegible] quoq; nihilipendat, quod'ue prius eam admiratus fuerit, [illegible] nime probet. Quippe cum intelligentiam eſſe motionē [illegible] dam plane cognoſcat, ipſe uero moueri non optet: atqui [illegible] tiam illum eſſe pronuntiat intellectum, quem cernit, quamuis [illegible] intellectus iam factus intueatur, utpote intellectu penitus occupatus, in lo[illegible] coq; intelligibili conſtitutus. At uero poſitus quidem in ipſo, & circa [illegible] habens intelligibile, nimirum intelligat. Poſtquam uero deum illum [illegible] omnia prorſus obmittit. Perinde ac ſiquis domum ingreſſus uarie admod[illegible] exornatam, ſingula intus ornamenta conſideret, & prius quàm dominum [illegible] ius uiderit, admiretur. At poſtquam inſpexerit dominum imaginum illo[illegible] rum pulchritudinem admodum ſuperantem, utpote qui non uelut [illegible] quædam pulchra, ſed reuera pulcher occurrat, ideoq; ſupra modum hunc [illegible] miretur, illisq; dimiſſis, ſolum in poſterum contempletur, attentiusq; [illegible] lis in eum defixis inſpiciens, haud ulterius ipſa uidendi continuitate, [illegible] proprie uiſibile uideat, ſed uiſionem ipſam miſceat cũ uiſibili, adeo ut in [illegible] quod prius erat uiſibile ipſa iam uiſio fiat. Cætera uero ſpectacula [illegible] rea lateant: forſan uero ſimilitudo hęc analogiam proportionemq; ſer[illegible] ſiquidem ille qui cõtemplari domus occurrit, non homo, ſed deus quid[illegible] foret, & hic quidem non aſpectui patens, ſed contemplantis mentem [illegible] tus implens. Exiſtimandum eſt igitur intellectum geminam uim habe[illegible] teram quidem ad intelligendum, per quam interna ſibi conſpiciat, al[illegible] ro, qua ſuperiora ſuſpiciat iactu quodam intuendi & perceptione qua[illegible] quidem intuitu atq; acceptione prius etiam uidebat ſolum, uidēdoq; [illegible] poſterius intellectum, unumq; exiſtit. Atqui illa quidem ſane men[illegible] eſt, hæc autem ipſa mens eſt amans. Quando enim inſanit nectare [illegible] ebria, tunc amore corripitur, ſeipſam in affectionem ſuauitatemq; [illegible] ritate diffundēs. Et profecto huic ſatius eſt ebrietate hac occupari, [illegible] cul ab eiuſmodi potu ſobrie uiuere. Sed nunquid mēs illa uiciſſim ali[illegible] alia poſterius contemplatur? Nequaquam: quamuis diſputatio doc[illegible] tia introducat eam quaſi alternis uicibus cõtemplantem. Intellect[illegible] ipſe ſemper exercet actum, quo & intelligit proprie, & rurſus proprie [illegible] telligit, ſed alia quadam deum inſpicit ratione. Nempe dum cerner[illegible] inde fœtus in ſeipſo concepit, eosq; iam genitos inſitosq; perſenſit, [illegible] hos contuetur, intelligere dicitur: deum uero ea ſuſpexit potentia, [illegible] ceps intellecturus erat. Proinde anima intellectum in ipſa manen[illegible] cõfundens ac delens, ſuſpicit deum. Imò uero intellectus ipſius [illegible] mus, ſed uiſio in eam quoque traducitur, duo'que ibi unum fiunt. Ip[illegible] ro bonum per hæc ſe propagans, horum'que conſtitutioni applicans [illegible] ipſum, ſuperuolat eis, & duo coniungens in unum, imminet ipſis, feli[illegible] ſum largiens contemplationemq; beatam. Prætærea uſqadeo hæc [illegible]

neq;

neq; amplius ſint in loco, neq; in quouis alio, quacunq; conditione aliud eſſe poſſit in alio. Neq; enim eſt ipſe deus alicubi: locus autem intelligibilis eſt in eo, ipſe uero in nullo prorſus exiſtit. Quamobrem neq; tunc mouetur anima, quoniam nec ille mouetur. Neq; igitur eſt anima proprie, cum neq; proprie uiuat: quoniã nec ille proprie uiuit, ſed uiuendi munus excedit. Sed neq; etiam eſt intellectus, quoniam nec intelligit: aſſimilari nanq; oportet, intelligit autem non illum, quoniam nec intelligit quidem.

*Scala per quam aſcenditur ad principium, ſeptem gradus habet. Primus eſt purgatio animi. Secundus, cognitio operum diuinorum, ſingulatim comparata. Tertius, contemplatio ordinis, quo opera inferiora reducuntur ad ſuperiora gradatim. Quartus, comparatio quædam proportionalis ex ordine huiuſmodi ad diuinũ ordinẽ ſeſe conferens. Quintus, negatio per quam cuncta quæ concipis ſeperes à principio. Sextus, ſupplex ad deum oratio, ut ipſe intellectualis mundi pater te reddat mundum intellectualem actu. Es enim potentia mundus hic ab initio. Septimus, ut cum ipſe intellectualis mundus euaſeris, ulterius amore boni, concitus ex ſtatu intellectuali transformeris in bonum ſuperius intellectu.* Cap. XXXVI.

CVm bonum ſit longe ſuperius intellectu, & iccirco fruitio eius non recte dicatur intelligentia, uidetur neq; cognitio nominanda. Eſt enim naturalior & optabilior quàm cognitio. Appellamus tamen utcunq; poſſumus tum viſionem propter lucem & puritatem, tum tactum propter maximam unionem. Appellatur & guſtus propter ſuauitatẽ illic penitus infuſam animo, nutrientemq; ſalubriter, & mirabiliter in melius transformantem.

CAetera quidem perſpicua ſunt, dictũ uero de hoc etiam eſt non nihil. Veruntamen nunc rurſus nõnihil addendum, exordiendo quidem inde, per argumẽtationes autem progrediendo. Eſt enim ipſius boni ſiue cognitio ſiue tactus aliquid proculdubio maximum. Cuius diſciplinam Plato maximam appellauit, non appellans quidem diſciplinam ibi boni ipſius intuitum, ſed notitiam quandã hunc intuitum præcedentem. Docent itaq; nos hoc analogiæ, ideſt proportionum conuenientiæ quædam. Item negationes, rurſus eorum quæ fiunt ab ipſo, cognitio: deniq; aſcenſus quidam rite gradibus procedentes. Peruenimus autẽ ad ipſum purgationibus, precibus, cultu animum exornante, aſcenſu ad intelligibilem mundum. Ibidem perſeuerantia, dum uidelicet illius mũdi dapibus animus ueſcitur, quicunq; ſpectator ſimul ſpectaculumq; euadit, tum ipſe ſuiipſius, tum etiam aliorũ. Factusq; eſſentia & intellectus & animal uniuerſum, non ulterius ipſum extrinſecus aſpicit. Sed id deniq; factus iam ſummo propinquat. Quod quidem ſummum illic eſt proculdubio proximum per totum prorſus intelligibilem mundum ſuperne coruſcans. Vbi certe dimiſſis omnibus diſciplinis animus hucuſq; perductus & collocatus in pulchro, uſq; ad illud in quo eſt, intelligit hactenus. Eductus autem inde quaſi unda quadam intellectus eiuſdem, altiusq; ab ipſo uelut tumeſcente & exundante ſublatus neſciens quomodo ſubito perſpicit. Sed ipſe intuitus oculos lumine complens, non efficit quidem, ut per illud interim aliud uideatur: imò lumen ipſum idem eſt penitus quod uidetur. Non enim eſt in illo, hoc quidem uiſibile, hoc autem eius lumen, neq; intellectus & intellectum. Sed uiget ibi lux, hæc in ſequentibus generans, concedensq; apud ſe permanere. Ipſa tamen ſolum lux exiſtit, generans intellectum, nec extinguitur generãdo. Sed dum ipſa permanet, ſequitur aliud, ex eo quòd ipſa cõſiſtit: niſi enim ſic illa conſiſteret, inde aliud non ſubſiſteret.

*Cum Plotinus ſemel intelligentiam definierit actum reflexum eſſentiæ nimirum dependentis [illegible] huiuſmodi quærentis ſe ſimul atq; cauſam inuenitq; tum partes ſecum ſuas, tum ſeipſam cauſæ [illegible] cipium eiuſmodi intelligentiæ adminiculis indigere.* Cap. [illegible]

VIdetur quidem ſicut ſe habet viſus ad lumen, ſic ad boni lucem intelligen[illegible] re, ſimiliterq; diſtingui, veruntamen multo magis à bono differt intelligen[illegible] ſus à lumine. Siquidem altitudine latitudineq; maiore bonũ tranſgredi videtur [illegible] gentiam, quàm lumen viſum. Cum igitur boni ipſius intelligentiæq; rationes adeo [illegible] ſint, ideoq; naturæ ſint duæ, iure cum bonum primo dixeris, ut cõſerues ipſum ſimpl[illegible] ſufficiens, noli intelligentiam adhibere. Quæ quidem eſſentiam vitamq; ſequitur [illegible] ro excedit vtranq;, eſſe enim atq; viuere ratione & gratia boni duntaxat optatur. Ne[illegible] demens deus eſt mente præſtantior. Neq; quicquam latet eum, per quem omnia pa[illegible]

QVicunq; igitur diſputationibus ſuis intelligentiam ſummo [illegible] principio tradiderunt, minorum quidem eorum'ue quæ ab eo pro[illegible] ficiſcuntur cognitionem penitus abſtulerunt. Quanquam & [illegible] nonnullis uidetur abſurdum, deum alia nullo modo cognoſcere. Verum [illegible] li quidem cum nihil eo præſtantius inuenirent, cognitionem illi ſuiipſius [illegible] tribuerunt. Perinde ac ſi illud ex ipſo intelligentiæ munere uenerabilius [illegible] futurum, ipſumq; intelligẽtiæ munus præſtantius ſit quàm principium, [illegible] hoc ipſum quod eſt duntaxat, exiſtit. Quaſi illud non dignitatem [illegible] præſtet intelligentiæ, ſed accipiat. Proinde quærendum eſt, quo nam [illegible] ipſe deus ſuam habeat dignitatem, intelligentia'ne, an ſeipſo. Si per intelli[illegible] tiam comparat dignitatem, certe ſeipſo aut nullo modo, aut certe [illegible] uenerandum. Sin autem ſeipſo ſuam poſſidet dignitatem, certe ante intelli[illegible] gentiam eſt perfectus, nec fit perfectus intelligendo. At ſiquis dixerit, quo[illegible] niam deus non potentia eſt, ſed actus, iccirco cum intelligere oportere, [illegible] protinus diſtinguemus. Aut deus eſſentia eſt ſemper intelligens, aut [illegible] tantum intelligendi: ſi eſſentia ſemper intelligens, & propterea actum [illegible] nant, duo ſimul afferunt, eſſentiam ſcilicet atq; intelligentiam, neq; ſimpl[illegible] ita ponunt, ſed aliud quiddam illi adhibent, ſicut oculis adiungere [illegible] ſionem ſecũdum actum, etiam ſi ſemper aſpiciant. Sin autem in a[illegible] eſſe dicant, propterea quod actus & intelligentia ſit, ſequitur ut cum ſit [illegible] ligentia, non intelligat, quemadmodum neque motus ipſe mouetur. [illegible] aliquis ita nobis obiiciet: nonne & uos diuina eſſentiam & actum eſſe [illegible] Nos profecto talia quædam eſſe multa & diuerſa fatemur: primum [illegible] nitus eſſe ſimplex, eiq; quod pendet ex alio, intelligentiam aſſign[illegible] quam quaſi ſuiipſius quærat eſſentiam, ac ſeipſum & effectorem. [illegible] endo conuerſum, & ita diſcernens, nimirum eſſe iam dicimus intelli[illegible] Quod autem neq; factum eſt, neq; ſupra ſe aliud habet, ſed ſemper [illegible] quod eſt, exiſtit: quam intelligendi occaſionem habeat, nõ uidemus [illegible] obrem Plato ſummum deum intellectui recte præfecit. Intellectus [illegible] ſi intelligat, demens merito iudicatur. In quo enim natura intelligen[illegible] ſtulat, niſi intelligat, amens iure cenſetur. Cui uero opus eſt nullum, [illegible] nam opus aliquis huic aſſignans, deinde ab operis huius abſentia [illegible] iicere poſſit ab opere & officio id uacare? Perinde ac ſiquis deum [illegible] muneris dicat expertem. Opus autem deo aſſignamus nullum, [illegible]

nō ſit ibi uelut aliquod interuallum, nec differētia ad ſeipſam [illegible] merito hoc ipſum quod dicitur intendi in ſe uel intueri ſeipſum [illegible] niſi ipſummet exiſtit. Quamobrem ubi intellectus eſt & eſſentia [illegible] uerſitas accidit: oportet enim intellectum, ſiquando intellectum [illegible] ſitatem identitatemq; ſemper admittere. Neq; enim ſeipſum ab [illegible] li diſcernet aliquando habitudine quadam diuerſæ rationis ad ipſum [illegible] reliqua intelliget omnia ſi nulla diuerſitas inſit, ad hoc ut ſint ibi [illegible] rens: quinetiam abſq; ratione diuerſitatis, neq; duo quidem ibi ſa[illegible] Preterea ſi intelliget, non ſeipſum intelliget tantum, ſi omnino [illegible] Quid enim obſtat, quo minus intelligat omnia? Num forte intel[illegible] nus poterit cætera quàm ſeipſum? Omnino autem qui ſe intelligit, [illegible] inde non ſimplex: ſiquidem neceſſarium eſt ipſam ſuiipſius intelli[illegible] alicuius differentis exiſtere, ſiquid omnino ſe intelligere ualeat. [illegible] autem hoc ipſum non eſſe intelligentiam, niſi ſe contueatur ut al[illegible] telligens uero ſeipſum fit neceſſario multiplex, intelligibilis, intel[illegible] motus, & quæcunq; accōmodata ſunt menti. Præterea quod & al[illegible] mus, eſt impræſentia cogitandum, intelligentiam quamlibet, ſi[illegible] ta ſit intellectio, eſſe quiddam uarium oportere: ubi uero ſimplex [illegible] omnino uelut motio quædam eſt uniformis, ſi perinde ſe habeat [illegible] ctus, intellectualem nullam habet conditionem. Quid ergo? Neq; [illegible] ſe cognoſcet? Atq; ita dignitatem ſuam integram retinebit? Alia [illegible] poſteriora ſunt ipſo, eſtq; ipſe hoc ipſum quod eſt ante illa: cō[illegible] lectio aduentitia eſt, neq; ſemper eadem, neq; manentium: ac [illegible] ligat permanentia, nihilominus euadit multiplex. Neque enim [illegible] eſt, poſteriora quidem illo unà cum intellectione habere inſuper [illegible] am, illius aut intelligentias ſpeculationes quaſdam uacuas dum[illegible] re. Proinde prouidentiæ ratio ſatis ex eo ſeruatur, quòd deus ipſe [illegible] ſunt omnia. Quod aut refertur ad ipſum quo nā modo deus intelliget [illegible] ſe intellexerit? Sed ita purū in ſua maieſtate perſtiterit. Plato igit [illegible] loquens ait: intelliget quidē eſſentia, ſed non propterea exiſtet ip[illegible] me uenerandum. Quaſi eſſentia quidem intelligat. Id uero quod [illegible] ligit conſiſtere, imprimis ualeat, uenerandum. Quibus in uerbis [illegible] exiſtere, ſiue conſiſtere: quoniam exprimere aliter non ualebat. [illegible] autem uereq; auguſtū & uenerandum exiſtimauit, quod intellig[illegible] præeminet.

*[illegible]*

Sit poſita ſemel ipſa bonitate mox intelligentiam huic [illegible] aut aliquo: ſi nihilo, fruſtra intelligentiam ibi nominas; ſi aliquo, [illegible] ſces minus bonum. Sit ergo bonitas ipſa non intelligentia quidem proprie, [illegible] tiæ cauſa, lux, certitudo, veritas, in ſe conſiſtens, in qua [illegible] [illegible] totus intelligentiæ nixus. Eſt denique bonitatis tanta poteſtas, vt intelligen[illegible] [illegible] prima eius exiſtit, ſit ſubſtantia prima.

INtelligentiam circa primum eſſe non oportere, cognoſcere quidem poterunt qui tale quiddam attigerint. Præſtat autem perſuaſiones quaſdam ſuperioribus adhibere, ſi qua conditione quod uolumus, uerbis ſignificare poſſimus. Oportet ſane neceſſitatẽ cum probabili perſuaſione miſcere. Animaduertẽdũ eſt imprimis, omnem intelligentiam tum ex aliquo tum alicuius exiſtere: & profecto quę cum illo ex quo eſt cohæret, ſubiectum quidem habet illud, cuius eſt intellectio, atq; ipſa eſt uelut inhærens aliquid: & actus illius eiuſdemq; potentiam implens, nihil interea generans: illius nanq; eſt, cuius eſt duntaxat tanquã eius perfectio quædam. Intelligentia uero quę cum eſſentia eſt, & per quam conſiſtit eſſentiæ ſubſiſtentia, non poteſt in eo eſſe, à quo facta eſt, alioqui ſi eſſet in eo, nihil utiq; genuiſſet: uerum cum ſit quædam generãdi poteſtas, genuit in ſeipſa, actioq; eius eſt eſſentia, coëxiſtitq; in eſſentia. Neque illic diuerſum eſt intelligentia atq; hæc ipſa eſſentia: ſed hæc ipſa natura ſeipſam intelligit, non tanquam diuerſum aliquid, niſi ratione tantum ibi ſit quod intelligitur, & quod intelligitur, & quod intelligit: quamuis multitudo quędam ſit, ut ſæpe iam eſt demonſtratum. Iam uero hæc ipſa eſt actio prima ſubſiſtentiam generans in eſſentiam: cumq; alterius ſit imago, tam excelſi imago eſt, ut ſit & eſſentia: ſin autem illius quidem foret, neq; tamen ab illo nihil in ſe aliud eſſet quàm quod foret illius: neq; in ſeipſa ſubſtantia foret. Cũ igitur actio hæc prima ſit, & intelligentia prima, nimirũ nullã ſup ſe uel actionem uel intelligẽtiã habet. Quiſquis ergo hãc eſſentiã intellectionẽq; tranſcenderit, neq; ad eſſentiam neq; ad intelligentiam ultra perueniet, ſed ſuper eſſentiam intelligentiamq; aſcẽdet ad aliquid admirandum, quod nec eſſentiam, nec intellectionem in ſe ullã prorſus admittit, ſed ſolum purũq; in ſeipſo conſiſtit, nullo eorum quæ ab ipſo ſunt indigens. Non enim prius agens genuit actionem: alioqui iã actus exiſteret antequã actus exoriretur: neq; intelligens intelligentiã genuit, alioqui prius quidem intellexiſſet quã intellectio naſceret. Omnino uero intelligẽtia ſiqdẽ boni eſt, aliqd eſt bono deterius, quapropter non eſt ipſius boni. Dico aũt non ipſius boni, non quia bonũ intelligi nequeat, hoc enim in præſentia cõcedatur, ſed quoniã in ipſo bono nulla eſt intellectio: alioqui unum erit ſimul bonum ipſum, quod uel minus eſt bono, ideſt ipſius intelligentia. Si autem aliquid deterius ſit, ſimul intelligentia eſſentiaq; exiſtit: at ſi bonũ ipſum pręſtantius eſt intelligentia, ſimul atq; intelligibile deterius erit, nec intellectio erit in bono: ſed cũ hæc ſit deterius aliquid, & propterea maieſtatem boni uereatur, nimirum habitat ſeorſum à bono, dimittens illud, ſicut ab aliis ſic & ab ipſa liberum permanere. Cum uero ab intellectione ſit purum, ſyncere admodũ hoc ipſum quod eſt, exiſtit, nulla intellectionis præſentia impeditum, quo minus unum ſit penitus & ſyncerum. Siquis aũt & hoc, intelligens ſimul intellectumq; confingat, & eſſentiam intelligentiamq; ſimul cum eſſentia conſpiratem, atq; ita illud ſeipſum intelligens effingere moliatur, certe alio quodã & hoc quidem ſuperiore prorſus egebit: ſiquidem actus intelligentia que

uel

uel alterius ſubiecti perfectio quædam eſt: uel ſi ſit (ut ita [illegible] ſtentia quædam, adhuc ante ſeipſam quoq; aliã habet natura[illegible] huic iure conuenit intelligere. Iam uero iccirco quod intellig[illegible] niam aliud eſt ſuper ipſam: quinetiam quando ſeipſam inte[illegible] lut agnoſcit quæ prius ex quodam alterius intuitu reportau[illegible] nihil ſuperius eſt, cui nihil ineſt ex alio, quid nam intelliget, quo[illegible] ipſum? Nempe ſi ad ſe conuertatur intelligẽdo, quid nam quærit, [illegible] ſiderat? Nunquid quanta ſui potentia ſit metiri cõtendit: quaſi [illegible] extra ipſum ſit quatenus intelligit ipſam. Dico aũt ſiquidẽ ali[illegible] potẽtia quã perdiſcit, alia uero qua diſcit. Sin aũt oĩno ſit una, q̃d [illegible]

*Viſus factus eſt, & mittitur ad capiendũ lumẽ: lumini igitur nõ eſt opus uiſu. Ita nec ipſi bono, [illegible] ad id duntaxat natura contendit ut accipiat boni lumen.* Cap. [illegible]

SI ipſum bonum dixeris intelligere: aut intelligendo nihil proficit, intelligit ergo [illegible] aut proficit, nec igitur erat prius ipſum bonũ. Si ſuipſius intelligentia ad hoc ip[illegible] fert vt intimæ partes enumerent totumq; ſibi concilietur, non eſt opus intellig[illegible] pliciſſimo. Vbi ſummũ in cognitionis ordine poſuiſti primũ ſcilicet intellectum, non [illegible] rationem, imaginationem, ſenſum, oculum ne & adiũgas temere, & inficias quo[illegible] Similiter vbi conceſſeris immenſam ſufficentiſſimi boni lucem, qui eſt intelligen[illegible] telligentiam huic adhibere non debes.

VIdetur autem intelligendi donum naturis quidem [illegible] uis non primis adminiculi gratia fuiſſe tributum, ac [illegible] lus illis natura ſua quaſi cæcis adhibitus. Oculus [illegible] lumen ipſum foret, nequaquam indigeret ens uelut [illegible] cere: qui autem indiget tanquam ex ſe tenebroſus, per oculum quæ[illegible] Si ergo intelligentiæ nixus quęrit lumen, lumen autem non expe[illegible] certe natura prima cum non deſideret lumen, nec etiam appetit [illegible] Huic ergo intelligentiã nõ debes adiungere, nihil enim inde pro[illegible] uel animus uel intellectus cõtendat adiũgere, icirco quia ipſe [illegible] ad intelligentiã indiget, adducitur ut adiungat: igitur neq; ſeipſum [illegible] enim hoc indiget: neq; duo quædam eſt, imò uero ſi ibi ſit intell[illegible] quàm duo erit, non enim ipſe eſt intellectio. Oportet inſuper [illegible] ipſum, uidelicet quod intelligitur. Si autem idem prorſus intelle[illegible] gentia, intelligibile ſit, certe unum prorſus effecta ſeipſis [illegible] dentur: ac ſi diſcernantur ut aliud ibi aliudq; ſit, rurſus primum [illegible] non poterunt. Oportet igitur in optima natura conſideranda [illegible] prorſus obmittere; quippe cum nullo indigeat adiumento. Qu[illegible] adiunxeris naturam nullius egenam addendo diminues. Nob[illegible] telligentia pulchrum aliquid eſt, quoniam anima indiget intelle[illegible] chrum etiam intellectui, quoniam eſſe huic eſt idem, ipſaq; intelli[illegible] cit ipſum. Huic igitur expedit cum intelligentia copulari, [illegible] per effici conſcium, animaduertendo uidelicet hoc ibi eſſe quod [illegible] num ſint: ſin autem unum duntaxat exiſteret, ſibi certe ſufficeret, [illegible] quicquam foret accipiendum. Iam uero præceptum illud, Cogno[illegible] pſum, illos tantum admonet, qui propter multitudinem ſibi in[illegible] adducuntur, ut ſeipſos enumerent, diſcantq; quod & qualia ipſi in [illegible]

[illegible]

reducuntur: alia quidem proxime, alia uero proximis adhærentia [illegible] omnia longiſsime ab eo ſenſibilia diſtant, quæ quidem ad [illegible] nue referuntur.

## MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM, DE LIBERTATE ET VOLVNTATE VNIVS, ANNOTATIONES.

Voluntarium apud nos eſt quod ipſi uoluntate libera certa[illegible] [illegible] eſt violentia nulla compulſi: certa, hoc eſt, nulla prorſus ignora[illegible] dem reuera domini ſumus.

## PLOTINI ENNEADIS VI. LIBER VIII. DE LIBERTATE ET VOLVNTATE VNIVS.

NVnquid circa deos etiam decet inquirere, utrum aliquid in eorum arbitrio poſitum ſit nec ne? An potius circa homines ob eorum imbecillitatem & dubiam facultatem tale aliquid quærere decet? Deos autem omnia poſſe concedendum eſt, atq; in eorum arbitrio non ſolum aliquid eſſe ſitum, ſed & omnia poſita. An forſan potentiam quidem omnem, liberumq; cunctorum arbitrium attribuere uni tantum debemus: in cæteris autem hæc quidem hoc modo, illa uero illo ſe modo habere? Atq; in quibuſdam utraq; pariter ratione ſe habere licet aſſerere. An potius & hæc quidem inueſtigenda ſunt? Audendum uero & imprimis & in [illegible] ſuper omnia eſt, tale aliquid indagare: Qua uidelicet conditione [illegible] dum ſit quod dici ſolet, in eorũ eſſe arbitrio poſitum, quamuis poſſe [illegible] concedamus. Quinetiam & de hoc quod poſſe dicimus, quomodo [illegible] rite conſiderandum: ne forte ita loquentes apud deos aliud quidem potentiam, aliud uero actum eſſe confiteamur: & actum quidem futurum [illegible] concedamus. Sed hæc quidem in poſterum differenda uidentur, [illegible] dem in nobis inueſtigandum, de quibus inueſtigari ſolet, ſi quid in nobis ſit arbitrio poſitum. In primis ergo quærendum, quid hoc ipſum eſſe [illegible] dum ſit, quod fertur eſſe in nobis aliquid, ideſt in noſtro arbitrio conſtitutum. Quærendum inquam, quæ nam facultatis huius definitio ſit. Sic enim quodammodo cognoſcetur, utrum & ad deos multoq; magis ad ipſum deum hæc transferre conueniat, nec ne. An potius deceat quidem [illegible] ueſtigandum ſit, quomodo ſit aliquid in eorũ arbitrio collocatum, [illegible] tum etiã in ſupremis. Quid nam igitur cogitamus, quando in nobis [illegible] eſſe dicimus? Quam'ue ob cauſam hoc inquirimus? Contrarijs [illegible] arbitror) agitati fortunis, & aduerſis compulſi neceſsitatibus, pe[illegible] numq; uehementibus incurſibus raptati animũ obſidentibus, [illegible] omnia imperium in nos iam habere putauimus: eis'que ſeruientes, [illegible] cunque trahunt præcipitati, merito in controuerſiam hanc [illegible] uerentes, ne forte nihil penes nos ipſi ſimus, nihil'que in noſtra [illegible] conſiſtat. Quaſi hoc in noſtro arbitrio ſit futurum, quod aliqu[illegible]

fortunis, neq; neceſſitatibus, neq; perturbationibus uehementibus ſeruietes, & agamus uoluntate, & nihil uoluntati interim aduerſetur. Si autem hoc ita ſe habet, ratio eius quod in noſtro conſiſtit arbitrio erit eiuſmodi, quod uidelicet uoluntati ſeruit, ac eatenus uel fit uel nō fit, quatenus ipſi uelimus. Iam uero uoluntarium quidem eſt, quod & abſq; uiolentia, & cum cognitione per agitur: in nobis autem, ideſt in noſtro arbitrio eſt, ad quod agendum domini ipſi ſumus. Atqui ambo hæc inter ſe ſæpe concurrunt, q̃uis ſit eorū ratio differens. Nonnunquàm uero diſſentire uidentur, perinde ac ſiquis dominationem autoritatemq; habeat ad hominē perimendum, neq; tamē id illi poſtq̃ egerit, ſit uoluntarium, ſiquando quem interfecit, patrem eſſe neſciuerit. Forſan uero hoc ipſum quod dicitur uolūtarium, nunq̃ penes illum, qui uerum arbitrium habeat, ab ipſo arbitrio diſſonabit. Oportet ſane cognitionem de hoc quod dicitur uoluntarium non circa ſingula tātum, ſed omnino ſimpliciterq; haberi. Dic age, cur nā ſi ignorat quidem illum eſſe patrem uel amicum, homicidium inuoluntarium iudicetur? Sin autem ignoret parari homicidium non decere, non etiam inuoluntarium cenſeatur. At ſi dicatur non exiſtimari homicidium hoc inuoluntarium, quoniam diſcere hoc oportuerit, certe nō uoluntarium eſt, ignorare quod diſcere id oportuerit, uel etiam quod prohibet ne addiſcat.

*Non agimus tanq̃ reuera liberi actionis'ue domini, quatenus agimus ſecūdum motum animi incitatum per ſeſe ſuis affectibusq; ſenſuum à corporibus externis, uel etiam à corpore noſtro.* *Cap. II.*

IAm vero motu ſic incitato, ratio vel nihil agit, vel ducitur à motu, vel ducit. In primo quidem & ſecundo gradu ſerui corporis & fortunæ ſumus; in tertio vero dum videmur autoritate quadam corpus resq; ſimiles gubernare, obſequimur & viuimus alienis, indulgemus neceſſitati, nec viuimus ea tranquillitate qua volumus: nec igitur omnino liberi dominiq; ſumus.

REliquum eſt indagare hoc ipſum quod in nos refertur tanq̃ ſit in nobis, cui potiſſimum attribuere deceat: aut enim impetu & appetitu quodam id conſtare dicemus, uelut quod ira uel concupiſcentia fieri ſolet: aut ratiocinationi conferentis ipſius unà cū appetitu, ut aliquid fiat, uel non fiat, id muneris tribuemus. Verum ſi iræ concupiſcentiæq; tribuerimus, conſequenter fateri cogemur pueros quoq; & bruta, ac furentes, & mente prorſus alienatos: item ueneficiis irretitos, & incidentibus imaginationibus occupatos, id arbitrii munus habere, cum tamen eorum quæ narrauimus domini eſſe non poſſint. Sin autem rationis diſcurſioni unà cum appetitu coniunctæ arbitrium liberum concedamus, quærendum erit, utrum ab erranti etiam rationi, an potius rationi rectæ, & appetitui recto. Quinetiam quæret hic aliquis, utrum ratiocinatio moueat appetitum, uel uiciſſim hanc appetitus: etenim ſi ſecūdum naturam ſint appetitus, ita diſtinguere licet: Si tanq̃ animalis ſint compoſitiq; ipſius, ſic utiq; anima naturæ ſequetur neceſſitatem: ſin autem tanq̃ ſolius animæ, multa quæ nunc in nobis dicuntur cōſiſtere, extra id fieri uidebūtur. Præterea ratiocinatio quædam nuda affectus præcedere ſolet. Item imaginatio ipſa compellens, & appetitus quo neceſſitas poſtulat trahens, quo nam pacto in iis nos efficit dominos? Rurſus quo

nam modo illius quo ducimur domini ſumus? Quod enim indiget, implet neceſſario cupiens, nimirum ei non dominatur, ad quod prorſus adducitur. Deniq; quō penes illud aliquid eſt arbitrii, quod & ab alio pēdet, & principiū in aliud habet: atq; inde qualecunq; ſit, effectum eſt. Nempe ſecūdum illud uiuit, atq; ita uiuit, ut eſt formatum: alioqui ſi hoc habere dicatur arbitrium, Inanimata quoq; idem concedentur habere: nam & ignis ſicut genitus eſt, ſic agit. At ſi dicatur propterea intereſſe, quoniam animal & anima quid agunt cognoſcunt, ita diſtinguendum erit, ſi ſenſu id cognoſcunt, quæ nam condi tio huic adhibetur, ad id obtinēdum, ut arbitrio agāt? Senſus nanq; præcipiēs tantum, non efficit dominum actionis. Sin autem cognitione alia pręter ſen ſum libere aliquid agi dicatur, quæretur inſuper utrum ipſa eius quod fiat co gnitione, conuinceturq́; & hic cognoſcere tantum, duci uero ab alio ad agen dum. Sin aūt & præter appetitum ratio uel cognitio quædam facit atq; domi naturſ, perſcrutādum eſt ad quid potiſſimū referat, & omnino, ubi & quomo do id cōtingat: atq; ſi ratio ipſa alium efficiat appetitum, quo hunc modo fa ciat aſſumendum. Sin autem appetitum ſedando ſic rationem aliquis in ſe conſiſtere dicat, atq; hoc in ſtatu liberum arbitrium collocari, certe id non in actione uerſabitur, ſed in mente conſiſtet. Quoniam quicquid in agēdo uer ſatur, q̃uis ratio ſuperet, mixtum quiddam eſt, neq; purum id arbitriū naturā habet, per quod in nobis id eſſe iudicari poſſit.

*Sicut duo ſunt ſeruitutis gradus, ita libertatis duo, unus autem eſt inter utrunq; medius.* Cap. IIII.

SEruus enim eſt qui imaginationem ſolam ſequitur à corpore noſtro vel externis corporibus incitatam. Seruus item, cuius etiam ratio imaginationi huic prorſus indulget. Liber primo qui mente viuit, ſola contemplatione contentus, cæteris omnino neglectis. Liber ſecundo, qui ſiquid agit præterea, id ſolum legibus à cōtemplatione ſuſceptis eligit, res agendas refert ad contemplandum. Ex libertate quadam & ſeruitute permixtus eſſe videtur, qui imaginationem quidem ſubigit rationi rectæ: ſed vitam actiuam, alioqui honeſtam eligit tanquam finem.

DE iis ergo diligenter cōſiderandum, iam enim prope ad illud acce cedimus, quod de diis uidebatur eſſe quęrendū: quippe cum hoc ipſum quod eſt in nobis, ideſt arbitriū in uoluntatem principio retulerimus, deinde hanc in ratione collocauerimus, poſt hæc in ratione recta. Forſan uero decet adiungere in ratione inquam recta ſcientiam includente, non enim ſiquis recte opinatus aliquid egerit, iam arbitriū abſq; cōtrouerſia liberū uidet habere, niſi propter quid recte ſic opinetur agnouerit: ſed ſorte uel imaginatione quadā in id quod opportunum eſt inciſſe uidetur. Nempe cum imaginationē haud prorſus in arbitrio noſtro poſitā concedamus, merito eos qui ſecundum eam agunt in ſtatu libero minime computamus. Verum hic nos imaginationem illam accipimus, quam imaginationem proprie quis acceperit, quæ ſcilicet ex corporis paſſionibus excitatur. Vacuitas enim cibi potusq;, itemq; ſaturitas imaginationem aliter quaſi aliter que effingit, & aliquis genitali plenus ſemine imaginatur alia & aliter quàm exhauſtus. Ac ſummatim ſecundum ſingulas humorum corporis qualitates, imaginationes uariæ admodum incitātur. Eos igitur qui per eiuſmodi imaginationes agunt, in principio agendi libero minime collocamus.

Quapro-

quod dicitur in ſe eſſe: atq; ita in ſe eſſe cenſetur, quoniam nō eſt in alio; neq; alius ullus actionis eius eſt dominus. Sed neq; rurſus eſſentię ſiquidē ſit principium, & quis intellectus principium aliud habeat, non tamē extra ſeipſum illud habet, ſed in ipſo bono. Atq; ſi ſecundum illud eſt intellectui bonum, multomagis hoc ipſum quod eſt in ſe eſſe atq; libertas illinc ei cōuenit. Quā doquidem & libertatem & in ſe eſſe quiuis boni gratia quærit. Si ergo ſecundum bonum agit, magis tunc habet hoc ipſum quod in ſe eſſe dicitur & arbitrium. Iam enim habet quod ad ipſum uergit ex ipſo perſpectū, ideoq; in ſe eſt, quoniam eſt ad ipſum. Quod quidem ei ſatius eſt, ſcilicet ita demum in ſeipſo eſſe, ſiquidem ſit ad ipſum.

*Intellectus in contemplando uiuit liber, liberoq; decreto conſtituit ad contemplationem actiones omnes priuatas publicasq; referre.* Cap. V.

SCit quinetiam incommoda multa quæ minus optaret, tum ſuis, tum corpori, tum etiam animo ſępe ventura. Deliberauit & his opportuna remedia pro viribus adhibere, vtique ipſa hęc in mente hactenus diſpoſitio voluntaria eſt, nec aliunde dependet. Actiones verò quæ ſequuntur indies incōmodis inuoluntarijs ſuccurrentes, non adeo ſui iuris exiſtunt, ſed quodammodo ex opportunitate dependent.

NVm igitur in intellectu puro duntaxat atq; intelligente libertas ponitur & arbitrium? An & in anima ſecundum intellectum operante, & ſecundum uirtutem agente? Iam uero ſi agēti hoc tribuamus, forte non quantum ad conſecutionem ſpectat, eſt tribuendum, non enim conſequendi nos domini ſumus: ſin autem ad officia ſua honeſte componenda id deſignemus, recte forte dicetur. At illud quo nā pacto in nobis eſſe poteſt? Ceu ſi dicatur, quoniam urget bellum, nos fortitudinis officiū exercere. Dico autem actionem eo tempore frequentatam, quo nam modo in nobis tunc eſſe iudicare poſſimus, quādoquidem niſi circumueniret prælium, nō daretur nobis actione eiuſmodi uti. Similiter in cæteris actionibus uirtute compoſitis, uirtute ipſa uidelicet ad id quod incidit ſemper hoc uel illud operari compulſa. Etenim ſiquis optionem uirtuti dederit, utrum uelit, ut agēdi nāciſcatur occaſionem, aduerſa nobis accidere, uelut prælia imminere, ut fortitudinis demonſtret officia? Et iniurias perpetrari ut quid iuris ſit definiat, liteſq; diſſoluat, inopiamq; premere, ut munera liberalitatis oſtendat. An potius cunctis rite pacatis quietem agere, eligeret proculdubio uacationem eiuſmodi actionum, nullo uidelicet apud ipſam curatione aliqua indigente. Quemadmodum ſi quis legitimus medicus, qualis Hippocrates, optet nullum ſuis medicinis egere. Si ergo uirtus in actionibus conſtituta operam facere compellitur, quo nam modo purum id munus poſſidet, quo in ea ipſam omnino conſiſtere iudicemus. Num igitur actiones quidem eſſe fatebimur neceſſarias? uoluntatem uero rationemq; actiones antecedentem affirmabimus omnino eſſe cōpulſam. At ſi ita cū in eo duntaxat quod agenda præcedit, arbitriū ſtatuamus, nimirū extra actionē collocabimus libertatem, & quod in uirtutis autoritate conſiſtere iudicatur. Sed quid nam de ipſa uirtute ſecundum habitum diſpoſitionemq; conſiderata dicemus? Nonne languente animo eā accedere ad curandū perturbationes appetituſq; cōpeſcentem.

tem. Qua igitur ratione bonũ dicimus in noſtra autoritate conſiſtere, uirtutemq; nulli ſeruire? Forte uero in nobis uolẽtibus eligẽtibusq; id cõſiſtere iudicabimus. Forte etiã quia uirtus aſſiſtens libertatẽ, munusq; quod in nobis eſſe dicitur cõparat, neq; quibus ſeruiebamus ante, ultra nos ſeruire permittit. Si ergo uirtus eſt uelut intellectus quidã alter, & habitus animã quaſi trãſformans in mentẽ: rurſus hoc ipſum quod in nobis cõſiſtere dicitur, non ad actiones quidem declinat, ſed ad mentem recipit actionibus expeditam.

*Non ſolum intellectus ſola contemplatione contentus, putandus eſt tanquàm liber ſibi uiuere, uerumetiam ratio per uirtutem ab intellectu conceptam libera ſecum habitat, quatenus uidelicet pro fine non ſtatuit rerum actionumq; exitum, ſed honeſtatem contemplationemq; internam.* Cap. VI.

INtellectus primus maxime viuit liber, vbi viuere quidem intelligere eſt: intelligit autẽ quemadmodum & vult. Siquidem voluntas & intelligẽtia vix ibi diſcernitur, ſunt enim actus ferè idem. Qui vergens ad bonum voluntas dicitur, attingens ad bonum intelligẽtia nominatur: quemadmodum radius in curſu ſe habet ad ſplendorẽ in reuerberatione perſpectum. Si maximum bonum eſt maxime voluntarium, ſummopere viuit vt vult & liber, qui in ipſo bono vitam agit.

SEd qua nam ratione id muneris ad uoluntatem ſupra retulimus, dicẽtes id in nobis eſſe, quod pro uoluntate fieret? Profecto reſpondẽdum eſt, ibi quoq; fuiſſe ſubiunctum, uel non fieret. Quamobrem ſi & hæc impræſentia recte dicuntur, & illa cum iis omnino conſentiunt, mentem ac uirtutem eſſe dominas aſſeremus, ad easq; quod conſiſtit in nobis atque libertatem referri decere. Cum uero duo hæc minime ſeruiant, putandum eſt mentem quidem in ſeipſa ſedere, uirtutem uero uelle quidem in ſeipſa quieſcere, animæ uidelicet præſidentem, ut inde ſit bona: atq; hucuſq; & ipſam liberam permanere, & animum inde fieri liberum. Quando uero neceſſariç paſſiones actionesq; incidunt, his gubernãdis incũbere, neq; uoluiſſe quidẽ hæc accidere. Attamen in eis etiã ipſum quod in ſe eſt arbitriũ cõſeruare, dum uidelicet horum quoq; curã ad ſeipſam refert: non enim res ipſas ſequitur, quaſi uelit omnino ſeruare periclitantem. Imò ſi ſibi prçſtare iudicet hunc abiicit, iubetq; pecunias, & filios, & patriã, uitãq; proiicere, ſtatuens. ſ. ſibi pro fine nõ inferiorũ ſalutẽ, ſed propriã honeſtatẽ. Ex quo apparet, libertatem & quod eſt in nobis inter res agendas, neq; ad actionis effectum, neq; ad externam actionem, ſed ad actum intimum & intelligentiam contemplationemq; uirtutis ipſius omnino referri. Hanc uero uirtutem oportet mentem quandam exiſtimare, non connumerando cum ea perturbationes redactas in ſeruitutem ratione uel temperatas. De his utiq; Plato loquens ait more quodam curandi corporis, hæc uſu exercitationeque corrigi dirigiq; ſolere. Hinc itaq; conſtat apertius, libertatẽ ad rem ipſam expertẽ materiæ pertinere, atq; ad hanc reduci quod eſt in nobis: atq; hanc ipſam uoluntatẽ eſſe dominam, & in ſeipſa conſiſtere. Iam uero ſiquid ad externa præcipit, neceſſitate quadam adducta præcipere ſolet. Quotcunq; igitur ex hac atque propter hanc aguntur, conſiſtunt in nobis: atq; extra ſimul & in ſeipſa illud eſt quod ipſa uult peragitq; minime impedita, idq; etiam primum eſt in nobis. Intellectus autem contemplator & primus, ſic habet quod dicitur in ſeipſo, quòd opus illius nullo modo conſiſtit in alio, ſed totus reflectitur ad ſeipſum;

opuſq; ipſius eſt ipſe, poſituſq; in bono, nec indigẽs ultra, ſed [illegible] luntate uiuit ad uotum. Ipſa uero uoluntas ipſa intelligẽtia eſt, [illegible] lata uoluntas, quoniam ſecũdum intellectum uidetur exiſtere: [illegible] uoluntas dicitur ipſum quod ſecundum intellectum eſt, imitatur: [illegible] enim bonum uult, uere autem intelligere eſt in bono. Intellectus [illegible] bet quod uoluntas expetit, quod'ue conſecuta iam ea ratione euadit [illegible] tia. Quamobrem ſi boni ipſius uoluntati dedimus quod eſt in nobis, [illegible] eo iam ſitum eſt, in quo eſſe uoluntas appetit, cur nõ habeat quod [illegible] ſeipſo? Iam uero ſiquis ad hoc pertinere nolit quod ſit in ſeipſo, excell[illegible] aliquid eſt putandum.

*Si anima per uirtutem intellectualem ſit quandoq; libera, ſequitur ut intellectus primo ſit liber. [illegible] tellectus uitam poſſidet ſummopere liberam atque uoluntariam, quoniam ipſi bono ſit [illegible], [illegible] bonum eſt ipſa libertas.* Cap. VII.

SI ſeruitus & fortuna circa inferiora verſantur, ſed libertas & ordo ad ſuperiora [illegible] nent, & quò quid ſuperius eò eſt ordinatius pariter & liberius, certe princip[illegible] um neque fortuitum eſt, neque coactum: quippe cum ſit ordinis omnis, ac liber[illegible] itatis origo. In quo cum tanquam ſummo bono ſit tota voluntarij ratio, tota eſt [illegible] bertatis. Vbi ſi modo eſſentia & actio nominari poſſint, non potes dicere actionẽ eſſe[illegible] ſeruire: quippe cum nulla ſit ibi diſtinctio. Quapropter ſi quemadmodum exiſtit [illegible] ter, ita & agit: viciſſim ſicut agit, ita naturaliter & exiſtit. Sed de his in Theologia [illegible] cis diximus.

EVadit igitur anima per mentẽ libera ad bonum abſq; [illegible] to ſe cõferens, quod'ue propter hoc agit, conſiſtit in ipſa: intelle[illegible] ctus autem per ſeipſum liber. Ipſius uero boni natura, eſt [illegible] quod omnibus appetendũ, & propter quod habẽt alia quod [illegible] ſtat in eis, quãdo hoc quidẽ ſine impedimẽto cõſequi poteſt. Illud [illegible] poſſidere. Ipſum itaq; omnium dominũ, quę ſub eo prætioſa cenſentur, [illegible] maq; in ſede conſiſtẽs, ad quod cætera paſſim aſcendere uolunt, pẽdent [illegible] illo, & ab eo uires accipiunt, per quas habere munus poſſint quod [illegible] ipſis, quo nam pacto poterit aliquis ad hanc ipſam conditionem [illegible] in qua eſt proprie quod uel in me uel in te conſiſtere dicitur? Quan[illegible] dem ipſe intellectus ad hanc conditionem uix quidem, & uiolentia [illegible] tractus eſſe uidetur. Niſi quis forte temerarius ſermo aliũde huc [illegible] ferat, naturam primam forte quadam id nactã fuiſſe, ut ſic ſe haberet, [illegible] bet: neq; huius ipſius quod eſt, exiſtere dominam. Cum uidelicet hoc [illegible] quod eſt non ſit à ſeipſa, ideoq; nec libertatem, nec quod in ea conſiſt[illegible] re. Quippe cum faciat uel non faciat, quod facere uel non facere eſt [illegible] ceſſitate compulſa. Qui ſane ſermo aduerſus in ſe eſt & incertus, [illegible] luntarii ac liberi, eiuſq; quod eſt in nobis naturam & rationem [illegible] lit: adeò ut fruſtra hæc nominentur à nobis, ſintq; uoces quædam [illegible] exiſtentium rerum. Sermonis nãq; illius autor fateri cõpellitur, [illegible] nihil eſſe autoritatis in aliquo, uerumetiã ſe nec intelligere, neq [illegible] cognoſcere quid uox eiuſmodi ſibi uelit. Quod ſi cognoſcere id [illegible] iam facile refelletur, ratione uidelicet eius quod eſt in nobis, congru[illegible] illis, quibus nõ accommodari dicebat. Ipſa nanq; rei notio nec [illegible] ſentiã, nec eam adauget cum alio [illegible] do: nõ poteſt enim aliqu[illegible]

horum omnium eſt principium, quamuis modo etiam alio non principiū. Cum oĩa ſecernamus ab eo, ideoq; quod liberum arbitriū operandi, quod'ue in ipſo conſiſtere dici ſolet, uelut poſterius aliqd ſeiungamus ab illo: id nanq; actionem in aliud tendētem ſignificare uidetur. Tendentem inquā abſq; impedimento: item eſſe & alia quæ ad idem non impedita contendāt. Omnino uero ad nullum oportet primum ipſum dicēdo referre. Eſt enim hoc ipſum quod exiſtit etiam ante omnia, quādoquidē & hoc quod dicitur eſt, ab eo ſecernimus: ideoq; eſſe quoquo modo ad entia rite negamus. Proinde neq; ſic exiſtere id dicemus, ut eſt naturaliter inſtitutū: nā & hoc poſterius eſt. Atq; ſi de ſupernis quoq; dicatur, certe de illis quæ ex alio ſunt, dicetur. Itaq; de eſſentia primo dicetur, quoniā nata eſt ex illo. Quod ſi in rebus ſubiectis tempore natura uerſatur, nimirum neq; de eſſentia ipſa dicemus ita ut nata fuerit ſe habere. Neq; ſane dicendum eſt eſſentiam ex ſeipſa non eſſe, ſic enim & eſſe ipſum auferremus: & profecto non à ſeipſa diceretur eſſe, quando eſſe acciperet aliunde. Num igitur de ſummo rerum principio dicendum eſt, ſic exiſtere contigiſſe: ſed certe neq; contigiſſe dicendum, neq; enim ipſi contigit, neq; ad aliud accidit. In rebus nanq; multis contingentia locum habet: ubi hæc quidem ſunt, hoc autem his accidit. Qua igitur ſorte primū ipſum eueniſſe poteſt? Neq; enim uenit, ut quærere quomodo uenerit, nos oporteat: & quæ nā fortuna perduxerit ipſum uel conſtituerit, quando neq; fortuna quidē erat, neq; caſus fortuitus ullo modo: caſus enim & ab alio accidit, & in his quæ fiunt contingere ſolet.

*Non licet fingere, contingenter eueniſſe, ut hoc ipſum quod nunc omnium principium eſt, omnium ſit principium, quaſi contingere potuerit aliud & aliter affectum, fore principium.* Cap. IX.

VNica enim eſt principij ratio: ipſa videlicet ſummitas, quam & infinitatē poſſumus nominare, quæ cum alijs pręſertim propinquioribus firmitatē neceſſitatemq; imponat: merito non eſt contingēter, ſed neceſſario: imò eſt ipſa neceſſitas. Et quoniam primum eſt & ipſum bonum, ideo eſt & ſua ſponte neceſſitas: neq; quodlibet contingēter extitiſſe potuit. Neq; rurſus oportuit eſſe, vel eſt determinatū hoc aut illud, ſed eſt plus quàm vniuerſa poteſtas, neceſſario pariter atq; vltro idipſum quod eſt exiſtens.

VErum ſi quis hoc ipſum quod dici ſolet, contigit uel euenit, acceperit ad ipſum idem: non decet in appellatione hac immorari, ſed qua ratiõe qui hoc dicit intelligat animaduertere. Quid nā igitur id ſibi uult? Nunquid ipſum naturam hanc & poteſtatem habens, principium extitiſſe? Ac ſi quam aliam habuiſſet, poſſe etiam extitiſſe principium, ſecūdum hoc ipſum quod eſſet: & ſi forte deterius, eſſet tamē ſecundum ſuam potentiam operatum. Ad hæc autem obiiciendum eſt, fieri non potuiſſe: ut cum principium eſſet omnium, cõtingens fortuitum'ue foret: ac nedum contigiſſe poſſe deterius, ſed neq; etiam bonum quidem: aliter uero bonum, uelut aliquid indigētius: ſed oportet principium omnium eſſe ſequentium præſtantiſſimum. Ideoq; quaſi determinatum quiddam, determinatum inquam, propter ſingularem & unicam rationem. Neq; tamen ita determinatum, & unica ratione conſiſtens, quaſi ex neceſſitate dico: nõdum enim neceſſitas erat. In his enim quę ſequūtur principium, neceſſitas dominatur: neq; hæc quidem uiolentiam eis infert, unicum uero hoc & ſingulare poſſidet

poſſidet à ſeipſo: hoc ipſum igitur eſt non aliud, ſed quod expediebat ſiue debebat eſſe: non igitur ita cõtigit, ſed oportuit ita. Hoc ipſum uero quod oportuit dicitur omnium eſt, quæ oporteat principium: hoc igitur nequaquã ita eſt, ut contigit: non enim ut ſorte incidit, extat: ſed quod oportebat eſſe, imò uero neq; id quidem quod oportuerit eſſe. Iam uero decet alia expectare qd quandoq; rex illis appareat, idq́; duntaxat quod exiſtit ipſe, illum prorſus aſſeuerare: certe non ut euenit apparentem, ſed uere regem, uere principium, uere bonum. Nec ſecundum bonum quidem agentem, ſic enim ſequi alterum uideretur, ſed unum hoc ipſum quod eſt penitus exiſtẽtem: itaq; nec ſecundum bonum agere, ſed ipſum prorſus exiſtere bonum. Si ergo neque in ipſo quidem ente aliquid eſt contingens, alioqui ens quiddam foret: & certe cuidam enti incideret aliquid, non tamen ipſum ens ullo modo cõtigit, neq; ſorte quadam nactum eſt ens ipſum ita eſſe: nec ab alio ſic eſſe, ens ut eſt accepit: ſed ipſa natura entis, eſt ens exiſtere: quo nam modo aliquis in eo quod ente ſuperius extat, conditionem hanc; ſcilicet ita contigiſſe uel eueniſſe poterit cogitare? Quippe cũ illud ens ipſum genuerit: quod quidem nõ ita contigit, ſed eſt prout eſt eſſentia ipſa exiſtens hoc ipſum quod eſt eſſentia: & hoc ipſum quod eſt intellectus, alioqui ſimili quiſpiam ratione intellectum quoq; dixerit ſic accidiſſe, perinde quaſi aliud quiddã intellectus fore potuerit: præter hoc quod natura ipſius exiſtit. Quod itaq; naturam propriam nõ tranſgreditur, nec uſquam à ſeipſo declinat, facilè quis potiſſimũ hoc ipſum quod eſt, exiſtere dixerit. Quid nam igitur dicet ille qui hoc quoq; tranſcenderit, ſummumq́; inſpexerit? Nunquid quemadmodum ipſum uiderit ſe habere ita & contigiſſe: ſed profecto neq; ſic neq; quolibet modo contigiſſe dicendum: imo nec omnino & ſimpliciter accidiſſe. An igitur dici poteſt ita ſolum, neq; aliter, ſed dũtaxat ita? Imò uero neq; hoc ipſum quod dicitur ita uel hoc modo illi eſt aſſignandum, alioqui eo pacto circunſcriberes ipſum; & hoc aliquid redderes. Nempe qui cernit illud, neq; ita debet dicere, neque non ita: alioqui aliquid ipſum ex rerum numero dixeris; quibus ineſt hoc ipſum; quod ita uel hoc modo dici ſolet. Eſt igitur aliud præter omnia, quæ ita & hoc modo ſe habere dicuntur. Tu uero cum ipſum inueneris infinitum, omnia quidem quæ ſunt poſt illud, dicere poteris: illud autem nullum eorum eſſe dices. Sed tanquam uniuerſam poteſtatem re uera ſui ipſius dominam, quod'ue uult exiſtẽtem: imò uero hoc ipſum quod uult in res ipſas proiicientem, dum uidelicet ipſa excellentior eſt omni uoluntatis actu; actumq́; eiuſmodi ſibi ſubdit. Neq; igitur ipſa hoc ipſum uoluit, quod dicitur ita ſe habere, adeo ut id ſecum ipſa dixerit, neq; quiſquam alius, ut ita ſe haberet, effecit.

*Cum principium omnibus ſortem & terminum, ordinemq́; imponat: atq; ordo rationalis ſit fortunæ contrarius, merito ſi principium fortuitum rebus inciderit, nullus uſquam ordo reſtabit.* Cap. X.

QVod principium vnice firmiterq́; ſit, maneatq́; hoc ipſum quod iam exiſtit, nec aliunde ſortitur: hæc enim ipſa eius natura eſt. Nec vlla debilitas in cauſa eſt, vt nec aliud extitiſſe, nec ad aliud proceſſiſſe potuerit. Eſſe enim & permanere immenſam bonitatem, atque poteſtatem, hæc ipſa eſt ſumma libertas pariter & poteſtas.

Interro-

INterrogare licet eum qui deum ait ſic accidiſſe, qua nam conditione fieri poſſe exiſtimet, ut deprehendatur, cōtingentiam eſſe falſam, ſicubi falſa fuerit: quo'ue pacto quiſpiam ipſam auferat contingentiam: atqui ſi qua natura ſit tollens è medio cōtingentiam, profecto conditio contingētis cum natura non congruet. Si etiam naturam hoc ipſum quod eſt ſorte contingere ab aliis cunctis auferentē, fortunæ committas: nuſquam dabitur aliquid quod non caſu proueniat. Tollit autem ab omnibus fortuitam contingentiam, ipſum principium aliorū, ſpeciem, terminum, formam unicuiq; tribuens, neq; fas eſt uſquā in rebus ſic ratione diſpoſitis, fortunæ ſeriem hanc aſcribere: ſed cauſam hic rōni aſſignando, ſic putamus cauſam afferendā. In rebus autē quæ nec ex antecedenti propoſito fiunt, neq; procedunt ordine conſequentis, ſed caſu potius incidunt, fortuna uerſatur. Ipſum uero rationis omnis & ordinis terminiq; principii quo nam pacto quiſpiam fortuita quadam ſorte conſtare conceſſerit. Fortuna certe multorum domina eſt, intellectum uero & rationem & ordinē generare non poteſt: nempe cum fortuna rationis cōtraria uideatur, nullo modo poteſt eſſe genitrix rationis. Si ergo fortuna nō generat intellectum, merito neq; quod eſt ſuperius ac melius intellectu: nec enim habuiſſe poteſt unde crearet, nec ipſa erat omino, nec prorſus ineſt ſempiternis. Quamobrem ſi nihil eſt ſuper illud, ipſumq; exiſtit primo, ſiſtere in eo gradū expedit, neque ulterius de hoc aliquid dicere: ſed perſcrutari potius quomodo ſequentia facta fuerint. De illo uero nullo modo quomodo exortum ſit indagare, quoniam reuera non eſt natum. Quid ergo ſi ortum quidem non fuerit, eſt autem quale eſt, non exiſtens proprie eſſentiæ dominus? Ac ſi non eſſentiæ dominus ſit, ſed hoc ipſum quod eſt exiſtat: ſiquidem ipſi non exhibens exiſtentiam, ſed ſeipſo qualiſcunq; ſit utens: ideoq; hoc ipſum quod eſt neceſſario ſit, nec aliter unquam. Sed profecto non propterea ita ſe habet, quia non aliter ſe habere potuerit, ſed quia optimum eſt ita ſe duntaxat habere: procedere quidem in melius non ubiq; uoluntarium eſt. Ad deterius autem uenire nequaquam ab alio prohibitum eſſe poteſt: ſed quòd in deterius nō deuenerit, à ſeipſo habet nō deueniſſe: non propterea quòd cohibitum fuerit, ſed quoniam illud hoc ipſum ſit, quod nullo modo proceſſit. Iam uero ad deterius deuenire non poſſe, nullam ſignificat in eo qui non uenit debilitatem, ſed hoc ipſum nō ire illud à ſeipſo & propter ſeipſum habet: quod ut dicitur ad aliud nuſquam accedere, excellentiam in eo poteſtatis plane demonſtrat: dum uidelicet ipſum non quidem neceſſitate comprehenditur, ſed neceſſitas eſt & lex omniū aliorū. Num igitur ipſa neceſſitas ſibimet præbuit exiſtentiam? Imò uero neq; extitit quidem, quippe cum cætera quæ ſunt poſt primum uirtute ipſius exiſtant. Quod igitur ſuper exiſtentiam ſiue ſubſtantiam eſt, quo nam pacto uel ab alio uel à ſeipſo extitiſſe uel ſubſtitiſſe dici debet?

*Ordo mirabilis uniuerſi intellectuali ratione perſpectus purgatis tandem mentis oculis principium ſummum offert quaſi incomparabilem ſummitatem, ſimplicitatem, poteſtatem, bonitatem. Sed tu poſtquam principium ſimpliciter tibi ſic illuxerit, noli quid ſit & propter quid inquirere.*

Cap. XI.

Si enim

NOn enim actio penes eum vllo modo diſtinguitur à natura, ideo non debet dici dominus naturæ ſuæ dominus: ſed eſt vel ſimpliciſſimus actus, per quem libertas quoque appellatur, vel principium finiſq; actuum actionum, omnium: vnde libertas ipſa nominatur, dominus vero non tam ſui quàm aliorum. Eſſentia prima per actionem ſuam quodammodo ab ipſa diſtinctam, ſuæ exiſtentiæ domina dici poteſt. Anima vero cum non ſit eſſentia ipſa ſimpliciter, ſed eſſentia quædam, nequaquam dicenda eſt eſſentiæ ſuæ domina, quamuis quodammodo domina ſui. Forma poſtrema corporea tanquam expers eſſentiæ liberum ſui dominatum nullum habet. Contra vero deus per quem ſuperiora ſunt libera, dominanturq; ſequentibus, libertas eſt ſimul & dominatio ſumma.

QVid ergo dicemus? nonne hoc ipſum quod exiſtit? Ipſius autem eſſe quod eſt, uel ipſius quod ſit ipſo eſſe ſuperius, nũquid ipſemet deus eſt dominus? Rurſus animus nondum perſuaſus ex dictis, reſtat ambiguus. Ad hæc igitur in præſentia nobis eſt ita dicendum. Vnuſquiſque noſtrum ſecundum corpus quidem eſt ab eſſentia longe remotus, ſecũdum uero animam, & quod maxime ipſi ſumus, eſſentiæ participes ſumus: & profecto ſumus eſſentia quædam. Id autem eſt uelut quiddam ex differentia ſimul eſſentiaq; compoſitum: itaque nec eſſentia præcipue nec ipſa eſſentia. Quamobrem neq; ſumus noſtræ eſſentiæ domini: aliud nanq; quodammodo eſſentia eſt, aliud nos exiſtimus: nec nos quidẽ ſumus eſſentiæ noſtræ domini, ſed ipſa eſſentia potius eſt domina noſtrum: ſiquidem hæc ipſa & differentiam adhibet. Sed quoniam nos quodammodo ſumus & illud quod dominatur nobis, hac utiq; conditione nihilominus & hic domini noſtrũ poſſumus appellari. Quod autem omnino eſt, id quod eſt ipſa eſſentia, neq; aliud quidem ipſum, aliud autẽ eius eſſentia eſt: certe hoc ipſum quod exiſtit, eſt dominans, nec amplius refertur in aliud qua uidelicet ratione eſt, & qua exiſtit eſſentia: etenim rurſus dimiſſum eſt ſuiipſius dominum eſſe; ſiquidem quod ibi primum eſt redigitur in eſſentiam. Iam uero quod liberam facit eſſentiam, utpote cuius natura ſit res facere liberas, riteq; liberator cognominatur, cui nam ſeruiet? Si modo fas eſt id etiam quoquo modo pronũtiare, hoc autem ſuiipſius eſſentia liberum iudicatur. Sed & hæc ab ipſo libera eſt atque poſterior, ipſum uero non habet eſſentiam. Si qua igitur in eo actio eſt ipſumq; ponimus in actione, non tamen ob hoc erit alterum à ſeipſo: neque minus ſuiipſius dominus, à quo æditur actio. Quoniam non eſt alterũ quiddam ibi actio, alterum uero ipſum. Si autem omnino actionem in eo eſſe non concedamus, ſed alia circa ipſum operantia retinere ſubſtantiam, multo minus ibi uel dominum uel dominatorem eſſe fatebimur: ſed neq; etiam ſuiipſius dominum eſſe dicemus, non quoniam deo quicquam aliud dominetur, ſed quoniam ſuiipſius eſſe dominum, eſſentiæ iam attribuimus. Summum uero deum in gradu quodam excellentiore locauimus, quàm quod ſibi ipſi dominetur. Quid nam igitur eſt excelſius eo, qui ſuiipſius ſit dominus? Profecto quoniam in ipſo qui primo ſuiipſius dominus appellatur, eſſentia & actio duo quædam quodammodo ſunt: nimirum ex actione ipſam dominij præſtitit rationem. Hæc autem idem atq; eſſentia eſt, propterea & ſeorſum factum eſt, ut dominus eſſet, ſuiq; ipſius dominus id eſt appellatum. Vbi autem non duo quidem ſunt, ut unum: ſed eſt penitus unum, aut enim ſolus actus

actus eſt, aut omnino nõ eſt ibi actus, illic nec etiam recte dicitur, dominum ſuiipſius exiſtere.

*Quocunq; modo eſſentia, uoluntas, actio in deo nominari poßint, penitus idem ſunt. Si ergo ſicut naturaliter eius eſſentia fert, ita deus uult & agit: uiciſsim quoq; quemadmodum uult & agit, ſic eius natura ſe habet. Eſt igitur neq; fortuna neq; fato, ſed propria uoluntate quod eſt.* Cap. XIII.

ET Atenus vnumquodq; ſeipſum vult, ſuiq; iuris exiſtit, quatenus eſt cum bono. ipſum ergo bonum penitus vt vult, exiſtit & liberum: ac ſi detur optio commutandi, nunquam aliud quàm quod eſt ſe eſſe, ſicut volliturum. Præterea cum voluntates omnium in bonum confluant, & vniantur in eo, certe in ipſo bono eadem eſt cum bonitate voluntas, quæ nec aliud vult eſſe quàm ſeipſam, iam vero maximopere ſibi quod eſt placet, ſiquidem ſola participatione boni res habent, vt ſibimet ipſæ placeant. Poſt hæc Plotinus ait: ſi velle, & eſſe idem eſt penes bonum: ſequitur, ſicut eſt ipſum in ſe naturaliter, ita velle, atque viciſſim vt vult, ſic ipſum naturaliter & exiſtere. Excogitat interim Chriſtianorum more, deum per voluntatis actum aliquam in ſe producere (vt ita dixerim) ſubſiſtentiam. Alibi quoque dixit: Deum per intelligentiam in ſe neſcio quam ſubſiſtentiã genuiſſe. Denique ſicut voluntatis actũ excellentiorem voluntate concedit ipſi bono, ſimiliter actum intelligentiæ intelligẽtia excelſiorem eſt proculdubio conceſſurum.

CAeterum ſi hæc quoq; nomina etſi non recte, tamen utcunq; introducere cogimur, rurſus circa id quod à principio quæritur dicendum uidetur, partim quidem recte fuiſſe dictum: uidelicet non eſſe ponenda duo quædam in ſummo, etiamſi tantum differant ratione: partim uero in præſentia perſuaſionis gratia liberius uidetur eſſe loquendum, & à ſeuera intelligentiæ norma in loquendo aliquãtulum declinãdum. Si ergo ſummo deo actiones attribuamus, actiones autem eius tanquam uoluntati ſuæ accommodemus: non enim operatur nolens, actiones uero ſunt ipſa uelut eius eſſentia, nimirum uoluntas eius eſſentiaq; idem penitus erit. Quod ſi ita, ergo ut uoluit ita prorſus exiſtit: ideoq; non magis ut ſua fert natura, ita uult & agit, quàm ut uult agitq;, ſic eſſentia eius exiſtit. Omnino igitur ſuiipſius eſt dominus, ſuum uidelicet eſſe proprio arbitrio poſſidens. Præterea ita conſidera, eorum quæ ſunt unumquodq; bonum appetens, mauult illud, quàm quod eſt eſſe. Maximeq; tunc eſſe ſe putat, quando particeps euadit boni: & in tali quodam ſuum eligit eſſe, eoq; magis ſuum eſſe probat, quo magis habet à bono. Quaſi ipſa boni natura multo prius ſibimet ſit potiſſimum eligẽda, ſiquidem quo maior electiorq; portio boni alteri attribuitur, eo magis eius eſſentia eligenda eſt libẽter & expetẽda, uoluntatiq; aſſiſtens, unumq; & idem uoluntati exiſtens, neq; per ipſam uoluntatẽ ipſa ſubſiſtens. Proinde quouſq; unumquodq; non habet bonum, aliud quiddam uult: quando autem habet, hac ſtatim conditione iam uult ſeipſum, neque ſecundum fortunam eiuſmodi præſentia fit, neq; extra uoluntatem ipſius eſſentia eſt. Atq; hoc ipſo etiam determinatur, eoq; ſuiipſius exiſtit. Si igitur hoc ipſo, quodlibet ſe efficit ipſum aliquid, conſtat plane, illud ſeipſo eſſe primo tale, quo & alia ut ſeipſis ſint nanciſcuntur. Simulq; cum ipſa uelut illius eſſentia copulari penitus uoluntatem, tanquam exiſtendi tale: neq; licere illud accipere abſq; uolendi actu ſibimet hoc ipſum quod eſt approbãte. Itaq; concurrit deus ipſe ſecũ, uolens ipſe exiſtere, idq; exiſtens quod & uult: uoluntaſq; & ipſe unum eſt, atq; ex hoc non minus eſt unum. Quoniam nõ aliud quidem eſt ipſe, quod uidelicet contigit: aliud autẽ, quod eſſe uoluiſſet

 exiſtere.

exiſtere. Quid enim uoluerit aliud præter hoc, quod nunc exiſti[illegible] ſingamus in eius optionem adduci, ut quodcunq; uelit, efficiatur[illegible] naturam ſuam in aliud commutare: conſtat ſane hunc nolle ſe alia[illegible] extitiſſe. Neque quicquam in ſe incuſare, quaſi cogente neceſſitate [illegible] quod eſt euaſerit, propterea quod id proprie ipſe ſit, quod ipſemet [illegible] ſemper, & uult. Eſt enim reuera ipſa boni natura ipſiuſmet uoluntas [illegible] deo quidem ut portio quædam illi fuerit aſſignata, uel propriam qua[illegible] cutus naturam, ſed ipſe potius uoluerit ſemetipſum, quoniā nec [illegible] ad quod potius traheretur. Accedit ad hęc, quòd aliorum nullum in [illegible] ſua rationem ſibi placendi comprehendit: nonnihil etiam eſſe poteſt, qu[illegible] ſeipſum offendat, ſibiq; diſpliceat: at in ipſa boni ſubſtantia neceſſarium [illegible] electionem ſuiipſius & uoluntatem proculdubio contineri: alioqui nihil [illegible] quam id aſſequetur, ut quandoq; ualeat ſibiipſi placere. Quæ quidem [illegible] ticipatione quadam uel ſaltem imagine boni ſibiipſis placere ſolent. [illegible] autem ueniam præſtare nominibus, ſi quis de illo loquens, nominibus [illegible] buſdam minus accommodatis uti demonſtrandi gratia compellatur, [illegible] tamen exactior diſputandi regula non admitteret, ſaltē uero in [illegible] libet minus congruo dictiones eiuſmodi, quaſi, & uelut, & tanquam, [illegible] tim accipiātur. Si igitur bonum ipſum exiſtit, ſimulq; cum eo exiſtit [illegible] atq; uoluntas: abſq; enim his non erit: oportet autem hoc multa non [illegible] mirum uoluntatem & eſſentiam atq; uelle redigere prorſus debemus [illegible] Cum uero ipſum uelle ſit ab illo, neceſſarium eſt ab illo quoq; ipſum eſſe [illegible] bimet adeſſe. Quapropter & ipſum effeciſſe ſeipſum ratio hæc [illegible] nim uoluntas eſt à ſeipſo, ac uelut ipſius opus: hæc autem idem atq; eſſe[illegible] ſtantia eſt, profecto ſic ipſe ſe in actum edidit exiſtendi. Quamobrem [illegible] lud eſt quod eſſe contigerit, ſed potius quod ipſe uoluerit.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. [illegible]

Singula in corporibus indiuidua poſſunt quidem contingenter in exitum pro[illegible] quibus præter ſpecialem neceſſariamq; eſſentiam eſt aliquid aduēticium, [illegible] tellectualis & idea quælibet vbi totum eſt ad eſſentiā, ac ſpeciem neceſſari[illegible] quod exiſtit, ex intima ſui natura produ, non fortuito quidem, ſed neceſſario. Cum [illegible] tanquam principio proxima id bonum conſequātur ab eo, ipſum imprimit id [illegible] extra fortunam. Præterea in omni idea itemq; ſubſtantia vel forma ad ideam [illegible] preſſa, hæc duo inuicem coniunguntur, ſcilicet quid & propter quid exiſtat. Q[illegible] diligenter inſpexeris in ipſa diſpoſitione naturæ ex partibus ſuis conſtante ra[illegible] ſamq; partium totius inuenies. Tantumq; vero munus à principio rerum habe[illegible] tius in ſe habente. Alieniſſima vero illinc eſt fortuna, vbi exiſtendi ratio [illegible] continetur.

PRoinde conſiderare idem hac etiam ratione nos decet. V[illegible] quodq; eorū quæ eſſe dicuntur, aut idem eſt, quod [illegible] eſſe, aut potius aliud. Quemadmodū alius eſt hic homo, [illegible] ipſum eſſe homini: particeps tamen eſt hic homo [illegible] ipſum eſſe homini. Anima uero & eſſe animæ, idem eſt: ſi eſt [illegible] plex, nec de alio prædicatur. Item idealis ipſe homo idem eſt [illegible] ſe homini. Et hoc quidem fortuna quadam homo fieri poteſt [illegible]

IDem præterea deus & amabile eſt & amor, ſuiq; ipſius [illegible] utpote qui non aliter quàm à ſeipſo & in ſeipſo pulcher [illegible] Atqui & hoc ipſum quod dicitur ſimul eſſe ſecum, [illegible] habere poteſt quàm ſi & quod ſimul ineſt, & qui cum [illegible] unum ſit penitus atque idem. Si ergo & coexiſtens & illud cui [illegible] unum, atq; quod ibi eſt uelut appetens, ſimiliter unum eſt cum illo [illegible] appetendum: & quod illic appetibile dicitur uel appetendum, [illegible] ſtantiam & quaſi ſubiectum conſideratur: rurſus hinc nobis appa[illegible] titum & eſſentiam eſſe idem. Quod ſi ita ſe habet, conſtat iterum [illegible] pſum efficere, ſuiq; exiſtere dominum: neq; ſic eſſe factum, ut aliud [illegible] uoluerit, ſed quemadmodum ipſe uult. Proinde ubi deum dicimus [illegible] quam in ſe accipere, nec ab alio capi: hac quoq; ratiõe eum ab ea [illegible] longius ſegregamus, per quam forte quadam talis euaſiſſe dicatur [illegible] ex eo quòd agat, ſeu reddat ſe unicum (& ut ita dixerim) ſolitarium, [illegible] conſeruet ab omnibus: uerumetiam quoniam ſi quando & noſ in [illegible] ram eiuſmodi quandam inſpiciamus, aliorum nihil habentem, [illegible] nobis adhærent, per quæ nobis accidere ſolet quicquid contigerit [illegible] ſuiq; uiuere, libertatem prorſus experiemur. Alia enim quæcunq; [illegible] cuntur, ſeruiunt, fortunæq; expoſita ſunt, & quaſi fortuito nobis [illegible] hoc autem ſolo conſiſtit ſuiipſius dominum liberumq; exiſtere, [illegible] uidelicet quendam luminis boniformis & boni exuperãtis ment[illegible] inquam uim non aduentitiam in ſe habentem, quæ omnem exce[illegible] gentiam. Huc ergo cum aſcenderimus, ſolum id euaſerimus, [illegible] poſthabitis: age quid nam de hoc ſtatu dicemus? Profecto cla[illegible] eſſe tunc libertate omniq; arbitrio ualde ſuperiores. Quis nam [illegible] pore fortunis exponet, uel temeritati faciet ſortiq; obnoxios? Qu[illegible] ipſa uera uita tunc effecti ſumus, aut in eo penitus cõſtituti, quod [illegible] habet aliud, ſed ſolũ ipſum prorſus exiſtit. Cætera quidem [illegible] ſegregata, ad ſuum eſſe ſufficere nequeunt: ipſum uero principium [illegible] quod eſt exiſtit pariter & ſi ſegregatum. Subſtãtia ſane prima non [illegible] in re non uiuente, neq; etiam in uita rationis experte, hæc enim ad [illegible] debilis eſt: quippe cum rationis diſperſio ſit & natura quædam inde[illegible] quatenus in rationem procedit, eatenus relinquit fortunam: quod [illegible] tione progreditur, nequaquam in fortuna uerſatur. Nobis uero [illegible] dentibus, principium ipſum non occurrit ut ratio, ſed quiddam [illegible] ratione: tantum abeſt, ut forte contingat. Eſt enim radix quæ[illegible] ſuapte natura, atque huc tandem omnia deſinunt. Eſt & tanquã [illegible] iuſdam arboris ratione uiuentis principium atque fund[illegible] quidem permanens, tradens uero eſſe arbori per rationem inde [illegible]

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. [illegible]

S[illegible] deus nec eſt in tempore, nec eſt in loco, non poteſt hoc ipſum quod eſt, [illegible] uel alicubi contigiſſe. [illegible] autem deus non tam ſemper quàm ſempiternus [illegible] prie vbique habitus, [illegible] ipſe [illegible] hoc ipſum eſt, quod [illegible]

Intellectus

Intellectus in deo mirus intelligibili intellectu ſuperior tam efficaciter in ſe agit, vt, exiſtentiam generet in ſeipſo. Similiter & voluntas appetente voluntate ſuperior exiſtentiam in ſe volendo producit. Cum vero nihil in deo ſit praeter ipſum: ſic certe intelligendo ac volendo ipſe emicat à ſeipſo, adeo vt neq́ ſorte neq́ aliunde vi illata, ſed pro intelligentia voluntateq́ ſua idipſum quod eſt, exiſtat. ſed haec & quae ſequuntur, in Theologia noſtra diligentius explicamus.

Q Voniam uero fatemur, probabileq́; uidetur deum & ubiq́; eſſe & nuſquam, de hoc quoq́; quid eſſit, nobis diligẽter conſiderandũ, hinc rurſus quod quærimus indagãtibus. Si enim nuſquam eſt, nuſquam certe cõtigit: rurſus ſi eſt ubiq́, proculdubio quantus ipſe eſt, tãtus eſt & ubiq́. Quapropter hoc ipſum quod ubiq́ & quod undiq́ dicitur, ipſemet exiſtit: neq́; ipſum ubiq́ eſt in eo, neq́ uiciſſim: ſed ipſe potius eſt hoc ipſum, cæterisq́; largitur eſſe propterea quòd in eo quod ipſum ubiq́ eſt, admittantur. Hic autem ſupremum obtinens ordinem, imò uero non obtinens, ſed exiſtens ipſe ſupremus ſubdita habet omnia: non illis quidem ipſe contingens, ſed ſibi cætera contingentia: imò uero cætera circa ipſum. Nec ille quidem ad illa proſpicit, ſed ad ipſum cuncta ſuſpiciunt: ille autem intra ſe æque per totum quaſi perfertur, tanquam ſeipſum amans puram lucem, ipſe hoc ipſum quod amat exiſtens: id eſt autem in ſubſiſtẽtiam ſe producens, ſiquidem actus eſt permanens: & quod ibi amabiliſſimum eſt, uelut intellectus exiſtit: intellectus autem ipſius eſt opificiũ, quapropter opificium ipſe eſt. Cum uerò non ſit opus alterius, ſequitur ut ſuiipſius ipſe ſit opus. Quamobrem nõ ita eſt ut contigit, ſed potius ut ipſe agit. Præterea ſi ex eo maxime eſt, quòd quaſi ſibimet innititur, & quaſi reſpicit ad ſeipſum, ipſumq́; uelut eſſe ſibi eſt reſpicere ad ſeipſum, nimirum quaſi efficit ſemetipſum. Non igitur eſt ut contigit, ſed ut ipſe uult. Neq́; uoluntas ibi temeraria eſt & uana, neq́; ſic accidit: cum enim optimi ſit uoluntas, non eſt inanis atq́; fortuita. Quod autem eiuſmodi nutus erga ſeipſum quaſi quædam eius actio & quies in ſemetipſo efficiat ut hoc ipſum quod eſt exiſtat, teſtatur muneris huius oppoſitũ, ſi concedatur: nempe ſi proſpiciat, annuatq́; extra ſeipſum, protinus quod eſt amittit: eſſe igitur hoc ipſum quod exiſtit, eſt actio ad ſeipſum. Hoc autem atq́; ipſe eſt unum, ille igitur ſibimet exhibet ſubſiſtentiam, unà cum ipſo eius actione collata: ſi ergo facta non eſt eius actio, ſed ſemper extitit quaſi uigilantia quædam: nec aliud ibi uigilãs eſt, aliud uigilantia: quæ quidem ſuperintelligentia quædam eſt ſemper uigens, profectò ſic eſt, ſicut & uigilauit. Vigilantia uero ſuper eſſentiam intellectumq́; & uitam ſapiẽtem extat: id autem ipſe eſt. Ille igitur actus eſt ſuper intellectũ & ſapientiam atq́; uitam, ex eo autem hæc ſunt, nec ab alio quopiam. Ab illo igitur & ex illo ſuum eſſe producitur: non ergo ſicut contigit, ſed ut ipſe uoluit, ſic prorſus exiſtit.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. XVII.

IN homine quidem aliud eſt natura, per quam generat ſimilem: aliud ars & prouidentia, per quam artificioſa facit. At in opifice mundi vita eadem eſt intelligentia ſimul atq; natura. Cum igitur prouida & artificioſa diſpoſitio mundi illinc proueniat intellectuali pariter naturaliq; ratione, neceſſe eſt hanc ibi quaſi formam eius exiſtere naturalẽ. Si igitur eiuſmodi mundi forma multo magis & illius procul eſt à caſu remotiſſimum deniq; à fortuna eſt illius formæ principium, quod pro natura & voluntate ſua ſegregauit ſilium à fortuna

atque ſi principium aſpiciat aliorſum ſe perdet, dum ergo ſe tantū reſpicit, ſeipſum quodammodo ſeruat, atque agit: igitur ex ſeipſo id quod eſt exiſtit, non contingit ex fortuna.

PRæterea idem hac ratione probamus, ſingula in mundo poſita, totumq́; mundum ſic ſe habere aſſerimus. Quemadmodum ſe habuiſſet ſi autor ſuus quaſi deliberando ſic elegiſſet, ac ſi præuidente conſilio & argumentatione quadam id præuidente, ſecundum prouidētiam mundus ſic eſſet effectus. Cum uero ſic ſemper omnia & ſint & fiant, ita profecto & ſemper in his quæ ſimul exiſtunt: conſtat eſſe iſtas rationes, in quodam quaſi mentis habitu trāquilliore admodum atque certiore firmiter permanentes: quapropter ſuper prouidentiā illa ſunt ſuperq́; electionem atq; propoſitum, omniaq́; ſemper intellectuali cōditione firma perſeuerant, quæcunq; in ipſo ente conſiſtunt. Si quis igitur diſpoſitionem eiuſmodi nominet prouidētiam, ſic id accipiat: eſſe uidelicet ſuper id uniuerſum intellectum firmiter permanentem, à quo & ſecūdum quem totum id cōſtituitur. Si igitur intellectus eſt ante omnia, principiumq́; eſt intellectus eiuſmodi: nunquam ut forte contigit, ita ſe habet: præcipue cum multiplex quidem ſit, ſed ſecum ipſe conſpirans, ac uelut conflatus in unum. Quod enim multiplex multitudoq́; ordinata ſimul exiſtit, & in quo rationes omnes per totum comprehenduntur in unū, nullo modo utcunq; contigit, uel forte euenit ſe habere putandum: ſed à natura eiuſmodi procul abeſt fortunæ temeritas, ipſaq́; fortuna in quadam rationis orbitate ſe uerſans, rationi prorſus opponitur. Si autem quod ante tale quiddam exiſtit, ipſum omnium eſt principium: certe proximum eſt huic ita ut dictum eſt affecto, idq́; ita diſpoſitum, ſecundum illud diſpoſitum eſt, eiuſq; participat: taleq́; exiſtit, quale uult illud, illiuſq; poteſtas: ille igitur deus eſt indiſtans. Vna quidē omnia ratio, numerus unus: unus autem maior genito atq; potētior, nihil illo maius, nihil eſt melius. Itaq; nec eſſe, nec eſſe tale qualiſcūq; dicatur, ab alio accipit. Ipſe igitur ſeipſo id quod eſt exiſtit, ad ſeipſum & penitus in ſeipſum: ut neque etiam hac conditione aſpiciat extra, uel ad aliud uſquam: ſed totus potius ad ſeipſum.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. XVIII.

*Nihil extra deum licet fingere, nam deus excogitatur tanquam ſupereſſentialis poteſtatis, imò actus immenſitas, tum comprehendens ſuperficies omnium, tum ſe tota penetrans profunda rerum. Intellectus primus ad deum comparatur tanquam circulus inferior ad centrū ſuperioris circuli ſeſe applicans, & naturaliter inde dependens. Rurſum quemadmodum lumen radijs quàmplurimis foras effuſum ad ſimplicem & intimam ſolis lucem. Cum igitur intellectus ſit imago quædā naturalis primi dei, ſitq́; totus penitus tota ratio, conſtat primum illud cum natura cum voluntate rationis vniuerſæ patrem, fortuitum in ſe nihil admittere. Denique cum tota ratio decentis, expedientis, opportuni, tanquam bona contineatur in ipſo bono, merito bonum ipſum eſt ipſum decus & opportunum. Non igitur vtcunque contigit, ſed vt per ſuum naturale decus decet, naturaliter & exiſtit.*

TV ergo dum quæris, nihil extra deum quærito: ſed intra deum omnia quæ ſunt poſt deum: ipſum uero dimitte. Quod enim extra eſt, ipſe deus exiſtit, comprehenſio omnium & menſura, aut intimum uniuerſi profundum. Quod autem extra deum occurrit uelut circulo tangens illum, totumq́; inde ſuſpenſum, ratio & intellectus exiſtit. Imò uero eatenus intellectus euadit, quatenus attingit illum, & qua

Itaq; non quale accidit, hoc exiſtit: ſed hoc eſt potius, quod tanq̃ [illegible] rit, ſiquidem decentia uelit. Vnumq; ibi eſt ipſum decens uel [illegible] actioq; decentis: eſtq; decens non uelut ſubiectum, ſed tãquàm actio [illegible] hoc proprie ſeipſam in lucẽ edens, quod & decuit. Danda eſt [illegible] ſtris uenia, nam ita de deo nos oportet loqui, poſtq̃ loqui de illo non [illegible] mus ad uotum.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. [illegible]

A Primo rerum principio multa id munus habent, ut in ſeipſis conſiſtãt, [illegible] ut quaſi ex ſeipſis exiſtant. Illud igitur ſi modo dicendum eſt exiſtere, [illegible] exiſtentiæ ſuæ dominus, omni apud intellectum cogitabili exiſtentia longe [illegible]

EX ſuperioribus igitur aliquis ad ſummum rerum princip[illegible] prouocatus, illud ipſum accipiat: atq; ita & ipſe perſpiciet, [illegible] non quantum uelit exprimere ualeat. Videns autem illud in [illegible] omni ſermone dimiſſo, affirmabit illud à ſeipſo, id exiſtens, [illegible] deò ut ſi haberet eſſentiam, ſua ſibi ſeruiret eſſentia, ac uelut emanaret ab ipſo. Qui ergo id fuerit contemplatus, non audebit amplius dicere, [illegible] contingit eſſe, nec omnino proferre ualebit: nam ſi pronuntiare id auſus fuerit, ſtupore repente corripietur. Quinetiam hucuſq; ſublatus, nec poterit ſibi illud ſit aſſignare: quippe cum illud ubiq; coram animæ oculis [illegible] demonſtret. Et quacũq; animus defigat intuitũ, inſpiciat illud: niſi forte deo dimiſſo, animus retro reſpiciat, nihil uidelicet de illo amplius cogitans. Forſan uero operæpretium eſt priſcorum illud myſterium uerbis obſcurioribus inuolutum, deum ſcilicet eſſe ſuper eſſentiam, hac quoq; ratione conſiderare. Non ſolum quoniam gignit eſſentiam, uerumetiam quia nec eſſentiæ, nec ſibiipſi ſeruit, neq; principiũ eius eſt eſſentia ſua: ſed ille potius principium eſt eſſentiæ, nec eam quidem ſibiipſi fecit, ſed hanc à ſe factam [illegible] ſit extra ſeipſum, utpote qui ipſo eſſe non egeat, qui ſane ipſum effecit. Neq; igitur ſecundum quod eſt, facit hoc ipſum quod eſt appellatur.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. XX.

CVm omnis eſſentia ad actum pro viribus tanquam ad melius & ſuperius [illegible] tatur, excogitare decet principium tanq̃ actũ eſſentia longe ſuperiorẽ [illegible] eſſentiæ dominus. Necnon ſi ipſe dici poſſit & eſſe, certe qua ratione actus eſt [illegible] ſe declarat: actus inquam non in eſſentia, ſed ſuperior: ergo non eſſentiæ, vel naturæ [illegible] itaque liber. Et quatenus non aliunde ſeruatus, ipſe ſe ſeruat, dicitur & generare ſeipſum, generatione videlicet ſempiterna. Denique vbi agere & quomodocunque exiſtere [illegible] ctus autem ſolet tanq̃ præſtantius cogitari, illic certe actus conſiderari poteſt [illegible] quaſi comitem ſecum ferre.

QVid ergo dicet aliquis, nonne ita ſequetur, deum priuſquam [illegible] extitiſſe? Si enim ſe facit, certe qua ratione ſeipſum, ibi dicitur [illegible] dum exiſtit, qua uero dicitur facere, iam exiſtit ante ſeipſum: quippe cum ipſe ſit quod fieri dicitur. Huic autem obiectioni reſpondendum [illegible] omnino deum non eſſe tanquàm factum, ſed tanquàm facientem [illegible] dum, effectionem eius abſolutam aſſeuerando. Neq; talem, ut aliud [illegible] ex actione illius efficiatur, ſed actio eius non peragat ultra ſe quicquam, ſed totum hoc ſimpliciter extet: non enim duo quædam ibi ſunt, ſed [illegible] num. Neq; uerendum eſt actionem primam abſq; eſſentia ponere, [illegible]

ipſum

ipſum uelut ſubſtantiam affirmare debemus. Siquis autem ſubſtantiam poſuerit actione carentem, certe principium ipſum deficiens erit, imperfectumque euadet, quod tamen eſt omnium perfectiſſimum: ac ſi quis ſubſtantiæ adiunxerit actionem, unitatem ſimplicem non ſeruabit. Quamobrem ſi actus eſt perfectior quàm eſſentia, primum uero perfectiſſimum eſt, ipſum certe primum eſt actus: agens itaque deus, iam eſt hoc ipſum. Neque licet dicere priuſquàm fieret extitiſſe, quandoquidem nō erat antequàm fieret, ſed iam totus erat agendo. Profecto actus eſt eſſentiæ minime ſeruiens, qui ſane actus pure prorſus eſt liber, atque ſic à ſeipſo ipſe deus exiſtit. Iam uero ſi in ſuo deus eſſe ſeruaretur ab alio, non ipſe primus ex ſeipſo prorſus exiſteret: ſin autem ipſe ſe recte dicitur continere, nimirum & ipſemet ſe producere iudicandus: ſiquidem quod ſecundum naturam continet aliquid, idem & ab initio fecit. Si igitur fuiſſet tempus, ex quo eſſe cœpit, merito hoc ipſum quod ſe feciſſe dictum eſt, ratione admodum propria eſſet dictum. Cum uero ante ipſam quoque æternitatem, hoc ipſum quod eſt deus extiterit, quod dicitur ſe feciſſe, ſic præcipue cogitetur, ſcilicet æque concurrere, tum effeciſſe, tum ipſum: ibi nanque ipſum eſſe unà cum effectione, ac uelut ſempiterna quadam generatione prorſus eſt unum. Similiter quod in deo ſuiipſius princeps nuncupari ſolet, ſi ibi duo quædam ſunt, proprie admodum eſt aſſumptum. Sin uero unum, proculdubio princeps ibi ſolum eſt, non enim ſibi ſubditum illic habet. Sed quo nam pacto dicitur ſui princeps & dominus, cum non ibi ſit, ad quod dominatio referatur? Forſan uero dominator ibi cenſetur, quantum ſuperne conſideratur. Quoniam uidelicet nihil ſuperius extet. Si autem nihil eſt ſuperius, hoc eſt proculdubio primum: primum inquam nō ordine quodā, ſed autoritate propria, ac pure libera poteſtate. Si autem pure, non licet illic accipere quicq̃ minime liberū: totum igitur libere porſus & libēter eſt in ſeipſo. Quid nam igitur eſt ipſius, quod non ſit ipſe? Quid nam eſt ibi, quod non agat ipſe? Quid deniq; illic occurrit, quod non ipſius ſit opus? Si quod enim in eo foret non opus eiuſdem, haudquaquàm pure uel eſſet liber, uel omnia potens: illius nanq; non foret dominus, nec omnia potens, nimirum non poſſet illud, ad quod agendū dominus ipſe non eſſet.

*Confirmatio ſuperiorum.* Cap. XXI.

PRincipium eſt optima & immenſa poteſtas, ſiquis ergo fingat hanc poſſe vel potuiſſe aliter ſe habere impotentem finget. Sicut enim permutari ex ipſo bono malum eſt, ſimiliter ex ipſa potentia ſumma totaq; permutari poſſe, eſt impotentia miſerabilis. Plotinus & in ſuperioribus & in præſentia intellectum & voluntatem intelligibili intellectu & affectante voluntate ſuperiorem non negat deo. Proinde voluntas in deo eſt ipſa natura dei: ſicut ergo deus conſideratur ex ſua natura, ſic & voluntate propria prodiiſſe, penes quem exiſtere & velle ſunt idem. Nota poſſe animum tuum penes deum nonnihil attingere, ſed lumine quodam deſuper illuſtrante: te vero mox quicquid vltra ſuccurrerit auferre debere.

QVæritur igitur, nū aliud facere ſe potuerit, quàm quod effecit? Veruntamen ſi id conceſſerimus, etiā negabimus facere bonum, malū certe non faceret. Iā uero non ſic ibi poteſtas accipit, ut & oppoſita

poſſit,

poſſit, ſed quoniam conſtanti & immutabili fruitur poteſtate, [illegible] tiſſimum eſt poteſtas, quando ab ipſo quod eſt unum, nullo modo [illegible] tur: nam & oppoſita poſſe, infirmitatis eſt omnino potentis in optimo [illegible] manere. Oportet autem effectionem eius quam dicimus, ipſam [illegible] melq; exiſtere, eſt enim optima, & quis nam eam peruertere poſſit, [illegible] luntate ſit dei, & ipſa eſt dei uoluntas. Sed quæritur nunquid uoluntas [illegible] dei nondum exiſtentis? Quid rurſus dicamus illic uoluntatem? N[illegible] lius in ipſa ſubſtantia nondum uolentis? & unde nam ſit ipſi uoluntas? [illegible] ab eſſentia nondum aliquid operante, ſed in eſſentia uoluntas erat, [illegible] hil ab eſſentia ibi diuerſum: alioqui ibi aliquid extitiſſet, quod non tam [illegible] uoluntas exiſteret. Totum ergo uolūtas erat, nec quicquam erat ibi [illegible] lens, neq; igitur quod ante uoluntatem eſſet: principio igitur ipſa uoluntas [illegible] ipſe deus exiſtit, ita igitur extat, ſicut & uoluit, & quale uoluit. Tū uero quod dicitur, quod eſt ibi uoluntatem ſequi, quod uidelicet uoluntas eiuſmodi ge nuit, intelligendum eſt, uoluntatem nihil in deo amplius genuiſſe, hoc [illegible] iam erat. Præterea quod traditur deum continere ſeipſum, ſi modo re[illegible] catur, ſic prorſus accipiendum, quoniam uidelicet alia quidem omnia [illegible] penitus ſuſtinentur: nam quadam participatione dei ſunt, ad ipſum [illegible] reducuntur. Ipſe uero iam eſt à ſeipſo, neq; connexione uel con[illegible] participatione uel præſentia indigens: ſed ſibiipſi eſt omnia, imò uero [illegible] nihil, utpote qui ad ſeipſum nequaquàm omnibus indiget. Verum [illegible] ties eum dices uel cogitabis, reliqua inde auferes omnia. Cum autem [illegible] leris omnia, ipſum uero ſolum reliqueris, ne quæras ultra quid addas: [illegible] potius ne forte adhuc reliqueris aliquid, quod inde cogitatione tua [illegible] ſatis abſtuleris. Nam licet & tibi attingere aliquid, de quo aliud [illegible] dicere nec aſſumere ualeas. Sed illud deſuper extet ſolum hoc ipſum quod eſt uereq; liberum, quoniā nec ſibiipſi ſeruiat, ſed ſolum ipſum ſit, ac [illegible] ſit ipſum: ſiquidem quodlibet aliorum eſt & ipſum, & inſuper aliud.

# MARSILII FICINI FLORENTINI

## IN LIBRVM DE BONO VEL VNO. ANNOTATIONES.

*Quicquid eſt præter primum, conſtat ex multis partibus aut uiribus in unam totius formam [illegible].*

Caput I.

QVatenus in ſua cuiuſque multitudine viget vnitas, eatenus per[illegible] tia, quæ alioqui perdita vnitate diſperditur: vnitas ergo conſeruat [illegible], eadem igitur & eſſentiam conficit atque eſſe. Vnitas certe in oppoſita [illegible] multitudine dominans, nec ex ſe exiſtit, nec ex oppoſita prodit [illegible] igitur ex vnitate pura ſuper eſſentiam vbique multiplicem [illegible] ter conſiſtente. Cum dicis vnū corpus & vnus animus, vnus calor & vnū frigus, [illegible] ta vnitas nec vnū corpus eſt, alioqui animo nō cōpeteret: nec frigus, alioqui [illegible] conueniret. *Simili* quodam diſcurſu inuenies ipſum vnum eſſentia qualibet [illegible] ſus virtute quæ magis vnitur, eadem magis eſſentiæ participia fiunt. Præterea [illegible] entis perfectio in identitate ſtatuq; conſiſtit, hæc vero in vnitate fundantur, [illegible] ac motus in numero: vnitas igitur quæ cauſa enti perfectionis exiſtit, eſt ente ſuperior. [illegible] inde aut ens dicis idem cum vnitate, aut ab ea diuerſum, vnitatem certe identitatis [illegible] tum eſſe faceberis. Ergo ſi primum illud dicis, ſcilicet ens eſſe idē cum vnitate, [illegible]

hunc

ubi unum eſt quaſi contingens: duoq; hæc ſunt, anima uidelicet atq; unum, quemadmodum corpus ſimul & unum. Profecto quod diſcretum eſt uelut chorus, remotiſſimum eſt ab uno: quod uero continuũ, eſt uni propinquius: ſed anima etiam multo propinquior, unius & ipſa particeps. Siquis autẽ obiiciat animam idem eſſe penitus atq; unum, propterea quòd non ſit anima niſi ſit unum, reſpondebimus primo quidẽ, alia quoq; ſimiliter, ſingulatim eſſe, ſimulq; exiſtere unum. Veruntamen aliud unum eſſe quàm illa, non enim eſt omnino corpus & unum, ſed corpus unius eſt particeps. Præterea etiam unamquanque animam in ſe exiſtere multam, quàmuis ex partibus minime componatur, nam multæ in ea ſunt uires: nempe ratiocinatur, appetit, percipit, ſiue animaduertit: quæ ſane uno quodam tanquàm uinculo cõnectuntur. Tradit quidem anima alteri unum, quippe cum & ipſa ſit unũ: ſed unum hoc ipſa quoq; interim uelut patiens ab alio ſuſcipit.

*Quælibet eſſentia naturalem ſibi multitudinem poſſidet ab initio, atq; interea eſt aliquid unum.* Cap. II.

Singulatim diſcurrendo aliud quidem eſt hoc ens, aliud autem eſt hoc vnum, nam quatenus ens, eſt etiam multitudo quædam: qua vero ratione vnum, eſſe multitudo non poteſt. Quamobrem ſuper ſingula entia aliud eſt ens ipſum, aliud ipſum vnum, neq; diſponuntur ex æquo, ne duo rerum principia ſint, neque vnum eſt ſub ente: alioqui & vnum eſſet multiplex, & ens non eſſet vnius particeps. Ens igitur eſt ſub vno, præſertim quoniam eſſentia prima atque mens eſt naturaliter omniformis, & ideo pura ſimplicitate poſterior: quæ quidem pura vnitas dum per vnionem in eſſentia ſua cuncta conſeruat, declarat per vnitatẽ ſe omnes eſſentias confeciſſe. Præterea ipſum intelligibile amplius quàm ens eſſe videtur, intelligimus enim non ſolum entia atque eſſe, verumetiam non entia atque non eſſe, non tamen eſt latius vno. Nam etiam vbi diſcretam prorſus multitudinem cogitamus, intelligimus hanc tanquàm pluries vnum. Siquis autem ens latiſſimum eſſe dicat, concedemus quidem ad omnes ſpecies indeterminatum eſſe, interea tamen ad omnes determinabile: ipſum vero vnum determinabile eſt ad nullum, igitur ſimpliciſſimum atque primum. Item eſſentia, vita, intelligentia, ſunt tres quædam particulares perfectiones formaliter inter ſe diſtinctæ. Ipſa igitur ſimpliciter perfectio, antequàm in tres eiuſmodi diuidatur, indiuiſa eſt, & ita ſemper permanet in ſeipſa. Hoc ipſum vero ſcilicet eſſe in ſe indiuiſum, ratio eſt ipſius vnius perfectioq; ipſa ſimpliciter: eſt igitur vnitas ante ens & vitam, atque ſapientiam. Quoniam vero perfectio ſimplex & bonitas idem ſunt, conſequitur ipſum bonum eſſe ſuperius ente: itẽq; ens vel ſimplex eſt omnino, vel compoſitum. Si primum, ipſa ratio entis eſt ipſa eſſentialis vnitas, atque ſimplicitas: ſi ſecundum, eſſentia entis eſt ipſa eſſentialium principiorum ſuorum vnio: ſed ſuper vnitatem eſſentialem, eſſentialiumq; vnionem eſt ipſa ſimpliciter vnitas. Quę ſi ente ſit poſterior iam, & ipſa non vnitas eſt, ſed multiplex, & ipſum ens in primo ſui ſigno, nõ erit vnum aliquid. Ergo multitudo infinita vel nihilũ, ſiue dederis aliquod ens, ſiue ipſum ſimpliciter ens, diuiſibile eſt in partes ſiue inſitas, ſiue ſubiectas, & multitudinis alicuius natura capax. Ipſa verò vnitas tale nihil admittit, diuerſa eſt igitur & ſuperior. Ens quidem diuiſione totius in entia deriuatur, Vnitas autem non diuiſione, ſed repetitione totius in vnũ hoc & illud ſe diffundit. Ens item diuiſione minuitur, vnum vero contra diuiſione ſemper multiplicatur. Denique ipſi quoque Peripatetici declarant excellentiam vnitatis, nempe docent eandem eſſe formæ vnitatiſq; naturam, quoniam quo quidque ens eſt, eodem ſit & vnum: ideoq; cum ex forma ſit ens, eademq; vnum, merito formæ vnitatiſq; naturam eadem eſse. Addunt huius & illius rationem eſſe diuerſam, cum enim proprietas quidem formæ ſit per potentiam formabilem ſe diffundere: vnitatis vero proprietas ſimpliciter in ſe conſiſtere, atque interim vnire cætera & intus & extra, conſtat rationem vnitatis non ſolum eſſe à forma, ideoq; ab eſſentia differẽtem, ſed ſimpliciorem etiam prioremq;, & magis ad excelſitudinem principij pertinentem.

Reliquum eſt indagare, nunquid in quolibet eorum quæ ſingulatim ſunt unum, non idem ſit ſua cuiuſq; eſſentia, quod & unum. In uniuerſo autem ente atque eſſentia idem ſit eſſentia uel ens prorſus & unum,

unum,adeo ut qui ens ipſum inuenerit,unum quoq; fuerit aſſecutus. Nempe cum ipſa eſſentia ipſum ſit unũ,uelut ſi eſſentia ſit intellectus,ipſum quoque unum intellectus exiſtat. Intellectus inquam qui primo ens primoq; ſit unum. Cum'que tradat aliis eſſendi munus,ſic & eatenus largiatur & unum: quid enim aliud quiſpiam præter ens intellectum'que eſſe dixerit unum? Ipſum nanq; unum,aut idem atque ens exiſtit. Homo enim & homo unus eſt idem:aut ſaltem quemadmodũ cuiuſlibet numerus quidam eſt,uelut ſi duo quædam dixeris,ita profecto de re quadam ſola dicitur unum. Si ergo numerus eſt aliquid entium,nimirum entium aliquid eſt & unum, quid'ue ſit, ſupereſt inquirẽdum:ſin autem totum hoc machinatio quędam eſt animi res dinumerare aggredientis atq; proſequentis, ſequitur ipſum unum nihil reuera in rebus exiſtere. Ratio tamen ſuperior aſſerebat,quicquid admittit unũ, eſſe ſimul amittere. Conſideratione itaq; dignum eſt,nunquid ſingulatim idem ſit hoc ens atq; hoc unum,ſimiliterq; ipſum omnino ens, ipſumq; ſimpliciter unum ſit penitus idẽ. Sed profecto ſi ens uniuſcuiuſq; multitudo quędam eſt,ipſum uero unũ eſſe multitudo non poteſt, proculdubio diuerſum inter ſe erit utrunq;. Homo igitur eſt & animal & rationale, parteſq; multæ. Multaq; in eo uno quodã conglutinantur,aliud igitur homo eſt,aliud unũ: ſiquidem homo quidem diuiduus eſt,unum uero penitus indiuiduũ:atqui & totum ens cuncta in ſe omnia cõtinens magis etiam exiſtit multa, & ab uno diuerſum,participatione tamen poſſidet unum. Præterea ens uitam habet & mentem,nefas enim eſt,uita uacuũ id opinari:ens igitur eſt & multa: Quod ſi ens eſt intellectus,ſic rurſum eſt neceſſario multa,idq; multo etiam magis ſi ſpecies comprehendit,idea nanq; non eſt penitus unum, ſed potius eſt numerus aliquis,tum idea quælibet,tum uniuerſa, atq; ita unum,ſicut mũdus eſt unum:omnino autem unum quidem exiſtit primum,ſed intellectus ſpecieſq; & ens prima eſſe non poſſunt. Quælibet enim ſpecies conſtat ex multis,& compoſitum quiddam eſt,ideoq; poſterius. Illa enim ex quibus unum quodq; componitur,rite priora cenſentur. Quod autẽ intellectus eſſe neque at ipſum primum,per hæc quoq; patebit:intellectum neceſſe eſt in intelligẽdo conſiſtere. Et certe optimum intellectũ,& qui non externa proſpicit, neceſſarium eſt quod ſuperius eſt intelligere. Nempe dum conuertitur in ſeipſum,reuertitur in principiũ:iã uero ſi ipſe idẽ eſt, & quod intelligit & quod intelligitur,duplex iã exiſtit: cũq; ſimplex nõ ſit,merito nec eſt unũ: ſin aũt ad aliud aſpicit,omnino ad melius ſuſpicit atq; ſuperius. Quòd ſi tũ ad ſe,tũ ad præſtantius figit intuitum,ſic quoq; ſecũdum gradũ tenere uidetur. Oportet ſane mentem ſic affectam aſſeuerare, ut adſtet quidem bono primoq; ipſumq; ſuſpiciat. Præterea ſecum habitet,ſeipſam animaduertens,atq; ita cũcta ſe eſſe cognoſcens. Cum igitur intellectus ſit adeo uarius, procul abeſt, ut ipſum ſit unum. Quamobrem nec ipſum quidem unum eſſe omnia: alioqui non amplius foret unum. Neq; etiam eſt intellectus, ſic enim rurſus omnia foret:quippe cum intellectus ipſe ſit cuncta, deniq; neq; ens eſſe putandum,ens enim ipſum prorſus eſt omnia.

*Acceſſus ad deum.* Cap. III.

ANimus etiam cum propemodum accedit ad deum, ambiguitate laborat. Tum quia intellectus & ſpecies eſt, & ſpeciebus conſueuit inniti. Deus autem ſpeciem habet nullā, tum etiam quia animus tunc demum acceſſiſſe poteſt, cū ipſe factus eſt deus. Ambigit ergo mox, vtrum ipſemet ſibi, an alter occurrat: quiſquis accedit ad deum bonum ſummum vnum, diſcedat ab oppoſitis ideſt à malo, ab infimis, à multitudine, excedat etiam intellectū. Intellectus enim nō eſt ipſum ſimpliciter ens, ſed ens duntaxat intellectuale. Deus autem eſt quolibet ente ſuperior, imò & ipſo ſimpliciter ente: ſicut enim ens ſenſibile forma ſenſibili terminatur, ſiç ens intelligibile forma finitur intelligibili: ſic deniq; ipſum ens ipſa entis forma determinatur. Principium vero ſuper omne determinatum extat: neq; ſtare dicitur, ne ſtare ſtatu cogatur. Nec vlla ad res habitudine facit quicquām: ſed res ab illo fiunt quaſi non faciente, ſicut non mutato mutantur.

QVid nam igitur eſt ipſum unum? quam'ue naturam habet? Sed profecto nihil mirum eſt non eſſe id facile dictu: quippe cum neque ens neque ſpecies exprimi facile poſſit. Nempe cognitio noſtra ſpeciebus innititur. Quando uero ad informe aliquid fertur animus, cum cōprehendere nequeat, propterea quod non determinetur, neq; uelut figuretur uario quopiam figurante, protinus inde prolabitur, metuēs ne forte nihil ibi reportet. Quamobrē in rebus eiuſmodi ualde laborat, libenterq; inde ſæpe deſcendit, ab omnibus uidelicet decidēs, quouſq; ad aliquid ſenſibile proruat. Vbi quaſi in ſolido cōquieſcat: uelut aſpectus in diſcernendis ſæpe paruis defatigatus, libēter ad maiora ſe flectit. Sed quādo animus uidere per ſeipſum ſtudet, cū ſe uideat ſolum, propterea quod cū ipſo uidendo confletur in unū, ſitq; cum illo iam unū, nimirum ex eo quod cū ipſo unū eſt, nondū quod quærit, habere ſe putat. Quoniam ab eo quod intelligitur, nō eſt diuerſus. Operæpretiū eſt imprimis eum qui circa ipſum unū philoſophaturus ſit, ita ſe cōparare: nempe cum unū ſit id quod quęrimus, principiumq; omniū & ipſum bonū atq; primum, merito ab iis quę ſunt circa prima, oportet non eſſe remotū, nec ullo modo ad omniū extrema pręcipitari. Sed aſcendentē ad prima ſeipſum ad excelſa reducere, ab his quæ ſentiuntur, poſtremaq; ſunt. Expedit rurſus animum adhibere omni malignitate purgatum, dum ad bonum affectat accedere. Præterea in principiū ſibi inſitum ſe imprimis attollere, unumq; ex multis euadere, ſi modo principium atque unum ſit inſpecturus. Oportet igitur animum fieri tunc intellectum, ideoq; totam animam menti committere, & in ea penitus collocare, ut quæ intellectus ipſe uidet, animus experrectus accipiat, ipſoq; intellectu contempletur & unum. Sic tamē, ut ſenſum adhibeat nullum, nec etiam aliquid à ſenſu proueniens: ſed pura duntaxat mente ipſoq; mentis primo puriſſimum contempletur. Quoties igitur ad id cōtemplandum tractus aliquis magnitudinem uel figuram uel quamcunq; molem circa hanc naturam imaginatur, huic certe ad hanc ſpeculationem dux non extitit intellectus, quoniā intellectus ſuapte natura ad hæc inſpicienda non uertitur. Sed actio talis potius eſt ſenſus ipſius opinioniſq; ſenſum natura ſequētis. Oportet aūt ab intellectu accipere nuntiū, eorū quæ in eius ſunt poteſtate. Poteſt uero intellectus inſpicere uel quæ ſunt ſuper ipſum, uel ſua uel quę aguntur ab eo. Pura quidē ſunt etiā quæ ſunt in eo. Puriora uero atq; ſimpliciora quæ ſuperiora ſunt intellectu, imò uero quod eſt intellectu ſuperius: q̄obrē quod intellectu ſuperiꝰ eſt, nō

eſt

intuitu ſolitam proficiſci, ſiquando amator in amato iam conquieſcat, ubi ſane uerum accipitur lumen, totam illuminans animam propius accedētem: illa inquam talia non aſſequitur, qui molitur illuc aſcendere, iis adhuc retro grauatus, tractusq; à tergo, quæ ſunt inſpecturis obſtacula. Neq; illuc aſcendit ſolus, ſed trahit interea ſecum quod diſiungat ab illo, uel potius nondum eſt omnino redactus in unum. Deus enim à nullo uſquam abeſt, & quodammodo abeſſe uidetur ab omnibus, adeò ut præſens ubiq; ſit, iterūq; non præſens. Nam iis duntaxat eſt præſens, qui capere poſſunt, atq; ita parati ſunt, ut cum illo congruere, ac uelut ipſum attingere ualeant per ſimilitudinem uidelicet quandam inſitamq; potentiam, muneri inde tributo cognatam, quādo ſcilicet aīus omnino ſic eſt affectus, ſicut erat cū inde proceſſit: ideoq; uidere iam poteſt, ſicut ipſe deus eſt natura uidendus. Ille inquam nondū illuc uſq; peruenit, qui propter hæc obſtacula inde retrahitur, uel etiam protrahit ad iter moras, quoniam deſit ratio diſciplinaq; illucuſq; perducens, fidemq; faciens de diuinis: ſed profecto quātum ad cætera ſpectat obſtacula, ſeipſum quiſq; in culpa iure poſuerit. Nempe conari debet abeſſe procul ab omnibus, ſolusq; euadere. Quātum uerò ad rationes pertinet, quibus forte minus credat, ſic deniq; profecturus excogitet.

*Acceſſus ad deum.* Cap. V.

IN Theologia noſtra, & libro de amore, & ſecundo epiſtolarum libro rationes diligētius aſſignauimus, quibus gradatim aſcendendum ſit à natura corporea, quæ dimēſioni, motui, numero ſubiecta eſt, ad animam dimenſione iam liberam: ab anima mobili multiplicíq; ad intellectum immobilem quidem, ſed multiplicem: atq; interim ab intellectu ipſius animæ proprio, ad ipſum ſimpliciter intellectum. Tandē ab intellectu qui neceſſario in ſe multiformis eſt, ad ipſum ſimpliciter vnum, quod non ſit ens vnum, ne ita ſit multiplex: ſiquidē ratio vnius & entis eſt diuerſa. Ens enim & multitudinem admittit, & nihilū habet oppoſitum: vnum vero multitudinem non ſuſtinet, ſed reſpuit vt oppoſitam. Eſt igitur non ens, ſed principium entis penitus abſoluti, atq; interea principium ſpecierum abſolutarum: omnes enim ſpecies naturalium in primo eſſe, ſuum eſſe poſſidēt abſolutum. Quando deum nominamus vnum, ſimplicitatem ipſam vaticinamur penitus indiuiduam, quæ ſuper eſſentiam principiū eſt eſſentię, longe excellentius q̄ vnitas numerorum, & ſignum dimenſionum. Profecto ſicut ens continuum, atq; ens diſcretum ad aliquid indiuiduum reſoluuntur: ita ipſum ſimpliciter ens refertur ad ipſum ſimpliciter indiuiduum.

QVicunq; res opinatur fortuna caſuq; temerario gubernari, cauſiſq; duntaxat corporeis contineri, is ab ipſo deo, uniusq; ipſius intelligentia eſt longe remotus. Neq; nos ad homines ſic affectos uerba facimus, ſed ad illos tantum, qui naturam aliam præter corpora ponunt, & ad animam ſaltem uſq; perueniunt. His igitur expedit naturam animæ diligenter animaduertere, tum quantum ſpectat ad alia, tum uel maxime quēadmodum ab intellectu procedit, rationēmq; inde ſuſcipiens aſſequitur & uirtutē. Præter hæc aūt intellectum alterū præter intellectum ratiocinantē, qui rationalis cognominat, cōſiderare decet. Itē rationis diſcurſiones, ſiue argumētationes, uelut iam in diſtātia quadā atq; motu. Sciētias quoq; ratiōes in anima tales, in manifeſto iā poſitas, propterea quòd animæ infuſus ſit intellectus ſcientiarum cauſa: qui & intellectum uideat quaſi ſenſibilem, quia uidelicet percipi animaduertiq; poſſit, intellectū inquam deſuper incumbentē animę

eius

tenus patrem, mundum intelligibilem, intellectum omnino quietum, & uelut quietum quendam motum, omnia in ſe habentem, exiſtentẽ omnia: multitudinem indiſcretam, rurſusq; diſcretam. Neq; enim diſcernitur, ſicut rationes in prolatione ſolent, ſed tanquam rationes iam ſecundum unum quiddam excogitante. Neq; rurſus quæ in ea mente ſunt confunduntur, prodit enim unumquodq; ſeorſum, quemadmodum & in ſciẽtiis accidit: nempe cũ omnia in quodã indiuiduo congruant, ſingula tamen ab aliis ſecernuntur. Hæc itaq; multitudo collecta ſimul, hic mũdus intelligibilis adſtat quidem primo quàm proxime: hũc ratio eſſe ex neceſſitate concludit, ſi qua ratio animam quoq; eſſe cõuincit: hoc ſane præſtantius eſt q̃ anima. Neq; tamen eſt primum: quoniam neq; unum eſt, neq; ſimplex: at ipſum unum omniumq; principium eſt proculdubio ſimplex. Proinde quod ſuperius eſt ipſo entium præſtantiſſimo, ſiquidem aliquid oportet eſſe mente ſuperius: quæ quidem eſſe uult unum, neq; tamen eſt unum ſed ſaltem eſt aliquid uniforme. Quoniam intellectus non eſt in ſeipſo diſperſus, ſed reuera ſecum ipſo conſpirat: neq; quaſi articulatim compoſitũ ſe attrectat, propterea quod ſit uni quàm proximum, quamuis ab uno quodammodo ſecedẽs uideatur audere, quod inquam ſuper hoc mirabiliter extat, uelut miraculum eſt ipſum unũ. Quod ſane ens non eſt dicendum, ne hic quoq; ipſum unum de alio prædicetur: cui profecto nullum reuera conuenit nomen. Sin autem nominare cogamur, communi quidem appellatione unum commode appellatur. Non adeo tamẽ ut primo quidẽ aliud ſit, deinde ſit unũ. Difficile ſane cognitu ob hanc præcipue cauſam: cognitũ uero potiſſimũ ex progenie eius eſſentia, nẽpe in eſſentiam intellectus adducit: ipſius aũt unius natura talis exiſtit, ut ſit fons oĩm optimorũ, ac poteſtas entiũ generãs, permanẽs in ſeipſa, neq; diminutionẽ ſubiẽs generãdo, neq; in rebus genitis requieſcẽs. Nẽpe & quod ante hæc exiſtit, nominamus unũ quadã neceſſitate cõpulſi, optãtes uidelicet primã omniũ naturã ipſo nomine inter nos deſignare, noſipſos in notionẽ indiuiduam adducentes, animãq; in unum redigere cõtendentes. Vbi certe nõ ſic unũ & impartibile dicimus, uelut ſignum & unitatẽ dicimus numeralem: quod enim ſic eſt unum, eſt quanti principium: quod quidem nunquam foret, niſi eſſentia, & quod ante eſſentiam eſt præcederet. Quamobrem cogitationis aciem in his defigere non debemus, ſed unitatem hanc & ſignum analogica ſimilitudine quadam unum ipſum repræſentare putandum, ob quandam ſimplicitatem multitudinis diuiſionisq; expertem.

*Acceſſus ad deum.* Cap. VII.

Oppoſita quadam via accedimus in dimenſionibus numerisq; ad indiuiduum ſuum, atque in entibus ad indiuiduum illud quod omnium eſt principium: illic enim ad minimum aliquid, ac minimum peruenitur: hic autem ad maximum atque ampliſſimum. Maximum [illegible] quàm ſimplicitate atq; virtute, eſt enim ſimplicius ſemper quolibet apud ſe excogitata ſimplicitate: atq; potentius ſimiliter poteſtate: ſolum ipſum vnum eſſe poteſt vniuerſi principium. Solũ namq; ſeipſo ſufficiẽs eſt omnino. Quicquid vero præter illud eſt neceſſario multiplex, quadruplicẽ ſaltẽ patitur indigentiam, ſiquidẽ in eo totũ eget partibus, pars itẽ parte, partesq; toto, deniq; cũcta quadã extrinſecus cõponẽte. Quod vero ad pricipiũ pertinet nihil q̃rere, nihil accipere, nihil admittere, ſolũ vero vnũ ipſum in intimis habet, alioq; vnũ certe nõ erit. Cũ ipſum vnũ negamus intelligere, ne fore multiplex cõpellamur, non negamus eſſe lucẽ intra intelligentiam

 ligentiam

ligentiæ creatricem: uel intelligentiam eſſe, ſi modo [illegible]
meliorem, habentem in ſe [illegible]
igitur ſuprſus incaccam nec aliorum ſed abſque [illegible]
ter cæteriſq; lucentem. Denique [illegible]
ta principium ſuper intelligentiam [illegible] pſcat.

Vo nam igitur modo dicimus unu [illegible]
mum accommodare intelligentiæ poſſumus [illegible]
celſiori admodum ratione id [illegible]
gnū aſſerere ſoleamus. Hic unum animus [illegible]
tudine detrahens paulatim, in minimū denique deſinit: [illegible]
ſidet, quod quamuis indiuiduum ſit, erat tamen in re diuidua [illegible]
alio. At ipſum unum neq; in alio, neq; in re diuidua reſidet: [illegible]
uiduum, ut quiddam minimum. Eſt enim omnium maximum [illegible]
tudine quidem, ſed potentia: quapropter quando dicitur [illegible]
uiſibilem dicimus poteſtatem. Quandoquidem & quæ ſunt poſt ipſum [illegible]
ſecundum moles, ſed ſecundū uires indiuidua iudicantur. Deū præ [illegible]
nitum noīare debemus, nō quaſi ſit magnitudo quædam uel multitudo [illegible]
non liceat pertranſire: ſed quia ſit poteſtas, quā cōprehendere nequea [illegible]
enim excelſum pro uiribus cogites illū, uelut intellectum aut deū, adhuc [illegible]
men ſupereſt admodum excellentius. Ac rurſus quando illum cogitatio [illegible]
ſummopere perducis ad unum, tunc quoq; hanc abs re excogitatam [illegible]
citare ſuperat unitatem. Tu ſiquidem ad ſummam tuæ intelligentiæ [illegible]
tem illum pro uiribus redigebas: ille uero ſupra modum ſuperat, nam in [illegible]
pſo permanet, nec ei unquā aliquid accidit. Præterea poſt aliquis per id [illegible]
ſeipſo ſufficiēs appellat, ſummā dei unitatē nihilominus cōprobare [illegible]
ret enim ſummū rerum principiū nullo modo indigū eſſe, ſed ſufficien [illegible]
mum omnium, maximeq; ſeipſo contentum: quicquid aūt non un [illegible]
multum: neceſſario eſt egenum. Quippe cū ipſum quidem non ſit [illegible]
ex multis unum euadat: itaq; eius eſſentia indiget unū fieri, at ipſum [illegible]
pſo non indiget, ipſum nanq; iam exiſtit: quinetiam quod in ſe multa [illegible]
indiget, quod & exiſtit. Et quodlibet eorum quæ ſunt in eo, cum non [illegible]
pſo ſit, ſed unā cū cæteris: certe indiget aliis. Ideoq; & ſecundū [illegible]
& ſecundum totum eiuſmodi aliquid eſſe declarat egenum. Si [illegible]
rium eſt aliquid eſſe ſufficientiſſimum eſſe oportet & unū [illegible]
lum exiſtens ut neq; ad ſeipſum, neq; ad aliud quicquam ſit ege [illegible]
nim quærit aliquid ut quandoq; ſit, neq; rurſus ut bene ſit, [illegible]
fundetur: nempe cum aliis ipſum ſit tum eſſendi, tum bene eſſendi [illegible]
rito hoc ipſum quod eſt, & bene eſt, non habet ab aliis. Qui [illegible]
eſſe aliunde [illegible] Quapropter huic ipſum bene eſſe [illegible]
nanq; exiſtit hoc ipſum. Locus item huic eſt nullus, nullo [illegible]
damento, quaſi ſe ſuſtinere non poſſit: nam quod in alio [illegible]
ta uacuum iudicatur, moleſq; labans, [illegible]
[illegible] propter ipſum, per quem & [illegible] & locum [illegible]
ordine locarentur. Quod autem quærit locum [illegible]

habet, operæpretium eſt animum ab omnibus exterius ſegregatum ad intima penitus ſe conuertere, neque ad externum aliquid [illegible] omnia neſcientẽ, & antea quidem affectione, tunc uero etiam [illegible] entem quoq; ſeipſum contemplationi illius incumbere, eiq; familiariter inhærere. Ac deinde quaſi ſatis iam conuerſatum ſi poſſit accedere [illegible], conſuetudinem illam aliis præterea declarantem. Qua forſan & Minos quandoq; fretus, præcipue colloquio Iouis familiaris eſt habitus. Cuius [illegible] ne colloquii memor, leges ad illius ſimilitudinem condidit, diuino uidelicet illo commercio ad condendas leges inſtructus. Forſan uero animus aliquis ciuiles inſtitutiones diuina familiaritate minus dignas exiſtimans, ſi in excelſis perſeuerare maluerit. Quod quidem illi qui quamplurimum eſt intuitus rite uidetur accidere. Inquit ergo deum extra nullum eſſe, ſed ineſſe omnibus minime cognoſcentibus: ipſi nanq; fugiunt extra deum: imò uero extra ſeipſos. Merito igitur quem fugiunt, aprehendere nequeunt: & qui ſeipſos iam perdiderunt, alium indagare non ualent. Atqui & filius furore quodam extra ſe poſitus, non agnoſcet patrem: qui uero ſeipſum didicerit, etiam unde ſit iure cognoſcet.

*Acceſſus ad deum.* Cap. VIII.

DEus eſt tanq̃ indiuiduum & immobile cẽtrum vniuerſi, à quo & ad quod omnia pendent. Simuliter intellectus diuini animiq; intellectuales inde creati ſua quædam habẽt cẽtra, ideſt vnitates eſſentiales intellectu ſuperiores. In intellectibus ergo diuinis præter eiuſmodi centrum extat orbis vnus, ideſt proprius intellectus: in anima vero [illegible] centrum ſuum ſunt treis orbes, intellectus, ratio, imaginatio. Cẽtrum quidem ſemper [illegible] eſt cum vniuerſi centro. Intellectualis orbis perpetuo reuoluitur circa idem. Orbis [illegible] tionalis atque imaginalis aliquando circa centrum ſuum atque diuinum voluitur, aliquando quaſi frãgitur, & per obliquum declinat ad alia. Interea dum ſimilem brutis [illegible] ratione ad deum non conuerſi intellectu, ſaltem clam reuoluimur circa deum. [illegible] tiam affectus quidam in ratione ſtimulis quandoque ſuis reuocaturus ad deum. [illegible] penitus copulamur, quoniam per vnitatem eſſentialem illi iũgimur, interius [illegible] fruimur, q̃ qui re quauis cognoſcendo potitur. Probabile vero eſt, eiuſmodi [illegible] iunctos inde minime diſceſſuros. Copula vero eſt arctiſſima, quando incorporeum [illegible] reo iungitur, ſi modo alterum eorum formalem diuerſitatem iam depoſuerit, per quam [illegible] que ſolam diſcrepabat ab altero.

A lquis igitur animus ſeipſum alio quodã tẽpore nouerit [illegible] ueritq; motum eius non eſſe rectũ, niſi forſan quando [illegible] patitur fractionem: naturalem uero motum eſſe [illegible] cularem circa aliquid, non externum quidem, ſed [illegible] centrum autem id eſſe, à quo circulus proficiſcitur: is profecto [illegible] pſum à quo extat, mouebit: atq; ad id ſe undiq; conferens, ipſum [illegible] nitus applicabit, ad quod animas omnes ſe conferre decebat. [illegible] tem illuc deorum animæ ſemper: & iccirco dii ſunt, quoniam [illegible] lud: deus enim eſt quicquid eſt illi coniunctum. Quod autem [illegible] homo eſt: homo inquam multiplex atq; brutum. Quod igitur [illegible] nimæ centrum, num hoc ipſum eſt, quod eſt ſtudioſe quæ [illegible] fecto aliud quiddam eſſe cenſendum, in quod omnia quaſi [illegible] runt. Meminiſſe uero oportet, appellationem centri huius & [illegible] dum quandam analogiæ comparationem hic adduci: [illegible]

eſt circulus, ut figura, ſed quoniam in ea & circa eam eſt antiqua præcipuaq; natura, atq; à tali quodam anima pendet, magiſq; etiã quando totus eſt animus ſeparatus. Nunc uero poſtquam pars aliqua noſtri corpore mergitur, perinde ac ſiquis in aqua pedes habeat, reliquo autem corpore ſuperet aquã, nimirum eo ipſo quod corpore non eſt ſubmerſum erecti ſublimius, per noſtrum centrum cum ipſo uelut omnium centro coniungimur. Sicut ſæpe ſolemus circulorum multorum centra, circunfuſæ & continentis ſphærę centro prorſus affigere. Si igitur animorum orbes, corporei eſſent orbes, certe quadam conditione loci, communi innitterentur centro. Et circa eiuſmodi centrum alicubi ſitum, orbes animi uoluerentur. Quoniam uero & animę ipſę intelligibiles ſunt, & illud eſt intellectu ſuperius, exiſtimandum eſt aliis quibuſdam uiribus: qua uidelicet ratione intelligens ad id quod intelligitur naturaliter, admoueri poteſt, copulam eiuſmodi confici: Atque etiam propinquius quàm intelligens, adeſſe ſimilitudine & identitate (ut ita dixerim) quadam, cognato'que copulari nullo interim ſeiungente: Corpora enim propter corpora coniungi aliis prohibentur. At incorporea, corporum obſtaculo diſiungi non poſſunt. Non igitur loco inter ſe incorporea diſtant, ſed alteritate potius & differentia quadam. Quando igitur diuerſitas hæc, & ut ita loquar, alteritas abeſt, tunc quæ propterea diuerſa non ſunt, ſibi inuicem adſunt. Illud ſane cum nullam in ſe admittat diuerſitatẽ, ſemper adeſt, nos autem tunc præſentes illi ſumus, quando diuerſitatẽ nullam prorſus habemus. illud rurſus nõ appetit nos, ut inde circa nos uerſari cogatur. At nos illud appetimus, ideoq; circa illud ipſi uerſamur. Iam uero ſemper reuoluimur circa idem; non tamen aſſidue aſpicimus ipſum. Sed quemadmodũ cantantium chorus, quamuis circa ſummum ducẽ ſe reuoluat, diuerti tamen alicubi poteſt ab ipſo ducis aſpectu, atq; diſſonare. Sed quando ad ipſum uertitur, recte admodũ concinit, ac circa ipſum tunc ſe reuera conuertit, ita & nos ſemper reuoluimur circa deum, etiam quando inde ſoluemur omnino, neq; illum ulterius cognoſcemus. Non tamen in ipſum ſemper conuertimur, ſed quando in eum prorſus inſpicimus, tunc deniq; nobis finis optatus requieſq; contingit. Neq; amplius diſſonamus, dum ſcilicet diuinum reuera chorum agimus circa illum.

*Beatitudo animæ contemplantis deum.* Cap. IX.

Sicut omnia bona ſunt à primo bono, ſic omnis amor ad quodcunq; bonum feratur, accenſus eſt naturaliter ab eodem. Amor ergo noſter cum in nullis vſquam bonis quieſcat velut fine, pro fine vbi ſit quieturus habet idem bonum quod habuit, & principium. Quemadmodum vero appetitus ad bonum naturaliter incitatur, ſic & fruitionem exigit naturalẽ, non imaginalem tantum & in cognitione quadam ſola poſitam, ſed re ipſa naturam noſtram intus afficientem, quod quidem in ſenſibus apparet, & corpore. Multo magis primi boni fruitio naturalis eſſentialiſq; nobis euadere debet, nec per modum intelligentiæ ſimplicis, ſed naturæ, vbi fruitio tanto ſit penetrantior in medullas quàm intelligentia, quãto intelligentia ſolet obiectum profundius penetrare quàm ſenſus. Igitur frui deo non tam eſt videre quàm tãgere, nec id quidem extrinſecus, ſed penitus illabi, ac diuinitus affici, efficiq; deũ ſicut qui & alimento veſcitur tandem efficitur alimentũ, vel forte viciſſim. Sed ò Plotine poſtquam iſta conceſſeras, conſequenter & conceſſurus eras, animam in deum iam tranſlatam inde non diſceſſuram. Et animam quæ naturaliter apta eſt, ut actu intimo conuertatur in deum, ſtatiq; deus, non eſſe aptam, vt motu proprio aliquando transferatur in brutum.

IN hoc autem choro inſpicit uitę fontem, fontem mentis, entis ipſius principium, boni cauſam, radicem animæ: quæ quidem non ita ex deo effluunt, ut eum comminuant. Non enim moles eſt deus, alioqui inde genita corruptibilia forent. Nunc uero ſempiterna ſunt, quoniam eorum principium eodem ſe modo ſemper habet, neq; in illa diuiditur, ſed permanet integrum, dum producit. Quamobrem illa quoq; permanent, uelut ſi ſole manente, permaneret & lumen. Iam uero neq; nos inde ſeiuncti ſumus, neque ſeorſum uiuimus, quamuis natura corporis incidens nos traxerit ad ſeipſam. Simul enim afflamur inde, atque ſeruamur, non adeo tamen, ut ille quidem nobis tradiderit, deinde tamen diſtet à nobis, ſed continue largiatur, quatenus hoc ipſum quod eſt, perſeuerat, imò uero quatenus ad illum ipſi uergimus. Hic profecto bonum conſiſtit noſtrum, hinc procul abeſſe nihil aliud eſt, quam eſſe minus, hic anima requieſcit. Hic tantum animus à malis eſt liber, poſtquàm in locum à malis recurrerit liberum: hic uere intelligit, nec ullis eſt obnoxius paſſionibus, hic ſolum uiuere reuera contingit. Quod enim nũc uiuere dicitur ſine deo, ueſtigium uitæ eſt ſupernam imitans uitam: illic autem uiuere, mentis eſt actus. Actus autem deos quoque generat, dum attingit deum tactu quodam occulto atque tranquillo. Generat autem pulchritudinem, generat & iuſtitiam, generat ipſam quoque uirtutem: hæc enim deo prægnans anima parit, atque id animo principium eſt, & finis. Principium quidem, quoniam inde procedit. Finis autem, quoniam illic eius eſt bonum. Perueniensq; illuc ipſe hoc ipſum quod erat, euadit: quod enim hic eſt, in his quæ uerſatur, caſus eſt aliquis, atque fuga alarum'que iactura. Indicat autem illic bonum noſtrum conſiſtere, amor ipſe ingenitus animo, prout amor coniugatur animis & in ſcriptis & fabulis. Nempe quoniã aliud animus eſt quàm deus, & tamen eſt ex illo, neceſſario amat illum. Iam uero cum ibi uiuit, cæleſtem habet amorem: hic autem communis fit atque uulgaris. Cæleſtis enim illic regnat Venus: hic autem uulgaris fit Venus quaſi iam (ut ita dicam) adulterata. Eſt autem omnis anima Venus: quod quidem quamuis uerbis obſcuris indicant natalia Veneris, amorq; ſimul cum Venere genitus. Animus ergo in naturali habitu conſtitutus amat deũ, deo cõmiſceri deſiderans quaſi pulchram uirginitatem honeſto affectãs amore. Poſtquam uero in generationem lapſus, quibuſdam quaſi connubiis fallitur, amoremq; cõmutans ſe portat pro diuino caducũ, tunc quaſi à patre ſeiuncta laſciuit. Sed rurſus laſciuias humanas exoſus, & ab his ſe caſtum eximens, ad patrem quandoque remittitur affectione iam beata potitus. Siquis autem affectionẽ ſiue paſſionẽ huiuſmodi prorſus ignorat, hinc excogitet, ex humanis amoribus id coniectans: Quanta uidelicet felicitas æſtimetur, re ardenter amata potiri: tametſi quæ hic à nobis amantur mortalia ſunt & noxia, & ad imagines quaſdam amantes ipſi feruntur: ac tandem in contrariũ tranſmutantur. Quippe cũ quod ſectati ſumus, amandum ſiue nobis amatum reuera non fuerit, neq; noſtrũ bonũ,